T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XIV.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN DECIMUM QUARTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.


ASTOR LIBRARY
MAR
21
1895
NEW YORK

LIBER X.

CAP. I. § 1 *L. Genucio, Ser. Cornelio consulibus*] Pal. 2. *Servio Cornelio consulibus Romæ*. Gebh. Prioris consulis prænomen deficit in Lov. 2. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Pro *Genucio* etiam *Gemitio* est in Lov. 4. *Genutio* in Leid. 1. Gaertn. et Hav. Sed vide ad II. 52. § 3. Deinde copulativam particulam *et* interponit Lov. 4. Vide ad II. 17. § 1. Insuper *S. Cornelio* fragm. Hav. a manu pr. *Serg. Cornelio* a m. sec. *Sergio Cornelio* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad v. 29. § 2. *Servilio Cornelio* Lov. 2. sæpius obvio errore. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Tandem vox *Romæ*, quam in uno suorum invenit Gebhardus, in meorum nullo superest. Mox *fuit etiam*, transpositis vocibus, Gaertn.

Sora atque Alba coloniæ deductæ] Quidam mutarunt hos casus in accusativum *Soram atque Albam*, sed inepte, meo quidem judicio, cum id genus loquendi per nominativum sæpius apud authores inveniatur, atque adeo maxime apud hunc, ut, præter alia innumera loca, præcedente libro c. 28. (a. CDXLII.) ita ait, 'Suessa et Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ.' *Glar.* Soram atque Albam colonias duas deductas esse decennio post Interamnam, tradit etiam Velleius I. 14. Itaque videndum est quid sit, quod Livius a. CDXXXIX. lib. priore c. 23. Soræ coloniæ meminerit, ubi ait, 'Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum.' Et post de eadem 'ad recuperandam coloniam.' *Sigon.* Sora defecerat a Romanis, interfectis colonis Romanis, sed non multo post a Romanis recepta, deinde rursus a Samnitibus a. CCCCXLVII. capta, anno sequenti a Romanis recuperata fuerat, lib. IX. capp. 23. 24. 43. et 44. Quod ergo Livius hoc loco, et Velleius I. 14. hoc anno, id est, a. CCCCL. eo coloniam missam scribunt, cum Cluverio Ital. Antiq. III. 8. pag. 1047. recte de nova colonia accipi potest, ut VIII. 14. 'Antium nova colonia missa.' *Duk.* Pighius in Annal. ad a. CDL. p. 379. sibi videri testatur, in duas has urbes colonos denuo reductos potius fuisse: quod de Sora concedi potest, quoniam coloni Romanorum eo deducti a veteribus incolis interfecti erant, ut ex Livio Sigon. et Pighius docuerunt. Id autem ut de Alba etiam statuamus, nihil nos subigit: eam enim jam ante hoc tempus coloniam Romanorum factam fuisse, aliunde non adparet. Colonorum enim Albam et Soram deductio a Velleio memorata ad hanc, cujus nunc Livius meminit, referri debet; quamvis tamen de tempore inter eos non conveniat: quod ex historicorum veterum, quos in hac re secuti sunt, dissensu factum est. Ceterum *Sora atque Alba*, quos in quibusdam edd. repertum Glareanus probavit, apud me tantum superest in Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 1. et apud Hearnium in Oxon. C. Similiter etiam legisse videtur auctor Epit. Verum reliqui omnes codd. *Soram atque Albam* obferunt, nisi quod *Sorani atque Albani* sit in Hav. *Soram atque Albam* est etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. Idque, a sequentibus mutatum, revocarunt deinde Mediol. 1505. Aldina, et recentiores; quibus Glareanus adversari non de-

buerat. Ita enim etiam Livium locutum esse, videbimus ad xxxix. 44. § 10. Quum igitur utrumque genus loquendi probum, et Livio usitatum sit, ut et plures et integriores codd. sequamur, verius est.

Albam in Æquos sex millia colonorum scripta] Pall. 1. et 3. *III. colonorum* habent. Pal. 2. *Albam in Æquos quatuor millibus colonorum scriptis.* Gebh. Paullo post *velut arcem finibus Æquorum impositam* dicit. Vide Holsten. ad Cluverii Ital. Antiq. p. 150. *Duk. III. colonorum scripta* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *tria millia colonorum scripta* Lov. 4. *quatuor millia colonorum scripta* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. B. ac C. qui *IIII. colonorum scriptis* invenit in N. et L. 1. *IIII. colonorum scripta* fragm. Hav. a m. pr. *scriptis* a m. sec. *quatuor millibus colonorum scriptis* Port. Gaertn. et Hav. *V. millia colonorum scripta* Klockian. *VI. colonorum scripta* Flor. Insuper *atque Albam in Æquos* Voss. 2. a m. recenti. *Alba in Æquos* Leid. 2. ultima prioris vocis litera a voce insequenti elisa. *Albani in Æquos* Hav. litera *m* in *ni* dissoluta. Vide ad ii. 41. § 5. *Albam in Æquis* Port.

§ 2 *Sed possederant Samnites: eo quatuor millia hominum missa*] *Sed possed. eum Samnites* Neapol. Latinii. Deinde *eo III. millia hominum missa* Klockian. Vox *eo* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Hinc, mutata distinctione, legi posset, *Soram* (*agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites*) *quatuor millia hominum missa.* Paullo ante *agri Vulscini* Lov. 2.

Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data] Illis sine suffragio, ut ex Livio xxxviii. 36. observat Sigonius de Ant. Jur. Ital. ii. 9. Trebulani cum, an sine suffragio civitatem acceperint, non constat. Nec convenit inter doctos, de qua Trebula hic agat Livius. Malaspina ad Cic. ad Att. v. 2. 'Trebulam Campaniæ' intelligit; Holstenius ad Cluverii Ital. Antiq. p. 169. 'Trebulam Mutuscam' in Sabinis. *Duk. Eodem Arpinatibus,* omissa media voce, Lov. 3. et 4. *Eodemque Arpinatibus* Voss. 2. Tum *Trullanisque* Voss. 1. *Trublanisque* Leid. 2. et Lov. 1. *Tebulanisque* Lov. 4. *Tiburanisque* Port. et Hav. Præterea *data civitas* Leid. 1. Ceterum quum Arpinatibus hoc tempore civitas data sit sine suffragio; Trebulanos alia, quam Arpinates, lege hoc tempore in civitatem acceptos esse, verisimile non fit.

§ 3 *Frusinates tertia parte agri damnati*] Pall. 1. et 3. *Frusinates etiam parte agri damnati.* Gebh. Non aliter Voss. 2. ac Lov. 3. Ita etiam non exprimit Livius, quota parte agri Veientes multati sint, i. 15. 'Agri parte multatis in centum annos induciæ datæ.' At contra viii. 1. 'Oppidum captum redditumque Privernatibus, valido præsidio inposito: agri partes duæ ademtæ.' Servo itaque vulgatum, quod et in reliquis scriptis superest, nisi quod voces *tertia parte* exsulent a Leid. 1. Præterea *Frustinates* Harl. et Gaertn. *Fidenates* Hav. Mox *quia Hernicos,* pro *quod,* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad xxxviii. 36. § 4. Tum *compertum est,* ultima voce addita, Lov. 4.

Capitaque conjurationis ejus quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habita] *Capita conjur. ejus* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ab consulibus habita,* præteritis vocibus mediis, fragm. Hav. a m. pr. *ab consulibus habita ex senatusconsulto* a m. sec. Mox *cæsa ac securi percussa,* pro *cæsi* et *percussi,* Lov. 4. Librarius non recte dici posse existimavit 'capita cæsi.' Sed aliter judicasset, si ad delicias Livianas diligentius animum advertisset. Vide ad xxxvii. 39. § 12.

§ 4 *Tamen ne prorsus inbellem gererent annum*] Rectius vetus *imbellem agerent annum.* Gelen. In Flor. non

apparet τὸ *Tamen*. J. F. Gron. In reliquis meis vox *Tamen* constanter superest, nisi quod ejus loco *Tum* sæpissime obvio errore legat Harl. Vide ad xxii. 17. § 5. *Agerent* autem recte superest in omnibus scriptis. Vide ad xxii. 28. § 1. In verbis seqq. *expeditio in Umbriam facta*, pro *in Umbria*, ostentant Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. quod tamquam usitatius probarem, si graviores testes hanc lectionem confirmarent.

Quod nunciabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri] *Ex spelunca quadam excurs.* Hearnii Oxon. N. in cujus L. 2. erat *in agros factas*. Utrumque non modo superest in Harl. sed insuper *incursiones* exhibet. Præterea *et nunciabatur* est in eodem cod. sed vox initialis *quod* exsulabat a Gaertn.

§ 5 *Et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu*] Etiam hic vocula initialis non adparet in Lov. 4. intercepta vel a præcedenti *est*, vel a sequenti *ex*. Prioris erroris exemplum vide ad Epit. Liv. lib. vi. posterioris ad xliv. 43. § 3. Deinde *ex eo loco obscura multa vulnera* Harl. 3. quali errore § præc. habuimus *ex spelunca quasdam incursiones*. Præterea *maximo lapidum ictu* Harl. Vide ad v. 40. § 5. Paullo ante *penetratum signis*, pro *cum signis*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed vocula *cum* excidit ob similitudinem ultimæ syllabæ vocis præced. Tale exemplum jam habuimus ad viii. 33. § 9.

Specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congestis lignis] *Specus ejus (nam parvus erat) ore invento* Lov. 4. *parvus erat* est etiam in Harl. et Gaertn. *ejus specus ore* edd. vett. usque ad Froben. 1535. Deinde *conjectis lignis* Lov. 4. quomodo et alibi scribas variasse, vidimus ad iii. 38. § 7.

§ 6 *Dum evadere tendunt, absumta*] *Evadere tentant* edd. veteres ante Aldum, qui *tendunt* reposuit. Alibi hæc verba commutari solent. Vide ad vi. 38. § 7. Aldo consentiunt scripti, nisi quod *evadere intendunt* sit in Harl. Etiam male. *Tendunt* hic ponitur pro 'contendunt;' quod Livio frequens esse, videbimus ad xxxii. 32. § 7. Et quidem hac constructione, ut vi. 38. 'Si tamquam captæ civitati leges inponere tendent.' Hinc *assumta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *assumto* Gaertn. Vide ad Livii ii. 42. § 4. Paullo ante *inter*, pro *intus*, male præfert Hav. *pavore* etiam, pro *vapore*, transpositis per errorem literis, edd. vett. usque ad Mediol. 1505. et Aldinam.

§ 7 *M. Livio Dentre et C. Æmilio consulibus*] Scribe *M. Æmilio* ex Diodoro lib. xx. p. 787. et ipsomet Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno 'M. Æmilium' vocat c. 3. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Livio Dentrice, Æmilio Coss.* Pal. 2. *Marco Lutio Dentato, C. Æmilio.* Andreæ ed. *M. Livio, Q. Æmilio.* Camp. *M. Livio Dentrice, C. Æmilio.* Sigonius 'M. Æmilium' fuisse appellatum contendit. *Gebh.* Prænomen hujus consulis (Æmilii) in scriptis desideratur. Addiderunt *C.* quod refutat Sigonius, et rescribit *M.* ex ipso Livio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno 'M. Æmilium' vocet, ut et Diodorus. Nimirum scripsit auctor *Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus?* J. F. Gron. Prioris consulis cognòmen deest in Harl. Hearnii Oxon. B. et edd. prioribus, nisi quod *M. Livio Dentre* in Romana principe esse Hearnius testetur. *M. Livio Dentrice* habent Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Flor. Hearnii Oxon. N. et Neapol. Latinii. *M. Livio Dentrica* Voss. 2. et fragm. Hav. Similiter in eodem gentis Cæciliæ cognomine variare librarios, videbimus ad xxxix. 56. § 5. *M. Livio Dentato* Hearnii Oxon. B. *M. Lutio Dentato* Port. Gaertn. et Hav. Deinde vocula *et* inter utri-

usque consulis nomina non adparet in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum *Q. Æmilio* Harl. et Klockian. una cum edd. vett. usque ad Aldum, qui dedit *C. Æmilio*. Et ita præferunt Flor. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Sed Æmilii prænomen omittitur in reliquis meis, et Hearnii Oxon. N. L. 1. et B. Nihil itaque propius video, quam ut cum Gronovio legamus *Marcio Livio Dentre et Æmilio consulibus*. Nam simili modo concepta oratio sæpe librariis fraudi exstitit. Vide ad IV. 46. § 1. Interim tamen adstruendo prænomini *Marco* inde argumentum sumi nolim, quod ipsemet Livius magistrum equitum hoc eodem anno creatum vocet 'M. Æmilium Paullum' c. 3. Eumdem enim, qui consul fuit, etiam magistrum equitum fuisse, non constat. Quin contra, quum Livius, si quis vel consul vel prætor in eo magistratu vel dictator vel magister equitum dictus sit, id diligenter monere solitus fuerit, et tamen nihil tale hoc loco additum reperiatur, potius est ut credamus M. Æmilium consulem a M. Æmilio Paullo magistro equitum diversum exstitisse, licet tabulæ Cuspiniani apud Pighium in Annal. ad a. CDLI. p. 380. etiam consuli 'Paulli' cognomen tribuant.

Redintegratum Æquorum bellum] Ms. Fuldensis *Æquicum bellum*. Modius. [Vid. Lectt. Varr.] *Æquorum* ante Juntam invenio apud Aldum, *Equicum* ante Ascensium in Ven. ed. 1495. Et quidem *Æquorum* superest non tantum in Hearnii Oxoniensibus, sed et meis Mss. nisi quod *Equitum* sit in Leid. 1. *Æquicum*, præter Flor. in Klockian. Hanc autem lectionem se Livio ex Mss. Italicis et Gallicis vindicaturum, Gronovius Heinsio promisit in epistola apud Burm. in Syll. Epist. tom. III. num. XCI. Mox *Coloniam agro patentem*, pro *ægre patientes*, nullo sensu Lov. 4. *Coloniam Æqui ægre patientes* edd. princ. Sed primus Aldus expulit vocem *Æqui*, quam nulli etiam codd. agnoscunt. Tum *ab his colonis*, pro *ab ipsis*, Lov. 3.

§ 8 *Ceterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat*] *Certum tantum terrorem* Lov. 4. a m. pr. Aliis locis ita peccare solent scribæ. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Deinde *facere* fragm. Hav. a m. pr. Tum *quod vix credibile* Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Mox *ad bellum excortos*, pro *coortos*, Voss. 2. Vide ad V. 29. § 3.

Ut tumultus ejus caussa dictator diceretur C. Junius Bubulcus cum M. Titinio] Vet. lib. *dictator dic. C. Jun. Bubulcus: is cum M. Tit. magistro equitum profectus*. Sigon. Reperi in Pal. 2. et Camp. ed. *dictator diceretur C. Junius Bubulcus: is cum M. Titinio magistro equitum profectus*. Gebh. *Una tumultus ejus caussa dictator C. Junius Bubulcus* Voss. 2. *una*, pro *ut*, etiam est in Lov. 3. *ut tumultus ejus cum dictator diceretur* Harl. sed *cā*, sive *caussa*, et *cū*, sive *cum*, sæpe in Mss. confundi, vidimus ad IV. 44. § 10. Tum *C. Licinius Bubulcus* Lov. 4. Voculam autem *is*, a Sigonio insertam, defendunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Eamdem sibi quoque in Oxoniensibus obviam fuisse, Hearnius testatur. Deinde *C. M. Titinio* Leid. 2. et Lov. 1. *cum M. Ticinio* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 54. § 13.

§ 9 *Die octavo triumphans in urbem quum redisset*] *Die octava* Leid. 2. Vide ad VIII. 11. § 15. Hinc *rediisset* Harl. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Mox *dedicaverat*, pro *dedicavit*, Gaertn. quomodo indoctus librarius scribendum credidit, quia præcessit 'voverat' et 'locaverat.'

Vide ad VI. 3. § 8.

CAP. II. § 1 *Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ litora adpulsa*] Hic sine dubio est Cleonymus, Cleomenis regis filius, Arei regis patruus, quem postea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. In prologo lib. XV. Trogi Pompeii legitur, 'Cleonymi deinde Spartani res gestæ Corcyræ et in Illyrico et in Italia.' Athenæus XIII. 23. obsides puellas a Metapontinis exegisse auctor est. A Tarentinis autem in auxilium vocatus fuerat, ut testatur Strabo lib. VI. p. 280. *H. Vales.* *Cleonemo* Klockian. *Cleonimo* Harl. *Cleomino* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Deonimo* Leid. 1. et Lov. 4. literis *cl* in *d* coalescentibus. Vide hoc lib. c. 24. § 2. *Cleomene* Lov. 2. *Cloentino* Hav. *Helenio* Hearnii Oxon. L. 1. Voces etiam *duce Lacedæmonio* non adparent in Lov. 3. Earum loco monstrum hoc lectionis *dyce Lacaiedemonio* exstat in Klockian. De majoribus Cleonymi vide Pausan. in Attic. c. 13. et in Lacon. c. 6. De ejus rebus in Italia et Corcyra gestis vide Diod. Sic. lib. XX. p. 787. qui expeditionem ejus ad annum præcedentem refert. Ceterum non Cleonymus regnum Lacedæmone obtinuit, sed Areus filius fratris ejus Acrotati, et Leonidas Cleonymi filius; unde inproprie Livius infra hoc cap. 'Regem' vocavit.

Thurias urbem in Salentinis cepit] Omnes fatentur, 'Thurium' neutro genere, vel 'Thurii' masculino genere, oppidum esse magnæ Græciæ, ut videre est apud Strabonem lib. VI. etiamsi initio fere ejusdem libri p. 254. supra Thurios fateatur regionem esse, quæ *Thuriana* (sed corrupte id ita legitur, *Tauriana* enim legendum) vocetur. Fieri autem potest, ut et in Salentinis ejus nominis fuerit oppidum. *Glar.* Vet. lib. *Thurios*: oppidum est in Sallentinis, quod, auctore Stephano, *Thurii, Thuriæ*, et *Thurium* dicitur. Itaque Livius paulo post 'Thuriæ redditæ.' *Sallentini* duobus *ll* scribendi, ut post dicam. *Sigon.* Pal. 2. et Andreæ ed. *Thurios.* Gebh. *Thurios* etiam Lov. 1. et Klockian. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Turrios* Port. et Hearnii Oxon. B. *Thirios* Leid. 2. *Turros* Hav. *Durior* Leid. 1. *Turrias* Gaertn. *Thurarum urbem* Lov. 2. *Turorum urbem* Harl. et Hearnii Oxon. C. qui in L. 2. *Taurorum urbem* se invenisse monuit. Quia autem Thurias in Sallentinis nemo locavit, hinc errorem inrepsisse, et *Rudias* scripsisse Livium, existimat Doujatius, quod Sallentinorum oppidum, non quidem ad litus, sed paucis ab eo passuum millibus situm esse docet; *Sallentinis* autem, non *Salentinis*, scribendum esse, vidimus ad IX. 42. § 4. Et ita hoc loco præferunt Flor. et Klockian.

§ 2 *Adversus hunc hostem consul Æmilius missus*] Vocem *consul* omittit Lov. 1. sequentem *Æmilius* Leid. 2. Sed utramque servandam puto: priorem quidem, quia paullo ante dictatoris et magistri equitum mentio facta est, posteriorem vero, ne incertum maneat, uter consulum missus sit. Patet itaque, verum non esse, quod existimasse videtur Sigonius ad Livii XXII. 14. § 13. Livium semper nomen magistratus nomini proprio postposuisse. Vide quæ ibi notantur. Mox *compulit naves*, pro *in naves*, Gaertn. Deinde *Thure*, pro *Thuriæ*, Harl. et Lov. 2. *Turiæ* Lov. 4. *Thiriæ* Leid. 2. *Turriæ* Gaertn. Hav. et Port. a m. pr. in quo deinceps *Turrii* emendatur. *Thurios* Klockian. Denique *pax parata*, pro *parta*, Voss. 2. Vide ad Livii V. 6. § 1.

§ 3 *Cleonymum prius, quam confligendum esset*] *Cleominum* Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Cleomenem* Lov. 2. *Cleronimum* Lov. 1. *Cleominium* Voss. 2. *Deoninium* Lov. 4. *Cleoninum* Harl. *Clentinum* Klockian. Vide ad § 1. Paullo ante *C. Junium*, addito prænomine, edd. vett. usque ad Aldum, cui prænomen omittenti consentiunt scripti. Hinc *in quibusdam*

que annalibus, inserta copula *que*, Gaertn.

Italia excessisse] Pall. duo *decessisse*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. a m. sec. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sed nihil muto. Supra II. 13. ‘Agro Romano excessit.’ XXX. 20. ‘Raro quemquam alium magis mœstum abisse ferunt, quam Hannibalem hostium terra excedentem.’ XXXVII. 49. ‘Intra quintum decimum diem Italia excedere.’ XXXIX. 54. ‘Galli, redditis omnibus, quæ sine cujusquam injuria habebant, Italia excesserunt.’ XLII. 26. ‘Hæsitantibus in responso, ut curia excederent, dictum.’ c. 36. ‘Intra undecimum diem juberet eos Italia excedere.’ c. 48. ‘Italia intra trigesimum diem excederent.’ XLV. 12. ‘Priusquam hoc circulo excedas, redde responsum.’

§ 4 *Circumvectus inde Brundusii promontorium, medioque sinu Hadriatico ventis latus*] *Circumventus* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Ita etiam peccabatur in uno cod. III. 61. § 9. Vide et hoc lib. c. 17. § 4. c. 29. § 12. c. 36. § 14. et XXI. 46. § 7. Tum *Brundisii* Leid. 1. et Flor. idque voluisse videtur librarius Klockian. qui tamen per errorem dedit *Prundisii*. Vide ad XLII. 17. § 2. Hinc *promuntorium* Voss. ambo, et Lov. 1. *promunctorium* Leid. 1. *promunturium* Flor. *promunctorii* Gaertn. Alibi etiam optimi codd. *promuntorium* præferunt: de qua scribendi ratione vide Voss. in Etym. Ling. Lat. hac voce. Vulgatam orthographiam veriorem existimat Dausquei. de Orthogr. parte II. hac voce. Deinde *medio sinu*, omissa copula, Gaertn. Præterea *Adriatico* sine adspiratione Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Male. Vide ad Livii XXIV. 10. § 10. Tandem *ventis latis* Gaertn. Vide ad VI. 3. § 8.

Dextra Illyrici Liburnique et Istri] Vet. lib. et Capitolini triumphi *Illyrii*. Sigon. Pall. duo *dextera Illyrii*. Gebh. *Dextera* etiam Lov. 3. *dextraque* Neapol. Latinii. Deinde *Illyrici* Klockian. *Illirici* Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *Ilirici* Leid. 2. et Gaertn. *Ylirici* fragm. Hav. *Hylirici* Port. et Hav. *Hillirici* Leid. 1. *Illirii* Flor. Voss. 2. et Lov. 3. *Illyrii* Neapol. Latinii; quemadmodum legendum esse, recte Sigonius docuit. Vide ad Epit. Liv. lib. XX. Tum *Histri* Voss. ambo, Leid. 1. Flor. Lov. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XLI. 1. § 1.

§ 5 *Magna ex parte latrociniis maritimis infames*] *Magna parte* Gaertn. invitis aliis, qui constanter præpositionem servant. Vide ad II. 48. § 1. Vox *maritimis* deficit in Lov. 2. quæ in reliquis omnibus superest.

Ibi expositis paucis, q. l. e. quum audissent, tenue p. l. esse, quod t. stagna ab tergo sint, irrigua maritimis æstibus, agros h. procul campestres cerni, ult. colles videri esse, ostium fl. p. q. c. naves in stationem tutam vidisse, Meduacus amnis erat, eo i. cl. s. a. flumine jussit] Hæc verba *ostium prealti fluminis, quo circumagi, &c.* adhuc exploratorum puto: sed quidam *possint* verbum sustulerunt ante verbum *vidisse*, sine quo sensus non constat. *Meduacus* autem nomen non temere apud authores reperias. Boccatius, Venetorum ait flumen, haud dubie hoc ex loco, nihil præterea addens. Quod autem Patavinos metu accolarum Gallorum semper in armis fuisse Livius dicit, caussa innuitur, cur ita ubique Gallos elevet. Sed ab historico abesse oportebat odium. Ex hoc item loco satis apparet, quantum luminis sensui adferat vel addita vel detracta adspiratio in *ostium* et *hostium*. Glar. Hoc in loco valde laborat Glareanus, ut aliquorum verborum ordinem reperiat, neque sese explicare potest. Est autem locus valde memorabilis, propter situm urbis hujus, quæ post in æstuario, de quo loquitur, condita

est. Interpungitur autem et legitur in veteribus libris hoc modo: *Ibi exp. paucis, qui loca expl., quum audisset, tenue præt. littus esse, quod transg. stagna ab tergo sint irr. æst. mar., agros haud procul prox. camp. cerni, ult. colles, inde esse ostium fluminis prealti, quo circ. naves quum in stat. tut. vidisset* (*Meduacus amnis erat*) *eo inv. cl. sub. adv. flum. jussit.* [' In Venetis facile concesserit Sigonio Glareanus, tamen occasionem discutiendi loci ei dedit.'] Est autem ita accipiendum: Cleonymus quum audisset hæc ab exploratoribus, itemque quum alia vidisset, ita fieri jussit. *Sigon.* Connotabo, quomodo scriptura totius hujus loci concepta sit in Pall. codd. Mss. quorum 1. ac 3. *cum audissent, tenue. præt. lit. esse, quod tr. stagna ab tergo sint irr. vestibus mar., agros haud procul prox. camp. cernit ult. collis videri esse: ostium flumini prealti, quo circ. naves in stat. tut. vidisse, Meduatus amnis erat. Ergo invectam* (Pal. 1. *invertam*) *classem subire flumine adverso jussit.* Pal. 2. *ibique exp. paucis, qui loca exp., cum audisset* (et ita Andreas) *tenue par ita littus esse:* (supra scriptum tamen, *prætentum.* Andreæ ed. *tenue ita prætentum littus esse*) *quod tr. stagna ab tergo sint irr. æstibus mar.: agros haud procul prox. camp. cernit, ult. colles, inde esse* (ad marginem *videri* collocat) *hostium flum. prælati* (supra scriptum tamen *prealti*) *quo circumagi naves in stat. tut. vidissent.* Gebh. Accidit huic loco, quod multis aliis orationibus obliquis, de quibus Observat. II. 14. notavimus. Primum igitur τὸ *sint*, etsi habeant omnes libri; tamen suppositicium esse suspicor: nam cum dixisset Livius, *quod transgressis stagna ab tergo irrigua æstibus maritimis;* intelligi voluit vel ex præcedenti membro ' esse,' vel ex sequente ' cerni.' Habes deinde *quo circumagi naves cum in stat. tut. vidisset.* Τὸ *cum* in nullis veteribus reperi neque scriptis, neque editis ante Sigonium: pro *vidisset* autem alii codd. *vidissent:* rectius Thuan. Flor. et duo Pall. et Chifl. Vossianusque alter *vidisse:* idque verbum de exploratoribus, non de Cleonymo intelligendum. *Quum audisset,* (nempe Cleonymus præter cætera,) *inde esse ostium fluminis prealti, quo circumagi naves in stationem vidisse.* (Scilicet eos, qui expositi erant, ut loca explorarent.) Et sic ediderunt olim Bec. Juntas, Frobenius, Gryphius, Curio. Ita solet autem Noster. Infra c. 34. ' Consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse, et recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum,' &c. ita uno spiritu continuandum, si retines quod editur; nam scripti quidam et editi, *id perspicuum.* Lib. XXIV. c. 30. ' Nuntius occurrit: captam urbem esse, cætera falsa mista veris ferens: cædem promiscuam militum atque oppidanorum factam, nec quemquam puberem arbitrari superesse.' *J. F. Gron.* Admodum etiam hic variant codd. et edd. quibus usus sum. Eorum lectiones per satyram memorabo. *Ibique expositis* legit Harl. Sed voculam *ibi* non agnoscunt Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parmens. a sequentibus autem restitutam iterum expunxit Froben. 1535. sed certatim revocarunt Basileenses 1555. et Sigonius. Hinc *quum audissent* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Flor. et Oxon. N. apud Hearnium, qui in C. invenit *audirent.* Ex editis primus Aldus *quum audissent* in contextum recepit; quod, licet *audisset* in erratis revocasset, et ita interim Sigonius etiam emendasset, reliqui tamen usque ad Gronov. servarunt. Sed referendum hoc ad Cleonymum, qui ex reversis exploratoribus audivit: exploratores enim non audita, sed visa, retulerunt: unde patet *quum audisset* legendum esse. Tum *tenue par ita littus esse* Hav. *tenue ita littus esse* Port. in cujus mar-

gine emendatur *tenue ita prætentum littus esse.* Et ita habent edd. antiqq. Aldus quidem illud *ita* in contextu expunxit, sed inter errata iterum restituit, quod deinde Froben. 1531. ejusque exemplo reliqui recte ejecerunt. De voce 'prætentus' hoc sensu vide quæ notavi ad Silii xvi. 253. et adde Burmann. ad Val. Flacc. v. 167. Mox *quod egressis* edd. Rom. 1472. et Parm. invitis reliquis scriptis et edd. Postea *stagna sint a tergo irrigua* Lov. 4. *stagna ab tergo sunt irrigua* fragm. Hav. Harl. et Hearnii Oxon. N. Reliqui τὸ *sint*, quod Gronovium recte delendum monuisse arbitror, servant: contra vox *stagna* neglegentia librarii in Gaertn. omittitur. Deinde *vestibus marinis* Leid. 1. Lov. 2. a m. pr. et Lov. 3. ac 4. Præterea *cernit* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Sed recte cum editis *cerni* tuentur Flor. Port. et Klockian. jungendum enim est 'audivisset cerni.' Porro *ulteriora colles; inde esse hostium* Gaertn. et Hav. Sed passim *ostium* et *hostium*, perperam detracta vel addita adspiratione, in Mss. commutantur. Vide ad xxxvii. 13. § 8. *Ulteriora colles videri; esse ostium* Flor. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et Exc. Pithœi. *Ulteriora colles inde videntur, esse ostium*, tantum non utraque lectione juncta, Hearnii Oxon. B. *ulteriora videri; unde esse hostium* fragm. Hav. *ulteriora collis inde viderit; esse ostium* Lov. 3. et Harl. *ulteriora collis videri; esse hostium* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. et, præter Sigonium, omnes editores, (nisi quod in nonnullis interim emendatum sit *ostium*,) usque ad Gruter. qui lectionem Sigonii *ulteriora colles; inde esse ostium* admisit. Recte. Ad voces enim 'ulteriora colles' subintelligendum ex præcedenti 'cerni.' Insuper *præalti fluminis*, transpositis vocabulis, edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. dedit *fluminis præalti.* Et ita est in scriptis, nisi quod, trajectis literis, *fluminis prælati* sit in Lov. 3. et Hav. de quo errore vide ad v. 37. § 7. Post hæc sequitur *quo circumagi naves quom in stationem tutam vidisse* in Gaertn. *quo circumagi naves cum in stationem tutam vidisset* in Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *quo circumagi naves in stationem tutam vidisset* in Voss. 1. Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. *quo circumvehi naves in stationem tutam vidisset* in Leid. 2. et Lov. 1. sed 'circumagere' in hac re obcurrit xxxviii. 7. 'Quacumque se classis circumegerat.' Recte autem τὸ *cum* deest, et *vidisse* legitur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. omnibus, si excipiamus Rom. 1472. Parm. et paucas alias, quæ habent *vidissent.*

§ 6 (*Meduacus amnis erat*) *eo invectam classem subire flumine adverso jussit*] *Me diutius a̅nis erat* Hav. *Medincius amnis erat* Port. *Mediaq;s amnis erat* Klockian. *Mediatus amnis erat* Lov. 3. 4. et Gaertn. *Meducius amnis erat* Harl. et Hearnii Oxon. C. L. 2. atque in margine N. *Meduacum* autem, sive, ut etiam vocatur, *Medoacum*, cujus nomen non temere apud auctores reperiri tradit Glareanus, attamen memorari apud Strab. lib. v. p. 213. Plin. iii. 16. et in Tab. Peuting. docuit Cluverius Ital. Ant. i. 18. p. 143. Tum *ergo invectam classem subire* Lov. 3. et *adverso flumine* Lov. 4.

§ 7 *Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis*] Negativa particula *non* desideratur in Pall. 1. ac 3. Pal. 2. legit *Grav. naves non perculit.* Andreæ ed. *Grav. navium sarcinas non pertulit alveus fluvii.* Gebh. *Graves summas navium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Gravis summas navium* Flor. Videtur olim *Gravissumas* scriptum fuisse, quomo-

de sæpe 'optumus,' 'maxumus,' ac similia obcurrunt. Vide ad III. 17. § 5. ut ita error natus sit, partim ex vitiosa unius literæ duplicatione, partim ex indocta divisione literarum, quæ erant conjungendæ. *Gravissimas naves* præferunt Port. et Hav. *Gravissimas navium sarcinas* edd. Rom. 1472. ac Parm. Adparet, mutationis caussam librariis fuisse, quod non probarent genus loquendi, quo tamen Livius alibi sæpe usus est. Ita XXVIII. 39. 'Qua terrarum ultimas finit Oceanus:' ubi vide. Vocem *navium* omisit scriba Gaertn. quemadmodum vox negativa *non* deest in Voss. 2. et Lov. 3. cujus loco se *nec* invenisse in ed. Aleriensi, testatur Hearnius. Mihi tamen in memoratis Rom. et Parm. *non* obvium fuit, in quibusdam autem sequentium *nec*. Quod autem Gebhard. in uno *perculit* invenerit, neglegentiæ librarii adscribendum est. Vide ad XXXV. 27. § 16. Denique *fluvii* omnes typis excusi usque ad Aldum, cui *fluminis* reponenti concinunt omnes scripti. Vide ad XXXVIII. 15. § 7.

In leviora navigia transgressa multitudo armatorum] Præpositio *in* deest in ed. Mediol. 1480. et quibusdam aliis, quæ proxime *fluvii*, pro *fluminis*, exhibuerant, a cujus vocis litera finali præpositio illa, per compendium ĩ scripta, elisa est. Vide ad Livii XXXV. 8. § 9. *Et leviora* præfert Mediol. 1505. pro quo Aldus primus *in leviora* dedit. Ei vero adstipulantur scripti; nisi quod *in minora* legat Hearnii Oxon. L. 2. *minora* Harl. omissa itidem præpositione, quam vocis seq. litera initialis intercepit. Vide quæ notantur ad XXXVII. 1. § 2. Tum *transgressa multitudine* Lov. 4. Mox *frequentes agros pervenit*, pro *ad frequentes agros*, Lov. 2. Vide ad III. 6. § 7.

§ 6 *Inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt*] Pall. 1. et 3. *hominumque pecudumque prædas agunt*. Andreas *inflammant tecta hominum: pecudumque prædas agunt*. Gebh. *Hominumque pecudumque prædas agunt* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *hominum pecudum prædas agunt* Hav. *hostium pecudumque prædas agunt* Lov. 2. Vide ad XXIII. 37. § 11. Vulgatum verum est. 'Præda hominum' sunt homines jure belli capti. Infra XXIV. 16. 'Præda omnis, præterquam hominum captorum, militi concessa est.' XXXI. 18. 'Philippus, auro argentoque, quæ coacervata erant, accepto, hominum prædam omnem amisit.' Paullo ante *præsidio levi*, transpositis vocibus, Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum fide recepi. *Præsidio leni* est in Lov. 4. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Præterea *vicos vi expugnant*, addita media voce, edd. Aldina priores. Ita loquitur Livius V. 22. 'Operibus tamen, non vi, expugnata est.' Quum tamen in diversa abeant scripti, constanter vocem *vi* non agnoscentes, iis invitis etiam nihil muto.

Longius usque a navibus procedunt] Campan. *longiuscule a navibus procedunt*. Gebh. Ita et Neapol. Latinii: *longiusque a navibus procedunt*, prima syllaba τοῦ *usque* a finali vocis proxime præcedentis intercepta, Gaertn. et Hav. *longius quam a navibus procedunt* Hearnii Oxon. C. *longius inque manibus procedunt* Leid. 2. Sed de voce *usque* vide Gronov. Obs. III. 19. *Longius usque navibus prosedunt* Lov. 2. Hearne notat Sigonium edidisse, *longius, ut fit, a navibus procedunt*. Verum mihi ante oculos sunt tres ejus edd. quarum duæ eo vivente, tertia post mortem ejus prodierunt; in nulla tamen earum hanc lectionem invenio.

§ 9 *Juventutem dividunt: altera in regionem*] *Dividit* Leid. 2. *dividant* Gaertn. Tum *alteram in regionem* Flor. Leid. 1. Voss. duo, Lov. 2. 3. 4.

Harl. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera priori voci adcrevit ex voce sequente. Vide ad III. 48. § 5. Vel error ortus est ex eo fonte, quem indicavi ad VI. 3. § 8. Paullo ante *semper auctores eos in armis* Harl. *semper autem in armis eos* Lov. 4.

Altero itinere ad stationem navium] Fortassis *alio*. J. F. Gron. Codd. nulli aliquid mutant. Non displicet tamen Gronovii conjectura. Solent enim voces 'alter' et 'alius' in Mss. confundi. Vide ad Epit. Liv. lib. L. Vel potius cum Burmanno legendum censeo *avio itinere*. Nolebant enim prædonibus obviam fieri: ne itaque in eos inciderent, avium iter consectabantur. Suet. in Aug. c. 96. 'Auctore Divo Cæsare, cujus sibi species itinere avio obcurrisset.' Tum *a statione navium* fragm. Hav. a m. pr. *ad stationes navium* Lov. 4.

Millia autem quindecim ab oppido aberat] Notabili neglegentia sive Gruterus, ultimum Livium edens, sive is, cui editionis ejus curam commisit, officio suo functus est, præsertim in numeris, qui in prioribus per notas scripti erant, vocibus exprimendis; cujus hic novum edidit exemplum. Quum enim adhuc *XIIII.* editum fuisset, ibi demum *quindecim* substitutum est; quod recentiores servarunt. Pristinam itaque lectionem revocavi, siquidem non tantum omnes codd. mei, sed et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. vel *XIIII.* vel *quatuordecim* præferant. Cluverius tamen Ital. Ant. I. 15. p. 148. *XXIIII.* legendum censet. Præterea *millibus autem* Lov. 4. *milliaria* Hearnii Oxon. L. 1. et C. Vide ad Epit. Liv. lib. CXXX. Deinde *ab oppido aberant* edd. antiqq. ante Frobenianam 1535. et Hearnii N. qui in C. *ab oppido erant* invenit; ut referendum sit ad præcedens *navium*. Sed reliqui vulgatum defendunt.

§ 10 *In naves parvas, custodibus interemtis, inpetus factus*] *In naves, prius cust. interemtis* Lov. 1. in contextu; sed pro *prius* in margine emendatur *parvis*, quomodo etiam præferunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Ad naves* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Vox *parvas* deficit in edd. Rom. 1472. ac Parm. quæ eædem, simul cum aliis tempore proximis excusis, insuper præferunt *ignaris custodibus interemtis, repentinus impetus factus*. Primus Aldus vocem *ignaris*, deinde Froben. 1535. alteram *repentinus* omiserunt, quas etiam nulli codd. meorum agnoscunt. Mox *nautæ cogunt*, pro *coguntur*, Leid. 2. Vide ad hujus lib. c. 10. § 1.

Et in terra prosperum æque in palatos prædatores prælium fuerat] *Et interea* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Gaertn. invitis reliquis. Deinde *properum æque in pelagitis præd.* Klockian. Eodem modo 'prospere' et 'propere' etiam commutabantur V. 46. § 6. Pro *palatos*, manu recenti *palantes* factum erat in Flor. Male. Vide ad I. 11. § 3. *Palatos præda prædatores* sine sensu est in Hav. Mox *fugientibusque* fragm. Hav. a m. pr. *refugientibus* Gaertn. Tum *ad stationes*, pro *ad stationem*, iterum Lov. 4. Vide ad § præc.

§ 11 *Ita in medium circumventi hostes cæsique*] Libri omnes *in medio*. Gebh. A Curione provenit: nam et Gryphius cum scriptis editisque ante *in medio*. Sic c. 20. 'Qui vagos prædatores in agros palantes excipiant' fecerunt, fastidientes scilicet plebeium *in agris*. J. F. Gron. *In medio* etiam omnes mei. Ante Curionem vero *in medium* etiam dederunt Basileenses 1539. Præterea *Inde in medio* Port. et Hearnii Oxon. B. Voces etiam *hostes cæsique* non adparent in ed. Rom. 1472. Mox omnia hæc *pars capti classem, &c. in custodiam datis* omittuntur apud Hearnium in Oxon. L. 1. cui errori ansam dedit repetitio vocis *pars*. Vide ad IX. 11. § 11.

Regemque Cleonymum tria inde millia abesse. Ibi captivis] Pall. 1. et 3. *regemque Cleonymum III. mil' abesse. Inde captivis.* Pal. 2. *regemque Cleonium quatuor milibus abesse. Inde captivis.* Andreas quoque edidit *tria milia abesse. Ibi captivis.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] Primo *Cleomixum* Voss. 2. *Cleoymum* Lov. 3. *Cleoninum* Lov. 1. et Harl. *Cleoninium* Gaertn. *Cleonium* Lov. 4. et Hav. *Cleomenem* Lov. 2. Vide supra notata hoc cap. ad § 1. Tum *tria millia abesse. Inde captivis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Klockian. fragm. Hav. et Flor. *tribus millibus abesse. Inde captivis* Voss. 1. et Lov. 1. Neque aliter Lov. 4. nisi quod perperam verbum *abesse* omittat. *Tribus millibus abesse. Ibi captivis* Harl. cum primis edd. *tribus m. inde abesse. Captivis* Leid. 2. *quatuor millibus abesse. Inde captivis* Port. Gaertn. et Hav. *IIII. millia abesse. Inde captivis* Lov. 2. Hearnius etiam testatur, se *quatuor millia abesse* in Oxon. N. B. et Exc. Pithœi, *tribus millibus abesse* in cod. C. invenisse. Per compendium scriptum fuerat *III. M.* unde incerti, quemadmodum reddendum foret, librarii modo *tribus millibus*, modo *tria millia*, quod in optimis superest, dederunt. Vide ad xxv. 9. § 16. et xl. 18. § 5. Vulgatum autem ante Gryphium jam exstitit in Froben. 1535. Basileensi 1539. et Vascos. Nescio itaque, qua ed. Sigonii usus sit Hearne, ex qua didicit, Sigonium e vet. lib. emendare *Ibi captivis*, quod jam diu ante ipsum receptum erat: quum contra ad hæc verba nihil in Scholiis adnotarit.

§ 12 *Fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas*] *Fluviaciales naves* fragm. Hav. a m. pr. *fluvitiales naves* Harl. *fluviatales naves* Lov. 1. *fluviales naves* Leid. 2. Port. et Hav. Sed meliores vulgatum cum editis servant. Tum *apte planis alveis fabricatas* Leid. 2. Vide ad xxxi. 22. § 8. *Apte planis alveis fabricatis* Flor. *apte planis alveis fabricatis nautis* Lov. 4. Qui mox etiam perperam *complevit* dedit, quia displicebat locutio *pars complent.* Sed de ea vide ad v. 38. § 5.

Loca ignota plus, quam hostem, timentes] *Loca ignota postquam hostes tim.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui omnes etiam paullo ante *prefectisque* præferunt, pro *profectusque.* Vocula *que* aberat a Gaertn.

§ 13 *Fugientesque in altum, ac nusquam repugnantes*] Membranæ optimæ *fugientesque in altum acrius, quam repugn.*: optime. *Modius.* Pal. 2. *depugnantes.* Modii lectionem in nostris non inveni codd. *Gebh.* Lectionem Fuldensem *fugientesque in altum acrius, quam repugnantes,* confirmarunt nobis optimi quique et antiquissimi in Gallia et Italia libri. *J. F. Gron.* Cod. Fuldensis lectionem soli ex meis firmant Flor. et Klockian. Reliqui vulgatum servant, nisi quod *ac nusquam depugnantes* habeant Port. et Hav. Passim verba cum voculis *de* et *re* composita miscentur inter se. Vide ad ix. 10. § 6. *Repugnantes* hic verius esse, nullus non videt. *Hoc nusquam repugnantes* se in Oxon. L. 2. obfendisse, Hearnius monuit. *Fugientes,* sine conjunctione *que,* præferunt edd. Rom. 1472. et Parm.

Usque ad ostium amnis persecuti] Vocula *usque* abest a Lov. 2. Tum *persecutis* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *prosecuti* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. xcix. Mox *ingentisque navibus,* pro *incensisque,* Flor. Præterea *intulerat in vada,* mutato ordine vocum, Gaertn.

§ 14 *Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita*] *Cleomynius* Voss. 2. *Cleominus* fragm. Hav. a m. pr. *Cleomimus* Leid. 2. et Lov. 3. *Cleomenes* Lov. 2. *Cleoninius* Gaertn. *Cleonitius* Hav. *Cleonius* Lov. 4. Tum *rex,* pro *vix,* Neapol. Latinii. Supra etiam hoc cap. eum *regem* Livius vocavit. Vide ad § 1. hujus cap. Præ-

stat tamen vulgatum. Hinc *quinta parte incolumi navium* Leid. 1. Deinde *maris Adriatici* Voss. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Adriatici maris* Lov. 2. Vide hoc cap. ad § 4. *Maris Adritici* Leid. 1. *maris Adriaci* Lov. 4. qua forma apud poëtas potius obcurrit. 'Hadriaticus' Livius ubique usurpavit. Denique *prospere addita* Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad IV. 57. § 11.

Rostra navium spoliaque Laconum, in æde Junonis veteri fixa] Pall. duo et Andreas *spoliaque Græcorum*. Campanus *spoliaque latronum*, ut refert quoque Pal. 2. suprascriptum. *Gebh.* *Spoliaque latronum* Leid. 2. et Lov. 1. *spolia quoque Græcorum* Lov. 2. *spoliaque Græcorum* Lov. 3. 4. Gaertn. Hearnii Oxoniensis L. 2. et priscæ edd. pro quo Aldus *Laconum* substituit; quod recentiores servarunt, et meorum codd. reliqui firmant. *Spoliaque Graecorum ac Laconum*, juncta utraque scriptura, in Oxoniensi N. superesse, Hearnius auctor est. Alibi tamen Livius potius *Lacedæmonios*, quam *Laconas*, vocavit; nisi quod bis occurrat lib. XXXV. c. 12. et 13. et inde formatum 'Laconica ora' obcurrat XXXVIII. 30. Deinde *in æde Junonis vetere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et quædam vett. edd. Vide hoc lib. c. 18. § 8.

§ 15 *Patavii monumentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis*] Vide Victor. lib. XVIII. Var. Lect. c. 4. *Duk.* Prima vox deficit in Lov. 4. quemadmodum illæ, *eo die, quo pugnatum*, in Voss. 2. sequens *est* in Gaertn. et Hav. Tum *quotquot annis* Lov. 1. Mox *flumine in oppidi medio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. Sed præpositionem *in* neglexit Lov. 4. vocem *oppidi* ed. Rom. 1472.

CAP. III. § 1 *Cum Vestinis, &c. ictum est fœdus. Multiplex deinde exortus terror*] *In Vestinis* Hav. *cum Vescinis* Gaertn. Tum *Mult. inde ex. est terror* idem Gaertn. Sed *deinde*, quod reliqui omnes scripti firmant, et *inde* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXXVI. 24. § 10. *Mult. deinde terror ortus* Lov. 4. Sed alibi verba 'oriri' et 'exoriri' in Mss. commutantur. Vide ad IV. 45. § 7.

§ 2 *Etruriam rebellare, ab Aretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur*] *Et Etr. reb.* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vocula *Et* repetita est ex primis literis vocis seq. Vide ad X. 16. § 3. Tum *Arretinorum* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. et multæ edd. Vide ad IX. III. 32. § 1. Deinde *metu orto* Hav. Vide ad III. 69. § 2. *Metu ortus* Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr.

Ubi Licinium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum] Eram in Sequanis a gravissimo morbo ἀσθενῶν adhuc καὶ μαλακιζόμενος, cum opportune ad animi mentem recreandam adfertur mihi a Claudio Chifletio J. C. vetus exemplar Livii. Bibliothecæ Vesuntionensis esse aiebat. In illo Ms. invenio *ubi Cilnium genus*. Assensi statim, eoque libentius, quod et veteres edd. Livii partim *ubi civium genus* habent, partim *ubi Licinium civium:* cum hæsitantes videlicet librarii illud *Cilnium* in *civium* vertissent. Hi porro Cilnii sunt, nisi fallor, a quibus primam originem C. Mæcenatis illius Musarum patroni petendum est. Argumento gentile ejus nomen Cilnius: argumento et hic Livii locus, qui Cilnios istos Etruscos Aretinos constituit. Atqui profecto Mæcenas populo Etruscus, domo Aretinus fuit. Colligitur ex epistola Augusti apud Macrobium Saturn. II. 4. in qua præter cetera delicata nomina 'Laser Aretinum' a patria prima vocatur. Emendandus ita Livius c. 5. *Seditionibus tantum Aretinorum compositis, et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto:* ubi item vulgati *Licinio*. In

Silio Italico error similis l. VII. vs. 29. 'Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris Clarum nomen erat:' ubi perperam vulgo *Cilinus*. Nec dubitandum, quin aspexerit ad gentem et ortum Mæcenatis. Hujus in Livio lectionis non solum testem, sed etiam approbatorem habeo eruditissimum Victorem Giselinum, hominem junctum mecum fidelissima gratia, et cujus mihi non modo jucunda consuetudo fuit, sed etiam consilia et fides salutaria. *Lipsius* Antiq. Lect. I. 22. Mendose in exemplaribus *ubi civium Licinium genus*. Sic in Aldinis vetustioribus. Sed genuina lectio *Cilnium* est, ut opinor. Antiquissimo namque regio stemmate clarissima fuit apud Tuscos hæc gens Cilnia. Quod etiam testatur Horatius poëta, qui Cilnium Mæcenatem suum 'regibus atavis editum' cecinit Od. I. 1. 1. Itaque duobus Livii locis verum hoc nomen, a scriptoribus librariis non intellectum, corrupta voce sublata, restitui debet: sicut etiam J. Lipsius nomen hoc correxit. *Pighius* in Annal. ad a. CDLII. p. 381. Vetus codex, qui est apud me, scriptus manu Poggii Florentini, habet *Cilnium genus*, non *Licinium*. Unde videtur tum hic *Cilinium genus* scribendum esse, tum paulo post *Cilinio genere*, non *Licinio*, ut vulgo habetur his plane verbis: 'Pacatam,' inquit, 'ab dictatore Etruriam esse, seditionibus tantum Arretinorum compositis, et Licinio genere cum plebe in gratiam reducto,' &c. Hujus autem loci emendatio, ne quem sua laude fraudemus, debetur Octavio Pantagatho, qui primus animadvertit, tum apud Livium, qui fortasse Mæcenati hoc loco gratificari voluit, tum apud alios scriptores, in nullo magis nomine librariorum vitio erratum esse, quam in eo quo C. Cilinius Mæcenas affectus fuit: quem tamen Arretinum, splendido genere, et, ut ait Horatius, 'atavis regibus ortum,' Augusti maxime familiarem scimus fuisse: equitem item Romanum, nullo alio functum magistratu, ut T. Pomponius Atticus, dimidium animæ Ciceronis. Is versus aliquot scripsit, in quos invehitur Seneca Epist. 114. licet aliquos etiam laudet Epist. 19. Et in eum rursus lusit Augustus in epistola, cujus aliquot verba refert Macrobius Sat. II. 4. sed mendosissima. Sunt autem hæc: 'Vale mel gentium, metuelle, * ebur ex Etruria, laser Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Ciliniorum (sic enim legendum pro *Cilneorum*) smaragde, jaspis figulorum, berylle, Porsenæ carbunculum habeas: ἵνα συντέμω πάντα μάλαγμα moecharum.' Tacitus certe solus VI. 11. pæne incorruptum hoc nomen edit, cum ait, 'Cæterum Augustus bellis civilibus Cilinium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam et Italiam præposuit.' Pantagathus autem emendationem suam Silianis maxime versibus tuebatur ex lib. VII. belli Punici vs. 29. 'Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus ab oris Clarus nomen erat,' &c. Nam a 'Cilino' 'Cilinius' est, ut a Licino Licinius, ab Æmilo Æmilius, a Tullo Tullius, a Rutilo Rutilius, a Planto Plantius, a Planco Plancius, atque alia id genus. Nec potest Silianum carmen in *Licinum* mutari, nam prima syllaba corripitur, ut in hoc veteri carmine: 'Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: credimus esse Deos?' 'Mæcenatis' autem cognomen reperitur in veteribus monumentis per AE, ut etiam in vetustissimis libris, non per OE scriptum, ut 'Mæcia tribus,' 'Mæcianus,' et 'Mæcilius' item in numismatibus antiquis. *Ursin.* Scio, Janum Dousam patrem collegisse ad Horatiana sua, quidquid exstaret apud scriptores de Mecœnate ejusque majoribus. Nescio tamen, an et locum istum adduxerit; qui hactenus delituit sub 'Licinio

genere.' At tangi data opera a Livio Mecænatis stirpem, nemo est qui non sentiat. Emendationis hujus auctorem esse puto Pighium; nam et hujus amici, ut et alterius, commentariis destitutus, nihil pronunciare possum. Interim nullum eorum, qui in Livium hactenus scripsere, suspicatum umquam fuisse tangi heic viri illius liberalis familiam, plus quam monstri simile est: quei enim oblivisceretur Smaragdi hujus sui temporis Livius? *Grut.* Pall. 1. et 3. *ubi civium Calvium genus.* Pal. 2. *ubi Cuilinum genus:* suprascriptum tamen *Cilinium:* quam scripturam quoque ex V. C. scripto manu Poggii consignavit notis suis F. Ursinus. Forte legendum *ubi Cilnium genus:* nam notissimum jam est ex doctissimorum virorum lucubrationibus, nomen gentile Mæcenati *Cilnium* exstitisse. Dein omnino verisimilis est Pantagathi sententia, occasionem cepisse Livium gratificandi, ejusque mentionem in historiam suam inserendi. Hæc ante nos observavit decus literarum nostrarum, lampas Belgii, Justus Lipsius Antiq. Lect. I. 22. *Gebh.* In plerisque Mss. locus misere est depravatus. *Verti linum genus* habet Harl. *ubi Ciluinum genus* Port. et Gaertn. *ubi Ciulinum genus* Hav. *ubi cuium Calvium genus* Voss. 2. *ubi civium Calvium genus* Lov. 3. *ubi civium Licinium genus* Lov. 2. cum edd. Mediol. 1480. multisque sequentibus. *Ubi Cilinium genus* Oxoniensis C. apud Hearnium, qui in Oxoniensibus B. et N. *ubi civium Cilinium genus* invenit; ita tamen, ut ad posterioris marginem *ubi Licinium* vel *Sicinium genus* adscriptum fuerit. *Ubi Licinium genus* est etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. quod deinde mutatum Froben. 1535. revocavit, et proximi usque ad Gruterum servarunt. *Ubi civium Cilinum genus* fragm. Hav. *ubi civium Ciluium genus* Flor. a m. pr. in quo *ubi civium Cilnium* emendatur a m. satis antiqua: neque aliter exstat in Leid. 1. et Lov. 4. At recte *ubi Cilnium genus* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis L. 1. unde haud multum differt scriptura Klockian. *ubi Cilneum genus.* Vide A. Augustin. de Nomin. pr. Pandect. c. 5. p. 345. De Arretinorum Etruscorum gente 'Cilnia' vide Dempsteri Etrur. Reg. II. 54. et Meibom. Mæcen. c. 3. Adde commentatores ad Taciti Ann. VI. 11.

Simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat] Postea a. CDLV. rursus deducta refertur c. 13. Credo memoria lapsum Livium; non bis deductam coloniam: quatuor enim duntaxat anni interfuunt, nec uspiam interea amissa describitur. *Glar.* Aliquot libri habent *simum a Marsis.* Quo fit, ut putem legendum esse *simul a Marsis agrum vi teneri.* Nam sequitur 'prœlio uno Marsos fundit.' Carseolos coloniam biennio post Albam et Soram deductam scribit Velleius I. 14. Cur autem Livius hanc deductam quadriennio post etiam repetat, ut de Sora ante admonui cap. præc. causa incerta est. *Sigon.* Sigonius existimat legendum *simul a Marsis agrum vi teneri.* Pall. 1. et 3. *simul Marsum agrum intueri.* Pal. 2. *simul a Marsis agrum tueri.* Andreas edidit *simul Marsorum agrorum vi tueri.* Gebh. Vulgatum *simul Marsos agrum vi tueri,* quod primum inveni in Frobeniana 1531. servant meorum Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. reliqui diversis modis variarunt. *Simul Marsorum agrum intueri* habet Lov. 2. ubi *intueri,* pro *vi tueri,* eodem errore scriptum est, quo *inpelli,* pro *vi pelli,* VII. 33. § 8. ubi alia vide. *Simul Marsorum agrum vi tueri* Harl. Neapol. Latinii, et priscæ edd. (nisi quod *Marsorum agrorum vi* sit in Parm.) cujus loco Mogunt. Colon. Cervic. et Ascens. 1530. *simul Marsorum gentem agrum vi tueri* dederunt. *Simul Marsum agrum intue-*

ri Lov. 3. *simul Marses agrum tueri* Hearnii Oxon. B. et Port. in cujus tamen margine *tueri vi* adscriptum est. *Simul Marso agrum vi tueri* Flor. et Leid. 1. *simul Marso agrum intueri* Lov. 4. *simul Marcis agrum vi tueri* Leid. 2. *simul Marsis agrum vi tueri* Voss. 1. et Lov. 1. *simul et Marsis agrum vi tueri* Hearnii Oxon. C. *simul a Marsis agrum tueri* Gaertn. et Hav. *simul a Marsis agrum vi tueri* Klockian. et fragm. Hav. a m. sec. Quare, si quis cum Sigonio malit *simul a Marsis agrum vi teneri*, haud multum adversabor. 'Tenere' enim et 'tueri' sæpius a librariis commutari solent. Vide Gronov. ad Livii xxv. 22. § 8. xxxv. 23. § 5. Burm. ad Ovid. Fast. iv. 225. viros doctos ad Silii Ital. iii. 456. et quæ notantur ad xxxiii. 15. § 12. Deinde *colonia Crasso olim* Hav. *colonia a Crasso olim* Lov. 2. *colonia Carseoli* Voss. 1. *colonia Crasseoli* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. et Exc. Pithœi. *Colonia Cresseoli* Leid. 2. et Lov. 4. *colonia Classeoli* Lov. 3. Alio adhuc modo variatur hoc lib. c. 13. § 1. CARSAEOLOS quidem coloniam hanc vocari in lapide literato, attamen propter eum a vulgata scriptura *Carseoli* recedendum non esse, censet Grævius in Præfat. tom. i. Thes. Antiq. Rom. Ceterum caussa, cur Livius hoc lib. c. 13. Carseolos iterum coloniam deductam esse, et quidem in agrum Æquiculorum, scribat, secundum Cluverium Ital. Antiq. ii. cap. ult. p. 784. hæc est, quod Livius alios hoc, alios illo loco scriptores secutus sit, qui et tempus deductæ coloniæ, et gentem, in quam deducta est, variarunt. Id autem etiam alibi a Livio commissum esse, videbimus ad xlii. 47. § 6. Vox *erat* deficit in Leid. 1. Mox *quatuor millia hominum scriptis*, pro *millibus*, Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *scripta* fuerat a m. pr. Vide ad xxv. 9. § 16.

§ 3 *Dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paulum*] *Paullum* scribi duobus *ll*, Capitolini lapides et nummi argentei docent. *Sigon.* Vide Sigonium Emendat. l. i. c. 1. p. 385. ed. Hanov. in fol. et Pighium ad h. ann. *Duk.* Vide Dausquei. Orthogr. part. ii. in voce 'Paullus.' Prima vox *dictus* deficit in Harl. dictatoris prænomen *M.* in Port. Deinde *magistrum equitum sibi elegit* est in Gaertn. quod ex glossa interpretis profluxisse videtur. Alibi has voces in Mss. confundi, videbimus ad xxviii. 42. § 5.

§ 4 *Quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum*] *Quam M. Q. Fabium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *quam M. Fabium Q.* Gaertn. *quam quæ Fabium* Lov. 3. Deinde *ea ætate atque his honoribus* Lov. 4. et Hav. Male. Supra iii. 35. 'Demissa jam in discrimen dignitas, ea ætate iisque honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium:' ubi alia vide.

Ex Maximi communi cognomine ortum errorem haud abnuerim] Collatio est Q. Fabii ad M. Æmilium Paulum, non ad M. Valerium Maximum. Quare hæc Livii suspicio de nomine *Maximi* minime congruit. *Glar.* Glareanus legit *ex Maximi communi cognomine ortum errorem haud abnuerim:* eoque ait suspicionem Livii de cognomine *Maximi* vanam, quod hic collatio sit Q. Fabii ad M. Æmilium Paulum, non ad M. Valerium Maximum. Quod utcumque se habet, ego profiteor, in membranis Fuldensibus hic exstare, *Ceterum ex Maximi consulis cognomine*. Modius. Pall. duo *ex Maximi consulis cognomine*. Gebh. *Ex Maximi communi cognomine* præferunt edd. principes, quibus ex scriptis adsentitur unus Harl. *ex Maximi consulis cognomine* est in Voss. 2. Leid. ambobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithœi. *Ex Maximi cognatione cognomine* in ejus-

dem Hearnii C. Reliqui omnes *ex Maximi cognomine* legunt, quomodo Froben. 1535. et post eum omnes alii ediderunt. Tum vocula *haud* exsulat a Leid. 2. *abnuam* autem, pro *abnuerim*, legunt edd. Rom. 1472. et Parm. Ceterum difficultas, quam movit Glareanus, gravissima est: cui tollendæ nihil opis est in codd. variis lectionibus. Sive enim *communi*, sive *consulis* legamus, sive vocem hanc deleamus, aut idem aut major restat scrupulus. Aliam itaque viam ei eximendo inierunt viri docti. Et quidem Sigon. Comment. in Fast. et Triumph. Rom. ad a. CDLII. Livio subveniri posse existimat statuendo, disceptationem fuisse, non utrum M. Æmilius Paullus, an Q. Fabius magister equitum, sed utrum M. Valerius Maximus, an Q. Fabius Maximus dictator exstiterit; eamque ex communi 'Maximi' cognomine ortam esse. Verum sententiæ ejus obstant verba proxime præcedentia: 'id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum.' Obstant etiam verba § 7. et 8. ubi, magistrum equitum per dictatoris absentiam ex insidiis circumventum memorans, ex eo conficit, verum non videri, Fabium magistrum equitum fuisse. Contra Pighius in Annal. ad a. CDLII. p. 381. opinatur, Livium ex inextricabili historiarum hujus temporis labyrintho, si dicere fas est, se explicare non potuisse, eumque, annalium diversitate distractum, sibimet constare non videri; nisi mutilum, ubi hujus anni historiam tractat, ut pluribus locis est, dicamus. Prius, ipsum Livium hic aliquid humani passum esse, verius videtur; qui certe duorum annorum res gestas in unum contulit, quum plerique fastorum conditores antiqui testentur, inter consulatum M. Livii Dentri ac M. Æmilii c. 1. et M. Valerii ac Q. Appuleii Pansæ capp. 5. et 6. memoratum annum interponendum esse. Quemadmodum itaque horum annorum Fasti ordinandi sint, pluribus docent Sigon. ac Pighius ll. laud. Vide etiam Dodwell. in Chronol. Græco-Rom. Dionysio Halic. subjuncta ad annum ante Christum natum CCCI.

§ 5 *Prælio uno Marsos fundit*] *Uno prælio* Leid. 2. Tum *Marsos fudit* Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. C. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. substituit *fundit*, concinentibus reliquis scriptis.

Compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plistiam] Quidam codd. *Milioniam* habent ac fere vetustiores. Ceterum postea a. CDLIX. (c. 34.) Samnitium oppidum dicitur, Plistia item superiore libro a. CDXL. (c. 21.) hic (si Diis placet) Marsorum. Neque vero perpetuo audiri oportere puto, diversorum oppidorum fuisse nomina, sed credibilius est, in his vel errare codd. vel memoria lapsum Livium. Utrumque sane non multum abest a vero. *Glar.* Glareanus miratur, *Milioniam* et *Plestinam* hic Marsorum oppida dici, quorum illud paulo post c. 34. Samnitium esse traditur: hoc vero lib. IX. c. 21. inter Samnitium etiam oppida numeratum est: nec juste miratur. Nam Samnitium oppida sunt 'Milonia' et 'Plistia;' Marsorum vero 'Milionia' et 'Plestinia,' ut post etiam dicam ex veterum librorum et Stephani auctoritate. ['Glareanus accusat codd. quos sæpe etiam reprehendit Sigonius. Verum id, quod sibi laudi dat, in alio carpit.'] *Sigon.* Vide c. 34. De 'Plistia' sive 'Plistica' est IX. 21. *Duk.* Cluverius Ital. Antiq. l. II. c. 15. p. 772. distinctionem Sigonii inter *Milioniam* et *Plestinam* (Sigonius scribit *Plestiniam*) Marsorum, ac *Miloniam* et *Plistiam* Samnitium non admittit: neque etiam cum Glareano vel codices antiquos erroris arguit; vel Livium, qui Milioniam et Plestinam nunc

Marsis tribuit, quum alibi Samnitium oppida fuisse agnoscat, memoriæ lapsum credit. Quod enim ad oppidum posterius adtinet, IX. 21. et 22. pro *Plistiam* legendum censet *Plistinam*, idque Marsorum, non Samnitium, oppidum fuisse contendit, quia incolæ ejus vocantur 'socii Romanorum,' eo autem tempore sociam in Samnio Romanis urbem nullam fuisse: et quia Samnites Plistiam circumsidentes dicuntur novos milites adcivisse 'ab domo,' id est, ex Samnio proprie dicto. Præterea pro *Milioniam* hoc loco legendum censet *Miloniam*, æque atque editur c. 34. quamvis autem eo loco Samnitibus Miloniam eripiunt Romani, eaque Steph. Byz. urbs Samnitium nobilissima dicitur, inde tamen non magis sequi eam in Samnio proprie dicto sitam esse, quam quaslibet alias urbes, quas antea a Samnitibus ex aliis populis captas Romani iis iterum ademerunt. Quædam huic Cluverii sententiæ reposuit Gronov. IX. 21. § 6. In Mss. fere nihil mutatur, nisi quod primo *Milionam* legant Leid. 2. et Lov. 1. *Miloniam* Lov. 2. Harl. Flor. Klockian. et Oxon. C. apud Hearnium, qui in L. 1. *Millioniam* invenit: deinde *Pelestinam* sit in Voss. 2. *Plestiniam* in Port. Gaertn. et Hav. *Prestinam* in Klockian. et *Plistiam* in Harl. Ceterum *compulsis* deest in Gaertn. Mox autem *et Fersiliam*, addita conjunctione, et literis transpositis, edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *intra paucos dies* alio ordine habent Leid. 2. Harl. Port. et Hav. cum edd. vett. ante Froben. 1535. *Inter paucos dies* Gaertn. Vide ad v. 27. § 2.

Et parte agri mulctatis Marsis] Copula *et* deficit in Lov. 2. Sed intercidisse videtur neglegentia librarii ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Vide ad IX. 41. § 10. Tum *multatis* Flor. Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Vide ad III. 67. § 5.

§ 6 *Tum in Etruscos versum bellum*] Pal. 2. *Inde in Etr. versum bellum.* Gebh. *Tū in Etruscos* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. et mox ad § seq. In verbis proximis particula *et* deest, et *repetundorum*, pro *repetendorum*, præfertur in Harl. et edd. Aldina antiquioribus, nisi quod interim *repetendorum* dederint Mediol. 1505. Præterea *profectus esset Romam* Leid. 1.

Magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur] *Populatum egressus* Voss. 1. pro varia lectione in margine. *Vel populatum egressus* Leid. 2. et Lov. 1. *populatum est egressus* Harl. Vide hoc lib. ad c. 26. § 12. et c. 33. § 7. Deinde *in insidiis circumvenitur* idem Harl. *ex insidiis circumventus* Hearnii Oxon. C. in cujus B. desunt voces *ex insidiis.* Eas neque in Gaertn. neque in Hav. inveni.

§ 7 *Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret*] *Qui terrorum eo tantum* Leid. 1. *qui terror non tantum* Voss. 2. et Leid. 2. *Error*, pro *terror*, scribendum esse, conjicit vir doctus ad marginem ed. Curionis. Sæpius eas voces in Mss. commutari, videbimus ad XXIV. 30. § 6. Hic tamen vulgatum servandum; non enim *errori*, sed *terrori* adscribendum est, quod fœda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Præterea *ab Fabio abhorret* Gaertn. et Hav. *ab Fabio abhorreret* Port. Vide ad XXXIX. 52. § 6. Paullo ante *signisque aliquot missis*, pro *amissis*, fragm. Hav. *signisque aliquod amissis* Gaertn.

Quod si qua alia arte cognomen suum æquavit, tum maxime bellicis laudibus] *Quos signa alia arte* Hav. *qui si qua alia arte* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *Quod si qua alia parte* edd. Aldo priores. Vide ad VII. 2. § 11. Præterea *cum maxime* Voss. 1. Lov. 1. Port. a m. pr. et Gaertn. *tū maxime* Hav. Vide modo ad § præc. Deinde *bestias laudibus* Klockian. insigni aberratione.

Ceterum omnia hæc verba exsulant ab Harl.

§ 8 *Injussu dimicaret, adduci potuisset*] *Abduci potuisset* Port. et Gaertn. Vide ad Livii XXVII. 29. § 1. *Deduci potuisset* Leid. 1. Paullo ante *sed et*, pro *sed etiam*, Lov. 2.

CAP. IV. § 1 *Quam res erat, terrorem excivit*] *Terrores excivit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *terrorem exivit* Flor. a m. pr. Mox *ut exercitus deletus*, pro *ut exercitu deleto*, Hearnii Oxon. C. *ut exercitu delecto* Port. Vide ad IX. 37. § 8.

§ 2 *Arma, tela in muros congesta*] *In muris* Port. Gaertn. et Hav. Male. Supra IV. 58. 'Quod omnia in locum tutum congesta erant.'

§ 3 *Omnibus junioribus sacramento adactis*] *Omnibus minoribus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sæpius obvio librariorum lapsu. Vide ad VI. 37. § 10.

Castra in tutiorem locum redacta] *In tut. locum castra redacta* Port. *in tut. castra locum redacta* Gaertn. *in tut. redacta*, una voce exsulante, Hav. Paullo ante *spe et tranq. et composita* Leid. 1. *spe tranq. incomposita* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Extra vallum sine tentoriis*] Vide Lipsium de Milit Rom. v. 18. *Duk.*

Ignominia aboleretur] *Aboletur* Gaertn. Sed notam, qua addita vox *abol'etur* scripta erat, neglexit librarius. Vide ad XL. 14. § 2. Paullo ante *signa admiserant*, pro *amiserant*, fragm. Hav. Ita sæpe peccant librarii. Præter illa exempla quæ laudata sunt ad IV. 12. § 11. vide etiam ad IV. 33. § 6. VII. 22. § 9. VIII. 33. § 17. IX. 12. § 2. et 10. atque alibi.

§ 5 *Castra inde in agrum Rusellanum promovit*] Meminit 'Rusellæ' Ptolemæus III. 1. et Plin. III. 5. item 'Rusellæ coloniæ.' Ejusdem agri item hic Noster author in hoc adeo libro c. 37. A. U. C. CDLIX. ubi tamen codd. fere legunt *Rosellanum*. Glar. Vox *inde* deficit in Leid. 2. Lov. 1. 2. et Harl. quæ, per compendium *iñ* scripta, a voce sequenti intercepta est. Vide ad XXXVII. 52. § 2. Præterea trajectis vocibus *in agr. Rusell. castra pro.* idem Harl. *inde in agr. Russell.*, vel *Ruselanum*, primæ edd. usque ad Aldum. *Ruselanum* etiam est in Lov. 1. a m. pr. et Lov. 2. *Russelanum* in Leid. 2. *Russellanium* in Klockian. *Rasellanum* in Lov. 3. *Rosellanum* in Port. *Roselanum* in Gaertn. *Rosollanum* in Hav. *Nisellanum* in Hearnii Oxon. C. Vide etiam hoc lib. c. 37. § 3. Oppidi, unde ager nomen invenit, vere 'Ρουσέλλαι Græcis, *Rusellæ* Latinis dici, pro quo posteriori ævo *Rosellæ* dixerunt, docet Cluver. Ital. Antiq. II. 3. p. 514.

§ 6 *Eo et hostes secuti: quamquam ex bene gesta re*] Vet. lib. *et quamquam*. Sigon. Pal. 2. *et quamquam*. Gebh. Particula *et*, a Sigonio inserta, non adparet in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Klockian. et fragm. Hav. Tum *ex bene honesta re* Gaertn. Mox *summam in aperto cert.* Harl. pro *et in aperto*. Eamdem voculam *et* omittunt etiam edd. Aldina priores. *Summam et aperto certamine* Flor. *summam et imperato cert.* fragm. Hav. a m. pr. *in experto cert.* edd. Rom. 1472. et Parm. Præterea *tam insidiis*, pro *tamen*, Gaertn. Vide ad XXII. 59. § 13.

§ 7 *Tecta semiruta vici*] *Semirupta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Similiter etiam peccatum erat V. 49. § 4. Vide plura ad IX. 45. § 17.

Per vastationem agrorum deusti] *Per devastationem* Gaertn. Supra I. 52. 'Urbium excidia vastationesque agrorum semper aut exspectent, aut patiantur.' III. 66. 'Vastationem agrorum urbi per contumeliam ostentantes.' Tum *destituti* edd. antiqq. pro quo Aldus *deusti* reposuit. Et ita codd. scripti, nisi quod *deasti* sit in Lov. 4. *desti* in Klockian. *destituti* in Neapol. Latinii. Vox illa deficit in

Harl. Infra xxxix. 2. 'Vicosque, qui in campis aut vallibus erant, deussit.' xl. 41. 'Montanorum Ligurum ab A. Postumio vineæ cæsæ, frumentaque deusta.' c. 45. 'Arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, deusserat cunctas.'

Ibi abditis armatis, pecus in conspectu præsidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulsum] *Ibi additis auditis armatis* Gaertn. *ibi abditis armis* Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. quomodo, haud dubie culpa operarum, edidit etiam Modius; quem errorem tamen servarunt G. D. Heinsius, J. F. Gronovius et Doujatius. Alibi etiam has voces commutari, videbimus ad xxii. 37. § 7. Tum *in conspectum præsidii* Port. Deinde *C. Fulvius* Voss. 2. Lov. 2. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. in margine, et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1535. *M. Fulvius* Leid. 2. *consul Fulvius* Leid. 1. et Lov. 3. *Cornelius Fulvius* Hearnii Oxon. L. 2. et C. prænomen omittitur in Lov. 4. Reliqui vulgatum servant. Et sane hoc prænomen in gente Fulvia frequentissimum est, quæ vix altero illo *Caius* usa fuit. Tandem *perpulsum* Lov. 4. Vide ad ix. 24. § 4.

§ 8 *Quum moveretur nemo ab Romana statione*] Ita primus edidit Jac. Gronovius. Neque aliter est in codd. nostris, nisi quod Harl. et forte etiam Flor. ac Klockian. cum prioribus excusis præferant *cum commoveretur*. Vel itaque syllaba *com* in illis repetita est ex vocula præcedenti, vel in aliis ab ea absorpta est. Tum *a statione* Voss. 2. et Lov. 3.

Cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid cessarent, quum per media castra] *Cunctantes* Gaertn. et Hav. Sed adverbio illo Livius etiam usus est i. 36. 'Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt:' hoc lib. c. 10. et alibi. Tum *qui cessarent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. ubi *qui* pro 'cur' positum videri posset. Vide ad ii. 54. § 8. Reliquis tamen vulgatum defendentibus adsentiri malo, et *quid* interpretari 'propter quid.' Vide ad iii. 7. § 3. Hinc particula *quum* perperam omittitur in Hav. et Gaertn. quorum posterior etiam *per media castra Romana tuta*, pro *tuto*, præfert.

§ 9 *Et per omnes manipulos militum ingens esset indignatio*] Pal. 2. exhibet *indignatio magna esset*. Gebh. *Ut per omnes* Gaertn. Vide ad xxi. 28. § 8. Tum *militum manipulos*, transpositis dictionibus, Harl. et edd. usque ad Frobenianam 1535. Deinde *magna esset indignatio* Hearnii Oxon. B. *indignatio ingens esset* alio ordine Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *indignatio magna esset* Port. Gaertn. et Hav. In verbis præcedd. *Aliterites*, pro *Carites*, Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. *Cerrites* Port. et Hav.

Nec tamen injussu movere se auderent] Pall. tres, excluso provocabulo *se*, exhibent *nec tamen injussu movere aud.* Gebh. Sex codd. membranacei τὸ *se* ignorant. Suetonius Caligula c. 13. 'Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu.' *J. F. Gron.* *Injussi* edd. Rom. 1472. et Parm. Sed vox illa deficit in Lov. 2. qua tamen Livius sæpe utitur pro 'sine jussu.' Vide ad vii. 12. § 12. Deinde *movere auderent*, omisso pronomine, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. et Parm. quorum auctoritate etiam expunxi. Sæpius enim Livius verbum *movere* sine casu usurpare solitus est. v. 25. 'Quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, decima designetur.' xxi. 32. 'Triduo fere, quam Hannibal ab ripa Rhodani movit.' xxii. 1. 'Jam ver adpetebat, quum Hannibal ex hibernis movit.' xxii. 43. 'Movere inde statuit in calidiora loca.' xxiii. 1. 'Confestim ex Apu-

lla in Samnium moverat.' xxv. 9. 'Hannibal concubia nocte movit.' c. 16. 'Priusquam ex Lucanis moveret.' c. 38. 'Concubia nocte movere.' xxvii. 40. 'Moveratque ex hibernis ad famam hostis Q. Claudius.' xxxiii. 6. 'Certior jam factus, Romanum ab Thebis Pheras movisse.' xxxv. 4. 'Quum luce moveret, tamen turmam equitum exploratum misit.' xl. 59. 'Terra movit in foris publicis.' Vide ad xliii. 21. § 1. Jac. Gronov. ad vii. 14. § 8. Grævium ad Cic. ad Att. v. 12. et viros doctos ad Curtii v. 13. § 11.

Peritos linguæ adtendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset] Pall. 1. et 3. *att. animum past. sermoni, agr. an urb. propior esset.* Pal. 2. *att. animos past., sermone agr. an urb. propior esset.* Gebh. Duo Pall. et Voss. *jubet peritos linguæ att. animum past. sermoni, agr. an urb. propior esset.* Etiam Pal. 3. *sermone.* J. F. Gron. *Adtendere habitum* Voss. 1. in marg. et Leid. 2. Sed ea vox ex sequenti huc migrasse videtur. *Adtendere animos* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Quomodo librarii dedisse videntur, quia plures jussi erant, ut quisque animum, adeoque omnes illi animos adtenderent. Verum eo sensu utrumque in usu fuit 'adtendere' et 'advertere animos,' vel 'animum.' Cic. Orat. Agrar. ii. 15. 'Adtendite animos ad ea, quæ consequuntur.' Liv. iv. 45. 'Adverterent animos, ne quid novi tumultus Lavicis oriretur.' Cic. de Amic. c. 26. 'Admonendi sunt, ut animum advertant.' Sallust. in Jug. cap. 69. 'Vaccenses ubi animum advertere.' Vulgatum itaque, plurium et meliorum codd. auctoritate firmatum, servo. Similiter de pluribus non tantum 'in animos,' sed etiam 'in animum inducere' Livium dixisse, docent exempla quibus hanc locutionem inlustravi ad i. 17. § 4. Præterea *adtendere animum pastorum sermone* Port. Gaertn. et Hav. *sermoni* Voss. 2. et Lov. 3. Et hic etiam æque *sermoni* ac *sermo* ferri potest: quare iterum plurium ac meliorum codicum consensus efficit ut vulgatum præferendum censeam. Deinde *agresti inurbano* Lov. 4.

§ 10 *Et corporum habitum, et nitorem, cultiora, quam pastoralia, esse*] *Et corp. et hab. et nitorem cultiora* fragm. Hav. *et corp. hab. nitorem cultiora* Gaertn. *et corp. hab. nitorem cultioriora* Hav. *et corp. hab. et nitorem et cultiora* Leid. 2. Tum *cultiora esse, quam pastoralia* Lov. 4. Mox vocabulum *insidias* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. *nequidquam conditas urbes insidias* habet Lov. 4. *nequiquam* est in Flor. et Leid. 1. Vide ad xl. 47. § 9.

Nec magis jam dolo capi, quam armis vinci, posse] *Non magis jam dolo capi* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *non magis id dolo capi* Hav. *nec magis jam capi dolo* Lov. 2. 4. Harl. fragm. Hav. et edd. antiqq. ante Aldum. Deinde *quam armis capi vinci posse* Port. a m. pr. in quo *vincique* emendatur a m. sec. *vinci potuisse* Voss. 1.

§ 11 *Qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente ex latebris est*] *Considerant* Hav. Hinc *tunc surrectum* Leid. 2. *tum surrectum* Lov. 3. Deinde *e latebris est* Lov. 4. *ex latebris esse* Port. In verbis seqq. *et patentem ad conspectum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Auxilia adcitum mittit; interea ipse inpetus hostium sustinet*] *Auxilio accitum mittit* Gaertn. *auxilia acciri mittit* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *accitum mittit auxilia* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *hostium inpetus sustinet* Lov. 2. *inpetus hostium sustineret* Lov. 4. Vide ad xxxix. 52. § 6. *Impetum hostium sust.* Harl. et edd. Aldina priores. Vide ad i. 4. § 9.

Cap. v. § 1 *Nuncio adlato, dictator signa ferri, ac sequi armatos jubet*] Omnia hæc verba desunt in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. in contextu. Transpositis autem dictioni-

bus *et sequi jubet armatos* legunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. *atque sequi jubet armatos* Gaertn. Mox *clariora*, pro *celeriora*, Lov. 4.

§ 2 *Rapta extemplo signa armaque; et vix ab impetu*] *Recepta est. signa* Lov. 4. Tum vox *et* deficit in Lov. 2. Mox *concursu*, pro *cursu*, Harl. quomodo etiam variant codd. v. 42. § 3. 'Concursare' et 'cursare' eo modo confundebantur IX. 24. § 12.

Quum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor] Pall. duo meliores *cum ira acc. nuper clade stimulabantur*. Forte *cum ira acceptæ nuper cladis stimulabantur*. Gebh. *Tum ira* Voss. 1. Lov. 1. 2. Gaertn. fragm. Hav. Flor. a m. recenti, et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. Vide ad VI. 23. § 3. *Tum ira ab accepta nuper clade stimulabant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ira accepta nuper clade stimulabantur* Voss. 2. et Lov. 3. *stimulabantur* etiam fragm. Hav. quæ scriptura errori librarii tribuenda est. Male itaque Gebhardus inde legendum conjecit *ira acceptæ nuper cladis stimulabantur*. Ea enim recepta, nisi simul legamus *tum concitatiori accidente clamore*, verba illa non habebunt unde pendeant. Sed insuper, ita legendum non esse, ostendit sibi in vicem respondens locutio 'ira ab accepta clade' et 'clamor ab increscente certamine;' in quibus *ab* accipitur eodem modo, ut XXVI. 1. § 3. ubi plura vide. *Accepta clade nuper stimulabat*, trajectis vocabulis, Hav. Sed τὸ *nuper* aberat a Lov. 4. Insuper *accedens clamor* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. cum edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Male. Vide ad XXI. 10. § 12.

§ 3 *Urguent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocius eant*] *Clamor ab incr. certamine urgēt: atque alii alios, hortanturque signiferos* Hav. *Itaque* et *atque* sæpius commutantur. Vide ad XL. 12. § 2. Tum vocula *ut* non adparet in fragm. Hav. a m. pr. Eam sæpe omitti post verba hortandi, videbimus ad XL. 11. § 1. Hic tamen aliis codd. qui uno consensu defendunt, eam servandam esse consentio.

Quo magis festinantes videt dictator] Vet. lib. *fest. ire videt*. Sigon. Pal. 2. *fest. ire videt:* ut monuit ex suo quoque Sigonius. Confer hæc cum Curtii III. 10. ubi narrat, ab Alexandro milites, concitatius euntes, manu inhibitos. Gebh. *Festinantes ire videt* etiam Port. et Hav. *festinantesve videt* Gaertn. *festinantes ut videt* Hearnii Oxon. B. *festinantes vidit* fragm. Hav. *festinantes videret* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 52. § 6. Vox *videt* deerat in Lov. 4. Mox *retinet agmen*, pro *retentat*, idem Lov. 4. quod ex interpretatione natum est. Emphasis hic est in frequentativo; quo indicat, dictatorem subinde omni hac via sæpius retinuisse milites. Alibi sæpe librariis forma hæc verborum displicuit. Vide ad V. 40. § 3. Eodem verbo aliquoties usus est Aurel. Vict. in Cæsar. sed sine emphasi pro 'retinere.' At simili sensu obcurrit apud Tacit. Hist. II. 35. 'Desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut comminus mergere.' Hist. V. 21. 'Civilis dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis, relicto equo, transnatavit.'

§ 4 *Et super alios alii nunciant dictatori*] Vide ut hic sermo statim versus est. Præcedentia enim verba manifeste de Hetruscis dicuntur, hæc autem omnino de Romanis. Neque enim Hetrusci dictatori nunciant, omnes legiones Hetruscorum capessisse pugnam. Sed certe conjunctio *et* novæ digressionis est nota, quod superiore quoque libro admonuimus: nisi quis mendam in hoc loco putet. *Glar.* De Romanis intelligendum, non de Etruscis. Itaque nova periodus instituenda est. *Sigon.* Voculam *et* omittunt Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *principio excitati pugnæ*, pro exci-

ti, Klockian. Vide ad XXVIII. 24. §. 4. *Principio exciti pugna* Flor.

Omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam; nec jam ab suis resisti posse] *Cepisse pugnam* Leid. 2. quod ex glossa interpretis natum puto. Supra II. 6. 'Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus:' hoc lib. c. 19. 'Suoque inpetu magis milites, quam cujusquam ductu aut imperio, pugnam capessebant.' Klockian. præfert *capesse*. Tum *nec ab suis resisti posse* Lov. 4. et Gaertn. *nec jam a suis resisti posse* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. *neque jam ab suis resisti posse* edd. antiqq. usque ad Aldum. Mox *quanto in discrimine* Lov. 4. Vide ad II. 19. § 8. Uni tamen testi fidem habere temerarium foret.

§ 5 *Ceterum, satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum*] Hæc verba etsi intelliguntur, duram tamen habent compositionem. *Glar.* Vet. lib. *Cæterum fretus satis esse etiam nunc.* Sigon. Ita et Port. Duram compositionem vocasse videtur Glareanus, quia jungendum credebat 'satis esse tolerando certamini;' id est, ei rei sufficere. Placeret itaque trajectio verborum, quæ in vet. lib. Sigonii et meorum uno obcurrit. Male. Jungendum enim 'satis fretus,' ut 'satis creditur,' et similia; de quibus vide ad XXI. 8. § 3. Est autem locutio Liviana 'esse tolerando certamini,' pro posse tolerare certamen; de qua vide ad V. 3. § 5. Præterea vox *Ceterum* exsulat a Lov. 3. *esse nam nunc tol. cer.* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *esse etiam vim tol. cer.* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Prima incedebant ... repentinum hostis timeret*] *Postea inced.* Hearnii Oxon. C. Tum *hosti sumeret* Klockian. Paullo ante *ad impetum capiundum*, pro *capiendum*, Flor. Vide ad XXVI. 37. § 11.

Sed relinqueret intervalla inter ordines peditum] Sic illæ, quæ secutæ sunt Modianam: nam et Curio cum omnibus prioribus *reliquerat*. Rectius omnino: etenim de dictatore hoc verbum exaudiendum, non de hoste. *J. F. Gron.* *Relinqueret* jam triginta quatuor annis ante Modium receperunt Basil. 1554. quod deinceps repetierunt Paris. 1573. et Francof. 1578. atque ita demum Modius: pro quo recte *reliquerat* revocavit Gronovius. Id autem Oxoniensium suorum testimonio firmari, auctor est Hearnius; neque dissentiunt mei, nisi quod *relinquerat* sit in Lovel. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Præterea *inter peditum ordines* Lov. 4.

Qua satis late spatio equi præmitti possent] Scribo, *qua satis laxo spatio equi permitti possent*. Gelen. Recte *laxo spatio* Gelenius; neque aliter codd. Hearnii Oxonienses, ut et mei; nisi quod *satis lapso* sit in Lov. 1. *satis lato* in Leid. 2. Colum. IV. 30. 'Riguus locus spatia laxiora desiderat.' Solent autem 'laxus' et 'lapsus' a librariis commutari. Vide quæ notavi ad Silii l. VIII. c. 322. Et eo modo confunduntur etiam 'laxare' et 'lassare.' Vide ad VI. 9. § 9. XXI. 59. § 6. et viros doctos ad Rutilii Iter I. 371. Similiter etiam turbant scribæ in vocibus 'laxus' et 'latus.' Vide ad XXXIX. 17. § 2. Deinde recte etiam idem Gelenius *permitti*, consentientibus omnibus scriptis meis. Vide ad III. 70. § 9. Ex locis autem ibi laudatis constat, non audiendos esse Port. Gaertn. et fragm. Hav. in quibus *equites permitti*.

§ 7 *Et inmissus eques libero cursu in hostem invehitur*] Sic apud me primus Juntas. Sed melius Thuan. Flor. Voss. 1. Helm. Andreas, Bechar. Ascens. Mogunt. *emissus:* nempe ex acie Romana, per quæ dixerat intervalla. Lib. II. c. 43. 'Ita instruxisset aciem, ut, solo equitatu emisso, exercitum hostium funderet.' VII. 15. 'Eques deinde emissus turbatos avertit.' XXIX. 2. 'Intervalla patentia satis late fecerat, qua equitatum, ubi

tempus esset, emitteret.' xxx. 18. 'Tu quatuor legionum equites in hostem emitte.' xxxiii. 36. 'Et equitum Latinorum omnes turmas in hostem emisit.' *J. F. Gronov.* *Emissus eques* præter Voss. 1. et Flor. a Gronovio memoratos, ex meis legunt etiam Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. Kloekian. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac N. Ita ii. 25. 'Militem avidum certaminis emittit.' vi. 13. 'Tum equitum turmæ emissæ.' xxviii. 14. 'Equitatum omnem extemplo in equites emittit:' ubi similiter ante Gronov. peccabatur. Vidé quæ ibi notantur. Ceterum *immissus* ante Juntam dedit Aldus. Deinde *cursus liberos* præfert Leid. 1.

Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem obfundit] *In incompositosque effundit* Port. *incompositosque offundit* Voss. 1. *incompositosque effundit* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *incompositisque effundit* Flor. a m. recenti, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1531. *offundit* recte substituit. Passim hæc verba a librariis in codd. scriptis commutantur. Vide ad lib. xxxiii. cap. 7. § 8.

§ 8 *Itaque, ut prope serum auxilium jam pene circumventis, ita universa requies data est*] Primus tertiusque Pall. codd. *Itaque ut properum auxilium.* Pal. 2. *Itaque ut non properum auxilium.* Sed elegans est vulgata lectio. Lib. xxvii. c. 20. 'Asdrubal Gisgonis et Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Asdrubalem venerunt, serum post male gestam rem auxilium.' Eodem lib. cap. 49. 'Magnopere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset.' Lib. xxxi. c. 24. 'Quamquam serum auxilium perditis erat, tamen, quæ proxima auxilio est, ultionem petens.' xl. 26. 'Hæc sera futura auxilia erant.' *Gebh.* Voss. 1. *ut prosperum.* Thuan. Voss. alter, duo Pall. *ut properum auxilium.* Pal. 3. *ut non properum auxilium.* Cui pene accedo, etsi non oblitus *serum auxilium* alibi frequentari Nostro. Lib. xxviii. c. 25. 'Nihil reliqui habebant præter non tutissimum a malis consiliis receptum:' ubi vide: nam hic quoque vitiarant. Illud elegans *universa requies.* Ut iv. 27. 'Conferendo vires spem universæ victoriæ, tentato paullatim eventu certaminum, suos præcipere.' vii. 11. 'Tanti ea ad universi belli eventum dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, &c. transierit.' xxii. 12. 'Neque universo periculo summa rerum committebatur.' Et c. 32. 'In casum universæ dimicationis non veniebant.' xxiii. 16. 'Duces nec prohibebant paucos temere rogantes, nec dare signum universæ pugnæ volebant.' xxxi. 35. 'Rex tam celerem aleam universi certaminis timens.' xxxvi. 7. 'Hannibal, nominatim rogatus sententiam, in universi belli cogitationem regem avertit.' Hæc eo, ne tibi eveniat quod homini doctissimo, qui malebat *universis requies.* J. F. Gron. *Prosperum jam pene circumventus* Leid. 2. *prosperum jam pene circumventis* Lov. 1. voce *auxilium* in utroque omissa: *properum auxilium jam pene circumventis* Lovel. 2. 4. Gaertn. Leid. 1. fragm. Hav. a m. sec. (in quo *prope auxilium* erat a m. pr.) Hearnii Oxon. N. C. et Exc. Pithœi: *non properum auxilium pene circumventis* Port. et Hav. Quam quidem lectionem Gronovius probavit, et commode ferri potest: quum tamen non, nisi in sublestæ fidei codd. supersit, qualis præter meos modo memoratos Pal. 2. apud Gebhard. potius esse puto, ut cum eodem Gebhardo *prope serum auxilium* probem. Præter loca autem Livii, quæ idem Gebhardus laudavit, *serum auxi-*

lium memorat etiam Liv. III. 5. 'Quia serum auxilium post prœlium venerant, prope cum ignominia dimissi.' Particula autem *jam* deest in ed. Rom. 1472. Eam reliquæ, quas vidi, cum codd. scriptis constanter tuentur. Ceterum *universis requies data est* etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit. Sed recte Gronov. vulgatum defendit. Exemplis ejus adde hæc ex Liv. I. 38. 'Ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est.' XXII. 19. 'Incautosque universo simul terrore effuso obprimeret:' et l. XXVII. c. 12. 'Casum universæ pugnæ non necessarium ducebat.'

Integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit] *Integre accepere* Port. *integri accipere* Gaertn. *integri acceperunt* Lov. 4. Tum *nec ipsa longa*, omissa voce *ea*, Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. Exc. Pithœi, et cum edd. Rom. 1472. ac Parm. omnes mei Mss. nisi quod in Klockian. sit *nec hæc exposita longa*. Sæpe *ipsa* pro 'ea ipsa' poni, sæpe etiam, ubi ita præferunt codd. manu exarati, vocem *ea* culpa scribarum omitti, vidimus ad v. 43. § 4. Hic tamen non possum non conspirantibus in eamdem lectionem codd. consentire. Præterea *anceps pugna fuit* Port. errore librarii. Τὸ *fuit* non adparet in Voss. 2.

§ 9 *Et in ultimam castrorum partem*] *In ultima castr. parte* Harl. cum edd. prioribus. Aldus demum vulgatum reposuit, cum quo sentiunt reliqui scripti. Præterea *ut in ultimam* Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXI. 28. § 8. In præcedd. idem cod. omittit voculam *jam*.

§ 10 *Pars magna aggerem vallumque conscendunt*] Vocem *pars* tamquam conlectivam cum verbo plurali libenter Livium construere, dictum est ad v. 28. § 5. Quid tamen esse dicam, quod hoc loco omnes mei (solis forte Klockian. ex quo nihil notatur, et Harl. cujus scripturam mox memorabo, exceptis) constanter legant *conscendit*, et mox *posset*? iisdem consentit Oxon. B. Hearnii, qui insuper *conscendit* sibi obvium fuisse testatur in N. C. et Exc. Pithœi, quemadmodum contra *posset* exhibent Harl. et ed. Rom. 1472. ac Parm. An omnium horum codd. librarii errasse dicendi sunt? Durum id est. Eo tamen inclinat animus. Præterea *vallum aggeremque* edd. principes usque ad Aldinam, quæ voces transposuit, consentientibus scriptis, uno Harl. in diversa abeunte.

Si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua et evadere] Pal. 2. *aut sup., aut aliqua evadere*. Gebh. Ita et Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *aut sup. aliquam et evadere* Leid. 1. *aut sup. et evadere*, voce omissa, Exc. Pithœi. Male. De voce 'aliqua' vide ad XXXVIII. 30. § 7. Præterea *e superiore loco* Voss. 1. et Lov. 1. *e superiori loco* Leid. 2. *ex superiori loco* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *ex supero loco* Leid. 1.

§ 11 *Male densatus agger pondere suprastantium in fossam procubuit*] Vet. lib. *superstantium*. Sigon. Tres Pall. referunt cum Campani ed. *pondere superstantium*. Andreas vero *suprastantium*. Gebh. Paris. 1573. primi ediderunt *superastantium*; quod postea secuti editores servarunt. Id tamen ortum puto ex errore vel operarum, vel ejus, qui huic editioni præfuit, et ex *suprastantium*, ut ante Sigonium legebatur, *superstantium*, quod is in contextum recepit, emendaturus, inserto τῷ *e*, literam *a* expungere oblitus est. Nam 'superadstare' quidem verbum probum est, apud Virg. Æn. VI. 17. et, ut lexica docent, apud Manil. atque alibi obvium; eo tamen Livium usum esse, nondum comperi. Insuper lectio illa nullius cod. testimonio firmatur. Ut enim Sigonius in vet. lib. et Gebhardus in suis invenerunt, præferunt etiam

omnes mei, nisi quod *suprastantium* sit in Lov. 4. et ex Flor. nihil notatum videam, ut forte is quoque *suprastantium* servarit. Contra *superstantium* Hearnio quoque in Oxon. N. L. 2. B. et C. obvium fuit, quam etiam scripturam revocavi. 'Super' et 'supra,' ac propterea 'superstare' ac 'suprastare,' in Mss. confundi, videbimus ad XXIII. 36. § 6. De verbo autem 'superstare' vide ad XXXVII. 27. § 8. Vox *male* deerat in Leid. 2. Sed *male densatus* est, 'non satis densatus.' Vide Emmen. ad Virg. Georg. I. 105. *Quodam loco male densato* perperam Voss. 2. Etiam *ager*, pro *agger*, est in Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Denique *et fossam*, pro *in fossam*, Lov. 4.

Atque ea quum Deos pandere viam fugæ conclamassent] *Atque eva quum Deos* Klockian. *atque evah quum Deos* Harl. cum edd. antiqq. *atque eo quum Deos* Lov. 2. *atque eam quum Deos pandere viam* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. ac C. *ad quæ cum Deos pandere viam* Neap. Latinii. Sed recte Mediolan. 1505. ediderunt *atque ea quum Deos*, quod non tantum plerique editores posteriores, sed et reliqui codd. probarunt. Præterea *inclamassent* Gaertn. Error inde ortus est, quia per notam scriptum fuerat *c̃clamassent*, quod levi negotio in *ĩclamassent* corrumpi potuit ob ductuum similitudinem. Hac ratione commutantur 'contentus' et 'intentus;' (vide ad VII. 5. § 5.) 'concitare' et 'incitare;' (vide ad VIII. 33. § 1.) 'contra' et 'intra;' (vide ad VII. 40. § 13.) Mox *evadunt* deficit in Lov. 2.

§ 12 *Pacto annuo stipendio, et duum mensium frumento*] *Pacto annuo stip.* Flor. et Leid. 1. Tum *et duum mensium stip.* Lov. 4. Cujus codicis librarii menti adhuc vox illa ex præcedenti obversabatur, quum hæc scriberet. *Et duum mensium frum. imperato* una voce auctiores Harl. Neapol. Latinii, et edd. nonnullæ principes. Eo verbo in hac re usus est Livius IX. 43. 'Tum trium mensium frumento imperato, et annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis oratores missi:' ubi plura vide. Hic tamen ea vox non necessaria est, quum *pacto* præcesserit; quod de eodem negotio adhibet VIII. 2. et c. 36. etiam IX. 43. Recte itaque Aldus vocem *imperato* ejecit, quam neque reliqui codd. agnoscunt. Mox *a dictatore*, pro *ab*, Leid. 2. et Lov. 2. Deinde *Romam legatos mitterent*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Sine ullo memorabili prœlio*] Vox *prœlio* deficit in Lov. 4. At *memorabili bello prœlio* est in Voss. 2. Quamvis autem librarius subjectis notis recte indicarit, vocem *bello* delendam esse, interim tamen hinc patet, sæpe librarios voces 'bellum' et 'prœlium' commutasse. Vide ad III. 61. § 2. Paullo ante, continuata oratione, *Pace negata, induciæ*, pro *Pax negata*, Harl. Sed nihil muto, partim quia omnes reliqui codd. stant pro vulgato, partim quia Livio sollemne fuit, orationem in minores periodos intercidere. Vide ad XXI. 36. § 4.

Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto] *Licinio genere* tantum non omnes codd. et edd. ante ultimam Gruteri. Vide quæ notata sunt hoc lib. ad c. 3. § 2.

§ 14 *Consulem ex dictatura factum M. Valerium*] Lege *Consul ex dict. factus M. Valerius*. Gelen. Hæret in Pall. 1. ac 3. hæc lectio *Consul ex dict. factus M. Valerius*: in Pal. 2. *Consulem ex dictatore factum M. Valerium*: in Camp. *Consul ex dictatore factus M. Valerius*. Gebh. *Consulem ex dictatore factum M. Valerium* cum priscis edd. legunt Lov. 4. a m. sec. Port. Harl. Gaertn. et Hav. ut ita

oratio continuaretur cum sequentibus, et hæc verba penderent a verbo sequenti 'credidere.' Sed vide ad § præc. *Consul ex dict. abiit et factus M. Valerius* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Consul ex dictatore factus M. Valerius* ejusdem L. 1. et B. neque aliter Voss. 1. et Leid. 2. Reliqui probant emendationem Gelenii. Vir doctus ad marginem ed. Curionis emendandum censebat *ex dictatore*. Eam locutionem exponit Oudend. ad Lucani IV. 719. quemadmodum contra *ex dictatura*, quod in longe pluribus ac melioribus superest, exposuit Gronov. Obs. l. IV. c. 20. p. 320. ubi etiam lectionem Gelenii probavit.

Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere quidam] Fortassis *tradidere*. Non solet Livius, quum aliquid varie proditum adnotat, in ea re uti verbo 'credere,' sed aliter atque aliter id enunciat. Evolvatur vel solus liber IX. capp. 15. 42. et 46. 'In quibusdam annalibus invenio.' c. 23. 'Invenio apud quosdam.' c. 28. 'Utrumque traditur.' c. 36. 'Quidam tradunt.' c. 44. 'Alii tradunt.' eodem cap. 'Quidam auctores sunt.' Et 'credere' ac 'tradere' sæpe permutantur. Vide Burmann. ad Ovid. Metam. II. 378. et Drakenb. ad Silii XVI. 371. *Duk.* *Non potentem* Port. et Hav. de quo errore vide ad v. 14. § 5. male autem hæ voces ambæ omittuntur in Flor. Tum *atque ideo etiam absentem* Portug. et Gaertn. *atque ideo etiam absentes* Hav. *ideo* et *adeo* etiam alibi commutari solent. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Ep. Her. XVII. 164. *Atque adeo absentem etiam* Harl. et edd. ante Froben. 1535. *atque etiam absentem* Lov. 4. Voces *atque adeo* exsulant a Lov. 2. Ea tamen formula apud optimos scriptores frequens est. Cic. ad Fam. IV. 3. 'Sed aliquid, atque adeo multa, addunt et adferunt de suo.' Or. pro Planc. c. 19. 'Etiam atque etiam insto, atque urgeo, insector, posco, atque adeo postulo crimen.' In Pison. c. 18. 'Tune etiam, atque adeo vos, geminæ voragines scopulique reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis?' et ita alii sæpe. Vox *creatum* deest in Gaertn. et Hav. quorum librariis ea displicebat, quia initialia hujus § verba casu quarto concepta cum his jungebant. Tum *crediderunt* Lov. 4. Reliqui omnes *credidere*. Conjectura tamen Dukeri admodum placet. Vide ad Epitom. Liv. lib. LX.

Et per interregem ea comitia facta] Probo magis *habita*, quod est in vet. lib. *Sigon.* Sigonius *habita*. Sed neque illa, neque vox *facta*, comparet in Pall. duobus melioribus. Alias Pal. 2. binæque edd. principes defensitant vulgatum *facta*. Gebh. Sigonius magis probat *habita* e suo vetere. Sane tribus nostris ea vox prorsus exulat: verum in aliis tribus exstat integra. Cum autem toties dicat Livius 'perfecta comitia,' quare non et *facta* diceret? Habes hoc lib. c. 16. 'Comitiis perfectis veteres consules jussi bellum in Samnio gerere.' *J. F. Gron.* Probum est *facta*. Liv. v. 1. 'Comitia utriusque populi longe diversa ratione facta sunt.' Ibid. c. 14. 'Comitiis, auspicato quæ fierent.' Sic 'concilia facere' III. 10. *Duk.* Idem Gronov. in priori ed. notarum testatus vocem *facta* a melioribus codd. suis deficiente sententia prorsus exsulare, legendum suspicatur *ea comitia inita*. Nam ad sensum aliquid tale requiri, neque facilius quidquam a præcedentibus literis potuisse absorberi. Rectius tamen in posterioribus curis vulgatum contra Sigonium defendit. Nam *ea comitia habita* tantum inveni in Lov. 4. neque vox *facta* in aliis, quam Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. defuit. Non tantum 'perficere comitia' apud Liv. obcurrit XXII. 34. XXV. 41. XXX. 39. et alibi; sed et 'fieri,' ut hoc loco *facta*, dicuntur

I. 35. 'Eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent.'

Id unum non ambigitur, consulatum cum Appuleio Pansa gessisse] *Id unum vero amb.* Lov. 4. Error ex compendio nō natum est, pro quo scriptum fuisse u'o existimavit librarius. Tum *Pensa* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *gessisset* Lov. 4. *gessisse M. Valerium* Hav.

Cap. vi. § 1 *M. Valerio*] Et hic rursus Valerium absque cognomine profert, ut A. U. C. cdxliii. (lib. ix. c. 28.) fecerat, et bis, hoc adhuc anno (c. 9.) et sequenti (c. 11.) quamquam Maximus hic fuit dictator, ac illi consulatus duobus sequentibus annis datus videtur. Id unum apud me dubium, nam Corvinus etiam Maximus sit cognominatus, an alius quispiam M. Valerius cum Corvino hoc tempore vixerit ex eadem familia. Nam a quadringentesimo ab condita urbe anno novies in magistratu M. Valerii nomen reperias: sed Corvinus an. cdvii. primum fit consul: in sex sequentibus locis aliquis alius semel fuit consul, non Corvinus. At qui ex illis locis sit, non satis liquet; suspicor tamen a. cdxliii. Alioqui Corvinus hic erat vi. consul, ac anno sequenti vii. quod non videtur verisimile. Nemo enim ante C. Marium septies consul fuit Romæ, authore Plutarcho in Mario pag. 432. Plinius sane vii. 48. a primo Corvini consulatu ad sextum usque ait intercessisse annos xlvi. quod ego intelligo non connumeratis extremis. At hic annus est xlvii. Quare sequenti, non hoc anno, puto Corvinum sextum fuisse consulem, ubi Torquato subrogatus fuit: et vel hunc locum, vel eum A. U. C. cdxliii. ut diximus, de alio intelligi Valerio. Sane lex de provocatione a Corvino magnæ authoritatis viro lata videri potest. Et fortassis dictatori prioris anni male additum *Maximus*. Nam et Livius in comparatione illa, ex nomine 'Maximi' orta, lapsus videtur, ut paullo ante c. 3. § 4. demonstravimus. Sane Livianus codex in his oppido negligens est, authorisne culpa, an temporum injuria, ignoro. *Glar.* Recte Glareanus contendit, M. Valerium, hujus anni ordinarium, et sequentis suffectum consulem, fuisse celeberrimum M. Valerium Corvum, quia Plinius docet Hist. Nat. vii. 48. inter primum et sextum Corvi consulatum quadraginta et sex annos interfuisse. Tot autem anni interesse reperiuntur a Corvo primum consule ad M. Valerium T. Manlio subfectum, si Plinius similes, ac Livius adhibuit, fastos secutus sit, et annos utrimque extremos connumeraverit: nam secundum fastos Capitolinos, connumeratis extremis, intersunt anni quinquaginta. Quod autem Glareanus annos quadraginta et sex interesse dicat, non connumeratis extremis, inde fit, quod a Livio discedens eo temporis spatio duos annos interponat. Glareani sententiam, 'Corvum' cognominatum fuisse hujus anni consulem M. Valerium, confirmant Fasti Idatiani, secundum quos hoc anno consules fuerunt 'Corvinus' et 'Pansa.' Confirmant etiam Fasti, quos Noris. ex Biblioth. Cæsarea deprompsit, qui hujus anni consules vocant 'Corvum V.'. et 'Pansam.' Sexti consulatus, anno sequente gesti, neque hi, neque illi fasti meminerunt, quia fuit suffectus, et suffecti rationem non habuerunt. Hinc sequitur, si M. Valerius hoc anno ex dictatura consul factus est, et Corvi cognomen habuit, anni prioris dictatorem non *M. Valerium Maximum*, sed *M. Valerium Corvum* fuisse; quod Glareanus quidem conjectura adsecutus est, sed monumenta postea reperta verum esse docuerunt. Nam secundum Fast. Idat. annus, qui hunc nostrum præcedit, exactus est 'sine consulibus,' eoque 'Corvinus dictator, et Æmi-

lius magister equitum mensibus sex deinde fuerunt.' Fasti autem Norisii, quibus et Cuspinianus usus est, eodem illo anno tamquam consules proferunt 'Corvum II.' et 'Rullianum II.' quos eo anno secundum dictatores fuisse, Pighius docuit in Annal. ad a. CDLII. p. 381. Hinc iterum sequitur, si non *M. Valerius Maximus*, sed *M. Valerius Corvus* eo anno dictator fuit, Livium c. 3. lapsum esse, quum crediderit, 'ex Maximi cognomine ortum errorem' annalium fuisse. Vide quæ eo loco notavi. Præterea, quum a primo Corvi usque ad subfectum M. Valerii consulatum septem M. Valerii consules recenseantur, et Corvus tantum sexies consul fuerit, recte iterum Glareanus unum eorum, et quidem eum, qui a. CDXLIII. consul fuit, et Livio simpliciter 'M. Valerius,' omisso cognomine, vocatur IX. 28. a M. Valerio Corvo diversum fuisse, conjicit. Id enim probant postea reperti Fasti Capitol. Consul. et Triumph. eo anno integri, qui illius anni consulem M. VALERIVM. M. F. M. N. MAXIMVM vocant. Quod autem idem Glareanus apud se dubium esse testetur, utrum Corvus etiam *Maximus* cognominatus sit, de eo ita sentio; licet incertum sit, utrum Corvus ex familia Maximorum, an Publicolarum gentis Valeriæ procreatus sit, ut docet Pighius in Annal. ad a. CDV. pag. 296. attamen verius videri, eum, postquam 'Corvus' dici cœpit, priscum cognomen, sive illud 'Maximus,' sive 'Publicola' fuerit, omisisse. In Fragm. enim Fast. Capitolin. Consul. quo anno primum consulatum obtinuit, vocatur : . : . : ERIVS. M. F. M. N. CORVVS: reliqui vero consulatus cum utraque dictatura injuria temporum perierunt: in Fastis etiam Triumph. in secundo, tertio, ac quarto consulatu simpliciter tantum CORVVS cognominatur, neque in illis vel semel tantum etiam 'Maximi' cognomen ei tribuitur, ubi tamen toties duo, immo nonnumquam tria, magistratuum cognomina recensentur.

Q. Apuleio] *Appuleio* ex Capitolinis tabulis. *Sigon.* Vide ad Epit. Liv. lib. v. Ceterum plerique codd. hic et cap. præc. in fine *Apulejo* scribunt, quidam etiam *Apulegio* et *Appulegio.* Omnes autem voces *M. Valerio et Q. Appulejo* desunt in Gaertn. Mox vero transpositis vocibus *pacatæ res foris fuere* præferunt Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores. *Pacatæ res foris fuerint* Lov. 4.

§ 2 *Etruscum adversæ belli res et induciæ quietum tenebant*] Pall. 1. 3. et Andr. *adversa belli res.* Pal. 2. *adversa res belli.* Denique Camp. *belli res adversa.* Gebh. Scripti plerique et editi ab Andrea omnes ante Gryphium *adversa.* Lib. IV. c. 55. est, 'Ea adversa civitati res vires tribunicia actioni adjecit.' Tacitus Hist. IV. 5. 'Unde arcta Leptitanis res.' Quod haud scio, an jure sollicitent viri docti. Virgilius Æn. I. 563. 'Res dura et regni novitas.' Venit tamen in mentem, τὸ *res* vocabulum esse auctori invito sæpe inculcatum: præterea hic in tam propinquo non jucunde repeti: denique nec scripti omnes sibi constant. Voss. et Pall. unus *adversa res belli.* Rott. quo nunc incipio uti, *adversi belli res.* Campanus *belli res adversa.* Quæ omnia me movent, ut scripsisse Livium putem, *Etruscum adversa belli, et induciæ quietum tenebant.* Sic ipse 'incerta belli.' *J. F. Gron.* Quantum ex Gronovio et Hearnio intelligo, Mss. omnes habent *res,* nec ulla varietas hic est, nisi in voce *adversæ.* Sed *adversæ belli res* non minus recte dicitur, quam III. 9. 'secundæ belli res.' Offendisse Gronovium credo bis in brevi intervallo repetitum *res.* Nec tamen hoc infrequens est Livio. *Duk.* Cum Gronovio, *adversa* ex scriptis plerisque et editis reponenti, faciunt non tantum Hearnii Oxonienses, sed et mei om-

nes, nisi quod tamen *adversa* fuerit in Gaertn. a m. pr. et ex optimo Flor. nihil notatum invenerim. Eorum itaque auctoritate in contextum admisi. Non tamen primus est Gryphius, qui *adversæ* reposuerit; sed ita ante Gryphium Frobenius 1535. eumque secuti plures Gryphio priores ediderunt. An tamen vox *res*, ut Gronovius censuit, delenda sit, alia quæstio est. *Adversæ res belli* præferunt etiam Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Eam vocem sæpius a librariis alieno loco inculcatam esse, agnosco. Deinde *adversa* pro 'rebus adversis' dici, videbimus ad xxx. 12. § 6. Præterea, *adversa belli*, similique modo formatas locutiones, Livio in deliciis fuisse, dictum est ad vii. 21. § 8. Vellem tamen, repetitionem vocis *res*, quæ modo præcessit, non numerari inter causas, cur hoc loco expungenda esse videatur. Non modo enim Livium a quarumvis vocum, verum etiam a repetitione τοῦ *res*, parum sibi cavisse, partim ad i. 3. § 9. partim ad ii. 18. § 3. pluribus exemplis evici. Si itaque codd. probatæ fidei forent, quorum testimonio constaret, eam vocem a librariis insertam esse, Gronovio delenti inter primos adsentirer. Nunc vero, omnibus Mss. invitis, sententiam ejus probare nequeo.

§ 3 *Plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo præstabat*] Vocula *et* deficit in Voss. 2. sed eam intercepisse videtur vocis seq. syllaba initialis. Vide ad xliv. 43. § 3. Tum *exhoneratam* Leid. 1. Lov. 1. 2. et fragm. Hav. *exhoneratam* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad xxxvi. 40. § 9.

Certamen inceptum inter primores civitatis] *Certamen injectum* melius quam *inceptum*. Gelen. Gelenius emendabat *incœptum*, ut habet Andreæ ed. Pall. duo *certamen infectum inter* (Pal. 1. *intra*) *primores civitatis*. Forte legendum *certamen invectum in prim. civ.* Gebh. Quam negligenter Gebhardus Gelenium consuluerit, ex præmissa ejus adnotatione patet. Quod enim ejecit, et ad sua tempora edd. obsederat, ab eo emendatum ac restitutum persuadere conatur. *Infectum intra primores* est etiam in Voss. 2. *infectum inter primores* in Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. unde infeliciter Gebhardus *invectum in primores* mutandum conjicit. Nam quis umquam dixit 'invehere certamen in aliquos' pro operam dare, ut inter aliquos certamen oriatur? potius est, ut dicamus, *infectum* librarios per errorem dedisse pro *injectum*, ut reliqui præferunt, ob similitudinem ductuum, quibus majusculæ *F* et *I* scribi solent; ex qua causa etiam 'conjeci' et 'confeci' in Mss. confundi Manut. monuit ad Cic. ad Fam. xii. 25. Similiter 'adjicere' et 'adficere.' Vide viros doctos ad Suet. Calig. c. 15. Etiam 'jacere' et 'facere.' Vide ad xli. 4. § 2. 'Injicere certamen' autem, ut xxi. 54. 'Injecto deinde certamine cedendo sensim citra flumen pertrahere.' xxxiv. 4. 'Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere?' Eodem modo 'injicere contentionem,' 'rixam;' de quibus locutionibus vide ad iii. 64. § 6. Paullo ante *tum ne undique*, pro *tamen*, Port. Vide ad xxii. 17. § 5.

Patricios plebeiosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis] Pall. 1. et 2. *Quinto et cum Ogrаniis*. Pal. 2. *Q. et C. Eguiniis*. Andreas et Camp. *Oguiniis*. Gebh. *Patricios plebis et quod Eguinius*, reliquis omissis, Gaertn. *ab tribunis plebis quæ et cum Ogrаniis* Lov. 3. *ab tribunis plebis et Cn. Oguiniis* Flor. *Q. et Cornelio Eguiniis* Lov. 2. *Q. et q. m. Oguiniis* Voss. 1. *Q. et M. Ogruniis* Leid. 2. et Lov. 1. *Q. et C. Eguiniis* Port. *Q. et C. Eguiniis* Hav. Tribunorum nomen gentile *Ogulniis* deerat in Lov. 4. vacuo tamen spatio relicto: id *Oguinus* est in Leid. 1. *Oguiniis* in Voss. 2. *Oguiniis* in fragm. Hav. a m. pr. *Eguiniis* a m. sec. quomodo etiam præfert Oxon. B, apud Hearnium, qui *Eguiriis* invenit in C. *Eguiniis* in N. *Egu-*

niis in L. 2. *Egurariis* præfert Harl. *Oguiniis* exhibent etiam priscæ edd. pro quo Froben. a. 1531. *Ogulniis* reposuit; quæ vera est scriptura. Passim in nomine hoc minus noto erraruut librarii. Vide ad xxxix. 56. § 5.

§ 4 *Qua non infimam plebem accenderent*] Vet. lib. *qua non inf. modo plebem*. Sigon. A Sigonio dissentiunt Pall. *Gebh.* Cum vet. lib. Sigonii faciunt unus meorum Port. et unus Oxon. Hearnii B. Reliqui illud *modo* ignorant: quam vocem etiam non admittendam esse, monuit Gronov. ad xxxvii. 20. § 7. Et sane, *non, sed*, pro 'non modo, sed etiam' poni, videbimus ad xxxix. 28. § 1. Præterea *non* deficit in fragm. Hav. Hinc *infirmam plebem* præfert Gaertn. errore scribarum, qui etiam alibi ita errarunt. Exemplum habuimus iv. 59. § 6. Tum *accederet* Leid. 1. Et hic error in scriptis frequens est. Vide ad xxiii. 46. § 2. In præcedd. τὸ *qui undique* exsulant a Leid. 2. et Lov. 1. Tum *tentata etiam*, pro *erant*, est in Hav.

§ 5 *Nihil, præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset*] *Quæ nondum promiscuerant* Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad xxiii. 29. § 16. Voces *promiscua erant* non adparent in Lov. 4. relicta tamen est lacuna, ut aliquid deesse constet. Præterea *deessent* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 6 *Rogationem quoque promulgarunt*] Melius *Rogationem prom.*, absque conjunctione. *Gelen.* Vet. lib. *Rog. ergo promulg.* Sigon. Ut monuit Sigonius, ita et ego reperi in libris omnibus hic *Rog. ergo prom.* Gebh. Soli meorum Lov. 2. et Harl. servant lectionem a Gelenio damnatam. Reliqui adsentiuntur Sigonio et Gebhardo, nisi quod *Rog. igitur promulgarunt* sit in Lov. 4. *Rog. ergo promulgaverunt* in Gaertn. Port. et Hav. Mox *tum quatuor augures*, pro *quum quatuor*, Hav. idem, qui et *pro ea tempestate*, addita præpositione, perperam præfert.

Placeretque augeri sacerdotum numerum] *Placerentque augeri* Flor. et Leid. 1. cum edd. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. *Placeretque augere* Port. et Gaertn. *placeretque auguri* Lov. 4. Tum *sacerdotium numerum* Harl. Leid. 2. Port. et Klockian. At vox prior deficit in Gaertn. voces autem *ea tempestate essent, &c. quatuor pontifices, quinque* in Voss. 2.

Quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur] *Et quatuor sacerdotes pontifices et augures quinque* Port. *quatuor sacerdotes pontifices et augures* Gaertn. et Hav. *quatuor pontifices et augures* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *quatuor pontifices augures* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. atque L. 2. Hinc τὸ *omnes* deficit in Lov. 2. Deinde *adlegerent* habent Leid. 2. et Lov. 1. *eligerentur* Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *legerentur* codex L. 1. *crearentur* Lov. 4. quod posterius ex glossa et expositione alterius in contextum inrepsisse videtur. 'Adlegere' etiam mox hoc cap. dixit, 'Quia de plebe adlegebantur.'

§ 7 *Nisi morte duorum*] Si vera hæc Livii conjectura est, ergo antea sex augures, omnes ex patriciis creati, fuerunt. Sui itaque oblitus est Livius paullo post in oratione Decii, innuens sacerdotum de plebe adlectione neminem patricium de loco pulsum, aut ullam huic ordini injuriam factam. Ita enim inquit c. 8. 'Nunc tribunus quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis.' Si enim pro sex auguribus patriciis deinceps tantum quatuor forent, omnino iis duo augurum loca erepta esse negari nequit. Sed forte Livii loc. laud. ita accipiendus est, nullum patricium coactum

fuisse, ut sacerdotio, quod obtinebat, se abdicaret, idque plebeio concederet.

Quum inter augures constet, inparem numerum debere esse] *Intra augures* Voss. 2. Sed vox *inter* exsulat a Leid. 2. Tum *esse debere*, trajectis dictionibus, præfert Lov. 4. Ceterum Doujatius multis ad hunc locum probare conatus est, vulgatam lectionem corruptam esse, et menti Livii convenire non posse. Putat enim, si inpar augurum numerus esse debuit, vel quinque vel septem antea fuisse oportere, et sic non duorum, sed unius vel trium morte ad quaternarium redigi potuisse: deinde si tres antiquæ tribus pari inter se numero augures multiplicaverant, et ex tribus auguribus sex facti erant, inparem non fuisse numerum: denique neque nunc pari numero multiplicatos esse, quum ad quatuor adjecti sunt quinque. Hæc autem stare, vel aliter conciliari non posse judicat, quam si vox *inparem* corrigatur, ita ut legamus vel divisis vocabulis *in parem numerum debere esse*, vel ita *parem numerum debere esse*: sic enim numeri paritatem vel inparitatem non ad ipsos augures referri, sed ad proportionem cum veteribus illis tribubus, ad quas vel inpari vel pari numero augures delecti pro variis temporibus fuere. Verum quod ad primam ejus conjecturam adtinet, requiro exemplum locutionis istius, 'augures sunt in parem numerum.' Sed nec altera opus est, sine qua locum Livii sanum puto. Docet enim, vel augurum inparem numerum esse, vel pari inter se numero sacerdotes multiplicari debuisse. Jam autem inpari numero fuerunt, quum tantum tres essent, et quæque tribus antiqua suum augurem haberet; at pari inter se numero multiplicati, quum pro tribus sex fierent: nunc vero iterum pari inter se numero multiplicantur, quum pro sex novem constituantur. Nam ex quinque plebeiis adlectis duo in locum demortuorum ex sententia Livii subficiuntur, tres veteribus multiplicandis adjiciuntur. 'Inpar' itaque fuit 'numerus' augurum, quum tres essent; sed 'pari inter se numero' multiplicati sunt, quum tot a Ramnibus, quot a Titiensibus et Luceribus augures adjicerentur.

Ut tres antiquæ tribus, Ramnenses, Tatienses, Luceres suum quæque augurem habeant] Has lib. I. c. 13. et c. 36. vocavit 'centurias,' quas nunc *tribus* nominat. Easdem tamen et Plutarchus in Romulo p. 30. et Pædianus ad Cic. in Verr. I. 5. et Festus voce 'Turmam,' *tribus* vocant. *Sigon.* Thuan. Flor. duo Regii, Voss. 1. Helm. Rott. Chifl. Busl. *Ramnes.* Ita namque malebant interdum. Varro de L. L. IV. p. 22. 'Tribuni militum, quod terni tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur.' Et inferius p. 23. 'Singulæ tribus Tatiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula militum mittebant.' Festus voce 'Turmam:' 'Terdeni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum, fiebant.' Sic 'Taties Ramnesque viri' Propertio El. IV. 1. 31. 'celsi Ramnes' Persio (immo Horatio in Art. Poët. vs. 342.) et in Pervigilio Veneris 'Ramnes et Quirites.' Nam quod in vet. lib. est *Samnes*, sciunt, qui codd. ejusmodi tractarunt, inter *r* et *s* vix quidquam discriminis animadverti, et perperam eam vocem inde conjecturis obnoxiam reddi. *Ramnetum* casu patrio plurali format Servius ad quintum Æneidos vs. 560. Sero hoc notavimus: debueramus ad I. 36. ubi vulgo 'ad Ramnenses, Titienses, Luceres:' nam et hic Flor. et Helm. *ad Ramnis.* Et idem videtur Voss. habuisse: nam vulgatum exstat in raso. *J. F. Gron.* *Ramnesis* fragm. Hav. *Ramnensis* Voss. 2. *Ramnenses* Harl. Port. et Hav. *Ramienses* Gaertn. Reliqui om-

nes mei, et cum illis Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Gronovio *Ramnes* reponenti consentiunt. Ovid. Fast. III. 131. 'Quin etiam partes totidem Titiensibus idem, Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit:' ubi videndus N. Heinsius, et quæ notantur ad I. 36. § 2. Alia forma *Ramnetem* dixit Ampel. c. 49. Deinde *et Itienses* Voss. 1. *et Itinenses* Leid. 2. et Lov. 1. *Ticinenses* Lov. 2. *Titienses* Port. *Tacienses* Hav. *Tatienses* rectius vocari, monuit Sigon. ad I. 13. § 8. Sed vide quæ ibi notavi. Præterea *et Lucerea*, ut Sigonius edidit, etiam Port. Gaertn. et Hav. Verum reliqui codd. et edd. copulantem particulam ignorant; quam etiam omisit Liv. d. l. I. c. 36. et Varro ac Festus locis quæ Gronov. huc adtulit. Hinc *suumque augurem* Voss. 2. et Lov. 3. ubi *que* interceptum est a sequenti *que*. *Suum quemque augurem* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Voss. 1. Port. et Hav. cum edd. vett. ante Froben. 1531. Vide ad III. 22. § 6. et XXXIII. 46. § 9. Originem erroris vide ad VI. 3. § 8. Tum *habeat* Lov. 2. quasi convenire deberet præcedenti 'quæque,' et non posset remotiori 'tres antiquæ tribus.' Vide ad VI. 13. § 8. *Habebant* Lov. 4. et Gaertn. unde *haberent* factum est in Hav. Quod autem Livius nunc *tribus* adpellet, quas antea *centurias* dixerat, de eo vide ad I. 13. § 8.

§ 8 *Si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent*] *Pluribus opus sit* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *pluribus fuit opus* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *intra se* Voss. 2. Vide mox ad § præc. Deinde *multiplicentur* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. *multiplicant* fragm. Hav. Si quid mutandum, legendum videretur *multiplicari*: ut cohæreat oratio 'imparem numerum debere esse, aut sacerdotes multiplicari,' sc. debere. Si vulgatum servamus, jungenda videntur 'quum constet, &c. aut multiplicent.'

Novem numerum, ut terni in singulas essent, expleverunt] *Nonum numerum, ut terni* Lov. 4. *novare, ut terni* Voss. 2. et Lov. 3. *ut cerni* Port. *ut tantum* Leid. 2. Deinde *in singulis* Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. C. Male. *Terni in singulas* fere eodem modo dictum est, quo 'in millia æris asses singulos:' de qua locutione vide ad XXIX. 15. § 9. Hinc *expleverint* Leid. 1. a m. pr. *explevere* Lov. 4.

§ 9 *Quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem ægre passi*] *Quæ de plebe* Lov. 4. Tum *eligebantur* Port. Vide hoc cap. § 6. *Adlegabantur* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 4. Gaertn. et Hav. Deinde *justa* idem Hav. Vide ad VI. 6. § 18.

Quam quum consulatum vulgari viderent] Vox *quum* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. quam intercepit præcedens *quam*. Sed *quam secundum consulatum* præferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. at, utraque lectione simul juncta, *quam quum secundum consulatum* edd. Rom. 1472. et Parm. Insuper *viderentur* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 10 *Ad Deos id magis, quam ad se, pertinere*] *Ad eos* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Respicienda sunt quæ notantur ad VIII. 20. § 9.

Id se optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat] Duæ priores voces a m. pr. exsulant a Lov. 4. Tum *optare tñ*, sive *tamen*, præfert Lov. 2. Vide ad IX. 12. § 6. Deinde *ne qua in republica clades veniat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *ne qua publica clades eveniat* Lov. 4.

§ 11 *Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci*] *Minus autem tetenderent* Gaertn. *Minus autem tendere* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. neglecta priorum literarum geminatione. Vide ad XXXVII. 53. § 7. Insuper *Minus aut tendere* Lov.

4. Vide ad IV. 46. § 6. Deinde *in tali genere cert. vinci* Gaertn. Ita XXV. 5. 'Senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit.' XXXVII. 53. 'In certamine autem amicitiæ vestræ minime æquo animo vinci possum.' At reliqui præpositionem illam ignorant. Ita XXXIII. 47. 'Nec satis habere, bello vicisse Hannibalem.' XXXVII. 54. 'Nisi quod longius a vobis absumus, nulla vincimur alia re.' Similiter *prælio vinci*, de quo vide ad Epit. Liv. lib. CXXVIII.

Adversarios non id, quod olim vix speraverint] *Advers. nunc, quod olim* Lov. 4. Tum *quod olim vix omnia superaverint* Leid. 2. et Lov. 1. *superaverint* etiam fuerat in Voss. 1. a m. pr. Vide ad XXI. 18. § 3. *Speraverant* Voss. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

Sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos] Vocem *omnia* omittunt Leid. 2. et Lov. 1. qui eam paullo ante inseruerant alieno loco. Sequens *jam* non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *iniquorum spem dubiam*, perperam interposita litera, Leid. 1. Tum alio ordine *certatum erat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *tū adeptos* Lov. 2. Sed *tamen* deficit in Harl. et quibusdam edd. antiqq. *in quorum spem dubierat certatum tu m̄ adeptos* Klockian.

Multiplices consulatus, censurasque et triumphos] *Consulatus multipl.* Leid. 1. *multipl. consulatus, censuras, triumphos* Lov. 4. Utraque lectio ferri potest. Certe ellipses conjunctionum in Livio frequentes sunt. Vide ad III. 68. § 4. Id etiam frequens ipsi est, ut trium vocum secundæ copulam *que*, tertiæ *et* addat. Vide ad II. 31. § 1. Quum itaque reliqui omnes codd. vulgatum tueantur, inde recedendi legitimam caussam non video.

CAP. VII. § 1 *Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege*] *Tamen audenda dissuadendaque lege* Lov. 2. ac 4. Similiter et Leid. 1. nisi quod insuper vocem *lege* omittat. *Tam audenda dissuadendaque lege* Voss. 2. *tamen audendaque lege* Lov. 3. *tamen suadendaque dissuadendaque lege* Flor. Infra XLV. 21. 'Ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset.'

Inter Ap. Claudium maxime ferunt, et inter P. Decium Murem] *Fertur* Lov. 2. 3. et Voss. 2. Vide ad VII. 6. § 3. *Maxime fere et inter* Lov. 4. Deinde *inter* posteriori loco deest in Voss. 2. Quod sine dubio placebit illis qui Bentleio ad Horat. Sat. I. 7. 2. adsensi, genus hoc loquendi 'inter Ap. Claudium et inter P. Decium' vitiosum et ἰδιωτικὸν existimant, atque Hebraismis adscribunt; quum, eo judice, quivis alius scriptor τὸ *Inter* semel tantum posuerit. Ne tamen hic delendam præpositionem censeam, variæ sunt caussæ. Primo enim in vulgatam lectionem conspirant reliqui omnes codd. et inter eos etiam integerrimi: quibus invitis uni auscultare præceps et temerarium videtur. Deinde alii scriptores optimi, poëtæ et prosaici, similiter locuti sunt. Vide Cuningamii Animadv. ad Horat. c. 18. p. 244. et, quem ibid. laudat, Vavass. de Vi et Usu Quorumd. Verb. in voce 'Inter et inter,' quamvis tamen non omnia, quæ laudarunt, testimonia locutioni huic firmandæ conveniant. Denique Livius præpositionum repetitionem ubique consectari solet. Vide quæ notavi ad VI. 28. § 6. Insuper *P. Decium minorem* Gaertn. a m. pr. *P. Decium Murenulam* Hearnii Oxon. C.

§ 2 *Qui quum eadem ferme de jure Patrum ac plebis*] De jure Patrum contra legem Liciniam dixerat Appius ad finem libri VI. c. 40. Sed de jure plebis pro eadem lege tribuni plebis. Quare hoc loco *dixissent* numero plurativo legendum, quod quidam codd. neglexerunt. Et quia

libro sexto Livius Appii bene longam, omissa tribunorum, posuit orationem; hic eidem visum puto operæ pretium esse, ut Decii poneret, omissa Appii, non ejusdem, sed censoris, ut puto. Intercesserunt enim anni plures LX. *Glar. Ea ferme* Voss. 2. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 10. § 6.

Quæ pro lege Licinia contraque eam dicta erant] De hac libro sexto tradidit. *Sigon. Contra eam* Lov. 1. *circa eam* Leid. 2. 'Contra' et 'circa' in Mss. confundi, videbimus ad XXXVII. 15. § 7.

Quum plebeiis consulatus rogabatur, disseruissent] *Plebis consul.* Voss. 2. et Lov. 3. *plebeius consul.* Lov. 2. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *plebeis cons.* Flor. Leid. 1. aliique. Unde censeri posset legendum esse *plebei consulatus rogabatur:* ita enim pro *plebi* casu tertio Livius interdum formavit. Vide ad II. 42. § 2. Perinde tamen est, utro modo legamus: quare nihil muto. Tum *regebatur* Harl. Deinde *deseruisset* Leid. 1. et Hav. *disseruisse et* Lov. 4. *disseruisset* Flor. Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. Harl. et edd. vetustæ, pro quo primi Mogunt. deinde Froben. 1531. recte reposuerunt *disseruissent;* quod et Glarean. ad initium hujus § probavit, licet tamen manus ejus aberrans *dixissent* dederit.

§ 3 *Retulisse dicitur Decius parentis sui speciem*] *Retul. dicitur se Decius parentem suum speciem* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ret. dicitur se Decius panis sui speciem* Lov. 3. *ret. dicitur si ejus pars ætas sui speciem* Lov. 2. *ret. dicitur sed cujus pars ætas sui specie* Lov. 4. *ret. dicitur sic Decii patris sui speciem* Hearnii Oxon. L. 1. *ret. dicitur se Decius par. sui speciem* Port. *ret. dicitur se Decius parrentas sui speciem* Leid. 1. in quo tamen librarius *parretas* emendandum manu interpolatrice indicavit.

Qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu] *Qualem eum multi* Gaertn. Hujus erroris multa exempla notavimus ad IV. 19. § 2. quibus adde quæ dicta sunt ad VII. 22. § 11. VIII. 21. § 6. c. 22. § 3. IX. 10. § 3. mox hoc cap. ad § 5. c. 21. § 15. c. 22. § 1. XXI. 22. § 2. et Burm. ad Sueton. Calig. c. 4. Ex ea scriptura corruptius *qualem tum multi* dedit librarius Lov. 4. Vide ad IX. 25. § 7. *Qualem multi*, media voce omissa, Hearnii Oxon. L. 1. qui etiam *viderunt* præfert. Tum *qui contentione erant* Voss. 2. *qui in contentione erant* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni aberratione. Vide ad IV. 6. § 4. *Qui contemptione erant* Lov. 2. *qui in contitione erant* Flor. Forte volebat librarius *in coitione*. Solent enim etiam alibi 'concio' et 'coitio' commutari. Vide ad IV. 13. § 9. Sed nihil mutandum patet. Deinde *ne vistum Gabinum cultu* Lov. 4. errore ex similitudine ductuum orto. Supra VIII. 9. 'Ipse, incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit:' ubi vide quæ notantur. 'Incinctus' pro cinctus etiam est apud Ovid. Ep. Her. IV. 87. 'Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ.' Vide Nic. Heins. ad Nason. Met. III. 162. et ad Fast. II. 633. Ita 'infrenatus' pro frenatus est XXXVII. 20. § 4. ubi vide quæ notantur.

Pro populo ac legionibus devovisset] Præpositio deest in Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quæ unius literæ nota, ut fit, indicata a proximæ vocis litera initiali intercepta est. Tum *populo Romano ac legionibus* Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui *populo ac legionibus Romanis* se in N. ac B. invenisse testatus est. Neque aliter præferunt Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. omnesque editi usque ad Gronov. qui primus vocem *Romanis* a. 1665. omisit; cui ex meis tantum consentiunt Voss. 1. Lov. 1. et

Hav. At reliquorum auctoritas gravior esse videtur, ideoque vocem omissam restitui.

§ 4 *Tum P. Decium consulem purum piumque Deis immortalibus visum*] *Tum Decium consulem*, omisso prænomine, Hearnius invenit in Oxon. C. et ed. Romana Aleriensi. Sed nihil mutant non modo codd. mei, verum etiam neque ed. Rom. 1472. neque aliæ omnes. Tum *piumque de Diis* Lov. 4. cujus scriba duplicem scripturam *Deis* et *Diis* hac ratione junctam exprimere voluisse videtur. *Piumque de his immortalibus* Klockian.

Æque ac si T. Manlius collega ejus devoveretur] *Hæcq; ac si* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *hæc quæ ac si* Lov. 4. Vocula *si* deficit in Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Tum *evoveretur* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *devoveret* Voss. 2. Lov. 3. et Oxon. C. teste Hearnio, qui tum *se* intelligendum monuit.

§ 5 *Qui sacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuisse*] *Sacra publica populo Romano fac.* Lov. 1. Vide ad xxxix. 47. § 11. *Sacra publica prætor faceret* Lov. 4. Vide ad xxxi. 10. § 4. Vox *populi* deerat in quibusdam edd. vett. vox *Romani* in fragm. Hav. a m. pr. Præterea *legi tamen rite non potuisse* Hearnii Oxon. L. 2. *legi rite potuisse* Lov. 4.

Castius eum sacra privata facere] *Cum*, pro *eum*, Gaertn. et Flor. Vide hoc cap. ad § 3. Tum *sacra publica* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Paullo ante *idem esse periculum*, pro *id esse*, Lov. 2. *adesse periculum* Gaertn. Contrario modo *id esse*, pro *adesse*, librarios dedisse, vidimus ad vi. 15. § 2.

§ 6 *Votorum, quæ pro republica nuncupaverint tot consules plebeii*] *Veterum*, pro *votorum*, Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *quæro spondit nuncupaverint* Lov. 3. *quæ respondit nuncupaverint* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Neque aliter est in Lov. 2. nisi quod simul etiam præferat *nuncupaverunt*. *Nuncupaverunt* legit quoque Lov. 2. *nuncii paverunt* Leid. 2. *nominaverint ac nuncupaverint* Gaertn. (vide ad iv. 55. §. 5.) unde patebit illud *nominaverint* ex interpretis glossa receptum esse: quamvis tamen 'nuncupare' in sollemni hac locutione non pro nominare, sed pro promittere, poni, quidam velint. Fest. voce 'Nuncupata:' 'Vota nuncupata dicuntur, quæ consules, prætores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra libro secundo de Verborum Antiquitate satis multis nuncupata colligit non derecto nominata significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, receptaque: quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius.' Tum *consules plebi* Voss. 2. *consules plebei* Flor. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Mox *aut exercitus euntes*, pro *aut ad exercitus*, Lov. 4. Deinde *intra ipsa bella*, pro *inter*, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad v. 27. § 2.

§ 7 *Numerarentur duces eorum annorum*] *Numerarent* Klockian. et ed. Rom. 1472. quod errori scribarum et typographorum adscribo. Vide hoc lib. c. 10. § 1. Sequitur enim mox 'Numerarentur triumphi;' ubi quidem Klockian. *Numerarent* præfert: sed ita simul legendum foret *Numerarent triumphos*, quod in nullo scripto superest. Ceterum hæc verba cum novem sequentibus exsulant a Gaertn. culpa librarii, cui repetitio τοῦ *Numerarentur* errandi ansam dedit. Vide ad ix. 11. § 11.

Res geri cœptæ sunt] An potius *sint*? ut paullo ante 'recuperaverint.' *Duk.* *Coactæ sunt* Leid. 1. Mox alio ordine *ne nobilitatis quidem suæ* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 8 *Si quod repens bellum oriatur*] *Si quid repens bellum* Lov. 2. Vide ad xxxviii. 10. § 1. *Si quidem repens bellum* Hearnii Oxon. L. 1. *si quod re-*

cens bellum Voss. 2. Male. Vide ad VIII. 29. § 1. Deinde *in plebeis ducibus*, pro *plebeiis*, Flor. Leid. 1. et Gaertn.

§ 9 *Eis viris, quos vos, &c. auguralia insignia adjicere*] In prima hoc reperio Mediolanensi, et secuta est Veneta 1498. Andreas *eos viros, &c. insignia attingere indignos dicere*. Tarvisina *eos viros, &c. insignia attingere, qui Jovis*. Scripti Thuan. Flor. duo Voss. Helm. Rott. *eos viros:* pro verbo autem in fine hujus periodi *dicere*, vel *ducere*, recte substitutum *adjicere* jam in Mediol. Flor. *adicere*, ut plerumque pro hoc verbo scripti. Sed alterum mutandum non erat. *Eos viros pontificalia atque auguralia insignia adjicere* dixit Livius, sibi puta, vel suis aliis ornamentis. Plinius Epist. x. 8. 'Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adjicere digneris.' Ut post paullo c. 8. 'Tribunus plebis quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit,' nempe illis quæ erant. Tale est apud Senecam in Troadibus vs. 205. 'quicquid adjecit moræ illo remoto:' ubi mirifice turbarunt. Tale lib. II. initio c. 1. 'quas novas ipsi sedes ab se auctæ multitudinis addiderunt.' XXII. 61. 'Novusque super veterem luctum tot jactura civium adjectus esset.' Tacitus Ann. XI. 14. 'Claudius tres literas adjecit.' Vide ad Quintil. Declam. CCCXXXVIII. *J. F. Gron.* *Eos viros* omnes mei præter unum Harl. *eis viris* præferentem, cui consentiunt Exc. Pithœi. Tum *insignia dicere* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et apud Hearnium Oxon. C. L. 2. et N. in margine. *Insignia dīre* Lov. 1. *insignia ducere* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *insignia adjicere*, quod Gronov. recte vindicavit, etiam fuisse videtur in Harl. *eos viros, &c. insignia adjicere* in Hearnii Oxon. N. et B. ut et Klockian. Supra IV. 52. 'In legationes non plus singulis senatoribus invenientes, coacti sunt binos equites adjicere:' ubi vide quæ notantur. VI. 6. 'Si quid laboris vigiliarumque adjici possit:' ubi etiam quædam dixi. Paullo ante *aliquid*, pro *inquit*, Gaertn.

Tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali laureaque honoraveritis] Rott. *honoratis*, Voss. alter *honorantis*, Thuan. *honoraritis;* quod verum censeo. Immo sic et Flor. et ab Andrea omnes edd. præter postremas. *J. F. Gron.* *Honoraveritis*, quod ex codd. meis servant Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Gaertn. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. primum adparuit in ultima Gruteri. *Honorantis* etiam est in Lov. 3. *honoratis* in fragm. Hav. a m. pr. *honoraritis* in reliquis scriptis; quam quidem lectionem recte Gronovium revocasse puto ob auctoritatem codd. integerrimæ notæ: ea tamen non exstitit in omnibus ante Gruteri postumam edd. ut existimavit. Errore enim librariorum datum est *honoraretis* in Mediol. a. 1480. quod etiam receperunt Tarvis. utraque, multæ Venetæ, pluresque aliæ. Mediolanenses deinde a. 1505. et hinc Aldus *honoraritis* restituerunt. Ceterum quinque priores voces desunt in Gaertn. lapsu librarii. Supersunt enim in reliquis omnibus, et constituunt partem insignium, quibus ornantur triumphantes, quemadmodum præcedentia erant insignia magistratuum. De tunica palmata et toga picta vide Salmas. ad Vopisci Carin. c. 20. Mox *inter alios*, pro *inter alias*, Lov. 2.

§ 10 *Jovis optimi maximi ornatu decoratus*] *Jovis maximi optimi* Port. *Jovis optimi maximique* Harl. at vox *optimi* deficit in Lov. 2. Miror, in notissimis his Jovis cognominibus errare potuisse librarios, quæ centies centiesque in scriptis veterum obvia sunt. Præterea *decoris* Lov. 4. An voluit librarius *decorus?* Sed reliqui stant

pro vulgato. Infra XXXVII. 31. 'Rhodias, parte prædæ et spoliis navalibus decoratas, domum redire jubet.' Mox voces *per urbem* exsulant a Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 2. 3. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C.

Si conspiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimam cædat] Pal. 2. *is conspic. cum lituo, et capite velato vict. cædet.* Neque aliter vetustissima ed. *Gebh.* [Vide Lectt. Varr.] Miscet, quæ pontificum et augurum erant. 'Capis' vas pontificale, 'lituus' augurum erat. 'Caput velare' proprie erat augurum in auguriis capiendis. Liv. I. 18. 'Augur ad lævam ejus capite velato sedem capit.' c. 36. 'Statua Accii posita capite velato in comitio.' *Victimam cædat* puto ad pontifices pertinere. Sueton. Tiber. cap. 25. 'Inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit.' Norisius ad Cenot. Pisan. Diss. II. c. 5. p. 120. hæc verba laudans ita distinguit: *Cum capide, ac lituo, capite velato, victimam cædat.* Varietas scripturæ apud Gronovium et Hearnium indicare potest aliquid turbatum esse. *Duk.* *Is conspiciatur*, transpositis literis, Flor. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 4. Harl. Port. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et quædam ex antiqq. edd. *is aspiciatur* Gaertn. *si auspiciatur* Hav. *iis conspiciatur* ed. Rom. 1472. *his conspiciatur* Parm. *si conspiciatur* demum in Mogunt. adparuit. Deinde *cum lituo, capite velato vict.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *cum lituo et capite velato vict.* Hav. *cum capite velato vict.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *cum lituo capite vict.* Gaertn. Perizonius, teste Hearnio, in concionibus Livianis conjiciebat, *cum lapide et lituo, capite velato victimam*, quia augurium capturus in lapide sedebat; quod Ascens. in margine ostentat: aliæ edd. *cum capside et lituo, capite velato victimam* præferunt. Sed genuinum est, quod Gronov. probavit, cui proxime accedunt Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. qui *cum capite et lituo, capite velato victimam* exhibent. Doujatius, nulla cogente necessitate, scribendum existimat *cum apice et lituo*, quod sibi quoque in mentem venisse Cuperus ad marginem Livii testatus est. Idem tamen Doujatius, quum, Festo auctore, 'capis' sit poculi genus, dictum a capiendo, conjicit id auguribus victimam cædentibus in usu esse potuisse. At 'capis' potius videtur vas pontificale fuisse. Priscian. Gramm. lib. VI. p. 708. 'Capis vasis genus est pontificalis, diminutive capidula.' Cic. de Nat. Deor. III. 17. 'Docebo, meliora me didicisse de colendis Diis inmortalibus jure pontificio et majorum more capedunculis illis, quas Numa nobis reliquit.' Et talis vox, quæ pontifici proprium insigne indicabat, hic requirebatur. Quum enim supra memorarit 'pontificalia atque auguralia insignia,' mox autem 'auguratum' et 'pontificatum;' ita nunc 'capis' debet esse insigne pontificatus, ut 'lituus' insigne auguratus; et ita mox 'capite velato victimam cædere' circumscriptio est muneris pontificalis; 'augurium ex arce capere' muneris auguralis. Quod vero augures victimam inmolasse putet, videat unde probet; eos enim ad id institutos præcipue notum est, ut auspicia caperent. Ceterum, quæ Modius de capite velato sacrificantium ex Brissonio congessit, satis commode apud eum videri possunt de Form. lib. I. p. 36. Quare hinc abesse jussi.

Victimam cædat, auguriumve ex arce capiat] *Cædet* Flor. Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1531. qui omnes libri præter Flor. Voss. 2. et fragm. Hav. mox etiam *capiet*, una cum Leid. 2. et

Exc. Pithœi, contra sensum Livii præferunt. Nam ad *cadat* et *capiat* ex præcedenti 'si conspiciatur' repetenda est particula *si*. Deinde *augurium ut ex arce* Flor. *augurium ex aere* Voss. 2. *auguriumve exercere* Lov. 3.

§ 11 *Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque, et triumphus, &c. legetur*] *Cujus imag. tit. consilio cons.* Voss. 2. et Lov. 3. *Cujus imag. tit. consules cons.* fragm. Hav. *Cujus imag. cons. consulatus* Lov. 4. *Cujus et imag. tit. consul.* Gaertn. Hinc *censuraque triumphus* Lov. 4. Deinde *legitur* idem Lov. 4.

Si auguratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi] *Si auguria tn̄,* sive *tamen*, Leid. 2. Tum *et pontificatum* Gaertn. a m. pr. qui etiam præfert *adjeceris*. Deinde *non* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *oculi legentium* Leid. 1.

§ 12 *Pace dixerim Deum, eos nos jam populi Romani beneficio esse spero*] *Pacem dix. Deum* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad III. 19. § 7. Inde *cum nos tamen pop. Rom.* Lov. 2. *eos tam pop. Rom.* Voss. 2. et Lov. 3. *eos nos tam pop. Rom.* Leid. 1. *eos nos tn̄ pop. Rom.* Lov. 4. Deinde *pop. Rom. spero beneficio esse* Leid. 1. Vox *beneficio* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus] Pall. 1. et 3. *qui sacerdotii non minus redd. dignitate vestra honores, quam deceperimus*. Pal. 2. *qui sacerdotii non minus redd. dignatione nostra honores, quam accep.* Vulgata sustinetur lectio editione Camp. *Gebh. Qui sacerdotii non minus redd. dignatione nostra honores* Voss. ambo, Leid. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *qui sacerdotii non minus redd. dignatione vestra honores* Lov. 2. *qui sacerdotii non minus redd. dignitate nostra honores* Lov. 3. sed 'dignitas' et 'dignatio' etiam alibi a librariis commutari, vidimus ad II. 16. § 5. *Sacerdotio non minus redd. dignatione nostra honores* Lov. 4. *sacerdotiis non minus redd. dignatione nostra honores* Flor. et ita etiam edd. vett. nisi quod *reddam* sit in ed. Rom. 1472. Nihil mutandum: *sacerdotiis;* nempe pontificatui et auguratui, quæ sacerdotia secum communicari plebeii petebant: *dignatione nostra;* si nempe digni habeamur, qui ad ea admittamur. Deinde 'non minus honores' reddit, quam accepit; qui quidem honores reddit, sed non semper æqua portione; at 'non minus honoris,' qui, quantum honoris accepit, tantum etiam vicissim confert; quod hic Decius volebat. Deinde *quam deceperimus* Voss. 2. et Lov. 3. *quam accepimus* Lov. 2. et Gaertn. In ed. Jac. Gronovii 1679. operæ typographorum per errorem dederunt *acceperamus;* quod quum in erratis notari omissum esset, in Amstelæd. ed. etiam mendæ securus recepit J. Clericus. Antiquam igitur lectionem, quam reliqui codd. tuentur, reduxi.

Et Deorum magis, quam nostra caussa expetamus] Sic Tarvisina prima. Quinque membranacei et Andreas *exspectamus*. Spondet sibi desideratum eventum horum comitiorum. *J. F. Gron.* *Et decorum magis* Leid. 1. *et de eorum magis, quam de nostra* Lov. 2. *quam vestra caussa* Lov. 1. et Leid. 2. Deinde *exspectamus* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Reliqui omnes vulgatum servant, nisi quod *expetimus* sit in Port. et *expetamus, ut quos, &c. integra sit caussa* omittantur in Gaertn. ob repetitionem vocis *caussa*. Vide ad IX. 11. § 11. Ego vero *expetamus*, in quod optimi fere libri consentiunt, verius puto: id enim exigere videntur præcedentia 'reddamus' et 'acceperimus.' Cohærent enim 'qui reddamus' et 'qui expetamus.' Solent autem passim verba 'expetere' et 'ex-

pectare,' sive 'exspectare' in Mss. confundi. Exempla vide ad I. 22. § 7. II. 9. § 3. IV. 57. § 4. V. 16. § 8. VI. 23. § 1. VII. 8. § 2. et alibi sæpe. Adde viros doctos ad Curt. III. 5. § 13. ad Valer. Max. II. 6. ex. 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 7.

CAP. VIII. § 1 *Et non jam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii*] *Et jam non* Gaertn. *et non nos jam* edd. usque ad Froben. qui τὸ *nos*, in nullo membranaceo obvium, a. 1535. expunxit. Tum *in possessione et unius* Port. et Hav. Hinc vox *unius* deficit in Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *amplissimi summus sacerdotiis* Voss. 1. et Lov. 1. *summus* etiam Leid. 2. et Gaertn. *amplissimus sacerdotii* Klockian. Vox *sacerdotii* deficit in Port. at omnia præscripta vocabula in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et in contextu fragm. Hav.

§ 2 *Decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes*] *Decemviris sacris faciendis* Port. *faciendis* etiam Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Hav. Tum *carminis Sibyllæ* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. At Livius 'carmina' vocat numero plurali, si opus ejus universum indicat. Infra XXXVIII. 45. 'Ne carminibus Sibyllæ prædictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet.' Contra vero 'carmen' numero singulari quamque particulam, quodque vaticinium libris Sibyllinis comprehensum. Infra XXIX. 10. 'Civitatem eo tempore repens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis.' Præterea *factorum populi hujus* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 40. § 9. *Fastorum populi hujus* Lov. 4. Voces has a librariis in codd. scriptis confusas fuisse, olim docuimus ad Silii lib. XVI. vs. 131.

Antistites eosdem Apollinaris sacri] *Antistites ejusdem Apoll. sacri* Gaertn. *antistites eosdem Apollinis sacri* Harl. *eosdem antistites Apollinarios sacrari* Lov. 4. a m. pr. Postea enim librarius additis notis duas literas delendas, et *sacri* scribendum indicavit. 'Apollinare sacrum' eadem forma qua 'ludi Apollinares,' et similia plura.

§ 3 *Nec tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus*] Pall. 1. ac 3. *Nec aut tum:* neque dissentit Campanus. Pal. 2. *Nec autem tunc.* Andreas *Nec ut tum.* Gebh. Andreas, Tarv. dum Ven. Mog. *nec ut eum.* Juntas et Froben. *nec et tum.* Bechar. et alter Voss. *nec aut cum.* Primæ Gryphianæ eliaam particulam mediam video. Voss. 1. Helm. Thuan. duo Pall. Campan. *nec aut tum.* Unde suspicaris, et mox *aut nunc* scribendum. Sed obstat quod sequitur, *non ut vos, Appi:* ubi Voss. *ut non vos.* Deleatur τὸ *non*, et erit integra sententia: *Nec aut tum patr. ulla inj. facta est, quum du. S. F. adj. est prop. pleb. numerus; aut nunc trib., vir fortis et stren., quinque aug. loca, quatuor pont. adjecit, in quæ pleb. homines nominentur, ut vos, Appi, loco pell.* J. F. Gron. *Nec autem tunc patriciis* Port. et Hav. *nec autem cum patriciis* Gaertn. *nec autem tum patriciis* Hearnii Oxon. B. *nec ut tum patriciis* Harl. cum edd. principibus, una vel altera excepta, omnibus usque ad Frobenianam 1535. quæ, et non, ut Gronov. putabat, Gryphiana, prima mediam particulam omisit. *Nec et tum* primus Aldus inter errata reposuit. *Nec auctum patriciis* Leid. 2. *nec aut cum patriciis* Lov. 3. *nec aut tum patriciis* Leid. 1. Lov. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et apud Hearnium Oxon. N. L. 2. et C. Neque aliter etiam Lov. 2. nisi quod insuper omittat vocem *patriciis*. Si codd. in sequentibus conjecturæ Gronovii faverent, ea per me recipi posset. Nunc probare non audeo: optimus enim Flor. cum Lov. 1. hic nullam particulam inter voces *nec tum* agnoscit: mox omnes codd. con-

stanter legunt *et nunc tribunus;* quemadmodum etiam postea negandi voculam *non* defendunt, nisi quod cum proxima *ut* desit in uno Port. ubi dictiones illæ intercipi potuere ab ultimis syllabis vocis præced. *nominentur.* Insuper *quum quatuor viris* Lov. 2. *quum duo quatuor viris,* juncta utraque lectione, Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. 3. 4. *quum duoviris* Flor. Deinde *sacris faciendis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Tandem *est adjectus propter plebeios numerus* Leid. 2. et Lov. 1. *adjectus est numerus propter plebeios* Lov. 4.

Quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit] Non sollicito: nam potest esse, adjicere vult. Præferrem tamen *adjicit,* si Mss. paterentur, quia res nondum perfecta est. *Duk. Augurum quinque loca* Port. Gaertn. et Hav. Sed vox *quinque* deficit in Lov. 4.

§ 4 *Non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos*] *Ut non vos* Gaertn. et Hav. At duæ priores voces omittuntur in Port. Vide ad § præc. Tum *nostro loco pellant* Voss. 2. *loco nostro pellant* Hav. *locus vestro pellent* Gaertn. *loco vestro pellant* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. Hinc *sed adjuvent vos* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *sed ut adjuvent nos* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *plebeii homines divinis procur. quoque rebus* Lov. 4. *homines plebeii divinisque rebus proc.* Hav. Vide ad v. 27. § 1. Insuper *pro parte viri, pro virili,* Voss. 2. Supra in Præfat. 'Juvabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte et me ipsum consuluisse.' III. 71. 'Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset:' ubi etiam vide. VII. 7. 'Ut plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum scirent.' XXVI. 36. 'Quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident:' et alibi.

§ 5 *Quem in consulatu collegam habere potuisti*] Vox *collegam* deficit in Lov. 2. quæ etiam, si alii codd. consentirent, abesse, et ex præcedentibus commode hic repeti posset. At omnes reliqui in ejus conservationem conspirant. Mox *qui tam dictatoris,* pro *cujus,* idem Lov. 2.

§ 6 *Principem nobilitatis vestræ, seu Ap. Clausum, seu Ap. Claudium mavultis*] Supra ostendi legendum *seu Actium Clausum.* Sigon. Pall. duo meliores *principem nobilitati vestræ, seu appium Clausum, seu Claudium* (Pal. 3. *cladium*) *mavultis:* quæ videntur confirmare lectionem, quam et supra stabilivi, præeunte Sigonio, *Actium Clausum.* Nam et Camp. ed. *Accium Clausum* oggerit. Pal. 2. *seu Appium Claudium, seu Appium Clausum mavultis.* Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] *Principem nobilitati vestræ* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. quod eodem modo accipi potest, quo 'adjutor consiliis,' 'imperator Romanis,' et similia, de quibus dicam ad XXXIX. 47. § 11. Deinde *seu App. cum Clausum* Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. *seu App. tũ Clausũ* Leid. 1. *seu Appium tum Clausum* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *seu Appium Claudium* Lov. 4. *seu Appium Clausum* Oxon. N. et B. auctore Hearnio: *seu Atium Clausum* Flor. Sed tres illæ voces desunt in Lov. 2. Harl. Port. et Gaertn. alio ordine *seu Appium Claudium, seu Appium Clausum* Hav. Lipsius ad Taciti Ann. XII. 25. malebat *seu Attam Clausum,* quod Klockius in codicis sui nota interlineari legi testatur. Sed rectius ὁ πάνυ Gronovius opinatur, primam syllabam vocis *Appium,* ut et particulas *tum* et *cum,* quæ in multis Mss. supersunt, *Attum,* quam *Attam,* verisimilius reddere. Vide ad II. 16. § 4. Insuper *seu Claudium mavultis,* omisso prænomine, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *illum antiqui,* pro *illi,* Lov. 2. *in sui numerum,* pro *in suum,* Leid. 2. et *accepere,* pro *acceperunt,* Lov. 4.

§ 7 *Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere*] Pall. tres *in sacerdotum numero.* Gebh. Vocula *Ne* deficit in Voss. 1. et Lov. 1. *Ne fastidiaris* habent Flor. et Lov. 4. *Ne fastidieritis* Lov. 2. Tum *in sacerdotum numero* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *in sacerdocio numero* Hav. Voces *acceperunt.* *Ne fast. nos in sac. num.* exsulant a Leid. 2. Mox *multa decora nobiscum adferimus* Lov. 2. *multa nobiscunque decora adferimus* Lov. 3. Deinde *facere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 8 *L. Sextius primus de plebe consul est factus*] Pall. duo *Sequacius.* Andreas scribit *Sestius*, omisso prænomine *Lucius*. Gebh. *L. Sequacius* Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *L. Secacius* Leid. 1. *L. Sestius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Sestius*, omisso etiam prænomine, Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Livii III. 33. § 5. Vocula *est* non adparet in Lov. 4.

C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor] *C. Lucinius* Lov. 4. quomodo et alibi scribæ errarunt. *Stola* Gaertn. Hinc vox *primus* deficit in Lov. 4. *equitum* in Lov. 2. at illa *primus magister equitum, C. Marcius Rutilus* in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *Ruptillius* est in Lov. 1. *Ruptilius* in Voss. 1. et Leid. 2. *Rutilius* in Leid. 1. Flor. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Vide ad III. 7. § 6. Tum *primus dictator et censor* Lov. 4. et fragm. Hav. Vide ad II. 44. § 3. Sed vox *primus* non adparet in Gaertn. Mox plerique mei (præter Flor. Leid. 1. et Klockian.) atque Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Publius*, pro *Publilius*, sollemni errore præferunt. Vide ad VIII. 12. § 4.

§ 9 *Penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere*] De patriciis loquitur, qui soli se gentem habere gloriabantur, quod est idem, atque gentiles esse. Sic enim definit gentiles in Topicis c. 6. Cicero ex Scævolæ sententia, 'Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo servitutem servivit, neque capite diminutus est.' Ejusmodi vero esse se patricii profitebantur, quod Romulus tales legisset, id est, qui patrem gentemque haberent: nam paullo post 'patricios' interpretatur, 'qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos.' Itaque VI. 40. Ap. Claudius ita loquitur: 'An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim?' Post autem hæc laus gentilitatis cum plebeiis etiam communicata est, ut hoc loco Decius argumentatur. *Sigon.* *Penes apud vos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. ubi *apud* ex interpretatione præcedentis *penes* natum est. Pro eo deinde *pene apud vos* dederunt Port. Gaertn. et Hav. Deinde *vos solos gentem esse habere* Oxon. C. ubi τὸ *esse* interpretationis caussa adscriptum esse conjecit Hearnius. Potius tamen puto, auctorem ejus lectionis ita distinguendum credidisse, *vos solos gentem esse: habere vos solos justum imperium.* Præterea *gentes habere* Harl. cum edd. Aldina prioribus. Mox *domi militiæ*, pro *domi militiæque*, Gaertn.

§ 10 *Æque adhuc prosperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit*] *Æque id huc prosp.* Voss. 2. *Quæque id adhuc prosp.* Lov. 3. *Æquo adhuc prosp.* Gaertn. *Quin adhuc plebeium pros.* Harl. et quædam priscarum edd. *Æque adhuc plebeium pros.* Rom. 1472. et Parm. Deinde *et plebeium et patricium* Port. Gaertn. et Hav. *plebeium et patricium* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *et patricium* etiam Harl. et editi usque ad Aldum. Insuper *priorque erit* Voss. 2. et Lov. 3. *porroque erit, Quirites*,

addita ultima voce, Klockian. Eamdem transponens, *porroque erit*. *En, Quirites* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

En unquam fando audistis, patricios primo esse factos] Vet. lib. *En Romæ unquam fando aud.* Sigon. Sic etiam Pal. 2. At reliqui, emendantes illud *Romæ*, monstrose referunt *Qui inquam fando*. Andreas vero *Quin nunquam fando audistis*. Gebh. Sic quidem unus recentissimus nostrorum: sed alii omnes deficiuntur τῷ *Romæ*, quod adjecit Sigonius. Sensu est superfluum; neque enim quisquam veretur, ne et hæc et proxima alibi, quam Romæ, facta significet Decius: usui particularum *En unquam* est importunum, quibus, nisi forte versu coacti, nihil medium interponere solent veteres. Easdem restituimus XXIV. 14. et XXX. 21. *J. F. Gron.* *En Romæ unquam* Port. et Hav. *En Romæ nunquam* Gaertn. *En, Quirites, nunquam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod ob eamdem caussam, ob quam Gronov. *En Romæ unquam* falsi convicit, rejiciendum est. *Cui inquam fando audistis* Voss. 2. et Lov. 3. *Nunquam fando audistis* Hearnii Oxon. L. 2. *Quin nunquam fando audistis* Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *An unquam fando audistis* edd. Asc. 1513. et 1516. sed de locutione 'En unquam,' quæ genuina est, vide ad XXIV. 14. § 3. Deinde *patricios esse factos primo* Port. Gaertn. et Hav. Vox *esse* aberat a Voss. 2. eadem autem et sequens *factos* ab Hearnii Oxon. B.

Non de cælo demissos, sed qui patrem ciere avumque possent] Voces *avumque* inducendæ sunt: neque enim reperiuntur in veteribus lib. neque vero desiderantur. 'Patriciorum' enim tradit etymologiam, eosque dictos ait, 'qui patrem ciere possent.' Quod etiam Dionysius Antiq. lib. II. p. 83. et Plutarchus in Romulo p. 24. prodidit. Qui vero *avum* addiderunt, id, credo, ea moti ratione fecerunt, quod subdit, 'Consulem jam patrem ciere possum, avumque jam poterit filius meus:' cujus orationis hic est sensus: Si patricii sunt, qui patrem ciere possunt, ego certe patricius, qui patrem consulem, multoque magis filius meus, qui patrem et avum ciere consulem potest. *Sigon.* *Qui patrem ciere possent* etiam Pall. non alii verbo auctiores, *qui patrem avumque ciere possent*, quod textu ipso refellitur. *Grut.* Mercerus Opinion. et Em. I. 7. quod ab eo huic loco explicando obstinatum est, sequutus scripturam a Sigonio et aliis improbatam, scribit, nihil in ingenuis notari a Livio, quam 'ingenuos esse illos, qui nobiles dicuntur, paterna avitaque nobilitate illustres.' Hæc non intelligo: nam nec veteres ita interpretantur ingenuos, nec fortassis in illa colluvie, quæ ad Romulum confluxit, quisquam paterna avitaque nobilitate illustris fuit. Notum est hoc Juven. in fine Sat. 8. 'Majorum primus, quisquis fuit ille, tuorum Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.' Decius nihil aliud significat, quam in omni illa multitudine paucissimos fuisse, qui patres suos ostendere ac nominare possent, eosque a Romulo patricios factos, id quod etiam e Græcis Dionys. Halic. et Plutarch. tradiderunt, et ex Latinis Cincius, qui apud Festum auctor est, 'Patricios' vocatos, qui deinde 'ingenui' dicti sunt. Vide Sigon. ad Liv. I. 8. et de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. *Duk.* *De cælo dimissos* Voss. ambo, Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIV. 50. § 2. *De cælo missos* Leid. 1. Justin. V. 4. 'Hunc quasi de cœlo missum contuentur.' Sed reliqui *demissos* tuentur. Liv. XXII. 29. 'Fabiana se acies repente, velut cœlo demissa, ad auxilium ostendit.' Amm. Marc. XXII. 2. 'Effundebatur ætas omnis et sexus, tamquam demissum aliquem visura de cœlo:' quem locum commode ad illum Jus-

tini laudavit Bernecerus. Et placuit Livio hoc genus loquendi, ut præpositio, quæ verbo inest, in regimine repetatur. Vide ad Præfat. § 11. Præterea *avunque* in nullo apud me codice erat, solo excepto Harl. qui unus retinet. Sed male. Aldus etiam in contextu emiserat; sed in erratis iterum revocavit. Mox *idem nihil ultra*, pro *id est, nihil ultra*, Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *idē* et *id ē* sæpius in Mss. confundi, vidimus ad v. 4. § 5. Adde quæ notavi ad IX. 19. § 7. X. 37. § 15. XXI. 10. § 8. et Burm. ad Suet. Claud. c. 38. Causam vide ad X. 38. § 13. *Iidem nihil ultra* Lov. 4.

§ 11 *Consulem jam patrem ciere possum*] *Consules jam patrem ciere possunt* Lov. 2. *Consules* etiam Lov. 3. et 4. Vide hoc lib. c. 10. § 2. Tum *acciere* Hearnii Oxon. L. 2. Ceterum hæc verba una cum præcedentibus, *id est, nihil ultra quam ingenuos* exsulant a Gaertn. culpa librarii propter repetitionem τῶν *possent* et *possum*. Vide ad l. IX. c. 11. § 11.

Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur] Lib. IV. c. 4. 'Quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit, si patricium plebeius' Seneca Epist. 116. 'Immo hercle aliud est in re: vitia nostra defendimus.' *J. F. Gron.* *Nihil esse aliud in re* Leid. 1. Deinde *nisi quod omnia* Gaertn. Nescio quid viro docto in mentem venerit, qui ad marginem ed. Curion. conjecit, *nisi ut omnia negata non adipiscamur*. Mox *neque curant*, pro *nec*, Harl. Tum *quem eventum certamina habeant*, pro *certaminum*, Voss. 1. et Leid. 2.

§ 12 *Ego hanc legem, &c. uti rogastis, jubendam censeo*] Legendum *uti rogata est*. Gelen. Supra ostendi, *uti rogas* legendum esse. *Sigon.* Sic quidem *uti rogata est* voluit Gelenius: sed Mss. tamen *uti rogastis*. Grut. Gelenio debetur hæc lectio *uti rogata est*; sed, an bene debeatur, ignoro. Pall. omnes et Andreæ ed. *uti rogas, subeundam censeo*. Campan. *uti rogastis, subeundam censeo*. Gebh. Unus tantum apud me Harl. *uti rogastis* probat. Reliqui omnes cum edd. antiqq. Rom. 1472. et Parm. recte legunt *uti rogas*. Vide ad VI. 38. § 5. ubi Sigonius jam monuerat, ita hoc loco legendum esse, et ad XXXI. 8. § 1. ubi Gronov. emendationem Sigonii probat. Deinde *zubendam* Voss. 1. et Leid. 2. *subeundum* Lov. 3. *subeundam* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et excusi omnes usque ad Froben. qui 1531. *jubendam* substituit, quod in hac re sollemne ac proprium verbum est. Vide ad III. 30. § 6. et Brisson. de Formul. lib. II. p. 131.

Cap. IX. § 1 *Vocare tribus extemplo populus jubebat*] *Vocari tribus* Lov. 4. adversantibus reliquis scriptis; quibus invitis nihil muto. Vide ad XLII. 25. § 5. Mox *apparebat*, omissa vocula *que*, Hav. Deinde trajectis vocibus *intercessione est sublatus* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Exc. Pithœi.

§ 2 *P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter*] Primi pontificis cognomen *Mus* deficit in Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. Tertii cognomen perperam *Rutilius* scribitur in omnibus meis, Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Exc. Pithœi, et edd. Sigonio prioribus. Vide ad III. 7. § 6. Deinde *M. Livius Dentatus* Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *M. Livius Denteo* Port. Cognomen vero exsulat a Lov. 4. *M. Livius*. *Dantur quinque augures* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad X. 1. § 7.

C. Genucius, P. Ælius Pætus] *C. Genitus* Lov. 3. qui dare voluisse videtur *Genutius*, ut multi alii perperam præferunt. Vide ad II. 52. § 3. *C. Genicius* Lov. 4. *C. Genitius* Hearnii Oxon. L. 1. et B. Deinde *Pelius Pætus* Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. prænomine male nomini adhærescente, et cum eo coalescente.

Alia exempla vide ad xxxviii. 35. § 2. *Pelius Petitus* Lov. 3. *P. Ælius Petitus* Voss. 2. *Petilius Pætus* Hearnii Oxon. C. Paullo ante *idem de plebe*, pro *item*, Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIX.

M. Minucius Fessus, C. Marcius, T. Publius] *T. Publilius* legendum puto, quod antea toties de Q. Publilio Philone admonuimus: erant enim Publilii ex plebe, et ex *Publilius* quam cito factum *Publius*. Glar. *M. Munitius* Hearnii Oxon. N. *M. Munimitius* Lov. 2. *M. Numitius* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 21. § 1. Tum *Fesus* Leid. 1. Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Sissus* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Deinde reliqui quidem *T. Publius*, at *C. Publius* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad VIII. 12. § 4. Si prænomen mutes, videri posset is indicari, qui se ob æs alienum paternum nexum dedisse narratur VIII. 28.

Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus] *Octo pontifices* Leid. 2. Tum *novus augurum numerus* Lov. 2. *novum augurum numerus* Leid. 1. Deinde *factus est* Voss. 2.

§ 3 *Legem tulit, diligentius sanctam: tertio ea tum post reges exactos lata est*] *Diligentius sancitam* Hearnii Oxon. C. Male. Infra xxx. 19. 'Contra quam sanctum legibus erat:' ubi ante Gronov. etiam *sancitum* edebatur. *Diligentius factam* Voss. 2. Lov. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. quomodo etiam peccarunt librarii VIII. 37. § 2. et dicto l. xxx. c. 19. § 9. Vox *sanctam* deerat in Lov. 3. De locutione 'sancire legem' vide ad III. 55. § 5. Deinde *tertia ea tum* Voss. 2. et Port. a m. pr. *tertio ex tum* Leid. 1. Vide ad XL. 59. § 8. *Tertio ea tñ*, sive *tamen*, Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. et mox hoc cap. ad § 6.

§ 4 *Caussam renovandæ sæpius haud aliam fuisse reor*] *Renovandi sæpius* Leid. 2. et Lov. 1. *renovand' sæpius* ambigue Lov. 2. *sæpius renovandæ* Port. et Hav. *sæpius renovando* Gaertn. quod eo modo accipi posset, quo 'caussas bello' apud Tacitum exposui ad Livii III. 46. § 2. Verum optimi Mss. stant pro recepta lectione. Præterea *haud aliam fuisse arbitror* Lov. 4. ex interpretis glossa. Verbum *reor* sæpe librarii in quævis alia commutarunt. Vide ad XXVII. 25. § 11.

Quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant] Vocula *quod* deest in Leid. 2. intercepta a præcedenti *quam*. Vide ad XXXVII. 54. § 4. Ejus loco *q*; præfert Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Deinde *poterat*, ut ad proximum referatur, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. Sed nihil mutandum.

Porcia tamen lex sola] Vet. lib. *Porcia inde lex*. Sigon. Ita et Hav. invitis aliis omnibus. Originem et exempla hujus erroris vide ad v. 18. § 8.

Quod gravi pœna, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit] Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. his addit quasi verba Livii, 'sed exsilium irrogari ab eo permisit.' Sed hæc non sunt in Livio. Manutius quoque c. 19. lege Porcia civibus 'aqua et igni interdictum' scribit. Non volo quidem hoc negare: nam quum hæc lex virgas et secures a tergo ac cervicibus civium removisset, tamen, ne maleficia facinorosorum hominum impunita essent, probabile est, illis eadem pœnam aliquam facinorum constitutam fuisse; quæ vix alia, quam aquæ et ignis interdictio, esse potuit. Nec tamen ullo testimonio veterum scriptorum comprobant, lege Porcia quidquam nominatim de aquæ et ignis interdictione, et, quod hanc necessario sequebatur, exsilio cautum fuisse. Et Sallust. in Catil. c. 51. videtur indicare, exsilium civibus condemnatis aliis legibus permissum fuisse, 'An,' inquit, 'quia lex Porcia vetat' (cives verberari et necari?) 'At aliæ

leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti, jubent.' Et ibid. 'Tunc Porcia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est.' Verum hæc non incommode ita accipi possunt, quum lex Porcia, ut antea aliæ leges de provocatione, negligi cœpisset, eam deinde ab aliis, et forsitan a C. Graccho, a quo Porciam relatam opinatur Sigonius, renovatam fuisse. *Duk.* *Quæ gravi pœna* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *Quod ea gravi pœna* Hav. et plures principum edd. Quæ scriptura inde nata esse videri potest, quod librarius duplicem lectionem hoc modo junctam proposuerit *quod æ gravi pœna;* id deinde non intelligens nasutulus mutavit in *quod ea.* Deinde *si quis verberassetve civem* Gaertn. *verberasset necassetne* Flor. Tum *sanxit* non adparet in Leid. 1.

§ 5 *Si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam inprobe factum, adjecit*] An *facturum?* Cic. de Haruspp. Resp. c. 8. 'Qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum.' Ad Att. II. 24. 'Qui eum emisisset, contra rempublicam esse facturum.' *J. F. Gron.* *Adversus eam fecisset* Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. intellige adversus eam legem. *Adversum eam fecisset* Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. l. XLVII. Reliqui vulgatum tuentur. *Adversus ea;* quæ nempe lege statuta erant. Deinde *factum* servant omnes libri; at *quam in plebe factum* præfert Hearnii Oxon. L. 1.

§ 6 *Id, qui tum pudor hominum erat*] *Id quia tum pudor* Voss. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Id, quod tum pudor* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad l. XXXVII. c. 35. § 4. *Idq; tum pudor* Gaertn. *Id qui tamen pudor* Lov. 3. Vide paullo ante ad § 3. In verbis seqq. *vinculum satis validæ legis,* pro *satis validum,* Lov. 1. et Leid. 2.

Nunc vix servo ita minetur quisquam] *Servo* profecto nihil mirum, cum gravius multo et severius servis minari conveniat, quam liberis et ingenuis hominibus. Et recte Petronius cap. 115. 'Pœnam ignis gravissimam credimus, ubi servis irascimur.' Quid igitur, si unius literulæ facili mutatione sic legamus? *nunc vix serio ita minetur quisquam:* quod ego temere rejiciendum non putem. *Petr. Pithœus,* Advers. Subsec. l. II. c. 2. Quidam legunt *serio,* quod non probo. Significat enim, cum servis minantur, gravius minari, quam ut dicant 'improbe fecisse:' *malum* enim minabantur: ut IV. 49. 'Audistis, Quirites, sicut servis, malum minantem militibus.' *Sigon.* Sigonii liber *serio,* quod approbe damnat. Pall. duo *nunc vix servata minetur quisquam.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Nunc vix servo ita minetur,* ut erat in edd. Rom. a. 1472. et Parm. præferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. quod ferri non posse recte Pithœus vidit. Non enim illud pronunciatum *inprobe factum* nimis acerbum, sed nimis leve legis vinculum fuisse indicat. Quid mirum itaque, si dominus servo, in quem majus imperium, quam lex in civem habebat, ita Livii tempore non minaretur? Hinc neque placet *nunc vix servis ita minetur,* quod præfert Lov. 2. neque *nunc vix servo suo ita minetur,* quod superest in ed. Mediol. 1480. et quibusdam sequentibus. *Nunc vix servata minetur* est in Voss. 2. et Lov. 3. *nunc vix servo sero ita minetur* in Harl. *nunc vix servos ero ita minetur* in Flor. unde Salvinius conjiciebat *nunc vix servo herus ita minetur quisquam,* quod ob caussam jam datam admittere nequeo. Pighius in Annal. ad a. CDLIII. p. 383. Pithœi conjecturæ et quarumdam edd. lectionis vestigiis insistens, scribendum

conjicit *vix serio suis ita minetur quisquam.* Doujatius, una tantum litera in scriptura codd. Helm. et Rott. quam Gronovius dedit, mutata, legebat *nunc vix si summa serio minetur quisquam;* et, per *summa* intelligens 'summa supplicia;' simul repetendum existimabat 'ne tunc quidem satis validum fore legis vinculum.' At, si ea lectio probanda erit, tria priora vocabula repeti necesse non est; sufficit enim *nunc vix* (sc. satis validum legis vinculum videtur,) *si summa serio minetur quisquam.* Sed vellem exemplum protulisset, ubi 'summa minari' pro summa supplicia minari ponatur. Pithœi conjecturam firmat cod. Klockian. neque multum inde recedit Leid. 1. qui *vix serii ita minetur* præfert. Eamdem conjecturam etiam A. Perizon. probavit, qui ejus hunc sensum constituebat: illam comminationem *improbe factum* tam parvam vim nunc habituram, ut vix ab serio animo et in re seria proficisci posset. Id, quod Gronovio in mentem venit, quamvis longius paullo a Mss. recedat, non displicet, nisi, pro *summo* emendans *suplicia* vel *supplicia*, legas, *nunc vix, si supplicia serio minetur quisquam.* Voces *serio ita* deerant in Lov. 4. lacuna tamen relicta, ut constet aliquid deesse, quod librarius adsequi non potuit. In eodem cod. deerat etiam τὸ *quisquam.*

§ 7 *Haud quaquam memorabile adversus rebellantes Æquos*] *Haud quamq.* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Vide ad VII. 26. § 6. *Haud quicquam mem.* Leid. 2. Mox *fortuna antiqua,* transpositis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. et sequens vox *haberent* omittitur in Leid. 1.

§ 8 *Appuleius in Umbria Nequinum oppidum circumsedit*] *Apuleius* unico *p* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. v. *Nequinium* est in Lov. 4. Vide ad cap. seq. § 1. *Circumsedit* in Voss. 1.

Locus erat arduus, atque in parte una præceps] *Arduus, altus, atque in parte una præceps* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. Sed illud *altus* ex vocis præcedentis interpretatione natum puto. Mox verbum *est* non adparet in Hav.

Nec vi, nec munimento capi poterat] Pall. *nec in momento capi poterat.* Pal. 2. autem et Camp. *nec vi, nec momento capi poterat.* Gebh. *Nec vi, nec in momento* Voss. 2. et Port. Vide ad IV. 27. § 4. *Nec vi in momento* fragm. Hav. a m. sec. *nec vi momento* Voss. 1. a m. sec. Gaertn. et Hav. *nec in momento* Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *nec vi monimento* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 1. Vide ad Livii IV. 10. § 6. *Nec in monimento* Leid. 1. *vis* et *munimentum* hic fere eo modo sumuntur, quo alibi 'vis' et 'opera,' vel 'arma' et 'opera.' lib. XXXII. c. 23. 'Omnis inde spes pugnantibus in vi, et armis, et operibus erat:' et XXXVI. 23. 'Romani quidem operibus magis, quam armis, urbem oppugnabant.'

§ 9 *Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus*] *Itaque infect. rem* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *M. Fulvius Pætus* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. omnes usque ad Gronov. *M. Fulvinius Pætus* Oxon. N. At recte Gronovius in ed. 1665. substituit *M. Fulvius Pætinus;* quem ita adpellandum esse ex fragmentis Fastor. Capitolin. Triumphal. docet Pighius in Annal. ad a. CDLIV. p. 584. Mox etiam *et Manlius,* pro *T. Manlius,* Flor.

§ 10 *Quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriæ*] Helm. *consulem appetentem.* Rottend. *consulem appatentem.* Suspicor fuisse *consulem absentem.* Vide Sigonium ad

c. 22. hujus libri. Neque obest, quod sequitur 'ipsum auctorem fuisse:' potuit enim, ubi audivit hoc agi, venisse in Campum. VIII. 22. 'Tribunatumque plebei proximis comitiis absens petentibus præfertur.' J. F. Gron. *Non petentem* servant omnes mei, nisi quod levi et alibi sæpius obvio errore *non potentem* datum sit in Voss. 2. Vide ad v. 14. § 5. Nihil itaque mutandum puto. Supra v. 18. 'P. Licinium Calvum prærogativa tribunum militum non petentem creant.' x. 5. 'Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere quidam.' Præterea Fabii prænomen Q. deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et omnibus edd. usque ad Frobenianam anni 1535. quod intercepisse videtur vox præcedens *quum: sed quumq; Fabium* legit Lov. 2. Vide ad XXII. 34. § 7. Eadem transposita *Q. Fabium non petentem*, vel *potentem, quum omnes* præferunt Voss. 2. et Lov. 2. Tum *dicerent omnes centuriæ* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt] *Actorem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quem eumdem errorem iidem codd. mox committunt § 12. Vide ad I. 26. § 5. Tum *Macer Linius* Voss. 2. et Lov. 3. *Marcellinius* Klockian. *M. Licinius* Hearnii Oxon. C. Deinde *ac Tubere* Flor. Mox *difendi*, pro *differendi*, Leid. 1.

§ 11 *Eo anno majori se usui reipublicæ fore*] *Eodem anno* Gaertn. Vide ad cap. seq. § 6. *Majore* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *eo anno majoris ut eua rei præ furore* sine ullo sensu Lov. 2. *eo anno majori seu sui seu reip. fore* Voss. 2. et ita etiam Lov. 3. nisi quod *furore*, pro *fore*, legat. *Eo anno major seu sui rei pro furore* Lov. 4. *eo anno majori se usui fore* fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura erasa. Mox *nec petentem tum*, pro *tamen*, Lov. 2. Port. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nec petentem tandem* Lov. 4. Vide ad XXII. 2. § 11.

§ 12 *Fuisse tradit C. Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilium Q. F. Maximum*] Pall. 1. et 3. *fuisse Cl. Domitium*. Pal. 2. *fuisse tradit L. Domitium C. Philum Calvinum, Alius Q. Spurium Carvilium et Q. Fabium Maximum*. Vetustæ quoque edd. *Cl. Domitium* appellant. *Gebh.* [Vide Lectt. Varr.] Vide Suet. in Ner. c. 1. Sigon. ad Epit. Liv. lib. XIII. et Pighium in Annal. ad a. CCCCLXXIII. *Duk.* *Tradit* deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *L. C. Domitium Cn. F. Calvinum* Voss. 1, Lov. 1. et Harl. *L. C. Domitium cum F. Calvinum* Leid. 2. *L. C. Domitium* se etiam in Oxon. B. L. 2. et N. invenisse, Hearne testatur. *Cl. Domitium Cn. F. Calvinum* Leid. 1. *Cl. Domitium Cn. F. Columnium* Lov. 4. *D. Domitium C. N. filium Calvinum* Lov. 3. *D. Domitium* etiam Oxon. C. apud Hearnium, qui *M. Domitium* in L. 1. offendit. *L. Domitium Cn. F. Calvinum* fragm. Hav. *L. Domitium C. Fulvium Calvinum* Lov. 2. *L. Domitium C. Philum Calvinum* Hav. *L. Domitium Cn. Philum Calvinum* Port. Consentio Gronovio, vel *Cn.* vel *L. Domitium* scribendum esse. Domitios enim non nisi hæc prænomina usurpasse, observat Torrent. ad Suet. Aug. c. 17. Vide etiam Spanhem. de Præst. et Us. Numism. dissert. x. p. 25. ubi eorum, qui *Cn. Domitium* legunt, sententiam probat. Deinde *et Sp. Carvilium Q. Fabium Maximum* Lov. 2. *alius Q. Sp. Carvilium et Q. Fabium Maximum* Port. Hav. et Gaertn. Hearnius se invenisse testatur *et Q. et Sp. Carvilium Q. F. Maximum* in Oxon. N. *et alius Q. Sp. Carvilium Q. F. Maximum* in B. *et C. Canulium Q. F. Maximum* in L. 1. *et Sp. Carvilium Q. Tuberonem Maximum* in C. Reliqui codd. nihil mutant. Patet itaque, vel Mstos omnes aperte velle, Carvilium hunc fuisse Quinti filium; vel idem ex eo-

rum aberrationibus non obscure colligi posse. Contra Pighius in Annal. priori loco eum *C. Filium* fuisse existimat, idque non aliam ob caussam, quam quod eumdem esse credat illi, qui sex annis postea cum L. Papirio Cursore consulatum gessit, et in Fast. Capitol. Triumph. SP. CARVILIVS. C. F. C. N. MAXIMVS. vocatur. Sed potuerunt Sp. Carvilii consulis pater Caius et Sp. Carvilii ædilis curulis pater Quintus fratres fuisse, quorum ædilis nullos postea in republica honores gessisset. Paullo ante *fecit*, pro *effecit*, Hav.

§ 13 *Errorem in ædilibus fecisse*] *In sedilibus* Lov. 3. quemadmodum mox *sediliciis* Voss. 2. eodem errore, quo 'ædes' et 'sedes' in membranis commutari vidimus ad v. 42. § 1. *In ædibus* Leid. 1. *in ædiles* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *fuisse* Hav. Vide ad XXXI. 45. § 2.

§ 14 *A P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Averrione*] *Sulpicio Saverrione* ex Capitolinis lapidibus. *Sigon.* Transpositis nominibus gentilitiis *P. Sulpicio Sopho et P. Sempronio* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. B. et quædam edd. antiqq. *P. Sopho et P. Sempronio* Hearnii L. 2. *P. Sulpicio Sex. Averrione* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *Averrione* servant Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac C. *Avenione* obferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Averione* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Arrione* Lov. 4. *Averone* fragm. Hav. *Aversione* Hearnii B. Sed recte Sigonius emendavit *Saverrione;* quod sibi in Msto suo obvium fuisse, Klockius notavit. Vide ad IX. 45. § 1.

Aniensis ac Terentina] *Aniensis* Gaertn. *Anniensis* Leid. 2. et Lov. 3. Hæc posterior, ut et vulgata lectio ferri posse videntur. Nam tribus illa passim in lapidibus literatis AN. ANI. ANIENS. ANIESIS, ANNIENSIS, et ANIENSIS vocatur; at ultimo modo longe frequentius; ut *Anniensis* potius ex lapsu sculptorum ortum esse credi possit. Turnebus ad Cic. Orat. Agrar. II. 29. *Arniensis* legi debere censet; quomodo in Epit. Liv. hoc lib. etiam præfert ed. Parm. At meminisse oportuerat, duas diversas fuisse tribus *Aniensem* et *Arniensem;* illam hoc loco reliquis additam memorari; hujus institutionem jam supra referri VI. 5. Deinde *et Terentina* Gaertn. *et Tarentina* Voss. 2. Port. et Hav. *ac Tarentina* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *ac Tarrentina* Lov. 1. Sed nihil mutandum. Vide ad Epit. Liv. hoc libro.

CAP. X. § 1 *Ad Nequinum oppidum quum segni obsidione tempus tereretur*] [Vide Varr. Lectt.] Est inusitatum genus loquendi 'obsidio terit tempus.' Aliter Livius I. 57. 'Otium conviviis commessationibusque inter se terebant.' Et VI. 34. 'Quum inter se sermonibus tempus tererent:' non *otium convivia terebant*, nec *sermones tempus tererent*. Et sic alibi. Propius ad scripturam duorum librorum Gronovii accederet *tererent*. *Duk.* *Terretur* Flor. et Leid. 1. *terrentur* Hav. Solent passim in Mss. verba 'terere' et 'terrere' inter se confundi. Vide ad VI. 8. § 10. Id quod Gronovius in duabus bonæ fidei membranis se vidisse retulit, in nullo mihi codice obvium fuit. Si tamen reperissem, id locum tentandi caussa non exstitisset, sed errori librariorum adscripsissem. Novi enim, eos terminum passivum *ur* vel ejus notam infinitis locis omisisse. Exempla vide ad I. 17. § 6. c. 32. § 5. II. 14. § 4. c. 37. § 8. Epit. lib. III. in fine; III. 4. § 6. c. 5. § 13. c. 23. § 2. c. 30. § 3. c. 64. § 9. IV. 6. § 3. c. 12. § 4. c. 35. § 11. c. 41. § 10. c. 51. § 4. V. 5. § 6. c. 6. § 11. c. 12. § 4. c. 16. § 1. c. 33. § 2. c. 37. § 7. c. 43. § 2.

c. 45. § 3. Plura adscribere omitto, ne lectori tædio sim. Paullo ante *Nequinium*, pro *Nequinum*, est in Voss. 2. Lov. 3. 4. et Port. Vide ad cap. præc. § 8. et mox hoc cap. § 5.

Quorum erant ædificia juncta muro] *Ædificia inertia muro* Voss. 2. et Lov. 3. unde conjici posset *inhærentia*. Sed nihil muto. Mox iidem codd. *ceu itinere occulto*, addita prima voce, præferunt.

§ 2 *Inde ad consulem deducti*] *Ad consules* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Male. Quamvis enim cap. præc. Nequini oppidi obsidionem M. Fulvius Pætinus et T. Manlius accepisse dicantur, vérius tamen videtur, alteri tantum eorum obsidionem commissam esse. Mox enim addit Livius hoc cap. 'Consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere:' ubi, paucis exceptis, plerique codd. in hanc lectionem consentiunt. Quin et, alteri consuli T. Manlio Etruriam provinciam sorte evenisse, cap. seq. narratur, eique in expeditione mortuo successisse suffectum consulem M. Valerium. Eam sententiam firmant etiam excerpta Fastor. Capitol. triumphal. ubi solius M. Fulvii Pætini triumphus DE. SAMNITIBVS. NEQVINATIBVSQVE refertur; quem et egisset T. Manlius, si, antequam in Etruriam proficisceretur, junctis viribus rem cum collega ad Nequinum gessisset. Error itaque, qui in codd. scriptis est, inde nàtus videtur, quod per compendium scriptum fuerit *ad cos.* vel *ad cons.* in quo compendio passim indocti librarii, nescientes quemadmodum reddendum foret, vel in numero, vel in casu, vel in utroque simul turpiter errarunt. In unius Livii codd. tanta est copia exemplorum, quæ partim jam præcesserunt, partim sequentur, ut, si ea recensere vellem, lectoris patientia abuterer. Et quidem tanto facilius peccare potuerunt, quod numero plurali non tantum scripserint antiqui *coss.* ut nunc fere fit, sed etiam *cons.* vel *cos.* quo nunc tantum singularis vulgo indicatur. Exemplum est in senatusconsulto de Bacchanalibus, et alibi passim. Similes errores committuntur in explicandis notis, quibus indicantur voces 'tribunus militum;' (vide ad IV. 57. § 6. et VI. 6. § 3.) voces 'tribunus plebis;' (vide ad VII. 16. § 1.) 'patres conscripti;' (vide ad VII. 41. § 7.) 'senatusconsultum;' (vide ad XXXVIII. 60. § 1. et XLII. 33. § 1.) 'populus Romanus;' (vide ad XXXIX. 47. § 11.) 'censores;' (vide ad XLIII. 14. § 6.) quælibet notæ numerales; (vide ad XLII. 12. § 9.) 'respublica;' (vide hoc lib. ad c. 37. § 15.) Mox *inter mœnia*, pro *intra*, Lov. 3. Vide ad V. 27. § 3.

§ 3 *Nec aspernanda res visa*] *Hæc aspernanda* Hav. Vide ad XXXII. 20. § 7. *Nec aspernenda* Gaertn. Mox *obsessus retentus* Harl. Deinde *explor. et per cunic. missi* Leid. 2. et Lov. 1. *explor. per cun. missum* Leid. 1. *explor. per cun. missi sunt* Hearnii Oxon. L. 2.

§ 4 *Per quos satis comperta re*] *Satis comperata re* Voss. 2. et Leid. 3. Vide ad XXXIX. 29. § 5. Vox autem *re* exsulat a Leid. 1. Deindè *ceperunt*, pro *cepere*, Lov. 4. et ed. Rom. 1472.

Qua refracta, consul exercitusque Romanus] *Qua re facta* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. Ita sæpe 'factus' et 'fractus' confundi solent. Vide ad VI. 17. § 6. 'Refringere' in hac re proprium est. Supra VI. 17. 'Refracturosque carcerem minabantur.' X. 30. 'Refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt.' c. 43. 'Simul et refringebantur portæ, et vis undique in muros fiebat.' Infra XXIII. 18. 'Moliri portas, et claustra refringere parat.' XXIV. 46. 'Ex interiore parte vi claustra refringere jubet.' XXV. 9. 'Ceteros vigiles obtruncant, refrin-

4. Harl. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. Voces illas sæpissime in Mss. confundi, vidimus ad v. 6. § 1. Tandem *retulere* Lov. 4. Paullo ante etiam *Itaque dimissi Galli* Lov. 2. Vide ad xxi. 53. § 7. In verbis etiam seqq. *Romanis terrorem præbuit*, pro *Romæ*, Hearnii Oxon. L. 1.

Cap. xi. § 1 *T. Manlio consuli Etruria provincia sorte evenit*] [Vide Lectt. Varr.] Duæ voces, quas a suis abesse testatur Gronovius, non adparent etiam apud me in Leid. utroque, Lov. 1. Gaertn. Port. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. An tamen ejiciendæ sint, ut eidem visum fuit, admodum dubito. Voces *provincia sorte* ignorat Lov. 3. unam *provincia* Lov. 4. *provincia Etruria* alio ordine præferunt Flor. et Lov. 2. Deinde *forte evenit* Port. et Hearnii Oxon. B. sollemni errore, de quo dictum est ad i. 4. § 4. *Forte venit* Leid. 1. *sorte venit* Lov. 2. fragm. Hav. et Flor. sed prima litera ultimæ vocis intercepta est a finali præced. Vide ad ix. 12. § 1. *Evenit sorte* vocibus transpositis Hav. Ceterum Manlii prænomen exsulat a Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. *Marcus* vocatur in Voss. 2.

Qui, vixdum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites] *Qui dum vix ingr. host. fines* Harl. Port. Hav. et edd. Rom. 1472. et Parm. Male. De vocula *vixdum* vide ad xxxii. 28. § 4. Tum *fines hostium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *quum* deficit in Voss. 2. Editores, qui primos illos modo memoratos secuti sunt, quum viderent si *dum vix* legatur, aliquid superesse, ipsi etiam vulgari curarunt *qui dum, vix ingressus hostium fines, exerceretur*. Ita exhibetur in ed. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, aliisque. Verum ita saltem dari oportuerat *qui dum exercetur*, vel *qui quum exerceretur*. Vide ad i. 40. § 7. Deinde *intra equites* Voss. 2. Vide ad v. 27. § 2. Mox *a rapido cursu* idem Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit*] Vox *dies* deficit in Gaertn. *die* a m. pr. præfert Flor. Sed ibi ultima litera intercidisse videtur ob similitudinem primæ vocis seq. Vide ad iv. 33. § 11. Deinde *finis vitæ consulis fuit* Leid. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Verum hic vel librarium in errorem induxit compendium *cos*, de quo dictum est ad cap. præc. § 2. vel litera sibilans in fine vocis ex principio sequentis repetita est. Vide ad iv. 33. § 10. Vulgatum adstruitur ex illis quæ notata sunt ad ii. 30. § 9. Vox *fuit* deficit in Lov. 4.

Quo velut omine belli accepto] Pall. 1. et 3. *omine bene accepto*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. quorum prior etiam *veluti* præfert. *Quo velut homine belli accepto* Leid. 1. perperam in initio mediæ vocis addita adspiratione. Vide Cuperum ad Lactant. de Mort. Persec. c. 18. *Quo velut omen belli accepto* Hav. *Quod* velut omen belli accepto* Gaertn. Mox *bellum commemorantes*, pro *memorantes*, Lov. 2.

§ 3 *Romæ, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis*] *Cum desid. viri* Flor. a m. pr. Leid. 1. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Exc. Pithœi. Vide ad l. vi. c. 23. § 3.

Ut Patres ab jubendo dictatore] [Vide Lectt. Var.] Gronovium inpulisse videtur, ut locum conjectura tentaret, quod non videret unde penderet τὸ *ut*. At solet interdum *ut* poni pro 'adeo ut.' Supra ii. 18. 'Magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum:' ubi vide quædam: hoc lib. c. 18. 'Eo profectum est, quod mature ventum erat, ut quosdam Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret:' ubi male quidam codd. *quod adeo mature*. Nulli codd. Gronovio favent; ser-

vant enim omnes voculam *ut*, servant etiam *deterruerint*, nisi quod *deterruit* sit in Hav. *decreverint* in fragm. Hav. a m. pr. *deterruerunt* in Gaertn. Præterea *ab jubendo dictatorem* Lov. 3. Vide ad XL. 49. § 1. Tum *consuli subrogandi comitia* Lov. 4. An voluit *consuli subrogando comitia?* Utrumque Livio in usu fuit. Locutionem 'comitia consuli subrogando' inlustravi ad II. 8. § 3. alterum obcurrit III. 19. 'Tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi:' ubi nunc nihil mutandum agnosco. VI. 39. 'Quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent.' Quum itaque reliqui scripti vulgatum servent, nihil mutandum puto. In codice autem, qui *consuli subrogandi* dedit, prioris vocis litera finalis sibilans intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tandem *ex sententia principis* Gaertn. Male. Vide ad III. 6. § 8. Clericus, postquam Gronovii emendationem recensuisset, addit videri majus aliquod mendum latere. Si rationem (quam hujus effati nullam video) addidisset, de ea judicandi locus foret. Doujatius hac periphrasi verba Livii inlustrare conatur: 'Patres a jubendo dictatore non deterruerunt habita comitia; sed primorum sententiæ de habendis comitiis consularibus, quos secuti reliqui.' Hæc ille. Sed non intellexit, quid Livius his verbis, 'comitia ex sententia principum habita,' innuerit. Indicat enim, ideo Patres a jubendo dictatore deterritos esse, quoniam consul subrogatus sit, quem principes senatus populo commendarant, et dictatorem jussuri erant, nisi consul creatus fuisset, ut constat ex verbis seqq. eodem fere modo, quemadmodum de Camillo habemus VI. 6. 'Senatus Diis agere gratias, quod Camillus in magistratu esset. Dictatorem quippe eum dicendum fuisse, si privatus esset.' *Ex sententia* itaque est 'ex voluntate,' 'ex voto.' Infra hoc lib. 'Et in Etruria res ex sententia gesta.' Vide Hadr. Cardin. de Ling. Lat. p. 138.

§ 4 *M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dixere*] Hic est 'M. Valerius Corvus,' qui anno priore V. hoc vere VI. consul creatus est, Plutarcho, Livio, et Cicerone, et Suetonio auctoribus. *Sigon.* Consentit Pighius in Annal. ad a. CDLIV. p. 385. *Dixerunt* est in Lov. 4. Mox *jussurus fuerit*, pro *fuerat*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *eum extemplo*, pro *tum*, Port. Vide ad IX. 35. § 7. Tandem *proficisci jubet*, pro *jussit*, Lov. 3. et Gaertn.

§ 5 *Adventus ejus compressit Etruscos*] Pal. 2. *adventus dies ejus*. Gebh.

Ut nemo extra munimenta egredi auderet] Vet. lib. *munitiones*. Sigonius. Pal. 2. *extra munitiones*. Gebh. Ita et Port. Gaertn. atque Hearnii Oxon. B. *ut nemo munitiones egredi auderet* Hav. Supra III. 68. 'Egredimini extra portam Esquilinam:' ubi unum etiam codicem præpositionem omittere notavimus. 'Munimenta' autem et 'munitiones' etiam commutantur. Vide ad IX. 37. § 7.

Timorque ipsorum obsidioni similis esset] *Timorque eorum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. Vox *ipsorum* deficit in Harl. et multis edd. antiqq. Recepit jam Parm. et mox Aldus. Tum *obsidionis similis* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VI. 13. § 3. Ultima litera vocis *obsidionis* hic repeti potuit ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. 'Obsidioni similis' autem est similis timori obsessorum. Vide Gronov. Obs. l. IV. c. 8. p. 122.

§ 6 *Frequentes quoque vici incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit*] Vox *vici* deficit in Port. Hinc *firmarent* est in Hav. *dicere ad certamen* in Flor. pro quo Salvinius scribendum conjicit *ducere ad certamen*. Male. Nam literis *e* et *l* in *d* coalescentibus,

ex *elicere* scribæ errore factum *dicere*. Ejusdem erroris alia exempla vide ad XL. 28. § 2. *Ad certamen elicere* Harl. et edd. Aldo priores. Paullo ante *illorum novus consul*, pro *illos*, Port.

§ 7 *Quod multis in vicem cladibus haud immerito*] Pall. duo, *quod de multis invicem cladibus*. Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *quod multis invicem cladibus habitis immerito* Lov. 2. Paullo ante *Quumque hoc segnius*, addita vocula *que*, fragm. Hav. *Quumque segnius* Lov. 2.

Novorum sociorum indicio exorta est] *Judicio* Hav. Vide ad VII. 39. § 5. *Initio* Lov. 4. *incendio* Leid. 1. *sociorum novorum indicio* edd. antiqq. usque ad Aldum, qui ordinem, consentientibus scriptis omnibus, uno tantum Harl. adversante, mutavit eo modo, ut nunc editur. Klockius ad verba proxime præcedd. in margine Livii notavit, malle se vocem *fama* abesse; at quis tum sensus in his verbis erit, et unde τὰ 'alterius belli,' item hic *exorta est* pendebunt, indicare debuisset. Manus docta etiam vel *fama* vel *indicio* abundare ad oram ed. Curionis monuit. In ea scilicet opinione fuit is, qui ita censuit, *fama* hic poni casu sexto; quum, primo accipi debere, sensus manifeste postulet. Mox *rebellionem exspectare*, pro *spectare*, Lov. 3. Vide ad VI. 33. § 1.

§ 9 *Ut scripsere, quibus ædilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet*] *Scripserunt* Lov. 4. Hinc *fuisse* deficit in Leid. 2. Tum *eodem anno* præfert Lov. 2. Vide ad cap. præc. § 6. Deinde in verbis seqq. *nisi*, pro *ni*, Gaertn. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Talis domi tum in annonæ dispensatione, præparando] *Talis domi tamen* Lov. 3. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tum* deficit in Lov. 2. et Gaertn. Ejus particulæ potestatem hoc loco non adsecutus est librarius Lov. 4. qui nobis hoc loco *tum in annonæ disp., tum in præp.* dedit. *In annonæ dispositione* legunt Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Supra IV. 12. 'Revolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum et vendere.'

§ 10 *Interregnum initum: interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius*] *Tamen interregnum initum*, addita prima voce, quam reliqui omnes recte non agnoscunt, Lov. 2. Tum *interreges fuerunt* Lov. 4. Hinc *deiñ P. Sulpicius* Lov. 1. et Gaertn. *deinde P. Sulpicius* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. Port. Hav. et quædam ex edd. prioribus. Sed vocem *dein* non agnoscit Lov. 4. Ceterum ad hunc Ap. Claudium, vulgo Cæcum cognominatum, Pighius in Annal. ad a. CDLV. pag. 388. et Gronov. Obs. I. 25. pag. 201. referunt verba Cic. in Bruto c. 14. 'Possumus suspicari disertum M'. Curionem, quod is tribunus plebis, interrege Ap. Claudio, diserto homine, comitia contra leges habente, quum de plebe consules non accipiebat, Patres antea auctores fieri coëgerit.' Hinc Livium erroris arguunt, qui non Ap. Claudium, sed P. Sulpicium, comitia consularia habuisse scribit, quum ipsum quoque Ap. Claudium ea habuisse velint. Putant enim, ante Ap. Claudium fuisse alium adhuc interregem, qui, ut moris apud Romanos fuisse scribit Ascon. ad Cic. Orat. pro Mil. c. 5. comitia non habuit. Ei deinde succedentem Ap. Claudium, ex insita pertinacia consulatum patriciis reddere conatum, nullius de plebe candidati rationem habere voluisse. Verum quum, repugnante M'. Curione, id obtinere non posset, non peractis comitiis interregno abiisse: at P. Sulpicium demum consules creasse, alterum patricium, alterum ex plebe. Mihi res anceps esse videtur. Sed forte Livius suos habuit, quos secutus sit, annales ab illis, quibus Cic. usus est, diversos.

Creavit L. Cornelium Scipionem, Cn.

Fulvium consules] Vocem *Scipionem* omittunt Gaertn. et Hav. Deinde inter utriusque nomina interponitur copula *et* in Harl. et primis edd. usque ad Froben. qui an. 1535. eam omisit, adstipulantibus reliquis scriptis. Vide ad II. 17. § 1. Deinde *M. Fulvium* legunt Leid. 2. et Lov. 1. Sed *Cnæi* prænomen ei tribui in Fragm. Fastor. Triumph. observat Pigh. in Annal. ad an. CDLV. p. 387. Solent autem librarii passim 'Marcum' pro 'Cnæo' dare. Vide ad VII. 12. § 1. Deinde *consulem* Voss. 2. et Lov. 2. Vide ad cap. præc. § 2.

§ 11 *Oratores Lucanorum ad novos consules venerunt, questum*] De hac legatione Lucanorum Romam, et Romanorum ad Samnites, vide Dionysii Halicarnassei ἐκλογὴν περὶ πρεσβειῶν tertiam. *J. F. Gron.* *Ad novos consules venere* Lov. 4. *ad novos consules venerant* Harl. Tum *quesitum* Port.

Quia conditionibus pellicere se nequiverint ad societatem armorum] *Quare cond.* Lov. 3. Tum *se pelliccre* Port. et Hav. *perlicere se* Leid. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed voces hæ desunt in Lov. 4. relicta lacuna. Deinde *nequiverant* Port. et Hav. *nequiverunt* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. ac L. 2. Caussam ita errandi jam indicavi ad II. 8. § 5. *Nequierint* ediderunt Mediol. 1470. eosque secuti plures usque ad Aldum. Ea contractione Livium delectatum fuisse, verum est. Vide ad XXIX. 34. § 12. Non tamen eam ob caussam invitis libris ubique obtrudi debet. Insuper *ad soc. amorum* Leid. 1. et Lov. 4. *ad soc. annorum* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Vide ad VI. 38. § 1. Tandem Doujatius existimat, orationem magis perspicuam futuram, si, voce *Samnites* trajecta, Livius scripsisset, *questum, Samnites, quia cond. pell. se neq. ad soc. arm., infesto exercitu, &c.* Sed, quod dubium aut obscurum in verbis Livii adtente lectori esse possit, non invenio.

§ 12 *Nunc ita obstinatos animos esse*] *Obstinatos animo* Hearnii Oxon. N. quomodo etiam edi curavit Gronovius 1665. quod scribarum errori tribuendum videtur, licet eam lectionem etiam Doujatius retinuerit. Sed vulgatum tuentur reliqui omnes Mss. et edd. Et recte. Supra l. II. c. 65. 'Restitere primo obstinatis animis:' ubi alia vide: et V. 41. 'Adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabant.' Verbum *esse* deficit in Lov. 4. Mox *tolerabilius dicant*, pro *ducant*, Hav. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

Quam ut unquam postea nomen Romanum violent] Vocula *quam* defit in Hav. sequens *ut* in Lov. 3. Tum *numquam* præfert Port. Hinc *Romanum nomen* Lov. 4.

§ 13 *Bello cum Samnitibus suscepto, necessaria jam facta*] *Suspecto* Hav. literis male transpositis. Vide ad l. XXVIII. c. 6. §12. Deinde *necessaria ut facta* Lov. 2. Paullo ante *Orare Patres, et Lucanos*, omissa vocula *ut*, Klockian. Et solet quidem omitti post verba orandi: hic tamen ceterorum eam defendentium concors consensus apud me prævalet.

CAP. XII. § 1 *Resque repetendas ab Samnitibus censent*] *Resque petendas* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. At hodie tironibus apud nos notum est, sollemne in hac re verbum esse 're-petere.' Tum *cẽnt*, id est *essent*, fragm. Hav. *censuit* Hav. Paullo ante a principio cap. *Sed ejus consultatio senatus fuit* Lov. 3. Tò *fuit* deest in Harl. at voces *cum Lucanis, resque repetendas, &c. ictumque fœdus* in Gaertn. Cui errori caussam dedit repetitio vocis 'fœdus.' Vide ad IX. 11. § 11.

§ 2 *Feciales missi, qui Samnitem de-*

cedere agro sociorum, ac deducere exercitum] *Fecialesque missi* Lov. 2. Tum *Samn. dec. agrum soc.* Port. *Samnitum dec. agrum soc.* Hav. Deinde *ac exercitum deducere* Leid. 2. et Lov. 1. quod Livianum non esse, patebit ex illis quæ dicentur hoc lib. c. 36. § 17. Mox *a Samnitibus* fragm. Hav.

Si quod adissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros] *Si quidem abiissent in Samnio consilium* Gaertn. *Sique audissent in Samnio cō alium* Lov. 3. *audissent* etiam Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Ita sæpe lapsi sunt scribæ, ut verba 'audire' et 'adire' confuderint. Vide ad VIII. 2. § 9. et IX. 25. § 5. Adde Burm. ad Suet. Tiber. c. 27. Deinde *inviolatum abituros* Lov. 3. *inviolatum habituros* Voss. 2. *inviolatos habituros* Leid. 1. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et quædam edd. vett. Hæc etiam aberratio in Mss. frequens est, ut, addita vel detracta perperam adspiratione, verba 'habiturus' et 'abiturus' commutentur. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 3 *Bellum Samnitibus et Patres censuerunt*] Vocula *et* non comparet in Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. Sed vide ad II. 44. § 4. Mox voces *et populus jussit* exsulant ab Harl.

Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites] *Intra se* Voss. 2. Vide ad v. 27. § 3. *Cons. prov. inter se partiti sunt* Gaertn. *Cons. inter se partiti prov. sunt* Port. Τὸ *sunt* deficit in Hav. Si conjecturis indulgere liberet, videri posset scribendum esse *Coss*, id est *Consulibus, inter se prov. partitis, Scipioni Etr., Fulvio Samn. obvenerunt*: et τὸ *sunt*, quod præter unum memoratum reliqui codd. servant, natum censerem ex ultima litera vocis *partitis*, quam inde diductam librarii mutassent in verbum *sunt*. Sed potius vide quæ dicta sunt ad III. 22. § 3. Præterea *Samnites* omittit Voss. 2. Ea voce transposita, *Samnites Fulvio* præfert Gaertn.

Diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur] Vocula *que* non est in Lov. 2. Harl. et edd. Aldina prioribus, reliquis scriptis invitis. Voces vero *ad suum quisque bellum* exsulant a Flor.

§ 4 *Hostes ad Volaterras instructo agmine obcurrerunt*] *Ad Volateras* fragm. Hav. *ad Nolateras* Gaertn. *ad Volteras* Port. et Hav. *ad Volaturas* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. in quo *ad Volaternas* emendavit manus altera. Tum *infesto agmine* Leid. 2. Supra III. 3. 'Infesto agmine ruere ad urbem:' et eodem cap. 'Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.' At uni codici credere temerarium foret. 'Instructum agmen' est in formam prœlii ordinatum. De verbo 'instruere' hoc sensu vide ad XLII. 51. § 3. Deinde *obcurrunt* Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et excusi ante Aldum. Inertes librarii, quum scriptum per compendium invenissent *obcurr'unt*, additam notam neglexerunt. Hinc passim eadem similium verborum tempora in libris scriptis commutantur. Vide ad II. 6. § 9. c. 47. § 9. VII. 29. § 5. IX. 21. § 5. c. 24. § 11. c. 36. § 12. c. 45. § 15. X. 14. § 3. c. 25. § 5. c. 42. § 7. c. 43. § 9. XXI. 29. § 2. XXII. 1. § 3. c. 18. § 4. XXXVIII. 16. § 2. XXXIX. 31. § 1. et alibi sæpe. In præcedentibus τὸ *et* deerat in Hav.

§ 5 *Nox incertis, qua data victoria esset, intervenit*] *Nox in ceteris* Hav. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Supra IV. 39. 'Nox incertos diremit.' IX. 23. 'Nox incertos, victi victoresne essent, diremit.' Deinde *quadrata victoria esset* Leid. 1. voces *qua data* desunt in Lov. 4. lacuna tamen relicta. Mox *lux sequens victorem victum ostendit*, pro *insequens* et *victumque*, Lov. 2. Deinde *relinquerunt*, pro *reliquerunt*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3.

§ 6 *Ubi profectione hostium conces-*

sam *victoriam videt*] Ms. Fuldensis ubi *professione host. conc. vict. videt.* Modius. Conspirat hic Pal. 2. membranis Fuldensibus Modio excussis. *Gebh.* Conspirant etiam Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxoniensis N. *Profusione hostium* se in Oxoniensi B. invenisse, idem Hearnius testatur. Vulgatum præferendum puto.

Vacuis cum plurima præda (nam et stativa trepide deserta fuerant) potitur] Pall. tres *vacua potitur*. Deinde Pal. 2. *nam et stativa et trepide deserta*. Gebh. *Progressus ad castra vacua, cum plurima præda, &c. potitur* etiam Voss. 2. Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. in qua lectione ex præcedenti repetendum foret 'castris,' vel 'iis potitur.' Vide ad II. 40. § 10. Ipsam vocem ex interpretis glossa interposuit Port. hoc modo *progressus ad castra vacua, eis cum plurima præda, &c. potitur.* Alio modo subcurrit Lov. 2. qui voce omissa *progressus ad castra vacua, plurima præda, &c. potitur* legit: aliter, unius literæ immutatione, *progressus ad castra vacua, tum plurima præda, &c. potitur* Lov. 3. Mihi caussa non est, cur displiceat vulgatum, pro quo stant codd. integerrimi. Præterea *nam in stativa trepida deserta fuerant* Lov. 2. *nam et statica et trepide deserta fuerant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper *fuerunt* præferat. *Nam et stativa et trepida deserta fuerant* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *nam et stativa etiam trepida deserta fuerant* Lov. 4. Et hic recepta scriptura genuina est. Caussa, cur Romani plurima præda in castris Etruscorum potiti sunt, erat, quod trepide ea deseruerant.

§ 7 *Expedito agmine ad populandos hostium fines intendit*] Lego *incedit*. Gelen. E tribus Pall. legendum *ad depopulandos hostium fines incedit.* Gebh. *Ad depopulandos hostium fines* jam Gronovius in contextum recepit, cui præter Harl. consentiunt reliqui codd. Ex Flor. tamen nihil etiam notatum video. Sæpe hæc vocabula in Mss. commutari solent. Præter illa quæ notantur ad II. 62. § 2. vide ad IX. 38. § 2. hoc lib. c. 14. § 5. c. 18. § 8. c. 20. § 2. c. 27. § 5. 6. XXI. 45. § 2. XXXI. 30. § 2. et alibi. Præterea *incendit* Hav. Vide ad VIII. 20. § 5. *Intendit* unus tantum servat Harl. pro quo recte *incedit* emendat Gelenius, reliquis meis accinentibus. Supra II. 63. 'Sabini usque ad portas urbis populantes incessere.' Solent autem et hæc verba a librariis confundi. Vide Nic. Heins. ad Silii III. 466. et quæ notantur ad Livii I. 57. § 8. Similiter 'concedere' et 'contendere.' Vide ad Livii II. 22. § 1. Paullo ante *Inde in Fal. tamen agrorum cop. red.* nullo sensu Lov. 3. Tum *non modico præsidio*, pro *cum modico*, Lov. 2.

§ 8 *Nec solum modo vastatum hosti relictum*] Lego *vastum*. Gelen. *Vastatum* tantum inveni in Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. *vastatur* in Gaertn. Reliqui servant *vastum*, quod ex editis etiam defendunt Rom. 1472. et Parm. Sæpe ita librarios peccasse, videbimus ad XXIII. 30. § 7. Insuper *ne solum modo* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 47. § 7. *Ac solum modo* Leid. 2. τὸ *nec* deficit in Leid. 1. Paullo ante *ferro igneque*, pro *ignique*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad I. 41. § 3. et IV. 9. § 8.

Castellis etiam vicisque inlatus ignis] *Ignis illatus* Leid. 2. et Lov. 1. *injectus ignis* Hearnii Oxoniensis L. 1. quod ex interpretis expositione receptum puto. Tacit. Hist. III. 47. 'Classi quoque faces intulit vacuo mari eludens.' 'Ferre faces in Capitolium' simili modo dixit Cic. de Amic. c. 11. Mox *temperatur*, pro *temperatum*, Lov. 4.

§ 9 *Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum*] *Cn. Fulvio consule clara pugna* Lov. 1. *Cum Fulvio consule clara pugna* Leid. 2. *Cor. Fulvii consulis clara pugna* Lov. 2. *Cum Fabii consulis clara pugna* Lov. 4. Tum *cum Samnio* Gaertn. Hinc *ad Bonianum* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *haud quamquam ambiguæ*, pro *haudquaquam*, Lov. 1. 2. 3. et 4. Vide ad VII. 26. § 8. *Haudquaquam victoria ambigua fuit* Leid. 1. *fuerit* Hav.

Bovianum inde adgressus, nec ita multo post Aufidenam vi cepit] Hoc oppidum Bovianum bis ante captum fuit a Romanis, a. CDXLIV. (l. IX. c. 31.) et a. CDXLIX. (ibid. c. 44.) quod admonemus ob fidem exemplariorum. De Carseolis jam admonuimus. *Glar. Bovicenum* Lov. 2. *Romanum* Lov. 3. Tum *Aufidenam* Lov. 2. et Gaertn. *Aufideriam* Lov. 3. *Fidenam* Hearnii Oxoniensis N. *post Aufidenæ vi capta* Lov. 4. *post Aufidenam vice cepit*, repetita perperam proximæ vocis syllaba initiali, Leid. 1. Τὸ *ita* deest in Voss. 2.

CAP. XIII. § 1 *Eodem anno Carseolos colonia in agrum Æquicolorum deducta*] Vet. lib. *in agro Æquicolarum*. Recte utrumque: sic enim in Epitoma lib. XIX. 'Colonia deducta in agro Sallentino Brundusium:' et lib. XX. 'Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Cremona et Placentia.' *Æquicolarum* autem ab 'Æquicola' scribendum. Unde Virgilius Æneid. VII. 747. 'duris Æquicola glebis.' Neque enim audiendus est Gelenius, qui Plinium III. 12. scribentem 'Carseolanos' esse *Æquicolarum*, *Æquicolorum* emendat; atque diminutivum esse ait. *Sigon. Agro* etiam unus liber Hearnii. Non est, cur mutetur scriptura vulgata. Lib. XXXIV. cap. 45. 'Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam, &c. deduxerunt.' Ibidem c. 53. 'ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum, deducerentur.' Sic XXXV. 9. XXXVII. 47. XXXIX. 44. et 55. XL. 29. Adde c. 3. et 21. hoc libro. *Duk. Tarseolos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxoniensis N. in cujus tamen posterioris margine *Carseolos* emendatum est. *Craseolos* Lov. 2. *Carseolas* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Carsolas* Hearnii Oxoniensis L. 2. qui in L. 1. *Cariolos* invenit. Aliter variant codd. hoc lib. c. 3. § 2. ubi et caussam vide, cur Carseolos colonia deducta hic iterum memoretur, cujus deductæ jam eo loco meminerat. *In agro* autem *Æquicolarum*, quod Sigonius probavit ex vet. lib. apud me tantum superest in Port. et Hav. *in agrum Æquicolorum* servant reliqui, nisi quod *in agrum Æquicolanum* inter versus præferat Leid. 2. *in agrum Æquicolonorum* Hav. Hearne *in agro Æquicolarum* se in Oxoniensi B. invenisse testatur, *in agrum Æquicolorum* in L. 2. et Exc. Pithœi. Livius quidem, ut Sigonius hic restitutum voluit, locutus est XL. 34. 'Aquileia colonia Latina eo anno in agro Gallorum est deducta:' et auctor Epit. Liv. lib. LX. 'Ut complures coloniæ in Italia deducerentur.' Præfero tamen vulgatum *in agrum*, quod recte revocarunt in contextum editores Sigonium secuti. Id enim firmant integerrimi codd. Livium etiam eo modo locutum esse, pluribus exemplis probari posset. *Æquicolarum* autem recepit primus post Sigonium Modius; quod deinceps alii taciti probarunt. Verum et hic *Æquicolorum* restitui, auctoribus iisdem Mss. Et hanc scripturam defendit Cluver. Ital. Antiq. II. 16. p. 773. et 774. qui videndus est.

Fulvius consul de Samnitibus triumphavit] *Fulvius consul eos de Samn. triumph.* referunt Pall. duo. Pal. 2. *eo de Samnitibus triumph.* Gebh. *Consul eo de Samn.* Lov. 2. Gaertn. et Hav. *consul eos de Samn.* Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Alicubi pro

consul, sive *eos*, scriptum fuisse videtur *eos*. Ita enim interdum variasse librarios, vidimus ad II. 64. § 7. Hanc autem utramque lectionem jungere voluisse puto scribam, qui primus *consul eos de Samnitibus* dedit; in quo quod sensum non reperiret, alius *eo* emendavit. Mox § seq. *instanter*, pro *instarent*, trajectis perperam literis, obferunt Leid. 2. et Lov. 1. etiam *Etruscos Samnitemque* Lov. 2. quæ lectio probari posset ex illis quæ notantur ad XXXV. 40. § 6. Invitis tamen reliquis unius aucteritate id probare nimis temerarium foret.

§ 8 *Increpari magistratus Samnitium*] *Increpare* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxonienses L. 2. B. C. et vett. edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. *increpari* substituit.

Quod exercitum, adversus Lucanum hostem comparatum, objecerint Romanis] Τὸ *adversus* nullus apud me codex, aut cujus excerpta hunc ad locum habeam, agnoscit. Rott. et Helm. *exercitui Lucanum*. Scribamus ergo *quod exercitum, in Lucanum hostem comp., obj. Romanis*. Exercitus comparatus in Lucanum hostem et Romanis objectus est ille ipse, quem decedere agro sociorum jusserat Romana legatio, et, quum hæc audita non esset, vicerat ad Bovianum Cn. Fulvius. Carpebantur igitur principes, quod legiones, adversus leviorem hostem Lucanum scriptas, opposuissent Romanis, et, tanto graviore hoste incumbente, non novum egissent delectum, auctisque demum copiis aciem commisissent. Quæ autem sequuntur, 'itaque suis sociorumque viribus,' pendent a superiore, 'fama exorta,' et sunt quæ Romæ jactarentur. Sic VI. 1. 'Quod postridie Idus Quintiles non litasset Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hosti exercitus Romanus esset.' XXVIII. 15. 'Haudquaquam par pugna, quod turba Balearium tironumque Hispanorum Romano militi objecta erat.' XL. 35. 'Neque novum militem ferocissimo hosti objecturum.' Buslid. tamen, 'Quod exercitum Lucanum hostem comparatum adjecerint Romanis.' Quæ lectio facile defendi posse videtur Alb. Rubenio. Increpabant, inquit, Samnites magistratus suos, quod importuna incursione Lucanos sibi novos hostes parassent, et hunc exercitum Lucanorum adjecissent Romanis: nam quæ sequuntur, 'itaque suis,' &c. etiam Samnitium verba sunt, magistratus suos increpantium. Sane ut Buslid. ita prorsus et Voss. 1. Quare, si cui id satisfacit, legat *quod excitum Lucanum, hostem tam paratum, adjecerint Romanis. Excitum*, id est, lacessitum. Adde quæ ad c. 25. dicemus. *J. F. Gron.* Præter duos a Gronovio memoratos codd. *adjecerint* non alibi, quam in Leid. 2. et Lov. 1. invenio; quare ad eam lectionem non adtendendum puto, sed ortam existimo ex errore scribarum, qui præpositiones *ad* et *ob*, ac verba cum utraque composita, passim confundere soliti sunt. Vide ad XXXVII. 27. § 5. Sed τὸ *adversus* non modo exsulat etiam ab Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. verum insuper ab omnibus meis, nisi quod tamen ex Flor. Harl. et Klockian. nihil notari video. Admodum itaque verisimile fit, id quod Gronovio in mentem venit, scripsisse Livium *exercitum in Lucanum hostem comparatum*: ut præpositio *in* intercepta sit a vocis præced. litera finali *m*; qui error in libris scriptis est frequentissimus. Exempla vide ad I. 27. § 4. c. 31. § 1. c. 37. § 5. c. 53. § 2. II. 1. § 10. c. 2. § 6. c. 12. § 5. c. 55. § 10. III. 5. § 7. c. 18. § 8. c. 25. § 9. c. 29. § 6. c. 41. § 6. IV. 9. § 14. c. 20. § 11. c. 25. § 4. et 13. c. 31. § 2. c. 48. § 13. c. 58. § 4. et 14. V. 15. § 2. c. 21. § 5. c. 27. § 2. VI. 4. § 10. c. 14. § 10. c. 22.

§ 3. VII. 7. § 6. c. 17. § 5. c. 36. § 7. c. 37. § 10. c. 41. § 2. VIII. 23. § 13. c. 25. § 6. c. 33. § 1. IX. 16. § 7. X. 22. § 9. XXI. 7. § 8. c. 24. § 4. c. 43. § 2. XXXVI. 20. § 2. XXXVIII. 32. § 3. XXXIX. 40. § 10. c. 54. § 10. XL. 34. § 9. c. 53. § 5. XLI. 23. § 12. XLIV. 6. § 10. XLV. 1. § 4. c. 8. § 4. Adde Burm. ad Rutilii Iter I. 497. et ad Suet. Cæs. c. 5. et Ner. c. 2. Alibi eadem præpositio excidit ob vocis seq. literam initialem *m*. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Contra *τὸ in* elisit vocis præced. literam finalem *m*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Insuper *comparatum* non adparet in Harl. contra addita voce *non objecerint* præferunt Lov. 2. et Gaertn. *obicerent* est in Leid. 1.

§ 4 *Haudquaquam pari defungendum esse certamine*] *Haud quamquam* Lov. 1. 2. 3. Vide ad VII. 26. § 8. Tum *defugiendum esse* Voss. 2. et Lov. 3. *defugendum esse* Leid. 1. et Hav. *defendendum esse* Klockian. *defigendum esse pari cert.* Lov. 4.

§ 5 *Primo non petentem, deinde, ut inclinata studia vidit*] *Primum non petentem* Flor. et Hav. Sed prima vox deficit in Gaertn. Tum *deinde indēa studia* Lov. 4. qui idem cum Lov. 2. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. omittunt vocem *vidit*. Contra paullo ante inserta voce *quum omnes illustres viri* Lov. 4.

§ 6 *Quid se jam senem, ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, sollicitarent*] Pall. duo *jam senem, perf. lab., bellorum præmiis sollic.* Gebh. Similiter etiam Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *Qui se jam senem* fragm. Hav. Tum *profunctum laboribus* Gaertn. Sed vide ad IX. 10. § 7. *Perfunctum honoribus* Lov. 4. a m. pr. Sed vox *honoribus* olim margini adscripta fuisse videtur, ut eo exponeretur quod sequitur 'laborumque præmiis.'

Nec corporis, nec animi vigorem remanere eumdem] *Neque corporis, nec animi* edd. antiqq. Vide ad IX. 9. § 14. Aldus primus *nec corporis* substituit, concinentibus omnibus scriptis. Deinde *animi rigorem* Lov. 4. Solent hæc vocabula in membranis antiquis confundi. Vide viros doctos ad Vellei. Paterc. II. 98. § 3. ad Ovid. Ep. Her. IV. 118. et quæ notavi ad Silii Ital. VIII. 612. Hic autem vulgatum verius est. Vide ad VII. 4. § 7.

Fortunam ipsam vereri] Plato Parmenide: Καί τοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι· ᾧ ἐκεῖνος ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὢν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. *J. F. Gron.*

Vereri, ne cui Deorum nimia jam in se, et constantior, quam velint humanæ res, videatur] Pal. 1. *fortunam ipsam reseri. M. ne cui Deorum nimia.* Pal. 2. *ne cui D. nimium jam in se constantior.* Vitiosissime omnium Pal. 3. *fortunam ipsam veseri. M. nec vi D. menia jam in se et const., quam velit, humanæ res videantur.* Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] *Nimium jam in se constantior*, vet. lib. Sigonii consentientes, Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Ipse tamen Sigonius postea hanc lectionem damnasse videtur; certe Scholion illud omisit in ed. a. 1572. Ceterum *fortunam ipsam vereri, ne cum D. nimium in se jam const., quam velit, hum. res videantur* præfert Gaertn. *fortunam ipsam veri, ne vi D. nimia jam in se const.*, Leid. 2. *ne vi D.* etiam Voss. 1. et Lov. 1. ac 4. quorum duo priores etiam particulam *et* ante *constantior* omittunt. *Fortunam ipsam vereri. M. ne cui D. nimia jam in se et const.* Leid. 1. *fortunam ipsam vesci. M. nec vi D. nimia jam in se et const.* Lov. 3. *fortunam ipsam vereri, quæ nimia jam in se et const.* Lov. 2. Deinde *videantur* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. et fragm. Hav. Vulgatum, in quod Flor. aliique conspirant, non mutandum existimo.

§ 7 *Subcrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum adspicere*] Auc-

tius Fuld. membranæ *cons. alios fortissimos viros lætum aspicere.* Modius. Auctarium illud membranarum Fuld. ex verbis seqq. perperam hic a librario repetitum est. *Succurrisse,* pro *succrevisse,* male Gaertn. De verbo 'subcrescere' vide ad XXI. 3. § 2. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Mox in verbis proximis *deesse honoribus* alio ordine Lov. 3.

§ 8 *Quæ verecundia legum restinguenda ratus*] Ms. Fuld. *restringenda ratus.* Modius. Meliores duo Pall. codd. Mss. *reverentia legum restringenda.* Pal. 2. quoque jubet legere *restringenda.* Camp. vero *constringenda.* Gebh. *Reverentia legum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. C. atque in margine N. quod ex interpretis glossa profluxisse arbitror. De voce 'verecundia' vide ad IV. 45. § 8. Tum *restringenda* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. L. 1. ac N. Similiter se quoque in vet. lib. invenisse, Sigonius monuit; verum hoc quoque Scholion in iterata ed. omisit. Optimi cum omnibus editis stant pro vulgato, quod verum puto. Cic. in Orat. c. 1. 'Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia ac copia ceterorum studia restinxit.' Interdum hæc verba in Mss. commutantur. Vide viros doctos ad Ovid. Met. XII. 548. et Cortium ad Sall. Catil. c. 31. § 9. Similiter *præstinguere* et *præstringere.* Vide quæ notavi ad Silii Ital. l. I. vs. 358.

Legem recitari jussit, qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret] Hinc undecimus est annus, quo Q. Fabius consul fuit, nempe an. CDXLVI. Licuit igitur eum rursus consulem fieri, hac lege non impediente. Sed fortassis Livius, oblitus sui, secutus est Pisonis ordinem, de quo a. CDXLIX. (l. IX. c. 44.) Id multo mihi dubium magis quandonam hæc lex fuerit lata, cum a. CDXLVI. in hoc ipso Fabio prioribusque adeo annis raro observata fuerit, nec posterioribus item temporibus, ut consulum nomina recensenti facile apparet. Annotavimus simile quid in Chronologia nostra de posteriore Scipione apud Florum lib. LVI. in Epitome, A. U. C. DCXX. *Glar.* Hæc lex lata est a. CDXIII. Q. Marcio, Q. Servilio consulibus, ut ait Livius lib. VII. extremo. Ea vero nunc tenetur Q. Fabius: nam tertium consul fuerat a. CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei defertur consulatus, est CDLIV. Legis autem hæc erat sententia, ut nemo, postquam consul fuisset, nisi exactis decem annis, reficeretur, ita ut inter duos consulatus anni X. interessent, qui inter tertium et quartum Fabii consulatum numerari non possunt. Quod cum ita sit, ergo merito contemnenda sunt ea, quæ a Glareano contra Livium hoc in loco sunt dicta. De Scipione enim quod ille opponit, suo loco respondebo. ['Glareanus carpitur injuste, nec enim respondet ad alteram partem, quando hæc lex toties neglecta est.'] *Sigon.* Minus contemnenda sunt, quæ Glareanus dicit, quam quæ Sigonius. Fabius tertium consulatum gessit a. CCCCXLV. quartum, de quo hic agitur, a. CCCCLVI. Fuerunt ergo inter utrumque interjecti integri decem anni, et Fabius a. CCCCLVI. consulatum ex legibus gerere potuit. Vide quæ de hoc loco disputat Dodwell. de Cyclis dissert. X. sect. 68. *Duk.* Secundum chronologiam Glareani non intersunt decem anni inter ultimum Fabii consulatum et hunc annum, verum annus hic erat decimus, adeoque intra decem annos consul reficeretur. Secundum chronologiam autem marmorum Capitolin. decem anni elapsi sunt, ex quo Fabius tertio consulatu abiit, et quartum occepit. Sed quum in fastis illis unus interponatur annus inter eum, quo M. Livius Denter, M. Æmilius, et Q. Appuleius, M. Valerius consu-

les fuerunt, per dictatores exactus, quem Livius non agnoscit, patet Livium, ex rationibus chronologicis quas probavit, scribere potuisse Fabium legem, qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret, recitari jussisse, adeoque eum censuram Glareani meritum non fuisse. Alia quæstio est, utrum annus marmorum Capitol. omnino interponendus sit. Quem quum revera interpositum fuisse sibi persuadeat Pighius, etiam excusationem Fabii ad annum sequentem, quo populus consulatum ei continuare volebat, referendam esse existimavit, adeoque Livium male ad hunc annum retulisse. Vide quæ notavit in Annal. ad a. CDLVII. p. 390. Verum sine dubio Livius suos habuit annales, quos secutus est; et ita potius accusandus foret, quod errantes duces probarit. Quod autem Glareanus excipiat, legem hanc toties neglectam esse; non efficit, eam cum effectu a Fabio obponi non potuisse.

§ 9 *Vix præ strepitu audita lex est: tribunique plebis*] Pall. duo *per strepitum*. Andreæ ed. *pro strepitu*. Gebh. *Per strepitum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Male. Præpositionem *præ* hoc sensu inlustravi VI. 40. § 1. *Per* et *præ* etiam alibi commutantur. Exemplum habuimus IX. 40. § 20. Vide ad IX. 10. § 7. Tum *audita est lex* Leid. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *tribuni quoque* tres posteriores codd. Vide ad V. 27. § 1. Mox *agebat*, pro *aiebat*, Klockian. Vide ad VIII. 32. § 23. *Sed ad populum laturos*, pro *se ad populum*, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. atque L. 2. Vide ad VI. 23. § 9.

§ 10 *Quid ergo adtinet leges ferri, rogitans*] Lego *quid ergo attineret*, non *attinet*. Gelen. Scribendum *attinere:* ut II. 41. 'Quid attinuisse, Hernicis paullo ante hostibus capti agri tertiam partem reddi?' VI. 23. 'Quid attinere, cum mortali corpore uno civitatis, quem immortalem esse deceat, consenescere vires?' XXXVII. 15. 'Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid attinere claudi portum?' *J. F. Gron.* Vide Gronov. Obs. II. 14. III. 9. ad Livii II. 2. c. 44. VIII. 33. X. 2. XXIV. 3. *Duk.* *Attinet*, ut ante Gelenium edebatur, etiam ex scriptis Gaertn. et Hav. Sed vide ad XL. 14. § 10. Gronovio nullus consentit codex. Vide tamen quæ notavit Obs. II. 14. p. 322. Præterea *quid igitur adtineret* Lov. 4. Vide ad XXI. 40. § 6. Tum *lege ferri* Hav. ubi ultima litera prioris vocis excidit ob similitudinem primæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11. *Leges ferre* Gaertn. Paullo ante *præstabat*, pro *perstabat*, Leid. 2. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

Quibus per eosdem, qui tulissent, fraus fieret] Forte *jussissent*. Neque enim populus fert legem, sed jubet vel accipit, ferente magistratu. Scio § 15. Inst. de lege Aquilia haberi, 'plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit.' Sed et hujus auctor scripsit *jussit*, si Latine locutus est. Nec ignoro III. 34. Livii: 'Quas consensu omnium non jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset.' Est enim sensus, quasi quisque eas pro se aliis jubentibus tulissent. *J. F. Gron.* Non hic populus intelligitur, sed tribuni plebis. Hi enim erant, per quos frangebatur lex semel confirmata. Nec potest dici a populo fraus fieri legibus, quibus quid derogat; sed tribuni, quod semel ad populum tulissent, directo antiquare veriti, oblique et e longinquo elidebant. *Jac. Gron.* Meliori ratione receptam lectionem adversus conjecturam paternam vindicavit Jac. Gronovius, quam Doujatius; qui, licet fateatur, proprie loquendo populum legem non ferre, sed ferente magistratu jubere vel accipere, nihilominus contendit, 'ferre' quoque

dici populum vel plebem tum a Livio, tam a Justiniano Imp. quæ loca Gronovio erroris suspecta erant. Eadem autem, quæ Jac. Gronovio, expositio vulgatæ scripturæ etiam Ant. Perizonio in ora cod. sui in mentem venerat: similiter enim *tulissent* referendam putat ad tribunos plebis, qui Fabium legibus solvere volebant, eamque patris sententiam probavit etiam Jac. Perizonius. Ceterum *qui retulissent* est in Lov. 2. Mox etiam *non lege*, pro *non regere*, est in Lov. 4.

§ 11 *Populus nihilominus suffragia inibat*] *Populos nihil. suff. inibat* Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *Populos nihil. suff. inibant* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. An forte librarius voluit *populus inibant?* Certe talia multa apud Livium obcurrunt. Lib. I. c. 26. 'Non tulit populus patris lacrimas, absolveruntque.' c. 41. 'Clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset.' Epit. lib. II. 'Jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romæ passuros:' ubi vide quæ notantur. IV. 31. 'Uni Fidenatium populo rebellare placuit, et, novorum colonorum cæde inbutis armis, Veientibus sese conjungunt.' VI. 21. 'Tum, ut bellum juberent, latum ad populum est.' XXI. 11. 'Populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Karthaginiensium societati præponant.' XXIII. 16. 'Ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent.' XXXVIII. 48. 'Non cum Gallis bellum senatus decreverat, et populus jusserat; sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque.' c. 46. 'Non ad populum ferri, velint, jubeantque, cum Gallis bellum geri.' XXXIX. 51. 'Liberemus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis exspectare longum censent.' D. Lucas in Euang. c. 1. vs. 21. Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ ἐθαύμαζον. Vide ad Liv. VI. 39. § 10. VIII. 23. § 6. XXX. 27. § 3. XXXIV. 49. § 11. XXXIX. 39. § 4. Duker. ad Flori I. 9. § 8. Cortium ad Sall. Jug. c. 22. et viros doct. ad Val. Max. II. 10. § 8.

Ut quæque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat] *Intra vocata* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Male. Cic. Fragm. orat. pro C. Cornelio: 'Nec criminosius tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum intro vocare.' Liv. X. 24. 'Priusquam intro vocarentur ad suffragium tribus.' Deinde *haud dubia* Klockian.

§ 12 *Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis*] Pal. 3. *Dei approbent, inquit, quod agitatis.* Gebh. *Dei* etiam Leid. 1. Lov. 3. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. quas vidi, usque ad Modium. Vide hoc lib. c. 40. § 13. *Approbent, inquit, Dii* Klockian.

Quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis] *Quoniam nunc, quod vos vultis* Lov. 4. *quoniam in me, quod vultis* Voss. 2. qui idem cum Lov. 3. præfert *factum est.* Præterea mox etiam *apud me,* pro *apud vos,* idem adhuc Voss. 2.

§ 13 *Dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum consulem faciatis*] Duæ priores voces omittuntur in Lov. 2. et 4. tertia in Leid. 2. et Lov. 1. *vobis dignum, dignum parente suo* præferunt Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *mecum, quæso, cons. mecum fac.* Gaertn. *quæso, mecum consulem facite* edd. Rom. 1472. et Parm.

Justa suffragatio visa] *Justa suffragio visa est* Voss. 2. additis tamen signis voci postremæ, quibus eam perperam scriptam esse librarius indicare voluit. *Justa suffragia visa* Port. Supra IV. 44. 'Nec potestas, nec suffragatio horum valuit.' Mox *Q. Fabium et P. Decium* Harl.

§ 14 *Dies dicta ab ædilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat*] *Dies dicta ædil.* Voss. 2. et Lov. 3. quod, ne ambiguam Livii orationem reddat, rejiciendum est. Deinde *plus, quam*

lege finitum Port. *plus, quam quod lege functum* Voss. 2. et Lov. 3. *plus, quam quod lege futurum* Gaertn. 'Finire' hic est definire, modum alicui rei statuere. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXIV. Mox autem in verbis seqq. *fere*, pro *ferme*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

Vinculumque ingens inmodicæ cupiditatis injectum est] Utrum intelliges 'possessoribus?' forsan: nam libri nihil mutant. Secus posses *cupiditati*: ut III. 26. 'Terror injectus urbi est.' *J. F. Gron.* Gronovio *cupiditati* rescribenti unus favet Port. reliqui vulgatum servant: quibus adsentiri malo, et cum eodem Gronovio vinculum cupiditatis injectum possessoribus intelligere. 'Vinculum cupiditatis,' ut 'vinculum fugæ' hoc lib. c. 41. 'His vinculis fugæ obstricti stabant.' Ceterum *vinculum quod ingens* legit fragm. Hav. *vinculum ingens* Lov. 2. Τὸ *est* autem exsulat a Lov. 3.

CAP. XIV. § 1 *P. Decius Muster tium*] Decii cognomen deficit in Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et in uno meorum Harl. *quartum* etiam, pro *tertium*, male præfert Lov. 4. Paullo ante etiam vox *Fabius* non adparebat in Gaertn.

Inter se agitarent, ut alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret] *Intra se agit.* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Tum *uti alter Samnites* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Paris. 1573. Quod recepi. Deinde *alter et mixtos* Lov. 3. Tandem *delegeret* Port. *diligerent* Flor. *Diligere* pro *deligere*, quomodo fere *dilectus*, pro *delectus*, est in optimis codd. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Diligerent* autem, quia referendum ad utrumque consulem. Ita mox hoc cap. 'Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt:' et II. 10. 'Dum alius alium circumspectant:' ubi vide.

§ 2 *Quantæque in hanc aut in illam provinciam copiæ satis essent*] *Essent* redundat. *Gelen.* Dele τὸ *essent* auctoritate Th. Voss. 1. Helm. Rott. Sufficit Livio *quantæque in hanc aut in illam prov. copiæ satis, et uter ad utr. bell. dux idon. magis esset.* J. F. Gron. Deest etiam τὸ *essent* in Flor. Leid. 1. Klockian. fragm. Hav. omnibusque meis, exceptis tantum Voss. 2. Lov. 3. et Harl. Non adparere etiam in suis codd. auctor est Hearne, in solo tamen Oxon. C. legi *quantæque in hanc aut in illam prov. copiæ sint.* Transpositis etiam vocibus *provinciam satis copiæ* legit Port.

§ 3 *Ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati*] *Nepet*, ut ante dixi. *Sigon.* Ita est etiam in Port. et Hearnii Oxon. B. *et Nepte* in Harl. et Gaertn. Vide ad VI. 9. § 3. *Ab Sturio repente et Faleriis* est in Oxon. L. 1. Prius *et* a m. pr. non comparet in Lov. 1. Tum *et Faletiis* Harl. *et Falerii* Gaertn.

Auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi] *Consilia Etr. popul.* edd. Rom. 1472. et Parm. *auctores concilii et Etr. popul.* Leid. 2. et Lov. 1. *auctores concilii Etr. popul.* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 2. Et ita edidit Aldus, sed inter errata priorem lectionem revocavit. Præterea *de pace petenda* Leid. 1.

Totam belli molem in Samnium averterunt] *Adverterunt* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. sollemni librariorum aberratione. Vide ad VI. 23. § 8. *Advertunt* Harl. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. *Averteret* Lov. 3. *advertere* Lov. 4.

§ 4 *Quo venturum bellum foret*] Duo Voss. Rott. *qua*. Cic. 'Qua adiri poterat.' *J. F. Gron.* *Quo* et *qua* differunt. Supra IX. 3. § 2. 'Quo, aut qua eamus:' ubi locum Senecæ, etiam huc adprime facientem, laudavi. Certus erat hostis, quo bellum venturum foret; at incertus, qua. Noverat, bellum ad se venturum esse, at qua parte hostis invaderet, ignorabat: *qua* itaque omnino legendum; id enim pro 'qua parte,' 'qua via'

poni solet: Supra IV. 39. § 2. 'Nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.' XXV. 21. 'Duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet.' XXXIII. 29. 'Evastatis prius agris, qua ab Elatia duo diversa agmina iere.' XL. 58. 'Retro, qua venerat, Transdanubianam regionem repetiit.' XLII. 1. 'Singula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant.' XLIV. 2. 'Quum, exposuerant in concilio, jussisset, qua quisque ducturus esset.' XLV. 9. 'Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit:' c. 29. 'Trans Nessum ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos.' Vide ad I. 28. § 6. et ad V. 47. § 9. Adde Gronov. ad Liv. I. 23. § 5. et Cortium ad Sall. Catil. c. 57. § 3. et ad Jugurth. c. 18. § 2. Solent autem *qua* et *quo* in Mss. commutari. Vide ad IV. 37. § 9. V. 40. § 2. et Pierium ad Virg. Æn. I. 491. Et quidem *qua* hic superest in omnibus meis, et Hearnii Oxoniensibus membranis, nisi quod unus meorum Gaertn. præferat *quem*. Similiter etiam *qua* servant omnes editores, usque ad Gruteri postremam, quæ, incertum cujus auctoritate, *quo* subposuit, usque ad Gronovium, qui a. 1665. *qua* revocavit. Præterea *bellum venturum esset* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Mox *Sedicinum*, pro *Sidicinum*, Leid. ambo, et Lov. 1. *Sidicionum* Gaertn.

§ 5 *Explorant tamen latius, quam populantur*] *Et explorant tamen* Voss. 1. *explorantque tamen* Voss. 2. Tum *qua populantur* Gaertn. Vide ad VI. 35. § 9. *Quam populabuntur* Haverk. Paullo ante *depopulabundus* Lov. 4. invitis omnibus reliquis. Vide ad II. 63. § 2.

§ 6 *Igitur non fefellere ad Tifernum hostes*] Admonuimus de hoc priore etiam libro. Et hoc sane loco oppidum sit, an mons, an fluvius, sciri non potest. Ptolemæus fluvium facit, Livius montem postea c. 30. atque hæc non in Umbria, ubi Tifernum oppidum omnes fatentur. *Glar.* *Trifernum*, ut ante. *Sigon.* Pal. 2. et Andr. ed. *Trifernum*. Pal. 3. *Ufernum*. Gebh. *Trifernum* Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. et Parm. Reliqui omnes codd. *Tifernum*. De 'Tiferno' Samnitium oppido vide ad IX. 44. § 6. In vulgatis Ptolemæi codd. fluminis 'Tiferni' hodie mentio non obcurrit. Sed apud eum III. 1. memorantur Φιτέρνου ποταμοῦ ἐκβολαί· pro quo Τιφέρνου legendum esse, Cluverius docuit Ital. Antiq. l. IV. c. 9. p. 1207. Hunc itaque locum indicasse videtur Glareanus, integriore codice usus. At male confundit Tifernum in Samnio, de quo ad librum præc. et Tifernum in Umbria, Metaurense cognominatum, de quo Cluver. lib. II. c. 6. p. 621. Ceterum *non fefellerunt hostes ad Tifernum* Lov. 4. *at Tifernum* Flor. frequenter obvio scribarum errore. Vide ad VI. 24. § 8.

Occulta valle instructi, qua ingressos] Iidem et Helm. Thuaneusque *quam ingressos*. J. F. Gron. *Ingredi via* inlustravi ad III. 17. § 6. Hinc tamen *quam*, Gronovio consentiens, verum puto. Nam *qua ingressos* tantum inveni in Port. et Hearnius in solo Oxon. B. Reliqui *quam* probant, quod etiam tuentur edd. Rom. 1472. et Parm. Pari errore *egredi urbe* edebatur ante Gronovium XXIX. 6. § 4. Hic vero ultima litera τοῦ *quam* ab initialibus vocis seq. *ingressos* elidi potuit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *occulta valle instincti* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IX. 40. § 7. Mox *superiori ex loco*, pro *superiore*, Port. et Hav. *superiori loco* Gaertn. *ex superiori ex loco* Harl. *ex superiori loco* ed. Parm. *ex superiore loco* reliqui typis descripti Aldo priores.

§ 7 *Præsidioque modico inposito*] *Inposito modico* Voss. 2. et Lov. 3. quo-

rum prior mox omittit vocem *latebras.*

§ 8 *Samnites desperantes inproviso tumultu*] *Desperato* rectius. *Gelen.* Ms. Fuldens. *disperatos.* Nimirum recte Gelenium monere, legendum videri *disperato*, seu quod pro eodem est, *desperato tumultu.* Modius. Legendum *desperato;* quandoquidem hæret in Pall. 1. ac 3. *desperatos;* expressitque liquide Campan. *desperato;* quod inter lineas in Pal. 2. scriptum reperi. *Gebh.* Scribe cum Gelenio *desperato improviso tumultu:* nam om. Mss. *desperatos.* Lib. XL. c. 33. 'Desperato auxilio suorum in deditionem venit.' Lentulus ad Ciceronem ad Fam. XII. 14. 'Rhodii nos et rempublicam quam valde desperaverint, ex literis, quas publice misi, cognosces.' *J. F. Gron.* *Desperantes* servant Flor. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. *desperatos* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Klockian. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii C. Neque aliter Mediolanenses 1505. ediderunt: *desperati* Lov. 2. et Hearnii L. 2. Verum recte viri docti substituerunt *desperato inproviso tumultu*, cujus lectionis vestigia in solo occurrerunt mihi Gaertn. Exhibet enim *desperantes de desperato inproviso tumultu:* cujus librarius hac ratione duplicem, quam in cod. suo invenerat, lectionem simul jungere voluisse videtur. Supra IX. 14. 'Ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret.' XXIII. 17. 'Desperata tutela urbis, per intermissa munimenta dilapsi.' XLII. 25. 'Quum desperato jam conloquio profecti essent.' XXIII. 14. 'Quia non desperabat voluntariam deditionem.' Florus IV. 11. 'Quod ubi desperavit a principe, servarique se triumpho vidit.' Hac forma dicendum fuisset *desperantes inprovisum tumultum.* Hunc enim se Romanis inlaturos sperarant; quæ spes quum fefellisset, aciem instruxerunt. Mox nullo sensu *quando imperatum semel discrimine evasura esset res* Hav. Vox *res* deficit in Voss. 2.

Itaque et in æquum descendunt] *Ita et . . . . discedunt*, lacuna relicta, Lov. 4. *itaque et neqū discedunt* Leid. 1. *itaque in æqum discendunt* Flor. *itaque et in æqum discedunt* fragm. Hav. Sed 'discedere' et 'descendere' passim confundi solent. Vide ad IX. 14. § 8. Vocula *et* non adparet in Voss. 2. Lov. 3. Harl. et edd. Aldina prioribus. Paullo ante *asie inserta maluerunt*, pro *acie justa*, Leid. 1. *valuerunt* Hav.

§ 9 *Sive quia ex omnium*] Vet. lib. *seu quia ex omnium.* Sequitur enim alterum membrum 'seu quia discrimen.' *Sigon.* Nulla est ratio, qua hanc scripturam confirmat Sigonius. Virg. Æneid. II. 34. 'Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant.' Æn. VII. 199. 'Sive errore viæ, seu tempestatibus acti.' Ovid. Amor. El. II. 10. 9. 'Sive bonus color, est, &c. Seu malus:' et contra Amor. El. II. 2. 53. 'Seu tepet, &c. Sive amet.' Et, ne quis solos poëtas ita loqui putet, Livius XLV. 8. 'Utcumque tamen hæc sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt.' *Duk.* *Seu quia* etiam Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Contra in altero membro fragm. Hav. quod hic vulgatum servat, *sive quia discrimen* præfert. Nihil mutandum. Male enim Sigonius ideo vet. lib. scripturam probandam existimavit, et in contextum recepit, quod mox sequatur *seu* in altero membro. Sæpe enim particulæ illæ in utroque membro mutantur, atque altera alteri subjici solet. Supra VII. 18. 'Empulum captum, sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est; seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri.' IX. 26. 'Sive timore ejus, seu conscientia, Calavios mora judicio subtraxit.' Plaut. in Mercat. II. 2. 35. 'Seu canum, seu istic rati-

lum, sive atrum est, ame:' in Sticho III. 1. 18. 'Here, sive ego taceam, seu loquar, scio scire te, Quam multas tecum miserias multaverim.' Ovidius Ep. Heroid. II. 123. 'Sive die laxatur humus, seu frigida lucent Sidera.' Cæsar Bell. Gall. I. 23. 'Seu quod timore perterritos discedere existimarent, sive quod re frumentaria intercludi posse confiderent.' Bell. Civ. II. 27. 'Ii seu vere, quam habuerant, opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt.' Sallust. in Catil. c. 31. 'Sive præsentiam ejus timens, seu ira commotus, orationem habuit luculentam:' ubi vide Cortium, et quæ infra notantur ad XXXV. 21. § 6. Ejusdem generis est, quod conjunctioni *que* subjungantur *et* vel *ac;* vide ad II. 31. § 1. V. 49. § 1. et ad hujus lib. c. 30. § 2. quod τῷ *nec* subjungatur *neque*, ac vicissim. Vide ad IX. 9. § 14. Præterea *omnibus Samnitium populis* unus Hearnii Oxon. C. ut XLV. 31. 'In omnibus Græciæ gentibus populisque.' Verum nihil muto. Nam 'omnium Samnitium populi,' pro 'omnes Samnitium populi,' eadem ratione dictum est, qua 'speciosi ministerii administratio,' pro 'speciosa ministerii administratio,' de quo vide ad IV. 8. § 6. Vide etiam Burm. ad Suet. Domit. c. 9. Mox *quacumque roboris* Flor. et Lov. 3.

Discrimen summæ rerum augebat animos] Pall. omnes Campanique ed. *agebat animos.* Verum 'agere,' ut supra dixi, monuique ad Propertii El. II. 19. 20. est ἐρεθίζειν. *Gebh.* *Angebat animos* Flor. sollemni errore. Vide ad IV. 51. § 6. et ad XXVII. 40. § 2. Error ortus est ex similitudine literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica. Vide ad V. 13. § 7. *Agebat animos* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod ex priori *ãgebat* natum videtur. Vide ad XXIX. 6. § 7. Quin sæpe etiam 'agere' et 'augere' confunduntur. Vide ad XXVII. 9. § 11. Præterea *quia discr. est summæ rerum* Hav.

Aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris] *Aliq. quoque aperta pugna* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1535. Præterea *terroris præbuerunt* Leid. 2. et Lov. 1. *præbuere terroris* Lov. 4.

§ 10 *Ubi nulla ex parte hostem loco moveri videt*] *Ex nulla parte* Lov. 2. Male. Ita 'magna ex parte,' 'aliqua ex parte:' vide ad II. 48. § 1. 'alia ex parte' III. 38. 'ulla in parte' XXXIX. 36. 'omni a parte' XL. 22. Adde quæ dicta sunt ad II. 19. § 8. Tum *hostium loco moveri* Lov. 4. *hostem moveri* Leid. 2. *hostem moveri loco* Lov. 2. et 3. Deinde *vidit* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quorum auctoritatem sequor.

M. Fulvium et M. Valerium tribunos militum] Duo Voss. et Thuan. *Maximum Fulvium.* Ut verum videatur, quod est in Helm. et Rott. *Maximum filium et M. Valerium.* Neque mirum, patre imperatore filium militasse tribunum. *J. F. Gron.* *Max. Fulvium* Lov. 4. *Maximum Fulvium*, præter Voss. a Gronovio memoratos, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque Exc. Pithœi. Sed *Maximum filium* Flor. et Klockian. Quæ lectio tanto magis placere posset, quod nullus plane circa hæc tempora *M. Fulvius* memoretur, et contra Fabii consulis filius post quinquennium consulatum obtinuerit, ideoque nunc id ætatis fuerit, ut tribunus in exercitu Romano merere potuerit. Quo minus tamen probare andeam, id obstat, quod Fabii filius 'Gurges,' non 'Maximus,' cognominetur hoc lib. cap. ult. 'Creavit consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D. Junium Brutum

Scævam:' et Auct. Ep. Liv. lib. XI. 'Quum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset:' etiam apud Val. Max. V. 7. ex. 1. 'Fabius Rullianus legatus ire Fabio Gurgiti filio gravatus non est.' Neque censendum est, 'Gurgitis' cognomen demum postea inditum fuisse. Id enim ipsum primore ætate ex vitiis nactum esse, docet Macrob. Saturn. II. 9. 'Ut taceam Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutæ vitia primoris compensavit ætatis.' Quin et, quum consul crearetur, jam ad meliorem frugem sese recepisse, indicat Val. Max. IV. 1. 5. referens, Fabium Maximum, quum filius ejus summo consensu consul creabatur, cum populo egisse, 'ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti darent, non quod filii virtutibus diffideret, (erat enim inlustris) sed ne maximum imperium in una familia continuaretur.' Si quis tamen contendere velit, Fabii filio, licet ex moribus 'Gurgitis' cognomen traxerit, attamen paternum etiam cognomen 'Maximum' adhæsisse, eoque hic a Livio, altero alibi adpellatum esse, pertinaciter non adversabor. In fragmentis enim Fast. Capit. Triumphalium aliquis XIMVS ANN. CDLXII. triumphasse dicitur. Annus is est proximus post consulatum Fabii Gurgitis. Quare per literas has XIMVS, quibus temporum injuria pepercit, prioribus abolitis, intelligendus omnino est celeberrimi Fabii Maximi filius, quem etiam 'Maximum' cognominatum fuisse lacerum illud Fastorum fragmentum probat. Nam, eum triumphasse, docet Auctor Epit. Liv. lib. XI. 'Ejus' (Fabii Maximi patris) 'consiliis et opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus, triumphavit.' Vide etiam Valer. Max. V. 7. ex. 1. et Plut. in Fabio Max. p. 188. In secundo etiam consulatu triumphavit, ubi jam in Fragm. Fast. Triumph. omnibus nominibus describitur anno CDLXXVII. Q. FABIVS Q. F. M. N. MAXIMVS GVRGES. Vocatur itaque hic 'Maximus,' at 'Maximi filius Gurges' cap. ult. hujus lib. simili varietate atque dixit Liv. IV. 26. 'T. Quinctius L. F. Cincinnatus: eidem et Penno cognomen additur:' quem deinceps c. 30. et alibi simpliciter 'T. Quinctium Pennum' vocavit. Per me itaque incertum sit, utrum *M. Fulvium*, an vero *Maximum filium* hoc loco legendum sit. Ceterum *L. Valerius* solus hic præfert Harl. cum edd. Aldina prioribus.

Cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites] *Cum quibusdam ad primam aciem* Voss. 2. *cum quibus in primam aciem* Lov. 4. Tum *precurrerat* fragm. Hav. Vide ad IX. 10. § 7. *Concurrerat* Harl. Deinde *et ire ad equites, et adhortari* Hav.

§ 11 *Adhortari, ut si quando unquam equestri ope adjutam rempublicam*] *Adhortati* Voss. 2. *adhortare* fragm. Hav. *hortari* Harl. Tum *ut quando umquam* Lov. 4. *ut si quando numquam* Hav. Deinde *equestri opem ad vitam remp.* Gaertn. *equestri ope adjutura remp.* Lov. 4. *equestri ope adjüctam remp.* Hav. sed errore amanuensium, qui et alibi *adjutus* et *adjunctus* commutarunt. Exemplum habuimus ad VIII. 13. § 4. habebimus etiam XXII. 50. § 9. Mox *admiciantur*, pro *adnituntur*, fragm. Hav. *adjutantur* Hav. *adjuvantur* Harl. Tandem *ejus ordinis gloriam*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Peditum certamine inmobilem hostem restare*] *Peditum certamen* Gaertn. Tum *restare* deficit in Port. ejus loco *stare* præfert Hearnii Oxon. C. ut infra h. cap. 'adversus incitas turmas stetit inmota Samnitium acies.' Sed nihil muto. *Restare* hic est *resistere*. Supra IV. 58. 'Summa vi restare nunciabantur:' ubi plura vide. Mox *præpositio in* deficit in Gaertn. Verum ea vel intercepta est a litera

finali vocis praeced. de quo vide ad c. praec. § 3. vel a prima syllaba vocis seq. de quo vide ad VIII. 33. § 6.

Pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis onerat] Vet. lib. *utcunque*. Sigon. Sigonius e suo libro profert *utcunque*. Sed sic erit contradictio in adjecto: quomodo enim 'utcunque' quis laudibus oneratur? *Utcunque* ὅπως δήποτε. Gebh. *Utrimque* Leid. 2. et Hav. *utcunque* Port. quod recte Gebhardo displicuit. Ita alibi etiam variant scripti. Vide ad VIII. 24. § 16. Deinde *non laudibus, non promissis* Hav. Similiter etiam peccarant librarii l. III. c. 61. § 8. *Laudibus nunc promissis* Leid. 1. a m. pr. *nunc laudibus promissis* Leid. 2. Insuper *honorat* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. *Ornat* Harl. Vide ad XXXII. 11. § 2.

§ 13 *Ceterum, quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum*] *Et, quando ne ea quoque tent. vis prof.* Lov. 2. *Ceterum, ne ea quoque tent. vis prof.* Gaertn. *nec ea quoque tent. vis* Leid. 1. Harl. et edd. Aldo priores: *ne* deest in Lov. 4. *tentata* in Leid. 2. *vis* in Voss. 2. et Lov. 3. ejus loco *vix* erat in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 24. § 9. Tum *consilio* omittit Gaertn. *crassandum* vero praeferunt Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. quomodo etiam alibi peccarunt librarii. Vide ad II. 12. § 15. Literae *C* et *G* ob ductuum adfinitatem saepius in Mss. confunduntur. Vide ad VI. 25. § 6. Mox *vires juvarent ratas*, pro *ratus*, Lov. 3.

§ 14 *Scipionem legatum*] *P. Upponem legatum* corrupte, pro *P. Scipionem*, se invenisse testatur Hearnius in Oxon. L. 1. At praenomen in nullo apud me codice obvium fuit. Mox *ex acie subtrahere*, trajectis dictionibus, Lov. 2.

Ad montes proximos, quam posset occultissime, circumducere] *Quaque posset occult.* Voss. 2. et Lov. 3. Si autem *quaque* pro 'et qua' positum accipiatur, eodem modo dictum esse posset, quo 'qua proxime potest.' Vide ad I. 23. § 5. Sed nihil muto. Supra IX. 2. 'Circa Caudium castra, quam potest occultissime, locat.' Vide ad XXXVII. 20. § 10. Deinde *ducere* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *inde jubet* alio ordine Leid. 1.

Inde adscensu abdito a conspectu erigere in montes agmen] *Inde primo adscensu abdito ac conspectu* Lov. 4. *inde abscensu abdito a consp.* fragm. Hav. *inde ascensu abdito et a consp.* Hav. *inde abscensu abdito et a consp.* Port. *inde adscensu abdito et a consp.* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. Male. 'Adscensus abditus a conspectu,' est remotus a conspectu, quo sensu Virgilianum illud Georg. III. 96. 'abde domo,' remove a domo, exposuit Gronov. de Pec. Vet. IV. 8. Tum *erigere ad montes* Harl. Neque hoc probo. Vide hoc lib. ad c. 26. § 8.

Aversoque hosti ab tergo repente se ostendere] Vet. lib. *et adverso hosti*. Sigon. Pal. 2. congruens Sigoniano per omnia fere libro, *adverso hosti*. Pall. 1. ac 3. *adversique hosti a tergo repentes eos intendere*. Camp. vero vulgavit *adversoque hosti*. Gebh. *Acersoque hosti* Lov. 2. *adcersique hosti* Voss. 2. et Lov. 3. *adversoque hosti* Gaertn. *adverso hosti* Port. et Hav. Sed nihil mutandum. 'Aversum hostem invadere' pro eum a tergo invadere poni, vidimus ad IV. 27. § 8. quo sensu hic non accipiam, ne redundet *ab tergo*: sed potius 'hostem aversum' expono alio versum; quo sensu 'avertere' inlustrat Nic. Heinsius ad Valer. Flacc. I. 66. Passim 'aversus' et 'adversus' commutari, vidimus ad II. 31. § 6. Hinc *a tergo* Voss. ambo, Lov. 1. 3. et Leid. 2. Deinde *repentes eos intendere* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *repentes eos incendere* Lov. 3. *repente eos intendere* Lov. 2. *repente eo intendere* Lov. 4. Vox *repente* exsulat ab edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 15 *Ante signa evecti præbuerunt tumultus*] *Prevecti* Leid. 2. *preevecti* Lov. 1. a m. pr. duplice lectione juncta. Insuper *præbuere* Lov. 4.

§ 16 *Et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa prœlio excessere runt*] *Eo postq. irritum inceptum erat* Port. et Gaertn. Sed *et* atque *eo* etiam commutabantur VI. 23. § 2. *Et, quamq. irritum inceptum erat* Hav. Tum *prœlia recesserunt* Voss. 2. et Lov. 2. 'Excedere prœlio,' 'acie,' 'agro' inlustrantur ad VIII. 2. § 8. *Prœlio excessere* Lov. 4. qui paullo ante etiam præfert *prorumpi* pro *perrumpi*. Vide ad IX. 43. § 15.

§ 17 *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset*] Vox *prima* deficit in Gaertn. quam reliqui omnes servant. Tum *increscenteque fiducia sui vim* Hav. Deinde *potuissent* Leid. 2. quasi conlective poneretur *frons*, pro militibus in prima acie positis. Quum tamen reliqui omnes stent pro vulgato, hanc lectionem ex aberratione librariorum ortam puto.

Ni secunda acies jussu consulis in primum successisset] Vet. lib. *in primam*. Sigon. Omnes Pall. Campanique ed. pertendunt legendum *in primam*. Gebh. *In primam* ab se fatetur esse Sigonius, cum ante illum editi, non modo scripti, haberent *in primum*. Quod certe sollicitandum numquam fuit. Lib. II. cap. 20. 'Desiliunt ex equis, provolant in primum, et pro antesignanis parmas objiciunt:' ubi Sigonius ex suo *in primum agmen*: etsi concedat utrumque esse usitatum. Non nego, sed hoc posterius hic aio esse magistri, non Livii. Eodem libro cap. 46. 'sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii.' III. 62. 'Ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum, simulque et hosti se opponunt.' Hoc lib. X. c. 41. 'Arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant.' XXV. 21. 'Prima legio et sinistra ala in primo instructa:' sic enim scribendum ex Put. Vulgo præpositio deest. XXXVI. 18. 'Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit.' Sic Sallustius in Jug. c. 59. 'Qui in primo locati fuerant, paullisper territi perturbantur.' Eodemque libro c. 68. 'Equites in primo late, pedites quam arctissume ire, et signa occultare jubet:' male editur in *primo latere*. Nec additamentum est τὸ *latere*, ut suspicatur Gruterus, sed corruptum ex *late*, ut Palmerio et Colero visum, qui tamen perperam faciunt adverbium *imprimo*. Seneca Epist. 108. 'In ætate nostra quod optimum, in primo est:' ubi frustra tentat Lipsius. Justinus XII. 7. 'Quod in primo ex Persico superbiæ regiæ more distulerat:' sic enim Mss. nec faciendum *imprimo* adverbium, atque excusandum pro 'antiquario,' quod facit Acidalius. Ne *primo* quidem et *primum* adverbia esse, demonstrat Grosippus in epistola ad Alexandrum: ubi tamen, quod *mallum* quo Germani explicant, quod Itali *volta*, aut Galli *fois*, derivat ab illa significatione, qua convivium aut conventum notat, non persuadet. Commodior enim est, qua *signum* dicitur idem *mahl* sive *malhus*. Sic pro *semel* dicunt *einmahl*, quasi 'uno signo,' et sic deinceps. Et imitantur Itali: Ariosto can. 5. *Pel valore, Ch' avea mostrato in arme a piu d' un segno*. J. F. Gron. *In primam*, erranti codici Sigoniano consentientes, tuentur Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. *in primus* Flor. Reliqui recte stant pro vulgato, quod optime Gronovius vindicavit. Vide etiam quæ notat ad II. 40. § 3. et ad XXV. 21. § 6. Præterea *visu consulis* Voss. 1. in contextu, τῷ *jussu* margini adscripto. Vide ad IX. 24. § 4. *Jussu consulum* Hav. Sed unus tantum consulum bellum cum Samnitibus, alter cum Etruscis administrabat, ut Liv. in principio cap. narravit.

§ 18 *Sistunt invehentem se jam Samnitem*] *Si sunt inveh.* Lov. 2. *sistunt invehementem* Gaertn. Alibi 'vehens' et 'vehemens' in scriptis confunduntur. Vide Burm. ad Suet. Aug. c. 80. *Jam se*, trajectis vocculis, Lov. 2.

Et tempore inprovisa ex montibus signa] Ms. *et tempore ex se visa.* Lego *et tempore, ecce, visa ex montibus signa.* Vide Petrum Colvium ad Apuleii Metamor. l. VII. p. 94. *Klock.* Helm. et Rott. *eo tempore visa.* Forte *eodem tempore visa ex montibus signa.* J. F. Gron. *Tempore* dicit, pro 'in tempore,' id est 'opportune,' 'tempestive.' Varro de Re Rust. I. 69. 'Si tempore promas.' Vide Scheff. et Burm. ad Phædr. Fab. IV. 25. *Duk.* *Ex tempore provisa montibus signa* Lov. 4. *et tempore inproviso et montibus signa* Gaertn. *et tempore inproviso ex montibus signa* Port. et Hav. quod etiam Doujatius invenit in cod. Memmiano, idque planum esse judicat. Idem vero in uno Colbertino esse testatur *et tempore provisa ex montibus signa*, quod exponit 'tempestive,' sive 'opportune visa.' Quin et vulgatum *improvisa* accipi posse existimat pro 'ex improviso apparentia.' Jac. Perizon. ad marginem Livii forte refingendum adscripsit *et tempore ipso visa ex montibus signa.* Propius ad vulgatum accederet, si conjecisset *et tempore in ipso visa ex montibus signa.* Vide Tennul. ad Front. Strat. I. 1. ex. 1. *in tempore* alibi sæpe Livius dixit. Supra VIII. 7. 'Aderunt in tempore, et cum illis aderit Jupiter ipse:' ubi plura vide.

Clamorque sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos] Vet. lib. *non vero metu tantum.* Sigon. Cluverius Ital. Antiq. IV. 6. pag. 1194. corrupta hæc aut mutila censet. Nequicquam; nisi forte ipse mutila fecit omittendo τὸ *sublatus*, quod et ad signa et ad clamorem pertinet. Quis autem non intelligit, mox explicare Livium, præcipuum illis terrorem factum ex vano metu, alterum adesse consulem et recentem exercitum? *J. F. Gron.* Quæ Clericus Art. Crit. part. III. sect. 1. cap. 5. § 1. et Heumannus in Parergis Criticis p. 149. scribunt, nihil me ad hæc intelligenda juvant. Ille emendat *non vero tantum motos metu terruere Samnitium animos*, idque explicat, Samnites non tantum motos fuisse signis infestis legionum, aut equestri procella, quibus non sine ratione terreri potuissent, utpote vero metu, quantum falso illo metu pauculorum hastatorum. Sed, præterquam quod Livius Samnitibus magnos animos in pugna tribuit, nec ullum eorum metum a legionibus et equitibus memorat, metus ille hastatorum falsus non erat. Nam quod de pauculis hastatis dicit Clericus, vanum est: quum Samnites utique ignorarent, quæ et quantæ illæ copiæ essent, quæ se iis repente ex montibus a tergo ostendebant, atque adeo his conspectis non sine causa vero metu terrerentur. Heumannus distinctionem maximam post *sublatus* ponendam censet, et, quod de vero metu dicit Livius, ferme eodem modo, quo Clericus, ita exponit: hastati hi non tantopere Samnites terruerunt vero metu, quum in acie stantes contra eos pugnarent, quam falso illo metu per dolum excitato. Sed hæc interpretatio iisdem, quas dixi, rationibus refellitur. Oratio Livii quidem satis obscura est, et non nihil dubito, an quædam exciderint: nam verba illa *nam et Fabius* non optime cum præcedentibus necti et cohærere videntur: sed puto Gronovium recte percepisse sententiam horum verborum, nimirum, ea quæ memorat Livius, non tantum terruerunt Samnites vero metu, quantum falsus rumor de adventu alterius consulis et exercitus, qui eos vano quidem, sed tamen magno, metu perfudit; eo enim maxime territos paullo post dicit. *Duk.* *Non vero*

tantum metu Hearnii Oxon. N. in margine, qui *non tamen metu* se in L. 1. invenisse professus est. *Non vero metu tantum,* vet. lib. Sigonii consentientes, præferunt Port. Gaertn. et Hav. Deinde *animos Samnitium* Voss. 2. et Lov. 3. Id autem Cluverio suspicionem movisse videtur, locum corruptum, aut saltem mutilum esse, quod particulis *non tantum* nihil deinceps respondeat. Sed, quæ sequuntur satis ostendunt hic intelligendum esse 'sed etiam vano.' Similia omittuntur et in l. 31. ff. de Rei Vind. : Quum de fructibus servi petiti quæritur, non tantum pubertas ejus spectanda est, quia etiam inpuberis aliquæ operæ esse possunt.' Vide Burm. ad Phæd. Præf. I. 6. et ad Calpurn. Ecl. VII. 64. Quod autem Gronov. dicat τὸ *sublatus* et ad signa et ad clamorem pertinere, ita demum verum est, si antea vulgatam scripturam *et tempore inprovisa* servemus, non autem, quemadmodum voluit, legamus *eodem tempore visa.*

§ 19 *Nam et Fabius Decium collegam adpropinquare*] Vocem *Decium* ignorat Voss. 2. Deinde *propinquare* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox *esse,* pro *adesse,* fragm. Hav. *tremunt* autem, pro *fremunt,* Flor. sollemni scribarum aberratione. Vide quæ notavi ad Silii XVII. 259.

§ 20 *Terrorque utilis Romanis oblatus*] Non *terror* Romanis offerebatur, sed *error:* nam suos quoque in acie stantes fefellerat Fabius, ratos adesse alterum consulem et exercitum, atque eo gaudio exsultantes frementesque. Neque excusare possis, quasi τὸ *Romanis* ad *utilis,* non *oblatus* pertineat, vel quia sequitur 'maxime territos.' Non est Livii sic loqui 'terror formidinis implevit Samnites, territos, ne.' Præterea non hic modo, sed quivis alius terror hostibus injectus utilis foret Romanis, atque ideo fatuum et otiosum illud epitheton. Sed elegans et verum *error utilis Romanis oblatus.* Nam plerumque error inutilis et damnosus est, præsertim belli, ubi non licet bis peccare: hic autem *error,* dum putant vincere se, victores eos fecit: atque eadem res, quæ errori, sed utili, fuit Romanis, fugæ formidinisque Samnites implevit; eo maxime timefactos, quod ipsi lassis et exhaustis sibi putarent cum recentibus et integris fore pugnandum. Infra c. 41. 'Fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos, et consul affirmavit errorem, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum Cominium, victorem collegam adesse.' Conjecturam hanc meam rebar esse: nunc video, *terror* post Mediana passim esse receptum: priscos omnes ipsumque adeo Curionem expressisse *error.* J. F. Gronov. Vere Gronovius *errorque* revocavit; quam scripturam ex meis servasse videntur Harl. et Gaertn. ex Hearnii autem Oxon. L. 1. et N. Non tamen post Medianam demum ed. *terrorque* receptum est, sed eam lectionem primum inveni in Sigonianis, quam inde acceptam servarunt Paris. 1573. et Francof. 1578. Mediana priores. Quin Aldus quoque in contextu *terrorque* dedit; sed alteram scripturam in erratis restituit. Solent autem voces *error* et *terror* sæpe in Mss. confundi, præsertim si, ut hoc loco, præcedat vocabulum, cui litera *t* finalis est. Vide ad XXIV. 30. § 6.

Maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque] *Maximeque territos* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Exc. Pithœi, Oxon. Hearnii N. L. 2. B. et edd. usque ad Froben. qui a. 1531. conjunctionem *que* expunxit. Tum *nec ab altero exercitu* Lov. 3. Hinc *integre intactoque* Hav.

§ 21 *Tria millia et quadringenti cæsi*] *Tria millia et trecenti cæsi* Voss. 2. et Lov. 2. ac 4. neque aliter Leid. 1.

et Hearnii Oxon. L. 2. nisi quod numerum notis exhibeant. *Tria millia et trecenti*, omissâ ultima voce *cæsi*, Lov. 3. *tria millia et quadraginta cæsi* Hav. *tria millia et quadringenta cæsa* Port. et Gaertn.

Capti trecenti ferme et viginti] Vet. lib. *capti ad trecentos ferme et triginta*. Sigon. Vitiosissima hæc sunt in Pall. 1. ac 3. Pal. 2. autem *capti ad trecenta ferme et triginta*. Gebh. Lectionem vet. lib. Sigonii probant Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Capta ad trecentos ferme et triginta* præfert Port. *capta ad trecenta ferme et triginta* Gaertn. et Hav. *capta CCC. ferme et XXX*. Leid. 1. *capta trecenta et triginta* Lov. 4. a m. pr. *capti trecenti et triginta* a m. sec. *capti trecenti ferme et triginta* Harl. *capti et CCCXXX. ferme et XXIX.* Lovel. 3. *capti et trecenti ferme et XXIX*. Voss. 2. *capti aut trecenti triginta ferme* Hearnii Oxon. C. pro quo scribendum conjicit *capti autem*, quod exstat in Lov. 2. *capti a CCCXXX. ferme et XXX*. fragm. Hav. *capti a CCC. ferme et XXX*. Flor. Ex his videmus, *viginti*, quod scholiis suis Sigonius præscripsit, in nullo Msto superesse; quin idem demum adparuit in ed. Froben. 1535. et a paucis servatum est: deinde *capti trecenti ferme et triginta*, ut primæ edd. præferunt, et jam Curio revocavit, ut et *capti ad trecentos ferme et triginta*, quod Sigonius, et post eum Gronov. etiam in contextum receperunt, tantum in paucis exstare, iisque ferme deterioris notæ, certe non primæ auctoritatis membranis. Quamvis autem Livius voculam *ad* sæpissime eo sensu adhibuerit, (ut videbimus hoc lib. ad c. 17. § 8.) hic tamen omnino a manu Livii profecta non videtur. Quum enim numeralibus juncta notet 'circiter,' 'plus minus,' (ut Gronov. ipse agnoscit hoc lib. ad cap. 46. § 5.) patet eam hoc loco non necessariam esse, quia *ferme*, ejusdem potestatis particulam, quam uno excepto omnes codd. tuentur, addit Livius. Quis ferret Livium dicentem 'capti circiter trecenti ferme et triginta?' Neque lectioni Sigonianæ favet, quod capite seq. obcurrit 'Cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta.' Vel enim locum hunc aliter exponendum, vel ex vestigiis Mstorum emendandum esse, ad eum videbimus. Nihilominus lectiones in codd. obviæ haud obscure indicant, inter voces *capti* et *trecenti* aliquid medium intercessisse, quod non intellectum ab his omissum, ab illis varie scriptum est. Nimirum ad veram scripturam investigandam prælucet id quod in optimis Flor. et fragm. Hav. obvium est: eorum autem ope adjutus legendum puto *cæsi octingenti ferme et viginti*. Numerus enim videtur notis scriptus fuisse *IↃCCC*. Nota autem numeri quingenarii *D*. vel *IↃ*. a librariis non intellecta est, quare alii ejus loco *a*, alii alia reposuerunt. Vide ad lib. XXXVIII. c. 37. § 6. Quamvis autem hanc lectionem certam putem, in contextum tamen recipere ausus non sum. Sed quum nec Sigonii lectio ferri possit, priorem revocavi. Mox *et signa militaria*, addita prima vocula, Lov. 2.

CAP. XV. § 1 *Ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra objecisset*] Vet. lib. *ni P. Decius consul alter*. Sigon. Ita etiam Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed melioris notæ codd. additam vocem constanter repudiant. Hinc *ad Maleventum tum castra* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed, voculam *tum* ex præced. vocis syllaba finali natam esse, quisque videt. Ejus loco *eum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *tam* Leid. 1. *etiam* Lov. 4. quæ ex priori depravata sunt. Deinde *objecissent* Leid. 1. Paullo ante *se Apuli* Port. Gaertn. et fragm. Hav. Hinc *conjunxissent* Lov. 1. et Klockian. *commisissent* Leid. 1.

Extractosque deinde ad certamen fudisset] Copula *que* deficit in Pall.

omnibus. Camp. edidit olim *et tractos deinde ad cert. effud.* Gebh. Eamdem copulam, quam omnes edd. usque ad Gronovianas servant, solus agnoscit Harl. Sed addita est ab illis, qui sine ea verba Livii non recte cohærere putarunt, non observantes copulæ vice fungi vocem *deinde*. Ex eodem fonte promanavit, quod *et extractos* præferant Port. Gaertn. et Hav. Ubi tamen τὸ *et* perperam repeti potuit ex præced. vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Præterea *extractus deinde ad cert. fidisset* Flor. *extractus deinde ad cert. fudisset* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *extractus ad cert. deinde fuisset* Leid. 2. *extractus deinde ad cert. fuisset* Voss. 1. et Lov. 1. *extractus deinde ad cert. fuisset fudisset* Voss. 2. penultimæ tamen voci additis signis, quibus eam delendam indicatur. *Fudit* et *fuit* etiam alibi commutantur. Vide ad VIII. 13. § 5.

§ 2 *Decius in Samnitium legiones duxit*] Ita Jac. Gronovius edidit, eumque secutus est J. Clericus, qui tamen in præfatione jactavit, se Livium ad J. F. Gronovii mentem quam adcuratissime edidisse. Lectio hæc per se spectata ferri posset. Absolute enim 'ducere' sine casu addito Livio frequens est. Vide ad I. 28. § 5. Præterea, licet *legiones* Romanorum propriæ fuerint, adeo ut copiæ auxiliares quæ in castris Romanis militarent non *legiones*, sed *alæ* dicerentur (ut Livius monet XXXI. 21.); aliorum tamen, quam Romanorum, *legiones* sæpe ipse Livius memoravit. Supra VIII. 9. 'Legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo.' Ita 'Sabina legio' occurrit II. 26. 'legiones Faliscorum' IV. 17. 'Bruttiæ Lucanæque legiones' VIII. 24. 'legiones Etruscorum' X. 5. 'Samnitium legiones,' ut hoc loco, VIII. 38. IX. 2. similiaque plura. Verum lectio hæc non alibi mihi obvia fuit, quam in edd. Rom. 1472. et Parm. Reliquæ omnes edd. ut et codd. præferunt *in Samnium*, nisi quod *in Samninium* sit in Port. 'Ducere' autem 'in Samnium,' ut 'ducere in Etruriam' XXI. 58. 'ducere in Asiam' XXXVII. 7. 'ducere in Mædicam' lib. XL. c. 21. et passim alibi. Quin et *in Samnitium legiones*, si ad sequentia adtendamus, ferri nequit: ita enim non haberet sequens *ibi* quo referri posset. At si *in Samnium* legamus, *Ibi* erit in Samnio. *In Samnitium* itaque typographorum aberratione in ed. Gronovianam inrepsisse puto; quia ipse vir clariss. mutatæ lectionis non meminit. At Clericus mendum illud emendare neglexit, quia nulla ejus in syllabo erroris mentio facta erat. Tanta diligentia operi, quod suscepit, præfuit. Priscam itaque lectionem revocavi. Insuper *ducit* Harl. invitis reliquis omnibus. Paullo ante *plus fugæ, quam cædis, fuit,* alio ordine, Port.

§ 3 *Ibi duo consulares exercitus*] Ant. Perizonius in margine Livii scribendum conjecit *Ubi duo*. Ad quod inductus fuisse videtur, quia *Ibi* mox præcessit. Sed in aliam lectionem omnes libri conspirant. Mox *quinque mensium spatio evastarunt*, trajectis vocibus, Lov. 2. *quinque mensium spatio evastaverunt* Lov. 2. *evastare* præfert Lov. 4.

§ 4 *Quadraginta et quinque loca in Samnio fuere*] *Et XLVX. loca* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *Et XL. et XV. loca* Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *Et quadraginta et quinque loca* Voss. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. C. Deinde *in Samnio fuerunt* Lov. 4. et Gaertn. quorum prior vicissim mox præfert *castra fuere;* aliter *castra fuerant.*

§ 5 *Nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta*] Hic locus pulchre confirmat, quod observarunt Lipsius de Milit. Rom. V. 1. et Schelius ad Hygin. p. 1112. Romanos in expedi-

tionibus nullam noctem sine castris egisse. *Duk.* *Nec valli tantum nec foss. vest.* Hav. *nec valli tantum aut foss. vest.* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad xxi. 53. § 3. *Nec vallum tantum aut vest.* Hearnii Oxon. L. 1.

Sed multa illis insigniora monumenta vastitatis circa regionumque depopulatarum] Vet. lib. *sed multo illis insig. mon., vastatis circa regionibus depopulatisque.* Sigon. Pall. 1. et 3. *multo aliis insigniora.* Pal. 2. *sed multo illis insign. mon., vastatis circa regionibus depopulatisque.* Denique Camp. *multo aliis insign. mon. vastatis circa regionumque depopulata.* Gebh. Sigoniani *vastatis circa regionibus depopulatisque.* Non succinit, nisi unus juxta suspectus. Forte *sed multo illis insign. mon. vastitas circa regionum depopulatarum.* Nec mirere *monumenta vastitas.* Justinus xii. 10. 'Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem condidit, arasque statuit.' Rott. et Helm. *vastitas.* J. F. Gron. *Sed multo illis insigniora* Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *multa* vulgavit, errore, ut videtur, operarum, quem tamen præter Sigonium secuti omnes editores probarunt usque ad Gronov. qui a. 1665. *multo* restituit. Certe illud *multa* in nullo scripto obvium fuit. Reliqui enim codd. Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. præferunt *multo aliis insigniora*, culpa scribarum, qui etiam alibi *illa* et *alia* in membranis antiquis confuderunt. Vide ad xxiii. 7. § 3. 'Multo insigniora,' ut 'multo validior' i. 48. § 3. ubi vide quæ notavi. Deinde *castrorum circa regionumque depopulatorum* Lov. 2. *vastatis circa regionumque depopulatarum* Voss. 2. et Klockian. *vastatis circa regionibus depopulatisque* Port. Sigonii vet. lib. consentiens, quod et se in uno cod. reperisse Doujatius monuit. *Vastitatis circa religionibusque populatisque* Hav. quasi esset a 'vastitare;' quod tamen nondum alibi apud Livium obvium fuit, nisi quod perperam ei unus cod. obtrudere conatus sit v. 12. § 5. Quin et ipsa compositio illa, licet pro *religionibusque* substituatur *regionibusque*, barbara, certe non Liviana est. Contra *vastitas* apud Livium sæpe obcurrit. Supra l. iv. c. 21. 'Tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit.' viii. 9. 'Fugam ac vastitatem late fecerunt.' xxi. 22. 'Quæ moles ea, quidve prodigii esse quærentem audisse, vastitatem Italiæ esse.' xxiv. 3. 'Post vastitatem eo bello factam vix pars dimidia habitabatur.' Vulgatum itaque, quod integerrimi codd. servant, verius esse puto.

§ 6 *Fabius etiam urbem Gimeram cepit*] Varie hoc in exemplaribus legitur, cæterum certi nihil: videnda sunt exemplaria vetustiora, et fieri potest, ut nomen cum loco interierit. *Glar.* Hanc ex solo hoc loco memoravit Ortelius. Cluverius et Cellarius præterierunt. *Duk.* Ita in nullo cod. obvium fuit. Quin et ita demum Mediol. an. 1480. editum vidi. Priores præferunt *Gimetram*, quomodo etiam legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et Klockian. *Cimetrum* Hearnii Oxon. N. *Simetriam* Port. et Gaertn. *Simetiam* Hav. *Cunetram* invenit Doujatius in Colbert. *Cimetriam* in Memm. Reliqui, quos consului, exhibent *Cimetram*, quomodo Aldus primus, et post eum tantum non omnes reliqui ediderunt. Oppidum Samnii obscurum est, cujus præter Livium hoc loco, nullus veterum meminit. Præterea *vi cepit* Port. et Hav. *vi capit* Gaertn.

Ibi capta armatorum duo millia quadringenti, cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta] Supra ad cap. præc. § ult. contendi, Livio indignum esse, ut *ferme* et *ad* pro 'circiter' eadem periodo jungat, cujus tamen hoc loco exemplum obcurrit. Verum

ibi ita jungebantur, ut ad unum referenda forent 'capti ad trecentos ferme,' quasi diceret 'capti ferme circiter trecenti:' quod ferendum non videtur. Hic autem eadem periodo juncta tamen ad diversa referri debent. Indicat enim Livius *ad* sive 'circiter' quadringentos triginta cæsos esse, et quidem cæsos esse *ferme* pugnantes, maximam partem pugnantes, vix alios quam pugnantes. Ut autem dicam, quod videatur, puto locum vitio laborare, quam suspicionem codd. et edd. vett. dissensus movit: *ad CCCCXXX.* per notas exhibent plures codd. quod omnibus literis perscriptum demum inveni in Mediol. 1495. ac Ven. 1498. priores præferunt *a quadringentis triginta:* quibus consentit Harl. *ad CCCXXX.* habet Lov. 2. *mille CCCC* [u] *et XXX.* Lov. 4. *ac CCCXXX.* Lov. 3. a m. pr. *a CCCCXXX.* a m. pr. neque aliter erat in Flor. Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. quam varietatem considerans a Livio scriptum esse videtur *IↃCCCCXXX.*, sive *nongenti triginta:* ut iterum non intellecta nota numeri quingenarii, de quo cap. præc. loco laudato dictum est, librariis errandi caussa exstiterit. Hinc ulterius progressus etiam in numero præcedenti librarios errasse existimavi, pariterque legendum *duo millia nongenti:* quum enim ibi quoque per notas scriptum esset, ad eumdem lapidem obfendentes similiter dederunt *duo millia a CCCC.*, ut exstat in Flor. quia autem ex illo *a* jam *ad* efficere non audebant, hinc *duo millia ac CCC.* datum est in Leid. 1. et fragm. Hav. *duo millia et CCCC.* in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. alii deinde per literas scripserunt *duo millia et quadringenti*, quemadmodum in Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et Exc. Pithœi. Verum hæ tantum conjecturæ sunt, quas, licet admodum verisimiles, certe priorem, nemini obtrudo. Præterea *ita ibi capta*, prima voce addita, Hav. Tum *cæsi pugnantes ferme* Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav.

§ 7 *Comitiorum caussa Romam profectus*] *Roma profectus* Gaertn. *Romam profecturus* Harl. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vox *Romam* deficit in Lov. 3. et 4. quorum prior etiam habet *aprofectus.*

Quum primo vocatæ Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriæ] *Primo vocatæ centuriæ* dicebantur, quæ primo post prærogativas vocarentur. Nam sic paulo post loquitur c. 22. 'Eumque et prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant.' Ex quo convincitur, in veteribus libris esse mendosum *cum primo vocatum Q. Fabium.* Sigon. *Quum primum vocatum Q. Fabium consulem* Port. Gaertn. et Hav. *quum primo vocatæ Q. Fabium consules* Voss. 1. *quum primo vocatum Q. Fabius cōs.* Leid. 1. *quum primo vocatum Q. Fabium consules* Leid. 2. *quum primo vocatum Q. Fabium consulem*, (quam scripturam etiam Sigon. in vet. lib. invenit, et recte damnavit,) Voss. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. principes, nisi quod *vocat* præferant Rom. a. 1472. ac Parm. *primo vocatæ* superfuisse videtur in solo Flor. unde nihil notatur. Et ita restituit Froben. 1531.

§ 8 *Quum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent*] *Tum suis, tum totius* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. atque ita etiam Flor. a m. sec. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad VI. 22. § 3. Tum vocula *ut* deficit in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. Deinde *secumque Fabium cons. diceret* Voss. 2. *secumque Fabium cons. dicerent* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *cum-*

que Fabium cons. dicerent Lov. 4. et fragm. Hav. se cumque Fabio cons. dicerent Voss. 1. se cum Q. Fabio consule dicerent Hav. Fabii prænomen Q. omittitur in Lov. 2.

§ 9 *Fabius primo, de se eadem fere*] Vox *primo* non est in veteribus libris, nec desiderari videtur. *Sigon.* Non est etiam in Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Ea transposita *Primo Fabius* præfert Lov. 4. Quod vero Sigonio eam non desiderari visum fuerit, forte inde factum est, quod videret, post eam non inferri *deinde* vel simile aliud, quod requiri putabat. At, Livium etiam ita loqui solitum fuisse, videbimus ad XXII. 43. § 3. Mox *ānuere*, pro *abnuere*, fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 34. § 6. Tum *nobilitas omnis* alio ordine Hav. et denique *extraherent*, pro *extraheret*, Hearnii Oxon. L. 1.

Majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet] Id fore putabat nobilitas, si duo, ut ante, patricii consules facti fuissent. *Sigon.* *Cum honori, tum patriciis* Leid. 1. Lov. 4. Port. Hav. et Exc. Pithoei, Vide ad § præc.

§ 10 *Silentio facto, media oratione studia hominum sedavit*] Duæ priores voces non adparent in ed. Rom. 1472. quam tamen omnes servant reliquæ, cum codd. scriptis. Deinde *fedavit* aberratione librarii Flor. Mox *facturum enim fuisse*, pronomine *se* omisso, Lov. 4. *facturum eum se fuisse* Harl. Vide ad VI. 8. § 6.

Nomina reciperet, si alium, quam se, consulem fieri] *Nomina reciperentur* Lov. 4. Deinde *sed alium* Port. Verbum autem *fieri* exsulat ab Hav.

§ 11 *Se sui rationem comitiis, quum contra leges futurum sit*] *Se suam rationem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *se suam orationem* Lov. 2. et 4. Ita etiam scriptum erat in Leid. 1. sed postea primæ literæ ultimæ vocis addita erat nota, qua indicabatur, eam delendam esse. Deinde *contra legem* Harl. Gaertn. et edd. principes, pro quo Frobenius 1535. *contra leges* reposuit, quod in ceteris scriptis superest.

§ 12 *Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus*] Fortasse *Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consules fiunt, priore item consulatu inter se comparati.* J. F. Gron. Si vulgata lectio displicet, propius accedet ad eam *consules facti sunt*. De locutione autem 'L. Volumnius cum Ap. Claudio consules fiunt,' vel 'facti sunt,' videbimus ad XXI. 60. § 7. At pro recepta lectione stant omnes, scripti et editi, nisi quod *factus est* præferat Hav. Præterea *Inde*, pro *Ita*, Klockian. *Itaque* Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum Volumnii et Claudii prænomina omittuntur in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *Volumius* habent fragm. Hav. Harl. et ed. Rom. 1472. *Voluminus* Lov. 1. *Voluminius* Voss. 1. Leid. 2. et Port. *Volunninus* Lov. 2.

Priore item consulatu inter se comparati] *Priore enim consulatu* Lov. 2. 3. Gaertn. Port. et Hav. *priore ei consulatu* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 4. et fragm. Hav. Deinde *comparanti* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Mox *fuisse*, pro *fugisse*, Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXVII. 32. § 6. Denique *civilibus artibus*, copula *que* omissa, Voss. 2. et Lov. 3.

CAP. XVI. § 1 *Veteres consules jussi bellum in Samnio gerere*] Prima vox perperam exsulat a Lov. 4. Neque melius *jussit* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *in Samniti gerere* Leid. 1. *in Samnitio gerere* fragm. Hav. *in Samnites gerere* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XXI. Prævalet tamen auctoritas aliorum codd. qui vulgato adhærent. Mox *in VII. menses* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2.

§ 2 *Insequenti quoque anno L. Volumnio et Ap. Claudio consulibus*] Legendum *iterum consulibus*, hoc quod ipse paulo ante c. præc. innuit, 'Priore' (inquiens) 'item consulatu inter se comparati.' Fuere enim ante una consules a. CDXLVII. (lib. IX. c. 42.) *Glar.* *Insequenti anno*, media voce omissa, Leid. 1. et Gaertn. *insequenti anno quoque* Hav. Tum *Volumio* Harl. et fragm. Hav. *Volunnino* Lov. 3. *Voluminio* Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. Similes varietates habuimus cap. præc. § ult. Vide etiam ad IX. 42. § 2. Deinde copula inter nomina duorum consulum non adparet in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quorum auctoritatem secutus sum. Vide ad II. 17. § 1. Quamvis autem ambo consules jam antea dignitatem hanc gesserint, non audiendum tamen Glareanum esse, qui *iterum consulibus* scribendum existimavit, patebit ex illis quæ notantur ad II. 16. § 7.

P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat] *P. Decio* Harl. Prænomen omittitur in Lov. 2. Τὸ *qui* non comparet in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Verum ita etiam delendum erat sequens *fuerat*. Quod, si Gruterus in Pall. suis invenisset, ipsi non displiciturum fuisse, verisimile fit ex illis quæ notat ad XXIII. 34. § 15. Sed mihi potius nihil mutandum videtur. *Fuerat relictus a collega* alio ordine præfert Gaertn.

Nusquam se prœlio committentem] *Nunquam se prœliis committentem* Leid. 2. et Lov. 1. Male. Supra III. 42. 'Persecutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes:' ubi alia vide. Verba seqq. *postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt* nulla de caussa omisit scriba Gaertn. Paullo ante *populari agros non destitit*, trajectis vocabulis, Hav.

§ 3 *Acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriæ concilium*] *Effic. acturos rati* Voss. 1. *acturos rati effic.* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Vox *rati* deficit in Harl. Deinde *postulav. principium et curiæ concilium* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Et Etruriam pulsi petierunt* iidem ambo codd. Sed vocula *et* nata est ex sequentis literis prioribus. Ejusdem erroris exempla vide ad V. 4. § 14. X. 3. § 1. et alibi. *Petiere* Lov. 4. Deinde *mixtis terrores precibus* Harl. Verum ita legendum foret *id tanto agmine*. Ubi quum *se* constanter in omnibus supersit, et reliqui etiam hic *terrore* servent, *terrores* librarii errori adscribo, quem etiam Aldus in contextum recepit: sed recte in erratis *terrore* revocavit. De locutione 'mixtæ terrore preces' vide ad VIII. 36. § 5.

§ 4 *Quo coacto, per quot annos . . . exponunt*] *Quod coacti* Lov. 3. et 4. *Quod coacto* Leid. 1. et fragm. Hav. *Quo coacti* Voss. 2. Deinde *per quod annos* Leid. 1. Vide ad XLIV. 1. § 1. *Per tot annos* Lov. 3. et 4. Hinc *exponit* Voss. 2. et Lov. 3.

Si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent] *Si suis in ips. vir.* fragm. Hav. *si uismet ipsorum* Flor. in quo tamen alia manu *suismet* emendatur: *si suimet ipsorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Atque ita edidit Curio, cujus lectionem, solo Sigonio excepto, secuti editores servarunt usque ad Modium, qui recte iterum *suismet*, injuria loco suo pulsum, restituit. Est autem id dictum, quemadmodum illud VII. 40. 'Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis?' ubi vide quæ notantur. *Si suismet ips. vir. tol. non possent tantam molem belli* Harl.

§ 5 *Petisse pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non possent*] *Petiisse pacem* Lov. 1. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Tum *ab populo Romano* Hav. *bellum tolerare nisi possent* Lov. 3. *bel-*

lum tol. possunt Leid. 1. Paullo ante *tentasse haud etiam magni*, transpositis vocibus, Port. et Hav. In verbis seqq. *pax fugientibus gravior*, pro *servientibus*, Exc. Pithœi.

§ 6 *Unam ipsi spem reliquam in Etruscis restare*] Pall. duo, totidemque vetustissimæ edd. *Unam sibi spem.* Pal. 2. *Unam spem sibi.* Gebb. *Unam ipsi spem* primus edidit Curio, pro quo frustra vir doctus in margine ejus ed. conjicit *Unam ipsis spem.* Curionis autem lectionem servant, præter Sigonium, reliqui editores usque ad Gruter. qui in postrema ed. *Unam sibi spem* restituit; et recte. Ita enim non tantum Curione priores vulgarunt, sed et idem servant codd. nisi quod *sibi* desit in Leid. 2. et Lov. 1. et *Unam spem sibi reliquam* præferant Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav. Præterea *stare* Port. et Gaertn. Displicuit forsitan librariis τὰ 'reliqua' et 'restare' hic conjungi, sed ita etiam Terent. in Hec. IV. 2. 11. 'Neu caussa ulla restet reliqua:' et Flor. III. 10. 'Reliqua, quæ restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtulit.'

Feroces quum suopte ingenio, tum adversus Romanum populum: quem captum a se] Flor. *Romanos populum;* super *os* positum *u* cum lineola. An forte? *tum adv. Rom., quem populum.* J. F. Gron. *Romanum populum*, excepto Flor. servant reliqui codd. nisi quod *populum Romanum* sit in Lov. et Hav. Altera quidem verborum conlocatio insolentior est; non tamen sine exemplo. Supra VIII. 23. 'Ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas restituerit Romanus populus:' ubi in hunc ordinem consentiunt omnes quos vidi, et scripti et editi. Alibi etiam id in Livii vel codd. vel edd. conspicitur, ubi nunc recentiores inverterunt. Vide ad III. 26. § 8. c. 48. § 1. V. 24. § 8. et 9. XXII. 32. § 5. XXXIV. 49. § 11. Vide etiam viros doctos ad Val. Max. III. 4. ex. 2. Similiter interdum 'plebis tribuni,' 'plebis ædiles' obcurrere, vidimus ad IV. 59. § 11. Si quis tamen, quemadmodum Gronov. scribendum docuit, præferre velit, non adversabor. Præterea *feroces suopte ingenio* Hearnii Oxon. C. *feroces tum suopte ingenio* Flor. a m. sec. Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. Vide ad VI. 23. § 3. *Feroces tum suo ingenio* Voss. 1. et Leid. 2. *feroces cum suo ingenio* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Non est cur vulgatum displiceat. Vide ad VI. 15. § 12. Deinde *quem a se captum* Leid. 1. *quem captum ab se* Port. et Hav. Mox *vana lætantes*, pro *jactantes*, Hearnii Oxon. N. in margine. 'Jactatus' et 'lætatus' in Mss. etiam alibi commutari, vidimus ad Silii XI. 405.

§ 7 *Qui Porsenæ quondam majoribusque eorum fuerit*] *Porsinnæ* Flor. *Proscennæ* Leid. 2. Vide ad II. 9. § 1. Tum *quondamque majoribus eorum* Hav. at copula *que* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Quin Romanos, omni agro cis Tiberim pulsos] *Quin Rom. omnia grecis Tib. pulsos* Leid. 1. *qui Rom. omnia grecis Tib. pulsos* Voss. 1. *qui Romanis omnia grecis Tib. pulsos* Lov. 1. a m. pr. *qui Romanis omni cis Tiberim pulsos* a m. sec. *qui Romanos omnia cis Tiberim pulsos* Leid. 2. *qui*, pro *quin*, etiam Hav. et fragm. Hav. quorum prior quoque *omni ejus Tiberini pulsos* legit. *Romanos eni agro* Gaertn. Mox *de tolerando Italiæ regno*, pro *de intolerando*, Leid. 2. et Port. a m. pr. *de intoleranda Italiæ regno* Gaertn.

§ 8 *Samnitem illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse*] *Et Samn. illis ex. paratum instructumque* Voss. 2. et Lov. 3. In verbis seqq. *ut confestim secuturos*, addita prima vocula, Gaertn. *secutores* Voss. 1. et inter versus Leid. 2. *securos* Lov. 3.

CAP. XVII. § 1 *Hæc eos in Etruria jactantes molientesque*] Pal. 2. *jactentes*

atque mollientes. Gebh. Ita et Port. Hav. et Gaertn. nisi quod eorum posterior insuper legat *mollientes*.

Advocato concilio] *Advocato consilio* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod probandum videtur, si quidem intelligantur legati, tribuni militum, quosque, quoties aliquid deliberandum incidebat, in consilium advocabant imperatores. Id autem *consilium*, non *concilium*, vocari docet Gronov. ad XXIV. 2. § 5. In contextum itaque recepi.

§ 2 Quin *urbes et mœnia adgredimur*] Ita primus edidit Jac. Gronovius, quum antea *ac mœnia* vulgaretur. Gronovio vero consentiunt omnes scripti mei, solo Harl. excepto. Hearne autem, qui priorum edd. lectionem servavit, memorata illa Gronovii, de suorum codd. scriptura nihil monet. Præterea *adgrediamur* Lov. 1. in margine. Male. Vide ad I. 57. § 7. Paullo ante *circumferendo bellum*, pro *circumferentes*, Port. reliquis omnibus invitis.

Cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium consciscere] *Cesserunt* et *consciverunt* solus Lov. 4. *conscivere* sollemni scribarum lapsu Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Vide ad cap. seq. § 2. De locutione 'consciscere sibi exsilium' vide ad V. 53. § 5. Tum *et sibimet ipsis* Gaertn. *ac sibimet ipsis* Lov. 4. Perperam. Vide ad II. 19. § 5.

§ 3 *Ad Murgantiam, validam urbem, obpugnandam ducit*] Stephanus: Μοργέντιον πόλις Ἰταλίας· λέγεται καὶ Μοργεντῖνα· τὸ ἐθνικὸν Μοργεντῖνος. Sigon. *Murganeiam* Leid. 2. *Muguntiam* Voss. 2. *Magantiam* Lov. 3. *Margantiam* Lov. 2. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. et ita hoc cap. § 11. legunt Lov. 2. 3. et Voss. 2.

Ut uno die vi atque armis urbem caperent] *Una die* Port. et Hav. Sed vide ad XXVIII. 28. § 9. *Urbem vi atque armis caperent*, alio vocum ordine, Gaertn.

§ 4 *Et centum pugnantes circumventi*] Pall. duo Mss. codd. 1. ac 3. *circumvecti*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4.

Captique: et alia præda ingens capta est] Recidenda pro alienis videntur *capta est*. J. F. Gron. Quum omnes codd. voces *capta est* pertinaciter servent, Gronovio eas ejicienti consentire non audeo. Vide ad IX. 44. § 13.

Quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret] Vocula *ne* deficit in Flor. et Lov. 4. Deinde *honeraret* addita adspiratione dederunt Voss. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad IV. 13. § 13.

§ 5 *Haccine, inquit, victoria sola, aut hac præda contenti estis futuri*] *Hacine, inquit* Flor. et Leid. 1. Vide ad VI. 17. § 3. *Hiccine, inquit* Lov. 3. *Haccine, inquit* Lov. 4. a m. pr. Deinde *et hac præda* Gaertn. Eædem voculæ etiam commutantur III. 39. § 5. Tum *contenti estis futuris* Lov. 4. a m. pr. pro quo postea emendatur æque inepte *futuras*.

Urbes, fortunæque in urbibus relictæ, vestræ sunt] *Vires, fortunæque* Lov. 2. Tum *in urbibus derelictæ* editi priores. Infra XXXIX. 30. 'Castra ingressi, quæ derelicta inter nocturnum trepidationem erant.' Sed Aldo, qui primus *relictæ* reposuit, favent omnes scripti: quare vulgatum servo. *In viribus relictæ* Gaertn. Hinc *nostræ sunt* Lov. 2. et 3. *sunt nostræ* Voss. 2. Paullo ante *Si vultis vos*, addita prima vocula, edd. priores usque ad Froben. qui eam a. 1535. recte expunxit: addita enim ab interprete videtur.

Quando legiones eorum, tot præliis fusas, postremo finibus expulistis] *Cremando leg. eorum* male Hav. nec melius *tot præliis fusis* Port. De origine hujus erroris vide ad VI. 3. § 8. Deinde *finibus repulistis* Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

§ 6 *Inlicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen*] Habet Pal. 2. *Illicite lucro mercatores, ut sequantur agmen.* Gebh. *Inlicita* a m. pr. fuerat in Flor. pro quo postea *inlicitæ* emendatum est. De verbo 'inlicere' vide ad v. 33. § 3. *Inl. lucra mercatorum, ut sequantur agmen* Lov. 2. *inl. lucro mercatorum, ut sequatur agmen* Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *inl. lucra mercatorum, ut sequantur agmen* Voss. 2. *inlicite lucro mercatorem, ut sequantur agmen* Gaertn. *inlicite lucro mercatores, ut sequantur agmen* Port. et Hav. Nihil muto. 'Mercator' pro mercatoribus, ut 'miles,' 'eques,' 'pedes,' et similia poni solent sensu conlectivo. Vide ad vii. 35. § 2. Mox *subgeram, ut vendatis*, pro *quæ vendatis*, Hearnii Oxon. L. 2.

Ad Romuleam urbem hinc eamus] De hac sic Stephanus: 'Ρωμυλία τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Σαμνιτῶν πόλις, τὸ ἐθνικὸν Ῥωμυλιάτης. *Sigon.* Pal. 2. habet *Ad Romuleam hinc eamus.* Gebh. Eadem vox, quam optimi codd. servant, non comparet etiam in Port. Hav. et Gaertn. quorum posterior etiam legit *Romuliam*, sed *Romuleiam* Lov. 2. Deinde *hinc eramus* Hav.

Ubi vos labor haud magnus, præda major manet] Pall. duo Mss. 1. et 3. et Andreæ vetusta ed. *ubi labor vos haud major, præda major manet.* Pal. 2. *ubi labor vos, haud major præda, manet.* Campanus vero edidit, *ubi vos labor haud major prædaque potior manet.* Vulgata jam lectio e libris melioribus eruta est, quam non facile est aspernandum. *Gebh.* Duo Pall. duo Voss. Helm. Chifl. Andreas, *labor haud major, præda major manet.* J. F. Gron. *Ubi nos labor* Lov. 2. et 4. *ubi labor nos* Gaertn. *ubi labor vos* Port. et Hav. Deinde *labor haud magnus, præda potior manet* Harl. *labor haud major prædaque potior manet* Neapol. Latinii: *labor haud major, quam præda, manet* Voss. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *labor, aut major præda manet* Hav. *labor haud major, præda major manet* reliqui mei Voss. 1. Leid. ambo, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. et cum illis Exc. Pithœi, Dousatii Memm. ac Colbert. ut et edd. Rom. 1472. et Parm. pro quo deinde Mediolan. 1480. dederunt *labor haud major, præda potior manet;* idque proximi servarunt usque ad Aldum, qui eam lectionem primus substituit, quæ deinceps constanter obtinuit. Verum codicum numerus et auctoritas effecit ut priorum edd. scripturam revocarim, licet eam Gebhardus inprobasse videatur. 'Labor haud major, præda major' eadem ferme figura dictum est, qua illud apud Cic. Orat. pro Ligar. c. 6. 'Principum dignitas erat pœne par, non par fortasse eorum, qui sequebantur.'

§ 7 *Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem*] *Hi vendita præda* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Male. 'Divendere' in hac re Livio frequens est. Supra iii. 13. 'Ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim viveret.' xxi. 21. 'Partitis divenditisque reliquiis prædæ.' xxxvii. 5. 'Partim divendita, partim divisa præda.' Deinde *ultro exhortantes* Hav. Mox iterum *Romuleiam* Lov. 2.

Simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris] *Simul ut admota* Voss. 1. inter versus, Leid. 2. et Lov. 1. *simul a admota* Port. quasi voluisset *simul ac admota.* Sed vide ad vi. 1. § 6. Tum *nulla inde territi* Gaertn. Error natus primo est ex similitudine literarum *ui* et *in*, præsertim in scriptura Longobardica. Vide ad iii. 49. § 6. Deinde quod disjungenda juncta sint, et jungenda disjuncta sint; quemadmodum *inde fatigationem* dederunt librarii, pro *in defatigationem*, viii. 38. § 11. Paullo ante *Ibique sine opere*, pro *Ibi quoque*, Lov. 2. Vide ad v. 27. § 1.

Qua cuique proximum fuit, &c. in ma-

nia evasere] Prima vocula deficit in Leid. 2. et Lov. 1. *quacunque proximum fuit* præfert Lov. 3. Verbum autem *fuit* non adparet in Gaertn. Hinc *in mœnia vasere* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *in mœnia evaserunt* Lov. 4.

§ 8 *Captum oppidum ac direptum est*] *Et direptum* Gaertn. et Hav. *ac directum* fragm. Hav. Vide ad xxxvii. 31. § 5. Sed duæ illæ voces omittuntur sine caussa in Port.

Ad duo millia et trecentos occisi] Hoc postremæ Gruteri debetur. Andreas et omnes usque ad Frobenium ultimum *trecenti*. Gryphius, Curio, Sigonius, Gruterus prius, *CCC.*, ut et fere scripti; sed Voss. 2. clare *ad duo millia tercenti*. Et genus est loquendi Livio haud insolens. Lib. iii. c. 15. 'Exsules servique ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Appio,' &c. iv. 59. 'Quorum ad duo millia et quingenti vivi capiuntur.' xxvii. 12. 'Cecidere in pugna fugaque ad duo millia et septingenti.' xxxv. 22. 'Ad mille quingenti ad consules transfugerunt.' *J. F. Gron.* *Ac duo millia* Hav. Vide ad xxi. 32. § 2. Vocula *et* deficit in Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. Recte autem Gronov. *trecenti* revocavit. Certe *tercenti* etiam Lov. 3. *tricenti* Port. Vide eumdem Gronov. ad Liv. viii. 18. § 8. xxii. 41. § 2. xxviii. 36. § 13. Jac. Gronov. ad xxii. 50. § 11. xxviii. 34. § 2. et quæ notavi hoc lib. c. 43. § 8. xxvii. 12. § 16. ac xli. 18. § 2. Eamdem lectionem non intellexerunt Nannius ad Liv. iii. 15. § 5. et Tan. Faber ad Liv. iv. 59. § 7.

Et sex millia hominum capta; et miles ingenti præda potitus] *Et V. millia hom.* Kiockian. *et sex millia hostium* Port. et Hav. Vide ad xxiii. 37. § 11. et mox hoc cap. § 10. Deinde *præda potitur* Leid. 2.

§ 9 *Coactus, Ferentinum inde*] De Ferentino libris hujus decadis duobus primis ad i. 51. § 9. et ii. 38. § 1. admonuimus; sed in Volscis oppido, cujus agrum Romani Hernicis postea dederunt, A. U. C. cccxlii. iv. 51. *Glar.* *Coactus est* Port. Sed vox *coactus* deficit in Leid. 1. Tum *Ferrentinum* Lov. 1.

Quamquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus] *Nihil qui dabatur* Voss. 2. et Lov. 3. *nihil quietis diebatur* Leid. 2. a m. pr. pro que inter versus adscriptum *dicebatur*. Tum *cum summa alacritate ductus* Hav. de qua locutione vide ad xliii. 23. § 1. Sed potius nihil muto, et arbitror varietatem scripturæ ortam esse ex similitudine ductuum, quibus compendia *tñ*, id est *tamen*, et *cũ*, id est *cum*, scribi solent. Vide ad ix. 3. § 8.

§ 10 *Et defensa summa vi mœnia sunt*] Vet. lib. *nam et defensa*. Sigon. Τὸ *nam* interposuit Sigonius: nos reperimus nusquam. *J. F. Gron.* Reperi in uno meorum Port. Hearnius etiam in uno Oxon. B. Sed particulam hanc additam puto a librariis connectendæ orationi, quam cetoroquin male cohæsuram existimabant. Vide ad hujus libri c. 30. § 1. et ad vi. 24. § 2. Adde quæ notantur ad hujus lib. c. 30. § 4. In præcedd. τὸ *plus* deficit in Port.

Locus erat munimento naturaque tutus] *Locus erat mun. namque tutus* Lov. 3. *locus mun. erat* editi ante Aldum cum uno ex scriptis Harl. *munimento et natura* Port. et Hav.

Sed evicit omnia adsuetus prædæ miles] Nonne *præda?* Vide paterna xxxi. 35. *Jac. Gron.* Quæ pater illius ibi adnotat, eo pertinent, ut ostendat *adsuetus* recte ablativo jungi, non ut neget ei etiam dativum addi posse. Livius v. 48. 'Quorum intolerantissima gens, humorique ac frigori adsueta.' Curtius x. 5. § 8. 'Nobiles pueri, custodiæ corporis ejus adsueti.' Et cur *adsuetus* minus cum tertio casu dici posset, quam 'adsuescere,' quo optimi scriptores utuntur? Non ma-

gis hic quidquam invitis Mss. tentandum est, quam XXXVIII. 17. 'Romanis Gallici tumultis adsuetis:' quod nemo mutare conatus est. *Duk.* *Devicit omnia* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *devincit omnia* Lov. 3. Sed litera initialis *d* in his codd. adhæsit ex ultima vocis præced. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Ceterum si qui codd. Gronovio *præda* scribenti adsentirentur, non adversarer; ita enim passim scriptores loqui, ad d. l. Livii videbimus. Nunc vero, quum omnes *prædæ* retineant, ejus conjecturam probare non audeo. Et quidem *prædæ* vel accipi potest casu tertio: illa enim ordinaria et consueta est hujus vocis constructio: vel casu secundo. Nam, ita et Livium locutum esse, videbimus ad XXXVIII. 17. § 5.

Ad tria millia hostium circa muros cæsa: præda militis fuit] *Ad tria millia hominum* Harl. quas voces librarii frequentissime in codd. commutant. Vide ad XXIII. 37. § 11. et hoc cap. § 8. Deinde *præda militi fuit* Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. Sed litera sibilans finalis vocis mediæ intercidit ob similitudinem initialis vocis proximæ. Vide ad IV. 33. § 11. *Præda militum fuit* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et fragm. Hav. cum Oxon. B. et C. apud Hearnium. Qua mutatione opus non esse, docent quæ notantur hoc cap. § 6.

§ 11 *Hujus obpugnatarum urbium decoris pars major*] *Oppugnatorum* Port. *oppugnaturam* Leid. ambo. Tum *major pars* Hav. et fragm. Hav.

Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque obpugnatas] *A Decio* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *ab Fabio* Gaertn. sed præpositio deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quorum posterior etiam præfert *Ferrentinum*. Hinc *Romulam* fragm. Hav. *Romuleiam* Lov. 2. Insuper *oppugnandas* Leid. 1.

§ 12 *Sed alterius, P. Volumnii*] *L. Volumnii* ex ipsomet Livio et Capitolinis tabulis. *Sigon.* Primæ edd. prænomen ignorant. *Publium* vocant Parm. tum Aldus, hinc reliqui: quibus fere consentiunt codd. Insuper *P. Voluminii* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *s. P. Voluminii* Lov. 3.

Ei Samnium provinciam evenisse] Verba hæc desunt in Gaertn. et Hearnii Oxon. N. vox prima in Hav. cujus loco *et* præfert Harl. Tum *Samnitium*, vel *Samnitum, provinciam evenisse* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. et L. 2. Verum ita Livius potius dixisset *Samnites provinciam*. Vide ad V. 12. § 6. *Provinciam Samnitium* Lov. 4. *Samnitium provincia* Port. *Samnitum pugnam* Hav.

CAP. XVIII. § 1 *Dum ea in Samnio, &c. gererentur*] Nulli codd. aliquid mutant, nisi quod *in Samnium* præferat Gaertn. et *gerentur* Lov. 1. Interim tamen verisimilis est conjectura J. F. Gronovii, qui ad II. 47. § 5. legendum existimat *Cum gererentur*, vel *Dum geruntur*. Et quidem a posteriori conjectura haud longe abit Lov. 1. scriptura. Vide ad I. 40. § 7.

Romanis in Etruria interim bellum ingens multis ex gentibus concitur] Tres Pall. *iterum bellum*. Gebh. Pall. et Voss. alter *iterum bellum ingens*. J. F. Gron. *Romanis interim in Etruria bellum* Harl. et excusi Aldo priores. *Romanis in Etruriam interim bellum* Leid 1. et fragm. Hav. *Romanis in Etruria itim bellum* Lov. 2. incertum, utrum librarius *iterum*, an *interim*, scribere voluerit: *iterum* autem, si excerptis meis fides habenda sit, non tantum alter, sed uterque Voss. præferunt, quod etiam superest in Port. Lov. 3. Gaertn. et Hav. seque in codd. Oxoniensibus reperisse, Hearne monuit. Reliqui Flor. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. *interim* servant. Solent voces *iterim*, sive *interim*, et *iterum*,

quæ ductibus parum differunt, sæpe in Mss. confundi. Vide ad III. 7. § 4. c. 17. § 4. c. 63. § 7. IV. 51. § 4. V. 15. § 1. c. 49. § 8. VI. 3. § 6. Gronovius *iterum* in contextum recepit. Verum, quum vix interesse videatur utrum præferamus, et pro altero stent integriores codd. id etiam, si mei arbitrii fuisset, retinuissem. Insuper vox *ingens* non adparet in Voss. 2. Tum *conciere* Harl. *concitatur* Gaertn. Vide ad IX. 37. § 1.

Cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat] *Cujus actor* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad I. 26. § 5. Deinde *Gelius Egnatius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et principes edd. *Gelius Egnarius* Portug. *Gellius Egatius* Lov. 3. *Gellius Egnonius* Lov. 4. Infra tamen plerique codd. in vulgatum consentiunt, aut adhuc aliter legunt. Vide ad c. 21. § 2. et c. 29. § 16. Τὸ *erat* deficit in Gaertn.

§ 2 *Tusci fere omnes consciverant bellum*] *Tusci vero omnes* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Et ita ediderunt Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et variæ Venet. usque ad Aldum. Vide mox ad § 8. *Tusci fere noñis nõ consciv. bell.* Lov. 1. Deinde *consciv. bell.* Gaertn. *Conciverant* Neapol. Latinii, et edd. Rom. 1472. Parm. Venet. 1495. 1506. Mediolan. 1505. Ascens. omnes, Vascos. Curio, et omnes recentiores usque ad Gronov. nisi quod interim Sigoniana 1592. pejus legerit *concitaverant*. Gronovius vero substituit a. 1665. *consciverant*, quomodo præferunt reliqui codd. Et recte. Non enim Tusci *conciverant*, id est concitaverant bellum; sed, a Gellio Egnatio uno Samnitium, qui belli auctor erat, concitati, bellum *consciverant*, id est simul omnes jusserant. De verbo 'consciscere' hoc sensu vide ad I. 32. § 13. quædam etiam ad XXI. 8. § 7. Populus, quum aliquid in comitiis jubet, dicitur id 'sciscere,' ut notum est; unde 'plebiscita' vocantur: si alii in eadem re jubenda consentiunt, dicuntur 'consciscere:' quo sensu hic capiendum est. Solent verba 'concire' et 'consciscere' a librariis commutari, præsertim autem in præteritis 'concivi' et 'conscivi,' quæ una tantum litera vel addita vel detracta differunt. Vide ad III. 53. § 4. hoc lib. c. præc. § 2. c. 34. § 13. XXII. 1. § 2. XLI. 8. § 4. Adde Nic. Heinsium ad Claud. de Laud. Stil. I. 243. Mox in verbis seqq. *in Gellica auxilia*, pro *et Gallica*, Hav. Deinde pronomen *ea* deficit in Harl. et edd. Aldina prioribus. Ejus loco *illa* præfert fragm. Hav.

§ 3 *Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est*] *Quamquam Romam* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Romæ* Hav. Deinde verbum *est* deficit in Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxoniensibus N. B. ac C. ejus loco *quam* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. At eo transposito *est perlatus* legunt Flor. Port. Gaertn. et Hav.

L. Volumnius consul cum legione secunda ac tertia, sociorumque millibus quindecim] Consulis prænomen omittitur in Gaertn. et Hav. Ipse *Voluminius* dicitur in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad c. 16. § 2. Hinc *cum legione veterna, sociorumque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Oxoniensis N. apud Hearnium, qui in ejus margine recte *secunda ac tertia* emendatum monuit. *Cum legione II. actria* Leid. 1. Videtur per notas scriptum fuisse *II. ac III.* quod, quemadmodum reddendum foret, non adsecutus librarius ita per errorem dedit. Similiter fere *cum legione actria* Lov. 4. *cum legione secunda et tertia* Port. Gaertn. et Hav. *cum legione secunda ac tertia* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis C. et edd. priscæ, pro quo Frobenius 1535. primus *legionibus* substituit; quod in solis Flor. et Klockian. superfuisse videtur. Certe ex illis nulla in excerptis

scripturæ varietas obcurrit. Id etiam eruditius est, nec facile librariis in mentem venire potuisse existimo, si antea *cum legione* scriptum fuisset. Similis est oratio XXIX. 2. 'Cornua dextrum Ilergetes, lævum ignobiles tenebant Hispaniæ populi:' quomodo recte Rhenanus emendat, pro *cornu*. Neque hinc multum abit *Sp. et L. Papirii*, de quo dictum ad VI. 22. § 1. Deinde *sociorumque militibus XV*. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod reddendum foret *sociorumque militibus quindecim millibus*. Librarii enim linea transversa, quæ capiti notarum numeralium inponitur, numerum millies multiplicandum esse, indicare solent. Locutio autem 'militibus quindecim millibus' eodem jure defendi potest, quo alia defendit Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 8. num. 2. Potius tamen existimo, librarios per errorem *militibus*, pro *millibus*, scripsisse; quas voces sæpe alibi commutare soliti fuerunt. Vide ad XXIII. 41. § 10. Mox *in Samnium est*, pro *esset*, Hav.

In Etruriam ire placuit] *In Etruria* Voss. 1. et Leid. 1. *in Etruriam ne placuit* Voss. 2. et Lov. 3. Similitudo literarum *ir* et *n* posterioris erroris caussa exstitit. Vide ad VII. 26. § 1.

§ 4 *Legiones secutæ, prima et quarta, et sociorum*] *Secutæ sunt*, addita ultima voce, Port. a m. pr. *legiones secunde secunda et quarta* exhibet Gaertn. *legiones secutæ, mercenariorum quinquaginta et quatuor* Lov. 2. *legiones secutæ L. et IIII.* Leid. 1. et Lov. 4. *legiones secutæ L. et vim* Lov. 3. *legiones secutæ prima et quinta* Hearnii Oxoniensis L. 2. Posterius *et* ante τὸ *sociorum* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn.

§ 5 *Ceterum magis eo profectum est, quod mature ventum erat*] Vet. lib. *eo magis*. Sigon. Similiter Hav. et Exc. Pithœi. Deinde *quo mature ventum* Voss. 2. et Lov. 3. *quod adeo mature ventum* Port. et Hav. Sed interposita vox est a librarii glossa, qui simpliciter *ut* pro 'adeo ut' usurpari ignorabat. Vide ad hujus lib. c. 11. § 3. Verbum *erat* exsulat ab Hav.

Quosdam, spectantes jam arma, in Etruria populos metus Romani nominis comprimeret] Tres Pall. *Etruriæ populos*. Neque discrepant vetustissimæ edd. *Gebh.* Pall. Voss. Helm. Th. et editi omnes ante Frobenium *arma Etruriæ*. J. F. Gron. *Etruriæ populos* omnes Hearnii Oxonienses et mei codd. nisi quod ex Flor. qui cum edit. alteram lectionem præferente conlatus est, nihil notetur. Tum *quodam spectantes* Lov. 3. et Hav. *quosdam exspectantes* Leid. 2. Vide ad VI. 33. § 1. Præterea *metus magis Rom. nom. comprim.* Port. et Hearnii Oxoniensis B. *metus Rom. nom. Romam opprimeret* Leid. 2. Vox *nominis* deficit in Flor.

Quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit] *Quamquam ductu consulis quicquid* sine sensu Haverk. neque melius *quamq; ductu consulis quicquam* Lov. 3. Tum *scite ac fortunate gestum est* Hearnii Oxoniensis B. qui *gestum est* etiam invenit in N. neque aliter Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav.

§ 6 *Spesque in dies graviorem hostem faciebat*] *Spesque inde grav. hostem faciebat* Leid. 2. Paullo ante *Et multa prælia*, addita prima vocula, Port. Gaertn. et Hav.

Ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret] *Quod nec duci* Gaertn. Hinc *ne militibus dux* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. Deinde *fideret satis* Hav.

§ 7 *Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus*] *Literas ac coll.* Leid. 2. Vide ad XXI. 32. § 2. *Ad collegam accersendam* Gaertn. *ad collegam accersiendum* Voss. 1. Lov. 1. 2. et Port. *ad collegam accersendum* Leid. ambo, Lov. 3. 4. Harl. Hav. et fragm. Hav. Vide superius notata ad IX. 9. § 12. Tum

in tribus annalibus Hav. et fragm. Hav. *in ternis annalibus* Leid. 2. in margine. Vide ad XXIII. 49. § 6.

Quum ea ipsa inter consules populi Romani jam iterum eodem honore fungentes discrepatio fuerit] *Quum jam ipsa inter cons. iterum*, mediis omissis, Lov. 4. Tum *iterum eorum honore fungentes* Gaertn. *iterum eumdem honorem fungentes* ed. Mediol. 1480. et quædam aliæ. Verum nulli codicum consentiunt, neque alibi Livium hac constructione uti memini. Deinde *disceptatio* edd. antiquiores cum Flor. a m. pr. in quo manus altera, sed satis etiam antiqua, substituit *discrepatio*, quomodo reliqui codd. servant, et primus Aldus in contextum recepit. Vide ad XXI. 31. § 7.

Appii se literis adcitum] *Literis se accitum* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et Port. a m. sec. Paullo ante *ipso Appio abnuente*, addita prima vocula, Lov. 4. *Appio annuente* fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

§ 8 *In quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium fere ejus captum*] *In quibus tria millia* Gaertn. invitis reliquis scriptis omnibusque excusis. Livium sæpius *ad* præpositione pro 'circiter,' 'plus minus,' usum esse, vidimus ad VI. 20. § 7. *Millia hostium cæsa sunt* Lov. 4. Tum *dimidium fere ejus* Lov. 1. *dimidium vero ejus* Gaertn. Alibi voces *fere* et *vero* in Mss. confunduntur. Modo exemplum ejus erroris habuimus hoc cap. § 2. Vide ad IX. 29. § 1.

Et Lucanorum seditiones, a plebeiis et egentibus ducibus ortas] Prima vocula deficit in Lov. 4. Hinc *ab plebeis et egentibus* Port. Gaertn. et Hav. *a plebeiis cogentibus* Lov. 4. *a plebeiis et agentibus* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *orta* Gaertn. Sed ultima ejus vocis litera intercepta est a prima sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

Summa optimatium voluntate per Q. Fabium proconsulem] *Summa optima ei vol.* Haverk. *summa opinantium vol.* Gaertn. *summa optimatum vol.* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIX. Tum *per quæ Fabium* Lov. 3. Præterea *Fabium consulem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis L. 2. *Fabium pro consule* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam Sigonius in prioribus edd. excudi curavit, quod deinceps in Aldina, quæ nomen ejus præfert, sed eo demum mortuo Venetiis 1592. prodiit, mutatum est. Vide ad XXIII. 30. § 19.

Missum eo cum veteri exercitu, compresserat] *Amissum locum veteri exercitu* Klockian. *missum eo cum vetere exercitu* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. idque etiam voluisse videtur scriba Lov. 3. qui tamen per errorem *cum venire exercitu* dedit. Eadem varietas in terminatione ablativi hujus vocis etiam erat IX. 31. § 9. c. 39. § 11. X. 2. § 14. et XXXVII. 24. § 11. Hinc *compressæ erant* Harl. et multæ ex vetustis edd. Vide ad XXIII. 29. § 16. *Compresserat Volumnius* Hav. Sed ultima vox, quæ jam initio periodi præcesserat, est ex glossa interpretis.

§ 9 *Decio populandos hostium agros reliquit*] Pall. omnes, Campanique ed. *depopulandos hostium agros*. Gebh. Scripti *depopulandos*. J. F. Gron. *Populandos* in uno est Harl. et forte in Flor. ex quo nihil in excerptis notatur. *Ad populandos* Hav. Reliqui mei, Neapol. Latiali, et Hearnii Oxon. *depopulandos*. Sæpius ita variasse librarios, vidimus hoc lib. c. 12. § 7. Præterea *Decio* non adparet in Voss. 2. quemadmodum nec *hostium* in Leid. 2. et Lov. 1. Mutato ordine *agros hostium* præfert Hav. *reliquit* Voss. 2. Lov. 2. Port. et Harl.

Ipse cum copiis in Etruriam ad collegam pergit] Hæc ita legunt Pall. duo: *ipse cum ipsis suis copiis in Etruriam pergit ad collegam*. Pal. 2. Andreæque ed. *ipse cum suis copiis*. Gebh. Scripti *cum ipsis copiis*, sed legendum

cum suis, ut Voss. et edd. ante Modianam jam occuparunt. *J. F. Gron.* Duobus Pall. Gebhardi consentit unus ex meis Lov. 3. sed reliqui cum Hearnii Oxoniensibus legunt *ipse cum suis copiis*, ut Gronovius restituit. Lectionis autem, quam damnavit, non Modius auctor censendus est, sed ita jam ante eum receperunt Curio, Lugdunensis 1553. Basileensis 1554. Parisina 1573. et Francofurtana 1578. Mox in verbis seqq. *excepere*, pro *accepere*, Lov. 2. Passim ita variant scribæ librarii. Vide ad VI. 9. § 12. VIII. 6. § 7. hoc lib. c. 26. § 12. Plura exempla habes ad II. 47. § 7. *acceperunt* Lov. 4.

§ 10 *Animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat: inliberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem*] Videtur τὸ *animo* insiticium esse: Livio enim satis fuerat, paullo ante vocem eam posuisse, unde facillimum repeti. Nisi scripsit, *credo animatum fuisse: haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberali et ingrato animo*. J. F. Gron. *Haud merito natum* Hav. *haud immerito elatum* Hearnii Oxon. L. 1. *haud immerito irritatum* Leid. 2. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXIV. 36. § 6. Tum *in illiberali et ingrato* fragm. Hav. *illiberali, etiam ingrato* Lov. 2. Voces *habuisse haud immerito, &c. ingrato animo* desunt in Lov. 4. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocum *animum* et *animo* repetitio; quales errores innumeris locis committi, sæpius supra vidimus. Vocem *ope* omittunt Lov. 3. et 5. Ant. Perizon. scribendum conjecit ad marginem Livii, *animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberalem et ingratum, si, quum eguerat ope, dissimulavit*. Id nimium a vulgato et codicum lectione discedere, quisque videt. Neque satis placet alterutra Gronovii conjectura; non posterior, quia et ipsi idem, quod modo propositæ, obstat; non prior, quia ejusdem, quæ modo præcessit, vocis repetitionem per se satis idoneam locum emendandi rationem non existimo. Vide ad I. 3. § 9. Judicium sustineo.

§ 11 *Satin' salvæ, inquit, L. Volumni? ut sese in Samnio res habent*] *Sed ni salvas, inquit, L. Volumni, in Samnio res h'as* Lov. 2. *Satin' saluta* Voss. 2. *Satini salvæ* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *Satin' salve* Port. et fragm. Hav. Sed vulgatum probum est. Vide ad I. 58. § 7. Tum *inquit Lucio Volumnio* Flor. Sed et hic omnino vulgatum præfero. Livium enim in adlocutionibus prænomine et nomine uti solitum fuisse, vidimus ad VI. 12. § 10. et c. 15. § 4. Deinde *ut sese res in Samnio habent* Hav. Paullo ante male *salute mutua reddita est*, addita ultima voce, fragm. Hav.

Quæ te caussa, ut provincia tua excederes, induxit] Pall. duo, *ut provinciam tuam excederes*. Gebh. *Quæ te caussa, ut e provincia tu excederes* Lov. 2. *Quæ te caussa, ut de provincia tua excederes* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Quæ te caussa, ut in provinciam tu excederes* Leid. 1. *Quæ te caussa, in provinciam tuam excederes* Voss. 2. *Quæ te caussa, ut provinciam tuam excederes* Lov. 3. Quæ lectio non displiceret, si plures ac certiores codd. eam firmarent. Livius enim ita sæpe hoc verbum construere solet. Deinde *movit*, pro *induxit*, Hearnii Oxon. C. quod ex glossa in contextum receptum videtur. Eo sensu 'inducere' est XXVI. 11. 'Quum rudera milites, religione inducti, jacerent.'

§ 12 *In Samnio res prosperas esse ait: literis ejus*] Præpositio *in* non adparet in Hav. Tum *prosperas esse: at literis ejus* Leid. 2. Mox *nec usus sui sit in Etruriam* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. Quod fere dictum esse videri posset, ut XXXIV. 6. 'In navis administratione alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt:' ubi vide. Præterea *habiturum*,

pro *abiturum*, Gaertn. Vide ad XXII. c. 59. § 19.

§ 13 *Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur*] *Tum vera habeas* Gaertn. *Tum vero, abeas, inquit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Port. et fragm. Hav. Sed nihil muto. Supra II. 12. 'Tu vero abi, inquit, in te magis, quam in me, hostilia ausus:' ubi eamdem lectionum diversitatem notavi. Vide hoc lib. ad c. 40. § 11. Tum *nec te quisquam* Lov. 2. Harl. et edd. ante Aldum. *Nec te quispiam* Lov. 4. Vide ad XXXV. 42. § 8. *Nec te quisque* Gaertn. Vide ad IX. 38. § 9.

Hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse] *Huc te ad opem ferendam* Lov. 2. et Neapolit. Latinii: ut jungatur 'huc venisse.' Reliqui servant *hic*, quod jungendum cum *gloriari*. Tum *gloriaris venisse* Port. *glorieris venisse* Hearnii Oxon. B. et C. Paullo ante *enim minime*, pro *etenim*, Voss. 1. Deinde *vix forsitan sufficias*, alio ordine, Lov. 4. *forsitan vix efficias* Port.

§ 14 *Bene, Hercules, verteret*] *Hercule* Leid. 2. et Lov. 1. *Hercle* Lov. 2. Vide ad V. 4. § 10. et VII. 11. § 1. *Bene verteret, Hercules* Port. Gaertn. et Hav. *Dii verterent* Lov. 2. Utraque formula in communi usu fuit, vel simpliciter 'bene vertat,' 'res bene vertat,' vel etiam 'Dii bene vertant.' Vide Brisson. de Formul. l. I. p. m. 65. Nihil itaque reliquis invitis mutandum.

Malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse] *Male fr. opera sua usum, tamquam quidq. incidisset* Lov. 2. *male fr. operam suam visam, tamquam quidq. incidisse* fragm. Hav. *male* etiam Lov. 1. et Hav. *operam frustra, quam quidquam*, omissa media voce, sed tamen relicta lacuna, Lov. 4. 'Insumere operam' est inpendere. Cic. de Invent. II. 38. 'Quid sumtus in eam rem, aut laboris insumserit.' Deinde *accidisse* Lov. 4. quod ex vulgatæ lectionis interpretatione natum puto. Sæpe enim *incidere* pro *accidere* apud Livium est. Lib. I. c. XLVI. 'Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur.' c. 58. 'Ita facto maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse.' II. 27. 'Quod ubi cui militi inciderat, collegam adpellabat.' III. 38. 'Quidnam incidisset, cur rem desuetam usurparent.' c. 40. 'Quonam fato incidisset, mirari se dictitans, ut decemviros obpugnarent:' hoc lib. cap. seq. 'Si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiæ fore.' XXVI. 23. 'Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur.' XXXVIII. 49. 'Infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus.' cap. 58. 'Forte ita incidisse, ut dierum aliquot via abesset.' XLV. 8. 'Utcumque tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessitate, inciderunt.' Vide etiam Broekhus. ad Propert. El. I. 15. 28. *Incidisset* Lov. 2. qui etiam mox omittit vocem *esset*.

CAP. XIX. § 1 *Digredientes jam consules legati, &c. circumsistunt*] *Digredientē jam consules, legati* Lov. 3. *Digredientem jam consulem legati* Voss. 2. a m. pr. Lov. 2. 4. Harl. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et priscæ edd. *Digrediente jam consule legati* Voss. 2. a m. sec. et Hav. Sed recte Frobenius, consentientibus reliquis scriptis, a. 1535. *Digredientes jam consules* edidit. Deinde *circumsistant* Gaertn.

Auxilium, quod accipiendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur] A Curione est. Priores *acciendum*. Verissime: loquuntur enim tamquam credentes Appio neganti accitum esse. Itaque jam recepimus in secundam editionem nostram. Sed nec pejus mox foret *sperneret*, vel *aspernaretur*. Nemo enim spernebat præter ipsum imperatorem. *J. F. Gron.* *Accipiendum*, quod Gronovius recte damnavit, ex nostris nihilominus servant Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et forte

Flor. unde nihil notatum video. Ex Hearnii autem Oxoniensibus similiter peccant N. L. 2. et C. Quin etiam ante Curionem pariter edidit Aldus, qui tamen inter errata revocavit *acciendum*. Alibi sæpe 'accipere' et 'accire' in Mss. commutantur. Vide ad VII. 37. § 4. VIII. 3. § 10. IX. 3. § 8. XXXVI. 27. § 2. et XL. 47. § 4. ubi etiam locutio 'adcire auxilia' inlustratur. Similiter 'acciri' et 'accipi' confunduntur. Vide ad XXIII. 27. § 7. 'Ultro adcire,' ut I. 35. 'Numam non petentem in regnum ultro adcitum.' Tum *ultro fuit* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Deinde Donjatius *sperneretur* contra Gronovium defendit; ne, si *sperneret*, vel *aspernaretur*, legamus, tribuni ac legati culpam spreti auxilii Appio præsenti exprobrare videantur: quasi vero id se facere Appius negaret. Sane *oblatum sperneret* præferunt Lov. 2. et Gaertn. *sperneret oblatum* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Paullo ante vox *pars* omittitur in Leid. 1.

§ 2 *Ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat*] *Ne prave* Port. *ne parvo* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. cum edd. Parm. et Tarvis. priori, facili ac frequenti lapsu. Vide ad XXIX. 37. § 16. Deinde *prodeat* Hav. *prodant* Lov. 2. 3. et Leid. 1. *perdant* Lov. 4. *perdat* Harl. et edd. vett. ante Frobenianam 1535. Sed nihil mutandum. 'Prodere' hic est destituere, id, quod curæ ac tutelæ suæ commissum erat, deserere. Supra II. 54. 'Desertam ac proditam caussam publicam queri:' et sæpe alibi. Vide quæ notantur ad Silii XVI. 621. 'Perdere' autem et 'prodere' sæpe in Mss. commisceri, patet ex illis quæ notat Gruter. ad I. 13. § 5. et N. Heins. ad Ovid. Fast. IV. 715. Adde ad XXI. 19. § 9. XXII. 53. § 4. et aliis locis.

Desertori magis, quam deserto, noxiæ fore] Pal. 1. *nosse fore.* Reliqui duo cum ed. Campani *noxæ fore.* Lib. XXXIV. c. 19. 'Publica fide accepta, nihil eam rem noxæ futuram:' ubi tamen Mss. Pall. et vet. ed. *noxiæ.* Lib. XXXVI. c. 7. 'Nec iis noxæ futurum sit:' ubi libri omnes *noxiæ.* Gebh. *Nosse fore* Voss. 2. et Lov. 3. *noxæ fore* Voss. 1. in marg. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. At ita nasuti librarii dedisse videntur, quia veram crediderunt grammaticorum distinctionem, qui 'noxa' crimen, 'noxia' pœnam notare existimarunt. Quum vero, ea vocabula sine discrimine, vel pro crimine, vel pro pœna criminis usurpari, dictum sit ad II. 54. § 10. atque optimi codd. vulgatum tueantur, nihil mutandum censeo.

§ 3 *Eo rem adductam, ut omnis rei bene aut secus gestæ in Etruria decus*] Pal. 2. *omne rei bene aut secus gestæ in Etr. decus.* Gebh. Flor. Rott. Helm. Voss. *omni.* Ergo *omne:* quod etiam notavit Muretus. *J. F. Gron.* *Eo rem abductam* Harl. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Eo rem deductam* Lov. 2. Male. Livius XXV. 8. 'Ubi jam eo consuetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur.' XXXVII. 49. 'Et eo rem adduxerunt, ut haud paullo plurium maleficiorum gentis, quam beneficiorum memoria subiret animos.' XLII. 12. 'Eo rem prope adductam, ut aditus et in Achaiam daretur.' Tum vocula *ut* exsulat a Gaertn. Deinde *omni rei* Leid. 2. et Lov. 1. *omne rei* Port. et Hav. Ita interdum codd. quos minime credas, meliorem lectionem retinent. Hinc *gestæ in Etruriam* Leid. 2. et Lov. 1. Ita loquitur Justin. III. 1. 'Bello in Græciam infeliciter gesto, etiam suis contemtui esse cœpit:' ubi videndi sunt viri docti. Eamdem locutionem multis locis codd. Livio adscribunt. Vide ad hujus lib. c. 16. § 1. hujus cap. § 9. c. 24. § 13. ad XXX. 27. § 3. XXXVII. 53. § 12. ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Adde Oudendorp. ad Frontin. I. 3. ex. 5. Si-

militer fere loquitur auctor Epit. Liv. lib. XXI. 'In Italiam belli Punici secundi ortus narratur:' ubi alia vide. Quia tamen optimos codd. pro vulgato stare video, id præferendum omnino puto.

Ad L. Volumnium sit delegatum] *Ad L. Volumnium delegetur* Harl. cum editis ante Aldum: *sit delatum* Lov. 2. Male. Similiter errarunt scribæ ad IX. 13. § 11. De verbo 'delegare' vide ad XXIX. 20. § 2. Mox *quia verbi Appii, sed quia fortunæ* Lov. 2. *verbi* et *fortunæ* etiam Leid. 1.

§ 4 *Sed a republica et ab exercitu retineri*] Probo, si rejecta copula legatur, ut exhibet Pal. 2. *sed ab republica, ab exercitu retineri.* Idem paullo post rescribebat 'experiretur modo militem.' *Gebh.* *Sed ad rempublicam et ab exercitu retineri* Leid. 1. et fragm. Hav. *sed ab republica exercitu retineri* Hav. *sed ab republica, ab exercitu retineri* Port. et Gaertn. *sed a republica, ab exercitu retineri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Quod, si primæ notæ codd. firmarent, probari posset. Vide ad XXXVIII. 18. § 12. Paullo ante *Dimitti Appio*, omissa præpositione, Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. In verbis seqq. *experiretur modo militem* Port. *experiretur modo militum voluntatem* Hav.

§ 5 *Hæc monendo obtestandoque, prope resistentes consules*] Vetus lectio habet *restitantes*, non *resistentes.* Gelen. Pal. 2. rescribebat *Hæc movendo detestandoque apud resistentes consules.* Perperam, ut nemo non videt. *Gebh.* *Hæc movendo obtestandoque* Hav. Vide ad XXXV. 35. § 5. *Hæc inducendo obtestandoque* Lov. 2. *Hæc dicendo obtestandoque* Hearnii Oxon. C. Male. Sallust. in Jug. c. 10. 'Per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorque.' Deinde *resistentem consulem* Hearnii Oxon. C. *resistentes consules* ejusdem Hearnii B. cum Port. Gaertn. et Hav. *restantes consules* Voss. 1. *resistantes* Flor. Sed recte *restitantes* Gelenius emendavit: quod non tantum supereat in reliquis scriptis meis, sed etiam in multis edd. antiqq. ut Rom. 1472. Medici. 1480. 1505. aliisque. Alibi sæpe hæc verba inter se commutantur. Vide ad VI. 7. § 2. (ubi de τῷ *restitare* plura vide) VII. 39. § 14. et ad XXX. 31. § 8.

In quam inter paucos certatum verbis fuerat] Vet. lib. *in quam paucis ante cert. ver. fuerat:* recte: iccirco enim ait longiores nunc orationes habitas. *Sigon.* Nisi fallor, congruit scriptura Pal. 2. Sigoniano libro *in quam ante paucis certatum fuerat verbis.* Gebh. Qui Sigonio interpolatum ediderunt *in quam paucis ante certatum verbis fuerat*, non adsecuti sunt leporem Livii. *Inter paucos* est inter comites et proximos utriusque. 'Certare' autem 'verbis,' quum 'longioribus orationibus' diversum ponitur, est brevibus dictis alternis et altercatione contendere. Donatus ad Terentii in Phormione IV. 3. 33. "'tria non commutabitis verba hodie inter vos:' Proprie verba commutare est, quod altercari dicimus.' Eaque Plauti est 'verbis velitatio' in Asin. II. 2. 41. Turpilius apud Nonium in 'Velitatio.' 'Comperce verbis velitare, ad rem redi.' Auctor Moralium sub nomine Catonis I. 10. 'Contra verbosos noli contendere verbis.' *J. F. Gron.* *In quam ante paucis cert. ver. fuerat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *in quam paucis ante certat. ver. fuerat* Hearnii Oxonienses N. et L. 2. *in quam ante paucis cert. fuerat ver.* Port. Gaertn. et Hav. Sed recte Gronov. vulgatum tuetur, quod reliqui codd. et inter eos omnes optimi, firmant.

§ 7 *Cavillansque Appius, sibi acceptum referre, diceret, debere*] *Cavillans Appius*, sine copula *que*, Leid. 2. et Lov. 1. Tum *sibi acceptum diceret, quod*, omissis duobus verbis *referre* et *debere*, Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Eorum prius deest in Voss. 2. *Sibi acceptum referre diceret deberet* Leid. 1.

sibi acceptum referre diceret deberi Lov. 2. Mox *etiam facundum*, transpositis vocibus, Voss. 2. et Lov. 2.

Hiscere eum nequisse, nunc jam populares orationes serere] Pronomen *eum* omittunt Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et primæ edd. quod recte Aldus adscivit, et reliqui codd. servant. Tum *nequivisse* Lov. 4. Vide ad v. 10. § 10. Deinde *hunc jam populares* Lov. 2. solita scribarum aberratione. Vide ad IX. 9. § 9. *Nunc tam populares* Hav. Vide ad XXI. 11. § 12. De particulis *nunc jam* inter se junctis vide ad VII. 32. § 14.

§ 8 *Quam ego abs te scite loqui didicissem*] *Quam ego absque te* Lov. 2. *quam abs te* Lov. 4. Deinde *scire loqui* Lov. 3. Port. et Gaertn. *scite eloqui* Flor. a m. pr. Sed prima litera τοῦ *eloqui*, quam manus altera erasit, ex litera ultima proximæ vocis repetita erat.

Neque enim id desiderare rempublicam] Pessime Pal. 2. *neque enim id desiderat respublica*. Gebh. Ita etiam ex meis errant Port. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturum*] Pal. 2. *suo exercitu se in Etruriam vel in Samnium rem gesturum*. Gebh. Ita et in Port. atque Hav. inveni. Vide hoc cap. § 3. *Vel in Samnium* etiam Leid. 2. et Gaertn. prius *vel* etiam omittitur in Harl. Gaertn. et edd. Aldina prioribus. Paullo ante *utramque mallet*, pro *utram*, Leid. 2. Vide ad VIII. 6. § 13. *Utrum mallet, eligeret* Gaertn. *utram mallet eligere* Voss. 2. Lov. 2. Hav. et fragm. Hav.

§ 10 *Tum militum clamor ortus*] *Tum clamor militum exortus* Lov. 2. reliquis scriptis, omnibusque editis invitis. Τὸ *exortus* receptum videtur ex § 12.

§ 11 *Non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit*] *Nunc omittam* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *Nunc* et *non* sæpe confunduntur. Vide ad IX. 7. § 5. Similiter etiam 'omittere' et 'omittere' vel 'committere.' Exemplum habuimus VI. 24. § 2. Hac ratione etiam confunduntur 'occurrere,' sive ut scribebant sæpe, 'ocurrere,' et 'ocurrere' vel 'concurrere.' Vide ad XXXVI. 24. § 11. Paullo ante *Quos. in coll., inquit, vel. interp. erravi*, alio ordine vocabulorum, Harl. et edd. Aldo antiquiores. Voces autem *obscurum sit: manere, an abire me velitis* non adparent in Voss. 2. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocis *velitis* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 12 *Tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret*] *Clamor est ex.* Lov. 2. 4. Hinc *quod hostes e castris exciret* Gaertn. *ut hostem e castris exciret* Harl. *ut hostem ex castris exciret* edd. principes. Aldus postea *e castris* dedit; Frobenius insuper a. 1535. *hostes*: sed *ut hostes e castris acciret* Hearnii Oxon. C. *ut hostes e castris audirent* fragm. Hav. in quo reliqua verba hujus § desiderantur. At voces *exciret: armis, &c. efferri e castris* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. librariorum culpa propter repetitionem τῶν *e castris*.

Vexilla afferri e castris jussit] Pal. 2. binæque edd. antiqq. *vexilla efferri*. A reliquis duobus Mss. Pall. hæc absunt. *Gebh.* Non dubito, quin *vexilla* hic eadem sint, quæ 'signa,' ut VIII. 8. Nam quod hic *vexilla efferri*, id alibi in eadem re 'signa ferri,' 'efferri,' et 'proferri,' dicit. Vide IV. 9. IX. 14. c. 43. et c. 45. X. 5. XXVII. 2. et c. 42. XXXIV. 26. XLIII. 45. *Duk.* *Afferri*, quod etiam Hearnio in Oxon. L. 2. obvium fuit, primus edidit Curio: idque præter Sigonium plerique editores servarunt usque ad Gronov. qui *efferri* reposuit. *E castris ferri jussit* est in Gaertn. *efferri jussit* apud Hearnium in Oxon. L. 1. *efferri castris jussit* in C. *jussum*, pro *jussit*, legit Lov. 4. Paullo ante *in acie descendunt*, pro *in aciem*, Flor. et Leid. 1.

§ 13 *Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam*] *Appium dub. fertur* Lov. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus egi ad I. 31. § 8. At uni codici credere temerarium foret: 'addubitare' etiam alibi apud Livium obvium est. Vide ad II. 4. § 7. Deinde *propugnante* fragm. Hav. *cern., seu pugnante, seu quieto se, vict. coll.* Leid. 2. et Lov. 1. *victoriam collegæ* etiam Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *Nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat*] Τὸ *et* deficit in Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. Tum *Gelius Egratius* Hav. Deinde *cum coh. pab. paucis* Harl. et edd. Aldo antiquiores: *pab. cum paucis coh.* Leid. 1. Mox *suo spem magis*, pro *suoque inpetu magis*, Voss. 2. *suo quoque impetu magis* Hav. Hinc *ductu vel imperio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. et Hav. Vox autem *capessebant* non adparet in Leid. 2.

§ 15 *Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis*] *Impariter ambo ducti* Klockian. Deinde *ne satis* Lov. 3.

§ 16 *Velut sorte quadam mutante adsuetos inter se hostes*] Legendum censeo *forte*. J. F. Gron. Hæc sæpissime permutari, nemo non adnotavit. Adsentirer Gronovio, nisi nonnihil scrupuli injiceret *velut*, quod nondum alibi phrasi *forte quadam* additum inveni: 'velut sorte quadam' dicit Livius VI. 21. 'Volscos velut sorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos,' id est, velut fato quodam. Nec video, cur hic quoque ita accipi non possit, quemadmodum XXX. 30. 'Fato datum,' et 'sorte datum' eadem sunt. *Duk.* Ita etiam inveni non tantum in Leid. 2. et Flor. sed etiam in edd. Froben. 1535. eamque secutis recentioribus usque ad Gruter. qui demum in postrema ed. *sorte* iterum substituit. Alterum itaque revocavi. Sæpius autem librarios hæc vocabula commutasse, vidimus ad I. 4. § 4. Supra v. 13. 'Palantes, velut forte oblati, populatores Capenatis agri reliquias pugnæ absumsere.' Deinde *nutante* Lov. 4. quomodo alibi scribas errare solitos fuisse, olim docui ad Silii Ital. VI. 234. Paullo ante *pervenit*, pro *perveniret*, Leid. 2. Deinde *fonte inæquali*, pro *fronte*, Leid. 1. *sorte inæquali* Harl. et editi Aldo priores. 'Inæquali fronte,' ut contra 'æqua fronte' XXII. 47. 'Æqua fronte acieque densa inpulere hostium cuneum.' lib. XXXVI. c. 44. 'Æqua fronte ad pugnam procedebat.' Tibull. Carm. IV. 1. 102. 'Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo.' Denique *cursum est*, pro *concursum est* Voss. 2. et Lov. 3. culpa librariorum, qui non adsecuti compendium quo prima syllaba notata fuit, id omiserunt. Vide ad IX. 24. § 12.

Parumper cunctati, quia dux aberat, Appio obcurrere] *Parum percunctati* Lov. 2. cum pluribus ex editis principibus. *Parumper civitati* Gaertn. *parumper incitati* Hav. *parumper cunctanti* Leid. 1. contra mentem Livii. Non enim Appius cunctabatur, quia dux Samnitium aberat, sed ipsi Samnites, quorum dux pabulatum cum cohortibus paucis ierat, ut modo retulit. Insuper *concurrere* Leid. 2. *occurrerunt* Lov. 2. et 4.

§ 17 *Inter prima signa manibus ad cælum sublatis*] *Ad prima signa* Port. quod accipi posset pro 'apud prima signa:' de quo vide ad VII. 7. § 4. Hic tamen minus placet, partim propter aliorum codicum dissensum, partim quod sequatur *ad cælum*, et Livio invito earumdem vocum repetitio obtrudi non debeat. *In prima signa* Gaertn. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. *Inter signa prima* fragm. Hav.

Bellona, si hodie nobis victoriam duis] Antiquatum *duis* omnibus fere libra-

riis displicuit. Hinc *si hodie nobis vict. dederis* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *si hodie vict. nobis dederis* Gaertn. *si hodie nobis dederis* Harl. *si hodie nobis vict. de Samnitibus dederis* Lov. 2. *si hodie nobis vict. des* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *si nobis hodie vict. des* Lov. 3. *si hodie nobis vict. das* Lov. 4. cum edd. Rom. a. 1472. et Parm. At Livium in formulis antiquis ipsa verba, quamvis antiquata, sæpissime servasse, videbimus ad XXXVI. 2. § 2.

At hic ego tibi templum voveo] Vetus lectio habet *ast ego templ. tibi voveo.* Gelen. Pro *ast*, legendum *asti*, ut est in V. C. Quod videtur positum pro eo, quod in inscriptione veteri Fratrum Arvalium est TVNC, ut in notis ad eam inscriptionem plenius scripsimus, prolato etiam Tertulliani loco simili. Reperitur autem *asti* apud alios etiam veteres scriptores eodem, qui hic apud Livium, significatu usurpatum. *Ursin.* F. Ursinus e V. C. legendum prodit *asti*, quod significat 'tunc.' Nihil tale conspicio in omnibus nostris libris. *Gebh.* Vide J. F. Gronovium ad XXIV. 37. Gudius ad Phædr. Fab. IV. 17. ex hoc loco, et e Sil. Ital. VIII. 226. 'Nympha, felix oblata secundes. Ast ego te, compos pugnæ, Carthaginis arce Marmoreis sistam templis,' ostendit, *ast* usitatum fuisse in concipiendis votis. Particula inscriptionis Fratrum Arvalium cum notis Ursini, quas hic memorat, exstat in opere Gruteri pag. CXIX. Eam pleniorem, sed tamen adhuc mutilam, ex archivo Basilicæ Vaticanæ protulit Fabrettus Inscript. cap. VI. 51. In iis quæ ibi quater repetuntur, 'astu ea ita faxis, tum tibi vovemus,' *astu* videtur poni pro *ast tu*, et esse *si tu*: nam hanc significationem postulat sequens *tum*. Duk. Si libri scripti consentirent, τὸ *at* ferri posset ex illis quæ notantur ad I. 18. § 9. nunc *ast* præferendum, quod in omnibus superest scriptis, exceptis solis Klockian. et Lov. 2. ac 4. unde vocula illa exsulat. Deinde τὸ *hic*, quod Gelenius ejecit, unus tantum servat Harl. reliqui ignorant. Et recte. Non enim meus Appii fuisse videtur, se eodem loco, ubi cum hoste pugnavit, Bellonæ templum exstructurum; qualis mens Romuli fuerat I. 12. 'Hic ego tibi templum Statori Jovi voveo:' qui locus exigere videtur, ut ordinem verborum, qui ante Gelenium obtinuit, *tibi templum voveo*, revocemus; præsertim quum ita legant Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Sed vox *tibi* non adparet in uno Harl. Quum tamen optimi codd. in eo etiam Gelenio adsentiantur, lectionem ejus mutare nolui.

§ 18 *Et ipse collegæ, et exercitus virtutem adæquavit ducis. Imperatoria opera exsequitur*] In Pal. 2. reperi *ipse coll. et ex. virt. æquavit. Duces imp. opera exsequuntur:* neque cedit Campani ed. Pall. 1. ac 3. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exercentur.* Gebh. Hæc sana non sunt. Primum non possunt, nisi de solo Appio et militibus Appianis, accipi: quo pacto nihil dicitur, quod dictum non esset præcedenti periodo, et male continuatur sequens 'ergo fundunt fugantque hostes:' quod haud dubie de utroque exercitu dicitur. Præter hoc incommodum scriptorum varietas suspicionem auget. *Exsequitur* nusquam. Duo Pall. Voss. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exercentur.* Pal. 2. et Thuan. Rott. et Helm. cum Campano *virtutem æquavit: duces imp. opera exsequuntur.* Nisi quod Th. *ducis.* Spero fuisse *et ipse collegæ, et exercitus virtutem æquarunt. Duces imp. opera exsequuntur; et milites.* Ipsum Appium ait æquasse virtutem Volumnii et exercitus utrinsque æquasse virtutem inter sese. Comparatio exercituum inter se, ut modes-

tior, ita honestior. Quamquam et possis accipere, et ipsum et exercitum, collegæ cum ejus exercitu virtutem æquasse, et scilicet retinere *æquavit*. Lib. III. c. 70. 'Communicando consilia laudesque et æquando imperem sibi.' Hoc lib. x. c. 30. 'Excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus.' Iterumque c. 35. 'Ibi ira vires æquavit.' Et c. 37. 'Collegæ amicos ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negare triumphum.' XXII. 17. 'Nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.' XXXIX. 32. 'Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegæ in Liguribus Ingaunis æquavit secundis aliquot prœliis.' Quæ deinceps, ut de utroque duce, ita et de utroque accipienda exercitu; et ita optime continuatur sequens periodos. *J. F. Gron.* Ex omnibus meis unus tantum Harl. per omnia lectionem, quæ ante Gronov. obtinuit, tuetur: reliqui variant. *Virtutem æquavit ducis. Imp. opera exercentur* præferunt Lov. 2. 3. 4. *virtutem æquavit ducis. Imp. opera exercuntur* Leid. 1. *virtutem æquavit ducis: imp. opera exsequuntur* Flor. Voss. 1. fragm. Hav. et Lov. 1. a m. pr. *virtutem æquavit. Duces imp. opera exsequuntur* Lov. 1. a m. sec. Leid. 2. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. N. atque L. 1. nisi quod in Leid. 2. sit *imperatoria imperia*. Ex his patet, præter unum quem dixi, cod. reliquos *æquavit*, pro *adæquavit*, probare. 'Adæquare' autem alibi quidem Livius utitur: ut I. 56. 'Quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quidquam adæquare potuit.' Hic tamen alterum præferendum esse, tot codicum conspiratio evincit. Quod autem Gronov. *æquarunt*, pro *æquavit*, scribendum conjicit, id egregium fore fatetur Donjatius, nisi sine ullius libri adminiculo de suo proferret. Primo igitur locum sanum existimat; et, quamvis hæc verba de solo Appio ejusque militibus sint accipienda, non tamen minus sequentia 'ergo fundunt fugantque hostes,' cohærere. Illa enim ad totius prœlii eventum significandum necessaria esse; neque opus fuisse de alterius consulis, alteriusve exercitus jam satis ex Samniticis expeditionibus cognita virtute, multa verba fieri; sed de Appio ejusque exercitu, qui adhuc male rem gesserat. Tandem tamen fateri cogitur, id negotium facessere, quod in nullo Msto *exsequitur* numero singulari legatur. Hinc eo delabitur, ut legendum conjiciat *et ipse collegæ, et exerc. ipsius virtutem adæquavit. Duces imp. opera exsequuntur*. Verum qua fronte is, qui ferre non potuit ut Gronovius parva mutatione *æquarunt*, pro *æquavit*, sine auctoritate Mstorum emendaret, exigere poterit, ut integram vocem, cujus nullum in codd. scriptis vestigium exstat, feramus? Quanto satius fuisset, ut, quæ altera fuit Gronovii sententia, admissa reliqua emendatione, *æquavit* retinuisset? Ceterum in Voss. 2. post voces *virtutem æquavit. Duces imperatoria* (ita autem et is exhibet) desunt decem proxima vocabula *op. exsequuntur; et milites ne ab altera parte prius victoria;* quod accidit neglegentia librarii ob similitudinem vocum *imperatoria* et *victoria*. Vide ad IX. 11. § 11.

Et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, adnituntur] *Ut milites* Gaertn. Tum *ne ab altera prius vict.*, omissa voce *parte*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *admictuntur* fragm. Hav.

§ 19 *Manus conserere adsueti fuerant*] *Erant consueti* Lov. 4. *consueti fuerant* edd. antiqq. usque ad Aldum. Paullo ante *fugantque hostem*, pro *hostes*, Gaertn.

§ 20 *Interventu Gellii cohortiumque Sabellarum*] *Inīim ventu Gelli* Leid. 1. Hinc *cohortumque Sabell.* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *cohortum Sabell.* Hav.

cohortium Sabell. Voss. 1. *cohortiumque Samnitarum* Hearnii Oxon. N. *cohortiumque Samniticarum* edd. Rom. 1472. et quædam aliæ. Sed ea lectio ex interpretis glossa nata videtur. Samnites enim etiam 'Sabelli' vocantur. Vide Claver. Ital. Antiq. l. IV. c. 7. p. 1191.

Jam a victoribus castra obpugnabantur] Pall. 1. ac 3. *jam auxiliatoribus.* Pal. 2. *jam ab auxiliatoribus castra oppugnabantur.* Campan. *jam auctoribus.* Gebh. *Jam a viatoribus* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. C. *jam aufiatoribus* Flor. a m. pr. suprascripta a m. sec. syllaba *li*, ut sit *aufiliatoribus: jam ausiatoribus* Leid. 1. *jam auxiliatoribus* Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *jam ab auxiliatoribus* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Præterea *oppugnantur* Hav.

§ 21 *Et, quum Volumnius ipse portæ signa inferret*] Iterum Pall. 1. ac 3. *Vol. quum portæ signa inferret.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. *quum Vol. ipse jam portæ signa inferret* Port. Gaertn. et Hav.

Accenderet militum animos, per vallum, per fossas irruperunt] *Accenderunt* Leid. 1. fragm. Hav. et Exc. Pithœi: atque ita etiam præferunt Flor. et Voss. 1. a m. pr. in quibus a m. sec. emendatum est *accenderat*, quomodo etiam legunt Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *irrumperent* Voss. 2. et Lov. 3. *irrumpere* Lov. 4. *irrupere* Leid. 2. et Lov. 1. Et ita est in Voss. 1. a m. sec. quum antea *eruperet* scriptum exstitisset. *Eruperunt* quædam ex antiquis excusis.

§ 22 *Septem millia ac trecenti hostium occisi, duo millia et centum viginti capti*] *Septem millia ac cc* Voss. 1. Lov. 1. Kloekian. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. ac B. *VII. a. ccc* Lov. 3. *VII. accc* Leid. 1. *VII cccc* Flor. *septem millia ac ducenta* Leid. 2. et Gaertn. *septem millia et ducenta* Hav. *septem millia ccc* fragm. Hav. *septem millia et ccc* Lov. 4. et Portug. *septem millia accc* Voss. 2. Deinde *occisa* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Hearnii Oxon. N. *cæsa* Gaertn. et Hav. *cæsi* Port. Harl. fragm. Hav. et edd. Aldina priores. Insuper *centum capti* Hearnii Oxon. L. 1. *centum viginti capta* ejusdem codex N. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav.

CAP. XX. § 1 *Per Vestinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt*] *Vescinos* legendum est, a 'Vescia' oppido in his locis, ut alibi dixi: nam 'Vestini' Sabinos attigerunt, non Campanos: sic paullo post c. 21. 'Vestinum et Falernum agrum:' item 'in saltu Vestino Falernum contingente,' lege *Vescinum, Vescino.* Sigon. Vet. lib. *in Campanum Falernumque agrum.* Idem. Mala manus Sigoniani *Campanum.* Lib. VIII. c. 37. 'Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque evastatum.' Quod necesse non est mutari. Lib. XXI. c. 35. 'Italiam ostentat subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos.' XXII. 9. 'Prætucianum Hadrianumque agrum, Marsos inde Marrucinosque et Pelignos devastat, circaque Arpos et Luceriam proximam Apuliæ regionem.' Iterumque c. 14. 'Hostesque sub oculis erant, Falerni agri colonorumque Sinuessæ tecta urentes.' Quæ omnia egregie copiam Livii decent: atque utinam satis a nobis intelligerentur. Vide ad III. 17. *J. F. Gron.* Vide Malaspin. et Gronov. ad hoc Ciceronis ad Att. XV. 2. 'Divertissemque a Cumis in Vesciano;' et Sigon. ad Livii l. VIII. c. 11. *Duk.* Omnes scripti *Vestinos* servant; sed Sigonio *Vescinos* reponenti adsentitur Cluverius Ital. Ant. l. III. c. 10. p. 1082. Vide etiam Sigonium ad IX. 25. § 4. Deinde *in Campanum agrum Falernumque agrum* Gaertn. *in Campanum Faler-*

numque agrum Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quod recte Gronovio displicuit. Vide ad vii. 26. § 9. Mox *ingentes prædas*, pro *ingentesque*, Port. et Hav. Paullo ante *ad dep. Romani imperii fines* transpositis vocibus Gaertn. *ad populandos* Harl. et editi Aldo priores. Vide mox ad § seq.

§ 2 *Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat*] *Fabio Decio* sine copula Voss. 2. et Lov. 3. *Decio Fabioque* trajectis vocabulis Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Deinde *aderit finis* Hav. *aderat finis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn.

Fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri] Pall. duo *depopulationibusque*. Gebh. Similiter et Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. fragm. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. Sæpius hæc vocabula commutasse librarios, monitum est ad hujus libri c. 12. § 7.

§ 3 *Ut in Calænum agrum venit*] *Calenum* sine diphthongo ex Capitolinis triumphis, et Græcis Καληνός. *Sigon. In Calanum agrum* Lov. 2. *in Calenium agrum* Hearnii Oxon. C. Vox *agrum* non adparet in Harl. Sed vide ad ii. 59. § 5.

Ut vix explicare agmen possint] Concipiunt aliter paullo lectionem Pall. omnes, quam vulgus editionum, *ut vix explicare agmen possit*. Gebh. Parum interest: sed Mss. fere *explicari agmen possit*. Lib. ii. c. 59. 'Cum maxime agmen e castris explicaretur.' xlii. 66. 'Nullo exspectante, dum utcumque explicaretur agmen.' *J. F. Gron. Explicari agmen possit* apud me tantum superest in Lov. 3. Harl. et Gaertn. *expugnare agmen possit* legit Port. *expugnari agmen possit* Hav. *explicari agmen potuit* Voss. 2. *explicare agmen possunt* Leid. 2. et Lov. 1. *explicare agmen posset* Lov. 4. *explicare agmen possint* Voss. 1. Lov. 2. Flor. Leid. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. quorum auctoritate motus lectionem, quæ ante Gronov. recepta erat, revocavi. Paullo ante vocula *jam* exsulabat a Port. Hav. et fragm. Hav.

§ 4 *Jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse*] Et hic voculam *jam* omittit fragm. Hav. vocem autem *extemplo* edd. Aldina priores ignorant, quam omnes scripti tuentur, solo Harl. excepto. Deinde *in Samnio* Gaertn. et Hav. Mox *relicta ipi præda*, id est *ipsi*, pro *ibi*, Lov. 2.

Nec tam oneratum agmen dimicationi committant] *Nec tantum oner. agmen* Lov. 4. *tam oner. agrum* Lov. 1. a m. pr. Tum *dimic. dimittant* Harl.

§ 5 *Vagos prædatores in agros palantes excipiant*] Ita est in omnibus scriptis et edd. præterquam Sigonii, qui *in agris palantes* edidit, cui nullus editorum dicto audiens fuit. Sed lectionem Sigonii defendit Gronov. hoc lib. c. 2. § 11. Eamdem etiam veriorem esse Dukerus putabat. Præterea *incipiant* Flor. a m. pr. postea inter lineas adscripta est syllaba *ter*, quasi legendum foret *intercipiant*, quod Salvinio, qui hunc cod. cum edito Livio contulit, non displicebat. Puto tamen *excipiant*, quam lectionem omnes alii codd. retinent, præferendum esse. Vide ad v. 41. § 6. Paullo ante *Et quamquam similia veris*, pro *Ea quamquam*, Lov. 4. Tum *certius* non comparet in Gaertn.

§ 6 *Inde tertia vigilia moturum iter in Samnium esse*] Primam vocem non agnoscunt Port. et Oxon. B. apud Hearnium, qui in codd. C. et N. invenit *in tertia vigilia*, quod mihi quoque obvium fuit in Leid. 2. et Gaertn. Scriptum per compendium fuerat *iñ*: eaque vox intercepta est a litera finali *m* vocis præced. quale exemplum etiam obcurrit hoc lib. c. 44. § 6. alii notam compendii additam omiserunt; quomodo sæpe peccarunt librarii. Exempla vide ad i. 12. § 1. ii. 10. § 8. c. 39. § 5. c. 50. § 10. c. 52. § 3. c. 54. § 1. c. 58. § 7. iii. 4. § 3. c. 28.

§ 3. v. 7. § 8. c. 47. § 2. c. 52. § 5. et 17. vi. 14. § 4. vii. 31. § 4. viii. 24. § 17. ix. 10. § 2. hoc lib. c. 33. § 7. c. 43. § 9. xxii. 4. § 2. Et ita variant scripti et editi apud Colum. vi. 30. ubi exhibet Mstum Sangerm. 'Cibo abstinetur primo die: inde postero autem potio jejuno tepidæ aquæ præbetur:' at vulgo editur *in postero autem*. *Inde* pro *in* præferunt codd. viii. 10. § 5. Ceterum Jac. Gronovius ad Livii vii. 14. § 8. locum male interpunctum ita distinguendum censuit: *inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse:* ut 'movere' absolute ponatur, de quo vide hoc lib. ad c. 4. § 9. Deinde *iter Samnium esse*, omissa præpositione, fragm. Hav. *iter in Samnium est* Gaertn. Paullo ante *Vulturnium* Leid. 2.

§ 7 *Egredientem e castris hostem obprimeret*] Pal. 2. spreta præpositione *egred. castris hostem*. Gebh. Ita et Gaertn. atque Hav. Vide hoc lib. c. 36. § 17. In præcedd. vox *satis* non adparet in Leid. 1. Deinde *propinquitate nosci nimia*, transpositis vocibus, legunt Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Ad castra accessit; gnarosque Oscæ linguæ*] *Ad ea castra accessit* Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. *ad ea castra excessit* Leid. 2. Tum *gnarosque hosce linguæ* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. *gnarosque hoste linguæ* Port. *gnarosque hostis linguæ* Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui *gnarosque hujusce linguæ* invenit in L. 2. et C. idque mihi obvium fuit in Lov. 2.

Quod facile erat in nocturna trepidatione] Præpositionem *in* excludit Harl. sed una voce auctior *in nocturna trep. cognosci* fragm. Hav. Deinde in seqq. *agnoscunt*, pro *cognoscunt*, Gaertn. Tum *ad prædam prædæque custodes*, addita præpositione, Harl. et quædam ex antiqq. edd. *prædamque, prædæque custodes* Leid. 2. et Lov. 1.

Ignobile agmen, et sua quemque molientem] Vet. lib. *immobile*. Vere: nam subdit 'Samnites præda impediti.' *Sigon.* Pal. 2. Campanique ed. *immobile agmen*. Sed reliqui *ignobile*: hoc est, non fortibus viris, sed meris lixis calonibusque magna ex parte constans. *Gebh.* Omnino melius *ignobile agmen*, quam *immobile*, quod probat Sigonius, etsi et scripti quidam sic et Campanus. Hoc ipso lib. c. 25. 'Exercitum itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac saluberiorem esse.' 'Agmen ignobile' est non tam armis ornatum, quam præda oneratum, pugnæque et fortium factorum immemor. *J. F. Gron.* *Immobile agmen* Gaertn. Hav. Klockian. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. et N. in cujus tamen ultimi margine *ignobile* emendatur. *Nobilis* et *mobilis* sæpissime in Mss. commutantur. Vide ad vi. 6. § 1. c. 34. § 7. et xxi. 11. § 7. Adde Gronov. ad Senec. Agam. vs. 670. Bentlei. aliosque ad Horat. Od. i. 1. 7. viros doctos ad Petron. Satyr. c. 131. ad Rutilii Iter i. 222. et Cortium ad Sall. Catil. c. 49. et Jug. c. 56. Hic cum Gronovio, cui etiam Doujatius consentit, nihil mutandum.

§ 9 *Tempus adgrediendi aptissimum visum est: et jam lux adpetebat*] Hoc abruptum esse videbatur, et in mentem veniebat, ex ultimis literis vocis præced. posse fieri *id*, vel *hoc tempus*. Deinde nihil mutandum putavi propter ea, quæ de abruptis et male nexis in Livio adnotavit Gronovius ad Livii i. 32. *Duk.* *Aggrediendi tempus* Gaertn. et Hav. *Egrediendi tempus* Port. Deinde *et lux appetebat* Lov. 1. *etiam lux appetebat* Lov. 2. Vide ad xxxix. 10. § 6. *et jam lux apparebat* Lov. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. (quod hoc loco deficit) et Hearnii Oxon. L. 2. atque N. in margine. Sed male. 'Supra v. 44. 'Ubi nox adpetit, prope rivos aquarum passim ferarum ritu sternuntur.' viii. 38.

'Nox jam adpetebat: id prohibuit munimenta adoriri:' ubi vide Gebhard. XXII. 1. 'Jam ver adpetebat.' XXXVII. 32. 'Quia jam hiems adpetebat, Phocææ portus ad hibernandum classi delegit:' ubi librarios passim ita errare solitos fuisse docui. Mox *agmen hostium*, pro *agmenque*, Harl.

§ 10 *Pars stare; incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret. Inter cunctationem*] Ita vulgo hic locus distinguitur, sed vitiose, et censuimus nunc mutandum. *Jac. Gron.* Quemadmodum Jac. Gronovius interpungendum censuit, etiam in Exc. Pithœi interpunctum fuisse, auctor est Hearnius. Eamdem distinctionem in plerisque edd. superesse vidi; illam vero, quam Gronov. damnavit, Heinsius in Elzevir. ed. admisit. Tum *pars instare* Hearnii Oxon. C. Deinde *utrum pragredi* Leid. 2. et Lov. 1. errore scribarum. Vide ad IX. 10. § 7. Paullo ante *Samnites præda inpedit*, pro *inpediti*, iidem duo codd.

§ 11 *Præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione*] *Præterq. hostium tumultu* Hav. et Hearnii Oxon. B. *præterq. quod hostium tumultum, capt. est repentina defectione* Gaertn. *præterq. quod hostium tumultu* Port. Tum *repentina refectione* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad IX. 41. § 8. In verbis proximis pronomen *ipsi* exsulat a Lov. 3.

§ 12 *Arma in sarcinis deligata rapiebant*] Ut qui hostem et pugnam non exspectarent. Vide Lips. in Analect. de Milit. Rom. ad III. 2. et Freinsh. ad Curt. v. 11. § 1. *Duk.* *Delegata* Leid. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 27. § 3. Eorum codd. posterior etiam *capiebant* exhibet sollemni scribarum errore. Vide ad VI. 23. § 5. Mox *intermisti agminem*, pro *agmini*, Flor. a m. pr. cujus loco manus altera emendavit *agmine*. Sed vulgatum verum est. Plin. XVII. 7. 'Intermixto lapide terræ minutæ, arenosæ.' Virgil. Ecl. x. 4. 'Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam.'

§ 13 *Statium Egnatium ducem, adeuntem ordines hortantemque*] Vet. lib. *Statium Minatium.* Sigon. Libri omnes nostri *Staium Minatium.* Gebh. Sigonii liber *Statium Minatium:* nec aliter Juntas et Saveterius ediderant. Beccarius, Ascensius, Tarvis. Ven. *Statim Minatium.* Scripti nostri et Andreas Romæ et Moguntini *nam Stajum Minatium ducem.* Prius nomen est apud Persium Sat. II. et in fragmento Fastorum municipalium apud Gruter. MLXXXVII. n. 1. 'M. Stajus Flaccus duumvir:' unde etiam 'Stajenus,' et 'Instejus.' Visuntur quoque in volumine inscriptionum 'P. Minacius Ausus,' cum 'P. Minacio Albino' fratre, aliusque item 'M. Minacius.' Non confundendus cum Staio Minacio Samnitium duce alter Samnitium dux Gellius Egnatius, de quo et ante Livius, et deinde. *J. F. Gron.* *Stajus* tribunus Tacit. Annal. IV. 27. Nec tamen *Statius* ignotum apud Samnites nomen erat. Liv. IX. 44. et XXIII. 1. *Duk.* *Gelium Egnatium* Hearnii Oxon. L. 2. et C. At Gellius Egnatius Samnitium dux hoc tempore non in Samnio, sed in Etruria erat, ut constat ex c. 18. et c. 19. *Stamen Minatium* Gaertn. *Scajum Minatium* Voss. 2. et Lov. 3. *Stajum Minatium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *Statium Minatium* Leid. 1. Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. *Statim Minatium* Hav. Harl. et Hearnii B. *Statam Minatium* Flor. *Statum Minatium* Port. Unde forte conjici posset *Statum Minacium* legendum esse. Sed vide ad IX. 44. § 13. *Statium Egnatium*, quod recte Sigonio displicuit, ac nullius cod. consensu firmatur, primum inveni in ed. Froben. 1531. Deinde *adeuntem ordines orantemque* Lov. 2. sollemni

scribarum aberratione. Vide ad xxx. 7. § 7. Paullo post *insidentem equo, captumque*, trajecta copula, Gaertn.

§ 14 *Præliumque jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit*] Voces *jam profligatum* desunt in Harl. et edd. Aldo prioribus: *præliumque jam profl. incognitum est* habet Gaertn. *præliumque jam profl. integratumque est* Lov. 1. Deinde *nec diutius sustinere potuit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Paullo ante *Devocata*, pro *Revocata*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IX. 10. § 6.

§ 15. *Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti*] *Ad sex millia hostium* Hearnii Oxon. L. 1. et Lov. 4. Vide ad XXIII. 37. § 11. Tum *duo millia quingenti*, sine vocula *et*, Port. Gaertn. et Hav. Mox τὸ *militum* exsulat ab Harl. Tum *signa militaria XX*, pro *triginta*, habet Lov. 4. *signa militaria cognita* Gaertn.

Et, quod lætissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem millia et quadringenti] Prima vocula non adparet in Voss. 2. et Lov. 3. nec *victoribus* in Leid. 2. et Port. Ea transposita *fuit victoribus* legit Gaertn. Hinc *recepta sex millia* Hearnii Oxon. L. 2. *recepta millia septem* Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *et XL.*, vel *et quadraginta*, Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. et Hav.

Adcitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque] *Adciti edicto domini* Gaertn. Deinde *noscendas rapiendasque* Voss. 2. et Lov. 3. Infra hoc lib. cap. 36. 'Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque evocatis.'

§ 16 *Præstituta die, quarum rerum non exstitit dominus, militi concessæ*] *Præstitit ut a die, &c. militi concessa* Leid. 2. et Lov. 1. *Præstitit, ut ea die, &c. militi concessæ essent* Lov. 2. 'Præstituta dies,' ut VI. 4. 'Dies deinde præstituta capitalisque pœna, qui non remigrasset Romam:' ubi alia vide. Mox *coacti vendere*, pro *coactique*, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *alibi, quam armis*, prò *in armis*, Port. Præpositio intercepta est a præced. vocis litera finali. Vide hoc lib. ad c. 13. § 3.

CAP. XXI. § 1 *Magnum ea populatio Campani agri tumultum*] *Magna ea populatio* Gaertn. Caussam erroris vide ad VI. 3. § 8. *Populatio agri Campani* Lov. 4.

§ 2 *Etruriam concitam in arma*] Pall. 1. et 3. *concitari*. Pal. 2. *concitatam in armis*. Gebhard. *Concitari in arma* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *concitum in armis* Hav. *concitatam in armis* Port. et Gaertn. *concitatam* etiam præferunt Oxon. Hearnii B. et N. nisi quod eorum posterior *concitam* ostentet in margine. *Concitus* et *concitatus* passim confunduntur. Vide ad IX. 37. § 1.

Et Gellium Egnatium, Samnitium ducem] Hæc verba nec præcedentibus nec sequentibus conveniunt: nec enim tum demum sumebat arma, quæ dudum expertus erat, nec vocabatur ad defectionem, quippe qui dudum defecerat. Scribe *Etruriam concitam in arma, et Gell. Egn. Samn. ducem et Umbros ad def. vocare, et Gallos pretio ingenti sollicitare:* non *vocari* et *sollicitari*. J. F. Gron. De *vocari* adsentior, non item de *sollicitari*. Imperator Samnitium quidem cap. 16. apud Etruscos loquitur 'Samnitem illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse;' sed parum verisimile est, eum finibus Samnii expulsum tantam vim pecuniæ secum extulisse, ut Gallos ad societatem belli sollicitare potuerit. Itaque quod Livius dicit *sollicitari*, ad Etruscos refero, de quibus c. 10. 'Pecunia deinde, qua multum poterant, freti socios ex hostibus facere Gallos conantur.' Et c. 13. 'Palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum, qui non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum.'

Nec non ad eosdem, quod est c. 18. de bello, quod Gellius Egnatius Romanis conciverat: 'Tusci fere omnes consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: et Gallica auxilia mercede sollicitabantur.' *Dukerus.* *Gallium Egnatium* Hearnii Oxon. L. 2. *Gelium Egnatium* ejusdem codex C. *Gelium Egrtatium* Hav. *Gilium Eñatium* Klockian. Vox autem *Samnitium* deest in Lov. 2. Gronovius in priori notarum ed. legendum conjecerat *Etruriam concitam in arma per Gellium Egnatium.* Cujus loco eam in iterata ed. substituit, quæ hic conspicitur. Verum neque illa Doujatio placere potuit; qui, quum pro hac emendatione nullius veteris exemplaris auctoritas proferatur, nihil mutandum censet: et, agnoscens hæc verba sequentibus non convenire, ad præcedentia refert; ut simul cum Etruscis Samnites eorumque dux Egnatius (repetito per zeugma vocabulo) *conciti* vel *concitati* seipsis ad arma intelligantur, et ab utrisque Umbri et Galli ad defectionem vocati ac sollicitati. Verum, si ab Etruscis et Egnatio Umbri ad defectionem vocati, et Galli sollicitati intelligendi sunt, omnino, ut Livius id dicat, cum Gronovio *vocare*, et *sollicitare* legi debet. Præterea, nisi ita legamus, *Etruriam concitam in arma* per se accipi oportet, subintellecto infinitivo verbi substantivi, neque alio referri possunt præcedentia 'post deductum inde Volumnianum exercitum.' Falsum autem est, ut jam Gronovius monuit, vel Etruriam, vel Gellium Egnatium Samnitium ducem post deductum ex Etruria Volumnianum exercitum in arma concitos esse, qui jam diu antea in armis fuerant, et cum Volumnio bellum gesserant, ac licet victi arma non posuisse dicuntur. Verba itaque *concitam in arma* ad solam refero Etruriam, non etiam, ut Doujatius faciebat, ad Gellium Egnatium Samnitium ducem; eaque addita puto a Livio, ut indicet, se eam tantum Etruriæ partem intelligere, quæ bellum cum Romanis antea sumserat. Cap. autem 18. refert Tuscos 'fere omnes' conscivisse bellum; sed, Claudio adventante, metum Romani nominis 'quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos compressisse.' 'Etruria' itaque 'concita in arma' sunt illi Etruriæ populi, qui nominis Romani metu non compressi bellum intulerant. Hæc ergo Etruria et Gellius Egnatius utrumque, quod subjungitur, fecerunt, nempe et Umbros ad defectionem vocarunt, et Gallos pretio ingenti promisso sollicitarunt. Omnino itaque Gronovii conjectura probanda, et *vocare* ac *sollicitare* legendum videtur.

§ 3 *Justitium indici, delectum, &c. haberi jussit*] Pal. 2. *delectumque.* Gebh. Similiter Port. et Hav. At Livius ita copulas sæpius omittere solet. Supra VI. 40. 'Est aliquis, qui se inspici, æstimari fastidiat:' ubi etiam vario modo codd. turbasse videmus. Et ita alibi sæpe. *Dilectum* præferunt Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et Klock. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 4 *Nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti*] *Sacramento adactis* Flor. et Leid. 1. in quibus litera finalis ultimæ voci adhæsit ex prima seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Id vero quum aperte mendosum librarii nonnulli deprehenderent, suo Marte, non inspectis libris integrioribus, emendare conati sunt, ac dederunt *sacramento adacti sunt.* Quæ lectio obvia fuit in Voss. 2. Lov. 3. 4. et edd. Aldina ac plerisque recentioribus. Sane sæpe factum est, ut verbum *sunt*, unica litera *s* scribi solitum, voci præcedenti hoc modo adcreverit. Vide ad XLV. 17. § 6. Corruptius *sacramento acciti sunt* præfert Hearnii Oxon. L. 2. qui etiam τὸ *sunt* in reliquis codd. suis invenisse videtur, quia de earum lectione nihil addit,

licet ipse id in contextu servarit, et a Jac. Gronov. omissum docuerit. Quum tamen longe plures codd. hoc verbum ignorent, Gronovio adsentiri non dubitavi.

Summaque rerum prætor P. Sempronius præerat] Pal. 2. *L. Sempronius prætor*. Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *prætor L. Sempronius* sit in Port. Vulgatum itaque servandum. Partim enim 'Lucii' prænomen in gente Sempronia circa hoc tempus non reperitur, et contra *P. Sempronius*, qui nunc præturam gerit, is esse videtur, quem antea tribunum plebis Livius memoravit IX. 33. partim etiam verum non esse existimo, quod Sigonius credidit ad Livii XXII. 14. § 13. Livium semper nomina magistratuum nominibus propriis postposuisse, ut ad d. l. latius docui.

§ 5 *Parte curæ exonerarunt senatum*] *Exhonerarunt* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. *Exoneraverunt* Hav. Mox Volumnii prænomen *Lucii* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Tum *populares*, pro *populatores*, præferunt Hav. et Lov. 3.

§ 6 *Itaque et supplicationes*] *Ita et supplic*. Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. et mox hoc cap. § seq. *Itaque supplic*. Lov. 3. *Itaque supplicationesque* Voss. 2. Mox *consules nomine decernunt*, pro *consulis*, Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

Justitium remittitur, quod fuerat dies decem octo] Vet. lib. *per dies decem et octo*. Sigon. Ita quidem Pal. 2. Sigonio consentiens: alias reliqui duo *quod fuerat dies XVIII*. Gebb. Ex Sigoniano immissum *per* libri meliores cum antiquitus editis ignorant. Plautus Asin. II. 4. 22. 'Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi.' Menæch. V. 5. 47. 'Elleborum potabis, faxo, aliquos viginti dies.' *J. F. Gron.* *Et justitium remittitur*, addita prima vocula, Lov. 4. *justitium remittunt* Harl. cum priscis edd. pro quo Froben. 1535. *remittitur* recte reposuit. Vide ad VIII. 34. § 9. Deinde, præpositione recepta, *per dies* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Et, ita nonnumquam Livium locutum esse, docet Sigonius ad XXXIX. 22. § 1. Vide etiam ad XXXVIII. 27. § 7. Sed numerus et bonitas eamdem omittentium efficiunt ut Gronovio adsentiar. Accedit Livium innumeris locis ita locutum esse. Supra II. 7. 'Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt.' III. 3. 'Finem justitio, quod quatriduum fuit, reditus Quinctii consulis in urbem fecit.' c. 23. 'Aliquot menses Tusculi bellatum.' c. 30. 'Quoniam ipsi quinquennium elusi essent.' V. 10. 'Unum bellum annum jam tertium trahi.' Infra hoc lib. c. 47. 'Unum diem Æsculapio supplicatio habita est.' XXI. 58. 'Biduum eo loco, velut obsessi, mansere.' c. 61. 'Triginta dies obsidio fuit.' XXVIII. 11. 'Jussi et supplicationem unum diem habere:' ubi etiam vide: c. 39. 'Ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis:' ad quem locum etiam Gronov. veram hujus loci lectionem adseruit. XXXI. 34. 'Biduum consul et rex continuere suos intra vallum.' XXXV. 40. 'Terra dies duodequadraginta movit.' In quorum locorum quibusdam codd. levioris auctoritatis librarii modo præpositionem *per*, modo præpositionem *in* addiderunt, modo casum quartum in sextum mutarunt. Vide etiam ad XXXV. 40. § 8. Jac. Gronov. ad Liv. XXIII. 20. § 2. et Cortium ad Sall. Jug. c. 24. § 3. Præterea *decem et octo*, quod Sigonius etiam ex vet. lib. reposuit, in nullo apud me superest codice, nisi in Sigoniani adseclis Harl. Gaertn. et Hav. ut et in edd. Rom. 1472. ac Parm. Omnes reliqui scripti per numeros exhibent *dies XVIII*. reliquæ, quas vidi, edd. Sigonio priores *dies decem octo*. Quod verum conjicio, nisi *dies octodecim* malis.

Certe sæpius ita Livium locutum esse testatur Priscian. Gramm. XVIII. 1170. 'Græci quoque πέντε καὶ δέκα, δέκα καὶ πέντε. Nos contra *quindecim*, et *decem et quinque*. Livius tamen frequenter etiam sine conjunctione, *septemdecem* et *decemseptem* dixit.' Ita plures codd. præferunt XXXIV. 10. 'Argenti infecti tulit in ærarium decem quatuor millia pondo septingenta triginta duo:' ubi vulgo editur *quatuordecim*.

Supplicatioque perlæta fuit] Probe admodum: nam ait totius civitatis summa lætitia supplicationem istam peractam. Quare non recte Pal. 2. *perlecta:* et Campan. *perlata*. Gebh. *Supplicatioque perlata fuit* Lov. 2. 4. et Neapol. Latinii. Vide ad Livii VI. 1. § 3. *Supplicatioque perlate fuit*, literis transpositis, Klockian. *supplicatioque perlecta fuit* Gaertn. et Hav. Ita etiam peccant librarii III. 38. § 12. ubi vide; VIII. 30. § 10. X. 42. § 6. et aliis locis. *Supplicatioque fuit*, omissa media voce, Hearnii Oxon. L. 1. *perleta* Flor. a m. pr. pro quo postea emendatum est *perlatat:* quod in *prolata* mutandum Salvinius conjecit. Sed male. Cur enim supplicatio, ob rem bene gestam consulis nomine decreta, justitio remisso prolata fuisset, caussam non video; quamvis tamen *perlætus* vix alibi obcurrat.

§ 7 *Circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur*] *Circa Vestinum*, et mox *in saltu Vestino* omnes scripti et edd. antiqq. Id, quod hodie editur, repositum est a Sigonio, quem vide ad c. 20. § 1. Tum *Falernumque agrum* Lov. 2. Vocem *agrum* non agnoscunt Harl. et edd. Aldo priores. Deinde *ducerentur* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *a Samnitibus*, pro *ab*, Voss. 2. Lov. 3. et eædem edd. Hinc *Ita placuit*, pro *Itaque*, Gaertn. Vide ad § præc.

§ 8 *Una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ adpellata*] *Unam* Flor. et Leid. 1. Postea *fluvii Liris* idem Leid. 1. *Liris fluminis* Lov. 3. *litoris fluvii* Gaertn. *Luris fluvii* Hearnii Oxon. L. 2. Vox *Liris* deficit in Lov. 4. Tum *quæ Venturnæ* Gaertn. *quæ tamen Turmæ* Leid. 1. *quæ Nunturnæ* edd. Rom. 1472. et Parm. *quæ nunc Minturnæ* Lov. 2.

Altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum] *Alterum* et *contingentem* Flor. et Leid. 1. Hinc *in salto* Gaertn. Insuper *Fal. agrum contingente* Lov. 2. Mox *Synope* per literam Græcam edd. usque ad Gruter. qui in postrema *Sinope* substituit; quomodo etiam scribendum esse, monuit Cluver. Ital. Antiq. lib. III. c. 10. p. 1079. Sequens vox *dicitur* exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *a colonis Romanis* Gaertn. *ab Romanis colonis* Harl. *a Romanis colonis* excusi ante Aldum.

§ 9 *Plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros, &c. creare*] *Plebescito* Harl. *plebiscito* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Hav. et, vetustissimis exceptis, pleræque edd. usque ad Gronov. Præterea *juberetur, ut P. Sempronius, &c. crearet* Voss. 2. et Lov. 3. *crearet* etiam Leid. 1. et Lov. 4. *L. Sempronius* Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad § 4. Tum *in ea loco* Leid. 1. *in eo loco* Hav. Denique *coloniis deducendis*, pro *colonis*, Lov. 2.

§ 10 *In stationem se prope perpetuam infestæ regionis, non in agros, mitti rebantur*] *In stat. se quoque perp.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 17. § 6. Tum *infestatæ regionis* Gaertn. Vide ad hujus lib. c. 46. § 9. Deinde τὸ *non* deficit in Lov. 4. Sed *non agros* præfert Voss. 2. At Livium præpositiones potius repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Hinc *mitterebantur* Flor. a m. pr. pro quo manus altera *mittebantur* male emendavit. Vide ad XXVII. 25. § 11. Paullo ante *nec, quia nomina darent, facile*, omisso verbo sequenti *inveniebantur*, est in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum*] *Advertit* Voss. 2. et Lov. 3. Quod, graviorum testium auctoritate accedente, probari posset. Ingravescens enim Etruriæ bellum non tantum 'avertit' senatum ab illis minoris momenti curis, sed etiam 'advertit,' nempe ad se, id est ad se convertit. Eodem fere modo Rhenanus emendabat III. 17. 'Concilium inde legi perferendæ habere, advocato populo ab armis.' Quod mihi etiam non displicere ad eum locum notavi. Et quidem nunc tanto magis placet, quod, præter codd. ibi memoratos, similiter legant Flor. et Lov. 1. 3. ac 4. quos postea consulendi facultatem nactus sum. 'Advertere' autem pro ad se convertere inlustravimus ad I. I. c. 12. § 10. Ita contra *avertere ad se*, quam *advertere*, dicere maluerunt. Vide ad VI. 23. § 8. *Avertit ab eis senatum curis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *Ab eis avertit curis senatum* Harl. et editi ante Aldum. Mox *nec regionis ejus*, pro *ne*, Voss. 2. et *neglegerent* Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 12 *Jam castra bifariam facta esse*] *Bifaria* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Infra XXII. 40. 'Castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem.' Deinde *posset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et edd. antiquiores. Frobenius demum *possit* reposuit; cui consentiunt reliqui.

§ 13 *Ob hæc etiam adpetebat tempus comitiorum, quorum caussa L. Volumnius*] Sincera lectio *Ob hæc, et jam app. tempus, com. caussa, &c.* Gelen. Exstat quidem in priscis edd. *Ob hæc, etiam appetebat tempus com., L. Volum.:* sed diversimode in libris membranaceis: ex quibus Pall. 1. et 3. *Ob hæc etiam apparebat tempus comitiorum, et L. Vol.* Pal. 2. *Ob hæc etiam appetebat tempus com., tum L. Vol.* Gebh. Sic *Ob hæc, et jam appetebat tempus, com. causa* Gelenius: sic etiam Andreas Romæ, secutique hunc Beccar. Tarvis. Ven. nisi quod *etiam* habent. Ascensius et Mog. *Ob hanc (etiam appetebat tempus comitiorum) causam.* Juntas, Savet. *Ob hæc etiam appetebat tempus com., quorum causa L. Vol.* Pall. non agnoscunt τὸ *causa:* habent enim duo et Voss. alter, *comitiorum et Lucius:* Pal. 3. *comitiorum tum Lucius.* Omnia ista licet eodem ordine habeas, scribasque, *Ob hæc (et jam appetebat tempus com.) L. Vol. consul.* Habent tamen Voss. 1. et Chifl. et tolerari potest, si distinguas *Ob hæc et (jam appetebat tempus) com. causa.* J. F. Gron. Lectionem, quam Gelenius recte rejecit, et in nullo codice inveni, prima exhibet ed. Ald. *Ob hoc* est in Leid. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Tum *etiam appetebat* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *etiam apparebat* Lov. 3. sollemni aberratione. Vide ad XXXVII. 32. § 14. Deinde *comitiorum caussa L. Vol.* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1, 2. 4. Klockian. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. *comitiorum tā L. Vol.* Gaertn. quomodo ob non intellectum compendium scribendi dedit librarius pro *cā*, id est *caussa*. Vide ad VIII. 14. § 1. Ob eamdem caussam datum est *comitiorum cū*, vel *quum*, *L. Vol.* in Oxon. B. Vide ad IV. 44. § 10. Eas lectiones magis corruperunt Port. et Hav. in quibus est *comitiorum tum L. Vol.* et Lov. 3. in quo est *comitiorum et L. Vol.* Priorem patris conjecturam maxime probasse videtur Jac. Gronovius, qui vocem *caussa* a male otiosa manu, quemadmodum sæpius alibi factum fuerat, additam putabat ad IX. 30. § 8. Mihi tamen magis adridet posterior *Ob hæc, et (jam adpetebat tempus) comitiorum caussa L. Vol.* Quum enim vox *caussa*, vel errore librariorum aliud ejus loco, in codd. tantum non omnibus constanter supersit, ei controversiam movere audax nimis videtur.

Ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo] *Centurias ad suffr.* Port. Gaertn. et Hav. Hinc *ad conc. adv.* Hearnii Oxon. L. 2. *in concione adv.* Hav. Sed 'in concionem advocare,' ut 'in consilium advocare;' de quo vide Gronov. ad Livii XXIII. 32. § 3. Mox *Etrusci belli*, trajectis vocabulis, Gaertn.

§ 14 *Jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit*] *Jamque tum quum ipse* Hav. *jam quum ipse* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Male. De junctis voculis *jam tum, quum* vide Stewich. de Partic. Ling. Lat. et Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 69. Eas restituendas censeo XLV. 6. 'Oroandes jam tum, quum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem.' Editur nunc vulgo *dum deferretur*. Deinde *ipse sibi cum collega* Lov. 4. Vide ad I. 57. § 10. et V. 34. § 7. *Ipse ibi collega* Leid. 2. et Lov. 1.

Ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit] *Ut nec uno duce, uno nec ex.* Lov. 2. et ita etiam erat in Leid. 1. nisi quod duæ priores voculæ *ut nec* ab eo exsulent.

Accessisse postea dici Umbros] Dissentiunt iterum libri Mss. et vetusti editi: quippe Pall. 1. ac 3. *accessisseque postea dici Umbros.* Campanus *Access. his postea dici Umbros.* Andreas *Acces. postea Umbros.* Gebh. *Accessisseque postea dici Umbros* Voss. 2. et Lov. 3. *accessisse etiam postea dici Umbros* Gaertn. et Hav. *accessisset postea dici Umbros* Leid. 1. *accessissent postea dici Umbros* Harl. et quædam ex vett. edd. *accessisse dici Umbros* Port. *accessisse postea dicit Umbros* Voss. 1. *accessisse dicit postea Umbros* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *Gallorum exercitum* Gaertn.

§ 15 *Adversus quatuor populos duces consules illo die deligi meminissent*] Vet. lib. *duos consules:* optime. Quatuor enim populos duobus consulibus opponit. *Sigon.* Pal. 2. solus hanc stabilit lectionem *duos consules*, a Sigoniano numquam discrepans. Reliqui duo *duces consules.* Andreas vulgavit *Adv. quatuor pop. et duces consules illo die deligi memin.* Gebh. Sic *duos consules* Sigonius ex suo, cum in aliis et melioribus sit *duces consules.* Fregit vim sententiæ puerili antitheto et lusu in numeris *quatuor* et *duo.* Nam si quicquam referret, quod duo tantum adversus quatuor, cur tamquam graviorem adversarium minatur omnibus quatuor unum dictatorem? Immo pondus omne in vocabulo *duces* est; meminissent creare se consules, qui duces futuri essent bello adversus quatuor firmissimos populos. Andreas et omnes antiqui impressi *populos et duces.* J. F. Gron. Malim *duces, non consules:* h. e. qui non tam gesturi essent consulatum in urbe, quam duces futuri exercituum contra quatuor hostes populos: atque idcirco deligendos esse meminissent his comitiis tales consules, qui magis sint idonei, ut reipublicæ præsint belli forisque, quam domi et in pace, *Jac. Periz.* in Orig. Babyl. c. 6. *Duces consules* reposui, quod tuentur Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. a m. pr. Lov. 2. 3. 4. Klockian. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *et duces consules* priscis edd. consentiens Harl. Primus Aldus *duces consules* recte dederat. Tum *deligi illo die* Gaertn. *illo die diligi* Lov. 1. eadem ratione, qua *dilectus* pro *delectus* sæpe occurrit. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Nisi confideret, eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie] *Confideret, cum consensu pop. Rom.* Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Sed solent voces *cum* et *eum* ob similitudinem literarum in Mss. confundi. Vide ad X. 7. § 3. Hinc *consulem* deficit in Gaertn. qui etiam *declaratam iri* præfert; at *declaratum reri* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *declaratum ieri* Lov. 3. *declaratum firi* Flor.

a m. pr. quod in *declaratum fieri* perperam mutavit manus interpolatrix. Voces *iri qui* desunt in Lov. 2.

Primus omnium ductor habeatur, dictatorem] Ludit in vocibus 'ductor' et 'dictator.' *Sigon.* *Primus ductor omnium haberetur* Lov. 2. *haberetur* etiam Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *habetur* Leid. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm.

CAP. XXII. § 1 *Quin Q. Fabius*] [Vide Var. Lectt.] Prima vocula deficit in Port. secunda in Gaertn. *quin Q. Fabius quintum* præfert Flor. *quin Fabius quintum* Leid. 1. et Lov. 4. *qui Fabius Quintus* Leid. 2. *quin Fabius Quintus* Lov. 2. 3. et 4.

Eumque et prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio] *Cumque prærogativæ* Leid. 1. Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad x. 7. § 3. *Cumque eum et prærog.* Lov. 3. *eumque et prærog. eum* Voss. 2. Deinde *consulem C. L. cum L. Volumnio* Leid. 2. et Lov. 1. Ceterum de prærogativis et jure vocatis vide Pantagathum apud Ursin. ad Livii I. 43. § 12. et Dukerum ad v. 18. § 1. Hic autem constanter omnes, quibus utor, codd. *prærogativæ*, non *prærogativa*.

§ 2 *Deinde, ut vincebatur consensu*] Pal. 2. *ut convincebatur*. Gebh. Eadem lectio exstat etiam in Lov. 2. Port. et Hav. Sed orta videtur ex scribarum errore; qui quum, omissa voce *vincebatur*, sequentis primam syllabam exarassent, neglegentia animadversa perperam omissum addiderunt, nec tamen τὸ *con* deleruut, ne codicem macularent. Similia alia vide ad II. 34. § 9. *Ut vincebantur* habet Leid. 1. Mox *versus*, pro *versa*, Lov. 2. *vestra* Leid. 2.

§ 3 *Id senectuti suæ adminiculum fore*] Vet. lib. *hunc senectuti suæ*. Sigon. Pal. 2. *hunc senectutis suæ admin. fore*. Gebh. *Id senectutis sua* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Gaertn. Sed litera sibilans fini vocis secundæ ex principio seq. adhæsit. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Adminiculum senectuti* autem ea ratione dictum est, qua plura alia, de quibus vide ad III. 46. § 2. *Id senectutis ejus* Lov. 2. *hunc senectutis suæ* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum defendit Gronovius ad Senec. Consol. ad Marc. c. 19. pluribus exemplis docens, pronomina potius genere convenire cum voce sequenti, quam præcedenti.

Duobusque consulatibus simul gestis expertum se, nil concordi collegio] Copula *que* exsulat a Gaertn. vox *simul* a Port. Deinde *expertum scire* quædam ex priscis edd. præferunt: *nihil* autem est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Port. Hav. et edd. Aldina prioribus. Reliqui *nil* tuentur. Vide ad VI. 40. § 3. Tum *concordi collegi* Leid. 2. *concordi collega* Hearnii Oxon. N. in margine: quæ alterius lectionis glossa videtur. Supra IV. 17. 'Is magistrum equitum ex collegio prioris anni L. Quinctium Cincinnatum dixit:' ubi alia vide. Mox *esset*, pro *esse*, Leid. 1.

Novo imperii socio vix jam adsuescere] *Ñ imperii socio* Leid. 1. *nã imperii socio* Lov. 2. *novi imperii socio* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vocula *jam* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia] Id est, cum homine, cujus mores noti sunt. Vide Gronov. ad Senec. Ep. VII. Præterea *se facile comm.* Lov. 4. *se potius comm.* Gaertn.

§ 4 *Quum meritis P. Decii laudibus, tam quod ex concordia*] Lege *tum quæ*. Gelen. *Tum meritis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et excusi ante Aldum. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde *cumque ex conc.* Lov. 2. *tum quia ex conc.* Lov. 1. *tum quod ex conc.* unus retinet Harl. Mox *cum quæ ex discordia* Flor. *quæque ea discordia*, pro *ex discordia*, Voss. 1. Leid. 1. et Hav. Vide ad XL. 59. § 8. et mox hoc cap. ad § 6. *Quam ea discordia* Leid.

2. et Lov. 1. *quæ ex discordia* Dov. 2. Deinde *mala in ministratione* Voss. 2. *mala administratione* Gaertn.

§ 5 *Memorando, quam prope ad ultimum discrimen*] Voss. uterque, Rott. Helm. *quam prope ultimum*. Recte. Vide ad VI. 42. *J. F. Gron.* Non bene videntur hæc procedere, *tum memorando, &c. admonendo*. Certe durum est in his ἀσύνδετον, quod *memorando* inter duo illa ponitur, quorum utrumque ad hoc verbum refertur. *Duk.* *Quam prope ad ultimum* in solis superest Harl. Port. et Hearnii Oxon. B. *quam prope in ultimum* in Hav. Sed recte *quam prope ultimum* Leid. uterque, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Oxon. L. 1. 2. N. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VI. 42. § 10.

§ 6 *Admonendo Decium Fabiumque, ut uno animo*] Pal. 2. habet *admonendo Decium Fabiumque; uno animo*. Gebh. *Amonendo* Lov. 1. Ita sæpe peccarunt librarii. Exempla vide ad III. 4. § 1. V. 46. § 6. VIII. 28. § 3. et alibi. *Decium Fabiumque, et uno animo* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8.

Esse præterea viros natos militiæ] Vet. lib. *gnaros militiæ*. Vere: nam sequitur oppositum 'ad verborum linguæque certamina rudes.' Sic c. 20. 'Gnaros Oscæ linguæ.' *Sigon.* Substituit Sigonius ex Mss. suis *gnaros*: quam bene, nescio. 'Natus militiæ' alius profecto, quam 'gnarus,' plusque ab eo requiritur. *Grut.* Propertius El. I. 6. 29. 'Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.' Pal. 2. *gnaros militiæ*, quod avide probat Sigonius, me invito, quia, hac admissa lectione, decerpitur laudibus Fabii Deciique: amplius enim est, 'natum' esse 'militiæ,' quam ejusdem 'gnarum.' *Gebh.* *Gnaros militiæ* etiam Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *garos militiæ* Lov. 1. Reliqui, et inter eos Flor. *natos militiæ* tuentur; quod etiam Gronovius alteri præferebat Observ. IV. 17. p. 278. multisque exemplis, etiam ex Livio petitis, inlustravit. Vide quoque notata ad IV. 13. § 11. Mox *linguæ certamina*, pro *linguæque*, Gaertn. Deinde *et ingenia*, pro *ea ingenia*, Lov. 2. 3. 4. *ex ingenia* Leid. 1. Vide modo ad § 4.

§ 7 *Callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset*] *Calidos* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Port. solita scribarum aberratione. Vide ad XXXV. 32. § 12. *Solertesque viris* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 5. *Solertosque viros* corruptius Portug. et Gaertn. Tum *eloq. consularis* Lov. 2. *eloquentiæ consultus* Lov. 3. *eloq. consulatus* Voss. 2. et Lov. 4. *eloq. consulatos* Leid. 1. Aurel. Vict. de Vir. Inl. c. 72. 'Eloquentiæ consultus ex ea gloriam peperit.' Cic. Orat. Phil. IX. 5. 'Neque enim ille magis juris consultus, quam justitiæ fuit.' Præterea *qualis vel Ap. Claudius esset* Hav. *qualis Appius C.* omissa etiam ultima voce, Port. et Gaertn.

Urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse] Rejiciunt copulam *que* Pall. duo: at Pal. 2. *creandos fore*. Gebh. *Urbis ac foro* quædam ex prioribus edd. *urbi ac fori* Leid. ambo, et Lov. 1. neque aliter Flor. a m. sec. in quo corruptius *urbi ac tori* a m. pr. legebatur. 'Præses urbi ac foro' similiter dictum est, ac 'princeps nobilitati,' 'adjutor consiliis,' et similia, de quibus vide ad lib. XXXIX. c. 47. § 11. Mox copula *que* deficit etiam in Lov. 3. Hinc *creatos esse* legit Lov. 2. *creandos fore* Hav.

§ 9 *Consules creati Q. Fabius et P. Decius: Ap. Claudius prætor*] *Creati consules* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Sed prior vox *consules* exsulat a Voss. 1. Hinc *Q. Fabius Max.* legit Lov. 4. Postea *Ap. Claudio pr.* Lov. 3. *Ap. Claudius pre. Ro.* Leid. 2. *Ap. Claudius p. R.* Lov. 1.

Omnes absentes] Oportuit Q. Fabium ac P. Decium non descendisse

in campum Martium; alioqui utique præsentes erant. Appius autem erat in Hetruria. Cæterum cum aliud fuerit tempus creandi, aliud ineundi magistratus, Livius in nunc sequentibus frequenter numerum adjicit posteriori tempori, quanquam ea res indiligenter ab eo observata est multis in locis. *Glar.* Non est prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos sæpe, inprimis autem Glareanum, torsit, explicetur; id est, quid sit apud Livium 'absentem consulem' aut 'prætorem creari:' non enim eum significat tantum, qui abest ab Urbe, sed etiam, qui, cum in Urbe sit, abest a Campo; in quo tamen comitia creandi magistratus causa habeantur. Sic loquitur IV. 42. 'Plebs tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium absentes fecit:' hos vero ex castris in Urbem cum consule reversos paucis ante versibus tradidit: et hoc lib. c. 5. 'Consul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo absentem creatum tradidere quidam.' Sic hoc loco Q. Fabius et P. Decius facti consules sunt, cum in Campo non adessent, Ap. Claudius prætor, cum non solum in Campo, sed ne in Urbe quidem tum, sed in Etruria, versaretur. Hoc autem ita esse, aperte docet Dionysius lib. IX. pag. 599. de Ap. Claudio consule absente facto, id est, ut ipse interpretatur, qui in Campum non descenderat: Ἄππιον Κλαύδιον πολλὰ ἀντειπόντα καὶ οὐδ' εἰς τὸ πεδίον ἐλθεῖν βουληθέντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲν ἧττον προεβούλευσάν τε καὶ ἐψηφίσαντο ἀπόντα ὕπατον. ['*Absentes* hos dici, æque Glareanus, atque Sigonius scivit.'] *Sigon.* Et tamen, qua ratione *absentes* dictum sit, lectorem despicere jubet Glareanus ad IV. 42. § 1. Vide autem eadem fere monentem Sigonium ad Liv. XXII. 26. § 12. *Absentes* etiam illos dictos esse, qui ab Urbe aberant, constat ex Liv. XXIV. 43. 'Creati consules ambo absentes.' Postea eodem cap. addit, 'Comitiis perfectis, auctore Q. Fabio consule, designati consules Romam arcessiti magistratum inierunt.'

Ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est] *Ex se et scitô plebis* Lov. 3. Vide ad XXVII. 25. § 3. *Ex senatu consultu* Haverk. Deinde præpositio *in* omittitur in Leid. 1. sed eam intercepit litera finalis vocis præced. Vide hoc lib. c. 13. § 3. 'Prorogatum in annum,' ut 'reficere in annum.' Vide ad IV. 55. § 6. Ceterum rogat Donjatius, an non potius ex senatus auctoritate, quæ leges et plebiscita præcedere hisce temporibus solebat? et respondet, hæc sæpe confundi. Sed proprie 'senatus auctoritas' dicebatur, quum vel senatus non legitimus aliquid decreverat, vel tribunus plebis intercesserat; 'senatusconsultum' si nihil tale intervenisset: interdum tamen 'senatus auctoritas' pro 'senatusconsulto' ponitur. Vide Manut. ad Cic. ad Famil. I. 1. Hic ergo proprie Livius dixit *ex senatusconsulto*, non *ex senatus auctoritate*. Verum est Patres hac tempestate ante initum suffragium auctores fieri debuisse; sed id obtinebat in comitiis centuriatis et curiatis, non tributis, unde Patres lege Publilia et Lætoria submoti erant. Vide pluribus hæc docte exsequentem Gronov. Obs. I. 25. Quin etiam in illis, in quibus Patres auctores fieri debebant, eorum decretum vocatur 'senatusconsultum.' Liv. l. VI. c. ult. 'Factum senatusconsultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret; Patres auctores omnium ejus anni comitiis fierent.' Hic alia res esse videtur. Senatus quum ex utilitate reipublicæ esse censeret, ut Volumnio in annum imperium prorogaretur, interposito senatusconsulto tribunis plebis negotium dedit, ut ea de re ad plebem comitiis tributis ferrent. Supra VIII. 23. 'Actum cum tribunis est, ad po-

pulum ferrent, ut, quum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret.' Hoc lib. cap. præc. 'Tribunis plebis negotium datum est,' (nempe a senatu, ut præcedentia docent,) 'ut plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare.' XXVII. 22. 'Prorogatum' imperium 'et L. Veturio Philoni est. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est.' Nisi quis locum hunc alio pertinere censeat. XXXIV. 53. 'Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebsque scivit, ut Latinæ duæ coloniæ deducerentur.' XXXV. 20. 'His duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permutatæ provinciæ sunt.' c. 40. 'Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est senatusconsulto plebisque scito.'

CAP. XXIII. § 1 *Eo anno prodigia multa fuerunt*] *Eodem anno* Hearnii Oxon. C. Vide hoc lib. ad cap. 10. § 6. Tum *fuere* Lov. 4. et Hav.

Quorum averruncandorum caussa] *Quorum procurandorum* Lov. 4. *quorum advertendorum* Hearnii Oxon. L. 1. 2. et N. in contextu, *quorum avertendorum* Voss. 1. in margine, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Oxon. B. ac C. Sed, nubem pro Junone amplexi, scribæ pro voce minus nota notiorem, quæ ejus interpretatio erat, in contextum receperunt. Vide quæ notantur ad VIII. 6. § 11. et Gronov. ad Livii XXIX. 27. § 2.

§ 2 *Publice vinum ac thus præbitum*] Vet. lib. *ac thus sacrificiis præb.* Sigon. Pall. duo *thus plebi datum præbiturum.* Ceterum illud *sacrificiis* intrusum ab Sigonio aspernantur quoque vetustæ edd. *Gebh.* Valde corrupte hæc in scriptis habentur: in uno consentiunt, quod ignorant τὸ *sacrificiis* ab Sigonio additum. *J. F. Gron.* Neque ego τὸ *sacrificiis* in ullo cod. ne illis quidem, qui ceteroquin plerumque vet. lib. Sigonii adsentiuntur, inveni. Præterea *ac par thus biduum* Voss. 1. *ac pãthus biduum* Leid. 2. et Lov. 1. *ac thus plebituũ* Voss. 2. et Leid. 1. neque aliter Lov. 4. nisi quod voces *ac thus* omittat, relicta tamen lacuna. *Ac tum sprebitum* Flor. *ac thus plebi datum præbiturum* Lov. 3. *ac per thus*, reliquis omissis, Hearnii Oxon. L. 2. *ac thus biduum* Oxon. C. *ac thus exhibuerunt* Oxon. N. sed a manu altera. Vocem itaque a Sigonio additam, et a Gebhardo ac Gronovio damnatam, sed in contextu relictam, inde ejeci. Ex vitiosa autem cod. Flor. scriptura patet, librarium ejus *tus* sine adspiratione scribendum censuisse: quam orthographiam plurimi probarunt. Vide Achill. Stat. ad Tibull. Eleg. I. 3. 34. Dausquei. in Orthogr. part. 2. et Voss. in Etymol. Ling. Lat. in voce 'Tus.' Vox *publice* deficit etiam in Leid. 2. Mox *supplicatum ire* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. Vide ad XLV. 2. § 7.

§ 3 *Certamen in sacello pudicitiæ patriciæ, quæ in foro boario est ad ædem*] Vox *patriciæ* deest in Gaertn. et quibusdam edd. vett. Tum *quæ in foro bovario est* Flor. Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. in contextu. Vide ad XXXV. 40. § 8. *Quod in foro bovario est* Leid. 2. et Hav. *quod in foro boario est* Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. C. *in sacello Pudicitiæ in foro boario patriciæ, quod est ad ædem* Lov. 3.

§ 4 *Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio*] *Verginiam* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. quomodo iidem codd. cum Voss. 2. etiam mox § seq. exhibent, et Exc. Pithœi apud Hearnium hoc loco. Vide ad II. 17. § 1. *Virginii Auli P. filiam* Gaertn. Deinde *nuptam L. Volumnio* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. N. L.

2. C. omnesque editi usque ad Curionem, qui primus prænomen omisit. Tot itaque codicum testimonio firmatum revocavi; quod interim etiam Sigonius fecerat, sed a nullo auditus.

Quod e Patribus nupsisset] Lege *enupsisset*. Gelen. *Nupsisset* in solo apud me Harl. superest; itaque primum editum vidi Mediolani 1480. neque eam lectionem recepit nisi Frobenius 1531. unde Gelenio priorem lectionem revocandi occasio data est. *Nupsisset* se etiam in Aleriensi ed. reperisse Hearne testatur. Romana tamen 1472. *enupsisset* offert: quod etiam in omnibus scriptis meis superest, nisi quod *emisisset* legat Hav. Præterea *de Patribus* Lov. 4. Male. Supra IV. 4. 'Neque vestras filias sororesque enubere sinendo e Patribus:' ubi etiam de verbo 'enubere' plura dicta sunt. Mox *sacris arguerant*, pro *arcuerant*, Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad l. VI. c. 25. § 6.

Brevis altercatio inde] *Brevis autem alt.* Voss. 2. et Lov. 3. *Brevis altricatio* Leid. 2. et Gaertn. Vide ad IV. 6. § 1. Mox *in contemptionem* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. *in contempsionem* Gaertn. Ita etiam 'contendere' et 'contemnere' in Mss. confundi solent. Vide ad VI. 6. § 6. *In concionem* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 4. Adde hoc lib. ad c. 26. § 6.

§ 5 *Et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit*] Signatum in re nuptiali verbum. Propertius Eleg. IV. 3. 13. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit.' Pal. 2. *virgo devecta*. Gebh. Ita et Hav. Sed 'deducere' hoc sensu inlustrant Jan. Gulielm. in Plautum Miscell. Quæst. cap. 4. et Gronov. ad Plauti Milit. Glor. III. 1. 91. Præterea *vetumi nuptam* Leid. 1. *uni nuptam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Volumnio nuptam* Lov. 2. *viri nuptam* Gaertn. qui idem etiam *atque virgo*, pro *ad quem virgo*, librarii culpa exhibet.

Nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum pænitere] *Bonorumve* Lov. 2. Tum *nec rerum gestarum* Hearnii Oxon. C. Deinde *pœniteret* Lovel. 2. et 3.

Vero gloriaretur] *Non gloriaretur* Leid. 2. *verum gloriaretur* Lov. 2. et Neapol. Latinii. Doujatio rotundius futurum videbatur, si *vere* legeretur; agnoscit tamen *vero* accipi posse pro 're omnino vera,' 'ex vero.' Hinc efficit, priori conjectura opus non fuisse. Sane *vero* hoc sensu poni docuerunt Sciopp. Susp. Lect. IV. 20. et Cortius ad Sallust. Cat. cap. 58. § 16. et cap. 61. § 1. Vide etiam ad XL. 9. § 8.

§ 6 *Quod satis esset loci modico sacello, exclusit*] Vide Gronovium Obs. III. 13. *Duk.* *Quod satis esse* Leid. 2. Paullo ante *Facto deinde egregiore* Port. a m. pr. et *adduxit*, pro *adauxit*, Hav.

Convocatis plebeiis matronis] Vir doctus legere videtur ad Tacitum *convocatis plebeiis matrimoniis*: ut dicitur ab aliis 'conjugium' pro 'conjuge,' 'servitium' pro 'servo,' 'clientelæ' pro 'clientibus.' *Modius*. *Matrimoniis* Ms. recte: 'matrimonium' enim pro matrona, ut in Tacito 'conjugium principis' pro conjuge principis, et 'clientelæ' pro clientibus. Vide Lipsium ad Tac. Ann. lib. XII. c. 65. Virg. Æn. III. 296. 'Conjugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum.' Apuleius de As. Aur. lib. IX. p. 154. ed. Colv. 'Pudicitiamque caro conjugio conservare summa diligentia cuperet.' *Klock*. *Matrimoniis* etiam Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. in contextu, Port. et Gaertn. Ita loquitur sæpe Justinus locis quæ lexicographi notarunt. Adde XVIII. 5. 'Ut et juventus matrimonia, et urbs sobolem haberet.' Florus I. 1. 'Itaque matrimonia a finitimis petita:' ubi vide Dukerum. Subdubito tamen, an ita Livius loquutus sit,

quia non modo in ipso, sed ne in æqualibus quidem scriptoribus, simile exemplum obcurrit. Paullo ante *aramque ibi imposuit* Gaertn. pro *posuit*. Sed prima syllaba *im*, vel *ĩ*, nata est ex præced. vocis litera finali. Vide ad v. 37. § 7. 'Ponere aram,' ut apud Ovid. Ep. Her. XXI. 157. 'Ter mihi jam veniens positas Hymenæus ad aras Fugit.' Fast. I. 275. 'Ara mihi posita est parvo conjuncta sacello.' Potest etiam *aram posuit* accipi pro 'aram dedicavit:' quo sensu 'ponere' apud Livium et alios passim obcurrit.

Conquesta injuriam patriciarum] Pall. duo *conquesta de injuria*. Sic mox cap. 24. referunt Pall. duo *P. Decius de senatus injuria querebatur*. Gebh. *Conquestam injuriam* Gaertn. *conquesta injuria* Leid. ambo, Lov. 1. et Harl. quasi deponens hic accipiendum foret forma passiva. Potius tamen existimo, librarios ita scripsisse ob illam caussam, quam dedi VI. 3. § 8. ex qua eadem caussa etiam nata est modo memorata cod. Gaertn. scriptura, ut et *conquesta injuriarum patr.* in Lov. 2. *conquesta de injuria* Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. Vulgatum præfero. Infra XXXV. 12. 'Thoas prætor eorum conquestus injurias Romanorum.' XXXIX. 5. 'Id Cenomani conquesti Romæ apud senatum.' Et ita XXIX. 9. 'Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit:' et l. XXXI. c. 31. 'Quum ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem;' pro *ad conquerendum injurias*. Et ita sæpius etiam Livium 'queri injuriam,' 'necem,' et similia dixisse, videbimus ad XXIX. 19. § 5. Vox *patriciarum* exsulat a Lov. 4.

§ 7 *Hanc ego aram, inquit, Pudicitiæ plebeiæ dedico*] Vox *aram* omisit scriba Harl. *Hanc aram ego, inquit* præfert Leid. 1. *Pudicitiæ dedico plebeiæ* Voss. 2. et Lov. 3.

Vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet] *Vosque exortor, et quod cert.* Hav. Tum vox *virtutis* deest in Lov. 4. sequens *viros* in Lov. 3. cujus loco *pares* præfert Port. Mox *hec pudicitiæ*, pro *hoc*, Lov. 2.

§ 8 *Si quid potest, sanctius et a castioribus coli dicatur*] *Si quidem sanctius et e cast.* Lov. 2. Displicuisse videtur librario, τὸ *quid* hic abundare; quod tamen post voculam *si* frequens est. Vide ad III. 48. § 4. *Si quid potest, a sanctioribus et cast.* Harl. et editi Aldo priores. Non placet propter id quod additur. 'Mulier' enim 'sancta' est casta. Vide viros doctos ad Phædri Fab. III. 10. 30. At 'sanctius colere' est majori religione colere: apud Cic. de Nat. Deor. I. 21. 'Pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem.' l. II. cap. 24. 'Non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt.'

§ 9 *Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est*] *Non quod illa antiq.* Voss. 2. *nisi quod illa antiq.* Lov. 4. *quod illa antiq.* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *qua illa antiq.* Hav. *quam illa antiq.* Flor. a m. sec. Tum *est culta* Port. Gaertn. et Hav.

Ut nulla, nisi spectatæ pudicitiæ matrona, et quæ uni viro nupta fuisset] *Ut nulla non spect. pud. matrona* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *viro* in quibusdam non comparet edd. principibus.

§ 10 *Vulgata dein religio a pollutis*] Hoc Latine loquentibus puto esse 'religio enunciata est a profanis.' Horatius Od. III. 2. 26. 'Qui Cereris sacrum vulgarit arcanæ.' Ovidius Art. Amat. II. 602. 'Quis Cereris ritus ausit vulgare profanis?' Petron. c. 17. 'Ne, quod in sacello Priapi vidistis, vulgetis:' et c. 18. 'Neque sacra quemquam vulgaturum.' 'Enunciare' dixit Livius c. 38. 'Quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum:' de quo Gronovius ad

IX. 16. Sed non apparet quidquam in sacro Pudicitiæ fuisse, quod enunciari nefas esset. Suspicor deleta præpositione legendum *Vulgata dein religio pollutis*, et sententiam esse: quum primum non nisi spectatæ pudicitiæ matronæ, et quæ uni viro nuptæ fuissent, sacrificandi in hoc sacello jus haberent, deinde hoc sacrum cum aliis quoque communicatum, et ad id etiam stupris atque adulteriis pollutas, non matronas solum, verum etiam promiscue omnis ordinis fœminas, admissas fuisse. 'Vulgare' est sæpe vulgo promiscue pluribus tribuere, et cum pluribus communicare, quod Livius cum præpositionibus *in*, *cum*, et *per* effert II. 41. IV. cap. 1. et 30. ac XXVIII. 27. Sed non minus cum tertio casu dicitur. Cic. de Arusp. Resp. cap. 27. 'Quæ navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit?' Senec. Hippol. vs. 910. 'Et castum diu Vulgare populis corpus.' Cetera, quæ huc pertinent, legi possunt apud Gyraldum in Historia Deor. Syntagm. I. pag. 35. ed. Lugd. et Passeratium ad Propert. El. II. 6. p. 271. SODALITAS. PUDICITIÆ. SERVANDÆ in inscriptione apud Sponium in Miscell. c. 2. in fin. et in Gudianis p. CCVII. 10. Quæ fuerit, et an aliquid commune cum hoc sacro habuerit, mihi incognitum est. *Duk.* *Vulgata deinde religio* Leid. 2. Lov. 2. Harl. Port. Hav. Gaertn. et editi usque ad Froben. qui a. 1535. *dein* recepit: cum quo faciunt reliqui codd. Vide ad III. 3. § 6. Tum *ab pollutis* Port. Gaertn. et Hav. Mox *ne a matronis*, pro *nec*, Voss. 2. *nec a matrimonio* Hav. quomodo quum hoc loco peccarit scriba, id me confirmat, idem hominum genus similiter peccare potuisse hoc cap. § 6.

§ 11 *Eodem anno Cn. et Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt*] Pall. duo et ed.Camp. *Oguinii*. Pal.2. *Cognixii æd. cur. aliquot diem fæn. dixerunt.* Gebh. *Cn. et Q. Oguinii ædiles curules* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. neque aliter Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod vocem *curules* omittant. *Cornelius et Q. Egunii ædiles curules* Lov. 2. *Cn. et Q. Eginii ædiles curules* Hearnii Oxon. L. 1. *Oguini* Lov. 3. *Ognunii* Lov. 4. *Ogolini* Gaertn. *Cn. Q. Ogmunii curules* Hav. Similia lectionum monstra erant in Mss. hoc lib. c. 6. § 3. Tum *aliquibus fæn.* Lovel. 2. Vide ad VI. 27. § 8. *Aliquot senatoribus* Leid. 2. Ita autem peccatum a librariis, quum *fen'atoribus* scriptum esset, propter similitudinem literarum *ſ* et *f*. Vide ad XXII. 28. § 10. Vocem *diem* omittit Lov. 3.

§ 12 *Quorum bonis mulctatis*] *Multatis* Leid. 1. Lov. 1. ac 2. a m. pr. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Livii II. 52. § 4. Insolens autem est locutio 'multare bona,' quum potius dicendum foret 'multare bonis,' quemadmodum 'multare agro:' ea itaque displicuit librariis Voss. 2. et Lov. 3. qui *quorum bonis instatis* perperam dederunt. Livius potius *quorum bonis multatis* dixit, quam *quibus bonis multatis*, ut concursum ablativorum evitaret, quemadmodum observat Doujatius.

Ænea in Capitolio limina] *Janua* Lov. 2. *lumina* Leid. 2. sollemni scribarum errore. Iis quæ notavi ad Silii I. 66. adde Burm. ad Suet. Calig. c. 45. *luminaria* habet Lov. 4. An hujus lectionis auctor ob oculos habuit locum Eginh. in vit. Caroli M. c. 26.? 'Miræ pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit, auroque et argento et luminaribus, atque ex ære solido cancellis et januis ornavit.' Sed vulgatum probum est. De æneis Capitolii liminibus vide Just. Rycquium de Capitol. c. 17. Mox *in cellam Jovis*, pro *in cella*, Voss. 1.

Jovemque in culmine cum quadrigis] Has 'argenteas' fuisse, ex hoc loco scribit Rycquius de Capitol. c. 15.

'æneas' Nardinus Rom. Vet. v. 15. Mihi ex verbis Livii neutrum pro certo videtur adfirmari posse. Sed Rycquius secum non satis consentit: nam si ex eo quod de argenteis vasis præcedit, colligere voluit quadrigas quoque argenteas fuisse, etiam de simulacro lupæ et infantium idem statuere debuerat; at c. 24. non videtur improbare sententiam eorum, qui hoc æneum fuisse putant. *Duk.* *Jovem in culmine* Voss. 2. et Lov. 3.

Et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt] *Et aficitum Rum.* Voss. 1. a m. pr. vocula *et* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *simulacrum infantium* Voss. 2. Deinde præpositio *sub* exsulat ab eodem Voss. 2. ut et Leid. 1. atque Lov. 2. 3. 4. Tandem *posuere* Lov. 4. Ceterum de lupæ infantium nutricis simulacro vide Just. Rycquium de Capitol. c. 24.

Semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt] Utrobique [hic et mox 'ad Cereris ædem'] *ædem* scriba benignus de suo adjecit. *Gelen.* Quærunt viri docti in libro de Tutela Viarum part. II. c. 3. pag. 249. an cura sternendarum viarum (in Urbe scilicet, ut ex iis intelligitur quæ paullo post de cura viarum in Urbe definiunt) ædilibus etiam injuncta fuerit? et respondent, ita quidem videri posse ex hoc loco Livii, et ex eo qui cap. ult. hujus libri est: 'ab ædilibus curulibus, damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est:' nec non ex iis quæ de clivo Publicio in Varrone de Ling. Lat. lib. IV. p. 38. Ovidio lib. v. Fast. vs. 287. et Festo in voce 'Publicius' leguntur: verum curam sternendarum viarum in Urbe penes censores et IV. viros fuisse; ædiles vero aliquando ex multaticia pecunia, jussu senatus et populi, aliquando etiam privatis sumtibus, ob 'primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' ut Cicero, et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν, ut Plutarchus vocant, extra ordinem vias munivisse. In his nonnihil scrupuli est. Nam Martis ædes, de qua hic Livius agit, extra Urbem haud procul porta Capena erat, ut ex Livii VII. 23. et Ovidii Fast. VI. 191. constat. Vide Donat. de Urb. Rom. III. 13. et Nardin. Rom. Vet. III. 2. Et Bovillas ad X. ab Urbe lapidem ponit Tabula Peutingeriana, ad XI. Scholiastes vetus Persii ad Satyr. VI. 55. Quomodo ergo, cum de plateis in Urbe quærunt, ad illas loca Livii referri possunt? Veniebat in mentem, ædem Martis posse dici 'in Urbe' fuisse, quemadmodum JCti 'Romæ esse,' vel 'fieri,' dicunt, quæ in continentibus Urbis ædificiis sunt, vel fiunt. Nec tamen hoc omnino satisfacit, quia aliud est *in Urbe*, aliud *Romæ*: 'Urbis' enim 'appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patere' scribit Paulus l. 2. pr. D. de U. S. Et ut hoc de Martis templo concedatur, tamen vix est ut via a Martis ad Bovillas 'in Urbe' fuisse dici possit, aut Bovillæ eo tempore, de quo est cap. ult. 'in continentibus Urbis ædificiis' numerari potuerint. Nam quod Propertius El. IV. 1. 33. et Ovidius Fast. III. 667. Bovillas 'suburbanas' vocant, id ad hanc ætatem, qua nondum tanta erat amplitudo Urbis, referri non potest. Nam sic Florus I. 11. § 7. 'Tibur,' quod fere XX. lapide ab Urbe aberat, et olim bella cum Romanis gesserat, 'nunc' (id est, sua ætate) 'suburbanum' vocat. Quamquam autem neutrum horum locorum Livii ad vias in Urbe pertinere puto, tamen, si quis credere velit hoc tempore ædilibus etiam injunctam fuisse curam viarum in Urbe, illius sententiæ confutandæ non sufficit quod dicitur, 'curam sternendarum viarum in Urbe apud censores et IV. viros fuisse;' sed ostendendum est, id jam A.U.C.

CCCCLVII. et CCCCLX. ita fuisse, in quorum annorum rebus gestis hæc quoque de viis prodit Livius. Mihi probabilius videtur, curam viarum in Urbe primum magis ad ædilium, quam censorum, munus pertinuisse. Nam et naturæ rei conveniens est, ut, quibus cura ædium et locorum publicorum mandata erat, iidem etiam vias in Urbe curarent; nec censores ab initio hujus rei causa instituti sunt. Quando autem hi hoc jure uti cœperint, et utrum id a senatu aut populo tributum fuerit, an alia quadam ratione acceperint, nusquam proditum scio. Nec credo Lipsio c. 13. de Magistrat. Rom. sine auctoritate veterum scribenti, censores curam illam 'in Urbe semper' habuisse, 'extra Urbem paullo serius' sumsisse. Certe in verbis Livii XLI. 27. quem hujus sententiæ auctorem laudat, nihil est, unde colligi possit, quod de censorum cura viarum 'in Urbe' dicit. 'Censores,' ait Livius in A. U. C. IƆLXXIX. 'vias sternendas silice in Urbe, glarea substernendas extra urbem, marginandasque primi omnium locaverunt.' Nec ullam, quod quidem sciam, viam a censoribus, sive in Urbe, sive extra eam, munitam ante censuram Ap. Claudii et A. U. C. CCCCXLI. tradiderunt veteres, Appiam scilicet, quæ extra Urbem erat. Quod si jam demus, statim ab initio instituti hujus magistratus munus censorum fuisse, vias in Urbe sternere et curare; tamen ex eo non consequeretur, idem ad ædiles non pertinuisse. Nam quum deinde quatuorviri viarum in Urbe curandarum creati sunt, tamen censores quoque hanc curam administrarunt. De quatuorviris viarum in Urbe curandarum hoc addo, virum doctum, quum hæc duo loca in Livii lib. X. de viis in Urbe accipiat, non satis accurate videri statuere, hoc ædilibus extra ordinem datum fuisse, eo quod cura viarum in Urbe non solum apud 'censores,' verum etiam apud 'quatuorviros' esset. Nam quo argumento probat, hos jam A. U. C. CCCCLVII. et CCCCLX. in republica fuisse? Quo tempore hi primum instituti fuerint, non pro certo dici posse reor. Pomponius in l. 2. § 30. D. de Orig. Jur. auctor est, 'eodem tempore' quatuorviros, qui curam viarum gererent, triumviros monetales, et capitales constitutos fuisse. Triumviros capitales A. U. C. CCCCLXIV. primum creatos putat Pighius in Annal. ex Epit. Liv. lib. XI. ubi post relatum Curii consulatum ac triumphos, et deductionem aliquot coloniarum additur, 'Triumviri capitales tunc primum creati sunt.' Sed ex hoc nihil certi de ea re statui potest: non enim magis necesse est, hæc omnia ad unum annum adligari, quam alia in iisdem Epitomis, quæ auctor illarum per plures annos sparsa sæpe in unum cogit. Nec ex eo, quod Pomponius dicit hos et decemviros litibus judicandis 'eodem tempore' constitutos, conficitur, hos omnes eodem anno in rempublicam venisse, si alia argumenta, quibus hoc ostendi possit, non suppetant. Nam multa apud Pomponium ἐν πλάτει accipi debent, nec ad accuratam temporum rationem exigi possunt. Gutherius quidem de Offic. Dom. Aug. III. 19. triumvirorum capitalium creationem in A. U. C. CCCCLXV. confert, et auctores citat Fastos, atque ex iis etiam nomina illorum, si Dis placet, nobis adnumerat. Et sequitur eum, ut sæpe pessima quæque, stupor Pitisci in Lexico Antiquitatum. Sed omnes, quas vidi, Fastorum edd. Q. Marcium Tremulum et P. Cornelium Arvinam, e quibus Gutherius primos triumviros capitales facit, eo anno consules habent. Quæ Gutherio tanti erroris causa fuerit, non possum excogitare. Sed suspicor, ortum fuisse ex edit. Fastorum Panvini, in cujus margine ad hæc nomina consu-

lum adscriptum est, *III. viri capitales primi.* Sed, ut ad verba Livii, quorum occasione longius, quam debueram, evagatus sum, redeam, quod doctissimus Auctor libri de Tutela Viarum, (qui ædilibus post censores in rempublicam inductos omnem curam ordinariam viarum in Urbe adimit,) porro scribit, eos aliquando ex pecunia multaticia 'jussu senatus et populi extra ordinem' vias (in Urbe, scilicet, de quibus ibi agit) munivisse, de eo nihil in Livii, Ovidii, Varronis, et Festi prolatis ab eo locis dici video: nec adsequor, quod denique addit, aliquando etiam 'privatis sumtibus' hoc ab iis factum 'ob primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν, ut Cicero et Plutarchus vocant. Quæ in his sit consequutio, Cicero de Legibus III. 3. et Plutarch. in Paullo Æmilio in princ. ædilitatem curulem ita vocant; ergo ædiles curules interdum privatis sumtibus 'ob primum adscensum ad honoris amplioris gradum,' et πρώτην τῶν ἐπιφανῶν ἀρχῶν vias in Urbe muniebant, acutiores quam ego sum videbunt. *Duk.* *Ab Capena porta* Port. Gaertn. et Hav. qui tres codd. cum Voss. 2. Harl. et Hearnii B. atque N. in margine *ad Martis ædem* præferunt; sed *ad Martis templum* N. in contextu. Verum et *ædem* et *templum* ex glossa margini adscripta in contextum irrepsit, quas voces Livius sæpius omittere solet. Supra II. 51. 'Ut primo pugnatum ad Spei sit æquo Marte.' XL. 51. 'Theatrum et proscenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio locavit.' XLI. 28. 'Alterum diem supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.' Vide Sanctium in Minerva IV. 4. in voce 'Ædes,' et quæ ibi notavit Perizonius. Similiter, ut hoc loco, errarunt librarii sæpe. Vide ad Livii I. 41. § 4. XXIII. 33. § 4. XXXVIII. 28. § 3. alia vide ad XXXVII. 18. § 1. Contra eamdem vocem, quam hic perperam addiderunt, perperam omiserunt v. 21. § 10. Deinde *statuerunt* Voss. 1. a m. pr. Port. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Ab ædilibus plebeiis L. Ælio Pæto et C. Fulvio Curvo*] Tertia vox non adparet in Hav. nec quinta in Leid. 2. et Lov. 1. *L. Æmilio Pæto* male legunt Harl. et quædam ex edd. vett. Vide ad IX. 7. § 13. Copula *et* deficit in Lov. 2. Deinde *C. Fulvio Corvo* est in Gaertn. *C. Fulvio Curtio* in Flor. *Curvo, Corvo,* et *Curcio* in Oxoniensi N. esse, Hearnius testatur.

Ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis] *Ex multaticia* Leid. 1. Lov. 1. 2. et Port. Eoque ducunt vestigia Flor. et Leid. 1. qui *multacitia,* transpositis literis, præferunt. Vide ad II. 52. § 4. *Ex insticia* Voss. 2. *ex instatia* Lov. 3. Deinde *jam,* pro *item,* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. sed vocula illa deficit in ed. Rom. 1472. et Parm. Tum *pepona,* pro *pecunia,* Lov. 4. Hinc *quam exigerant* Gaertn. *quam exegerant* Port. Hav. et Oxoniensis B. Porro *a pecuariis* Gaertn. *ab peculiariis* Hav. *ab pecuniariis* Port. et Hearnii Oxoniensis B. *pecuniariis* Voss. 1. 2. Lov. 1. 2. 3. et Oxoniensis N. Vide etiam hoc lib. c. 47. § 4. De pecuariis vide Burm. de Vectig. c. 9. p. 140.

Pateræque aureæ ad Cereris positæ] *Ad Cer. positæ ædem* Lov. 2. *ad Cer. ædem* Harl. Flor. a m. sec. et Hearnii Oxonienses B. atque N. in margine: *in Cer. templum* ejusdem N. *in Cer. ædem* Port. *in Cereris æde* Gaertn. et Hav. *a Cereris* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide supra hoc §.

CAP. XXIV. § 1 *Q. inde Fabius quintum et P. Decius quartum consulatum ineunt*] *Quoniam Fabius* Lov. 3. *Quæ inde Fabius* Lov. 4. *Q. Fabius inde* quædam ex antiquis edd. quo ordine vocula illa, si in proponendis novis consulibus usurpatur, sæpe ob-

currit. Vide ad II. 49. § 9. Ex scriptis tamen nullus ei lectioni favet. Deinde vox *quintum* omittunt Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *quinto* et *quarto* est in Gaertn.

§ 2 *Concordia inter se clari*] *Inter se dare* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *inter se dari* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. qui error natus est ex eo, quod literæ *cl* ob ductuum affinitatem coaluerint in *d*. Sæpissime ita peccarunt scribæ indocti. Hinc datum est *induxerant*, pro *incluserant*, II. 2. § 8. *dicentes*, pro *clientes*, III. 16. § 5. *a sede*, pro *assecla*, V. 11. § 2. *indudunt*, pro *includunt*, VI. 8. § 9. *inditam*, pro *inclitam*, VI. 42. § 5. *data*, pro *clara*, IX. 29. § 5. *Deonymus*, pro *Cleonymus*, X. 2. § 1. *dementia*, pro *clementia*, XXI. 60. § 4. *Philodes*, pro *Philocles*, XXXII. 38. § 3. *Damides*, pro *Damocles*, XXXIV. 25. § 7. *Xenodides*, pro *Xenoclides*, XXXV. 50. § 8. *Ditore*, pro *Clitore*, XXXIX. 35. § 8. Contra sæpe etiam litera *d* dissolvitur in *cl*. Hinc datum est *clementia*, pro *dementia*, VIII. 5. § 7. *declarat*, pro *dederat*, IX. 43. § 15. *inclitum*, pro *inditum*, ad XXI. 31. § 4. *Classius*, pro *Dasius*, XXIV. 45. § 1. *Classaretii*, pro *Dassaretii*, XXXVI. 10. § 10. *clamatus*, pro *dam̄atus*, vel *damnatus*, Epit. Liv. lib. CXX. Alia exempla vide apud Casaub. ad Suet. Cæs. c. 39. Burmann. ad Suet. Galb. c. 9. ad Calpurn. Ecl. IV. 117. Cortium ad Sall. Jug. c. 22. et Plinii Ep. I. 20. Vide etiam quæ notavi ad Silii II. 52. Simili modo *el* in *d* coaluisse, ac librarios *datus*, pro *elatus*, scripsisse, vidimus ad II. 16. § 7. Paullo ante *ne gloria*, pro *nec gloria*, est in Voss. 1. et Leid. 2. et mox in verbis seqq. *nec perpetua*, pro *ne*, in Voss. 1. Vide ad III. 47. § 7. *Certamine* etiam, pro *certamen*, in Port.

§ 3 *Ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet*] Omnia hæc verba cum tribus seqq. desunt in Lov. 3. 4. et Voss. 2. *in Etr. extra ordinem*, addita præpositione, legunt Voss. 1. et Leid. ambo. *Etr. provinciam extra ordinem* Lov. 2.

Ut ad sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu] *Revocaretur* Lov. 2. *revocare* Lov. 4. Voces *revocaret. Fuit certe contentio* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. at sola vox *certe* in Hav. qui etiam præfert *in senatum*.

§ 4 *Revocata res ad populum est in concione: ut inter*] Perversissima distinctio, quam sic emendes licet: *revocata res ad populum est. In concione, ut inter militares, &c.* Sunt enim eadem τὰ *ad populum*, et *in concione*. Jac. Gron. Interpunctio, quam Gronovius probat, est in omnibus edd. neque ad Gruterianas. In quarum una, quæ prodiit Paris. 1625. operæ aberrantes dederunt *ad populum est, in concione, ut inter:* in altera 1628. *ad populum est in concione: ut inter.* Priorem ergo reduxi. Ceterum *in concionem* Flor. Voss. 2. Gaertn. et Hav. *in contentionem* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *ad contentionem* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 4. Tum *et inter militares* Lov. 2. 3. et Voss. 2. Mox *parva verba*, pro *pauca*, Lov. 4. sollemni librariorum lapsu, qui sæpius hæc verba confundere soliti fuerunt. Vide Broekh. ad Prop. Eleg. IV. 10. 24. N. Heins. ad Nason. Met. II. 788. Fast. III. 66. ex Pont. Ep. III. 1. 60. et Burm. ad Nason. Fast. III. 192.

§ 5 *Fabius, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum esse, dicere*] Si hæc vere scribuntur, qui factum est, ut a. CCCCXLVI. idem hic Fabius cum eodem hoc P. Decio collega consule non contenderit, atque adeo ægre tulerit, Hetruriam, a se jam in triumpho latam, ad sortem revocari, ubi sors ejus provinciæ in Decium cecidit? Mirum vero, Livium ejus prorsus nullam dicere caussam. Videndum etiam hoc loco, num *consevisset* legendum, pro *conseruisset*. Glar. Vet. lib. *seruisset*. Si-

gon. Probe *conseruisset* Pall. duo, editionesque antiquissimæ. Pal. 2. vero *seruisset*, addito tamen supra *con.* alii *consevisset*. Gebh. 'Conserere arborem' utique recte dicitur. Cato de Re Rust. c. 6. 'Hoc genus oleæ in viginti quinque, aut in triginta pedes conserito.' Palladius de Re Rust. mense Apr. Tit. IV. 'Locis calidis Aprili mense ziziphum conseremus:' pro quo mense Junio Tit. v. de eodem dicit 'serere.' Et Octobr. Tit. XII. 'De palmis cogitet conserendis.' Frustra quoque Glareanus *consevisset*. Vide Cujac. Obs. XI. 39. *Duk. Consevisset* Glareani nullius cod. auctoritate confirmatur. Et sane 'consero' hoc sensu perfectum non tantum 'consevi,' sed etiam 'conserui,' formasse, ex participio 'desertus' apud Tibull. El. I. 15. probat Voss. de Annal. III. 30. eodemque sensu etiam 'insertus' dixit Sueton. in Tib. c. 3. *Seruisset* soli exhibent Port. et Hav. quod perperam Sigonius ex vet. lib. recepit. Alterum enim non tantum servant reliqui scripti, sed apud optimos scriptores etiam in frequenti usu est. Varro de Re Rust. I. 24. 'Agrum oliveto conserundo, nisi qui in ventum favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.' Plin. XIV. 3. 'Narbonicam' vitem 'vocant, quam nunc tota provincia conserit:' et c. 4. 'Qui locus vine optimus dicetur esse, helvinum minusculum conserito.' Vide quæ notarunt Broekhus. ad Prop. El. IV. 4. 3. et viri docti ad Silii X. 533. Ceterum *facilius*, pro *Fabius*, est in contextu Voss. 1. Tum *et sub ea legere alium fructum* Hav. *sub alia legere alium fructum* Leid. 2. Hinc *indignum* exsulat a Gaertn. Tandem *diceret* Flor. Lov. 1. 3. et Leid. 1. Vide ad I. 50. § 5.

Se aperuisse Ciminiam silvam, viamque per devios saltus] *Se apparuisse* Gaertn. Vide ad XLIV. 28. § 10. Tum *Cuminam silvam* Leid. 2. Vide ad IX. 36. § 1. Deinde *namque per devios saltus* Port.

§ 6 *Quid se id ætatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent*] *Quid si id ætatis sollic.* Gaertn. *Quid se ad id ætatis sollic.* Hearnii Oxon. C. *Quid se ad id sollic.* Lov. 2. Vulgatum rectum est, et sæpius apud Cic. obcurrit. de Orat. I. 46. 'Quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis, oneris ab horum adolescentium studiis inponitur.' in Verr. I. 26. 'Homo, qui et summa gravitate, et jam id ætatis, et parens esset, obstupuit.' II. 14. 'Ut hominem id ætatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur:' et alibi sæpius. Deinde *bella gesturi essent* Port. et Hearnii Oxon. B. *belli gesturi essent* Hav. *bellum gesturum essent* Voss. 2. *gesturum bellum essent* Lov. 3. Vide ad VI. 3. § 8. *Gesturi bellum essent* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4.

Non socium imperii legisse, sensim exprobrat: et invidisse Decium concordibus collegiis tribus] *Non socium imperium legisse* Hav. *socium legisse imperii* Lov. 4. *socium imperii legisse se* Lov. 1. Sed ultima vox perperam nata est vel ex ultima syllaba præced., vel primis literis seq. vocabuli. Eam enim repeti, quum præcesserit, nihil adtinebat. Tum *sensim exprobrarat* Hav. *exprobrabat* Lov. 2. et Hearnii Oxon. B. Deinde *in concordibus collegiis tribus* Gaertn. *in concordiis collegiis tribus* Hav. *concordium collegiis tribus* Flor. *concordibus collegis tribus* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. et Port. Sed de hoc errore vide ad XXXVI. 19. § 2. Paullo ante *Nimium*, pro *Nimirum*, est in Gaertn.

§ 7 *Quam ut, si se dignum provincia ducerent*] Voss. uterque, Rott. Helm. carent τῷ *se*. J. F. Gron. *Quasi ut, si* Lov. 2. et 3. Deinde pronomen *se* non adparet etiam in Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon.

N. L. 2. B. et ed. Aleriensi, Rom. 1472. et Parm. Id sæpius a Livio per ellipsin omissum, et a librariis male additum fuisse, dictum est ad I. 23. § 5. Utrum vero hoc etiam in vulgata lectione factum sit, ut dubitem, id efficit, quia ex Flor. et Klockian. nihil notatum video. Præterea *dicerent* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii XXXVIII. 43. § 1. In verbis autem seqq. *fuisse se* alio ordine Lov. 3. et postea *in potestate populi se futurum*, addito pronomine, Leid. 1.

§ 8 *P. Decius senatus injuriam querebatur*] *Senatus injuria* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et Gaertn. *senatus de injuria* Lov. 3. *de senatus injuria* Voss. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. atque in margine N. Neque aliter se in duobus Pall. reperisse, testatus est Gebhardus ad c. præc. § 6. Utrumque, 'queri injuriam,' et 'de injuria,' in usu est. Nihil itaque muto, quia pro vulgato stant optimi codd. et Livius ita etiam alibi loquitur. Sic XXIX. 19. 'Si vera forent, quæ Locrenses quererentur:' ubi plura vide.

Quoad potuerint, Patres adnisos, ne plebeiis aditus] *Quod potuerint* Gaertn. Vide ad VI. 38. § 13. *Quoad potuerunt* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ne plebis aditus* Voss. 1. (addita tamen nota ultimæ literæ, qua eam delendam esse indicatur) Leid. 1. Flor. et Port. *plebi aditus* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn.

§ 9 *Ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset*] *Ipsi virtus* Leid. 1. Deinde *ne ullo genere* Lov. 2. et Gaertn. *ne nullo genere* Hav. Tum *inorta esset* Lov. 3. *inhonorata essent* Leid. 2. Ultima vox *esset* deficit in Lov. 2.

Irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ] *Irrita fuerit non suffragio modo populi sed arbitrio* Voss. 2. et Lov. 3. *non in suffragia modo populi* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *arbitrio et fortunæ* Voss. 2. *arbitria in fortunæ* Hav. *arbitraria in fortunæ* Gaertn. Mox *in paucorum potestate*, pro *potestatem*, Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. Port. et Gaertn.

§ 10 *Nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare*] *M͂o*, id est *modo*, *extra sortem* Lov. 4. Insuper *provinciam dare senatum* Lov. 3. Sed vox *senatum* omittit Voss. 2. In verbis præcedd. *τὸ esse* deficit in Port.

§ 11 *Ita eum de se, deque republica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriæ*] *De seq; republica* Flor. et Voss. 1. Tum *ut faveant* Harl. et edd. vett. Paullo ante *Sed honoris ejus caussa*, pro *Si honoris*, Lov. 2.

§ 12 *Cui autem dubium esse*] *Cum autem dubium esse* Voss. 2. et Lov. 4. a m. pr. *Nulli autem dubium esse* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C.

Quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur] *Cui id alteri* Flor. et Leid. 1. *cui ad alteri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *si id alteri* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *extra sortem Fabio senatum provinciam dare mandetur* Hearnii Oxon. C. qui recte monuit, quatuor interpositas voces a librario ex § 10. huc invectas esse. Ita sæpe librarii peccare soliti fuerunt. Vide Jac. Perizon. ad Liv. lib. XXII. c. 7. § 3. et quæ notantur ad Livii XXIV. 6. § 8. Id sæpe etiam apud poëtas obvenit: verum quum ibi omnia numeris ac metro adstricta sint, alia iterum omittuntur, ne ceteroquin versus laborent. Vide Markland. ad Statii Silv. I. 2. 231. et quæ olim dixi ad Silii XIII. 224. Deinde *cum alter consul* Leid. 2. *quia alter consulum* Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. quomodo Livius passim loqui solitus fuit; sæpe id etiam ipsi eripere librarii conati sunt. Vide ad IX. 32. § 2. Levior tamen est codicum id præferentium auctoritas, quam ut eorum fide locutionem illam Livio hoc loco vindicare audeam. Vide ad II. 33. § 4. Hinc *pro*

supervacuo edd. principes usque ad Aldum, qui *pro supervacaneo* recte reposuit: ita enim servant omnes scripti, nisi quod *pro supervaganeo* sit in Flor. sollemni literarum *C* et *G* commutatione, de qua dictum est ad VI. 25. § 6. Eadem hac voce etiam Livius utitur XXII. 39. 'Si tu collegæ tui similis esses, supervacanea esset oratio mea.' XLV. 38. 'Supervacaneam defensionem Paulli fuisse.' Præterea *atque humili habeatur* Hav.

§ 13 *Gloriari Fabium rebus in Etruria gestis*] *In Etruriam gestis* Voss. 2. Lov. 3. Port. Gaertn. et Hav. quod, si plures ac certiores codd. adsentirentur, eodem modo dictum esse videri posset, quo 'bellum in Italiam;' de qua locutione vide ad Epit. Liv. lib. XXI.

Et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit] Prima vocula non exstat in Lov. 2. Tum *forte* legit Lov. 4. Quomodo et variarunt librarii v. 5. § 12. Deinde *quem illum obrutum igne reliq.* Hav. *quem ille obrutum igne reliq.* Gaertn. *quem obrutum ille ignem reliq.* Lov. 3.

Ut toties novum ex inproviso incendium daret, eum se exstincturum] *Toties hõi*, id est *homini*, Hav. qui etiam *eum se exstructurum* præfert. Error ortus est ex similitudine ductuum literarum *in* et *ru*. Similiter variatum est VIII. 14. § 12. Vide etiam Nic. Heinsium ad Ovid. Fast. II. 584.

§ 14 *Se collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus*] Sensus formatus in re gravi, ut in joco apud Plautum Trinum. II. 4. 'Decedam ego illi de via, de semita, De honore populi: verum, quod ad ventrem adtinet, Non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.' Est autem exaudiendum 'concedere honores,' ut sit, pati se vinci in petendis honoribus: ut alibi 'concessa victoria,' 'concessum mare.' Vide ad XXXIII. 19. § 1. *J. F. Gron.* Quum aberrantes operæ in ed. Gronov. 1665. dedissent *verecundiæ*, quæ lectio vix commodum sensum efficiebat, eum tamen errorem Doujatius deprehendere non potuit, sed eodem etiam principem juventutis Franciæ imbuit. Ceterum *verecundia et ætatis ejus majestatisque* unus Lov. 4. quomodo Livium sæpe loquutum fuisse, vidimus ad v. 49. § 1.

Quum periculum, quum dimicatio proposita sit] Posterius *quum* deficit in Pall. duobus: at Pal. 2. *cum in per. dimicatio prop. sit.* Gebh. Posteriori *quum* deficiuntur tres Pall. duo Voss. Rott. Helm. Et sic mavult sæpe Livius per asyndeton. Fortassis etiam, *quum periculum, dimicatio proposita sint.* Sic c. 29. 'Cœlestium, infernorum iras.' Sic enim Mss. vel *inferorum*, non *infernorumque*. J. F. Gron. Vulgata scriptura tamen defendi potest e Livii v. 35. 'Quum magnitudinem, quum formas hominum inusitatas cernerent.' *Duk.* *Cum in periculum dimicatioi* Hav. *cum impericulum dimicatio* Gaertn. *cum in periculum dimicatio* Port. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui testatus est, se invenisse *cum in periculo dimicatio* in Oxon. C. *cum periculo dimicatio* in L. 1. *quum periculum, dimicatio*, quod Gronovius probavit, neque tantum hoc loco, sed etiam ad VI. 41. § 2. præter codd. quos memoravit, præferunt etiam Leid. ambo, et Lov. 1. 2. 3. 4. De similibus locutionibus asyndetis vide ad IV. 3. § 12. Ex Harl. et Klockian. nihil notatur, ut vulgatum servasse videantur. Et eo ducunt etiam vestigia Flor. qui *quum periculum tum dimicatio* servat. Neque id, quod nunc vulgo exstat, a stilo Livii alienum est. Vide quæ dicta sunt ad VI. 35. § 4. Nihil itaque temere mutandum puto. Deinde *sit proposita* Lov. 3. 4. Mox in verbis seqq. *nec cessurum* edd. principes. Vide ad IX. 9. § 14. Ejus loco *neque* primus substituit Aldus, quod servant omnes scripti.

§ 15 *Ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam Patres gratificentur*] Sic locutus est Pædianus in oratione pro Corn. 'Promulgavit legem, ne quis nisi per populum legibus solveretur, eamque tulit invitis optimatibus, qui vel paucis gratificari solebant:' sic enim legendum est, non *paucos*, ut vulgo legitur: nam ante præcessit, 'Eaque ipsa senatusconsulta per pauculos admodum fiebant.' *Sigon.*

§ 16 *Si eamdem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint*] *Sicut eamdem virt. fel. in bello dat. sunt* Lov. 4. Paullo ante *Jovem optimum maximumque* Voss. 2. Tum *sibi* deficit in Harl.

§ 17 *Certe id et natura æquum, et exemplo utile esse*] *Certe et id natura æquum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam 1531. qui ordinem inmutavit. Tum *et expresse utile esse* Port.

Et ad famam populi Romani pertinere] *Ad famam populi id pert.* Port. *ad famam pop. Rom. id pertinere* Hav. Mox *duce* non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *recte geri possit* alio ordine Leid. 2. a manu pr.

§ 18 *Precatus populum*] Voss. *populum Romanum*: alter *pmR.* Rott. *precatus p̄. r̄.* J. F. Gron. Vox *populum* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Contra *precatus populum Ro.* est in Hav. et Gaertn. *precatus populum Ro. inde* Lov. 4. *precatus populum Romanum* Lov. 2. 3. et Port. *precatus pr̄m*, id est *p. Rm*, sive *populum Romanum*, Leid. 1. Vox *Romanum* tamen, quam ignorat optimus Flor. commode etiam abesse potest.

Prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus] *Vocaretur ad suffr. tribus* Harl. *vocaverunt a suffr. tribus* Voss. 2. a m. pr. Ultima vox non adparet in Leid. 1. Mox *literas allatas ex Etruria* alio ordine Lov. 4.

Comitio abit] *Comitio habuit* Leid. 1. et Gaertn. *comitia habuit* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. Parm. atque Aldina in contextu, quæ inter errata alteram lectionem revocavit: adeo pertinaciter in lectionem aperte vitiosam libri conspirant. Caussa erroris exstitit, quod pro *abit* perperam addita adspiratione primo scriptum fuerit *habit*, mox *habuit*; unde consequens erat *comitio* mutandum esse in *comitia*.

Nec minore populi consensu provincia Etruria] *Nec in minore* Voss. 2. et Lov. 3. *nec minori* Port. Deinde *provincia Etruriæ* Lov. 2. et edd. quædam vetustiores. Male. Vide quæ notantur ad v. 12. § 6.

Cap. xxv. § 1 *Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum*] *Concursus deinde* Lov. 4. Vide ad xxxvi. 24. § 10. Tum *ad consules* Voss. 2. Lov. 4. Harl. et edd. vett. Vide ad x. 10. § 2. Deinde *omnium fere juniorum* Lov. 2. 4. Vide ad xxxvii. 38. § 5. *Omnium ferme majorum* Gaertn. Media vox deerat in Leid. 2. et Lov. 1.

Pro se quisque nomina dabant: tanta cupido erat] *Per se quisque* Gaertn. Male. Vide ad iv. 33. § 4. Deinde *tanta erat cupido* Port. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Qua circumfusus turba, Quatuor millia, inquit, peditum*] *Qui circ. turba* Lov. 2. 3. et Voss. 2. *Quū circ. turba* Leid. 1. *Quum circ. turbas* Lov. 4. Tum *quatuor, inquit, peditum*, voce *millia* omissa, Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 3. *inquit, quatuor, peditum* Lov. 1. *quatuor, inquit, millia peditum* Port. Gaertn. et Hav.

Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam] Vet. lib. *dederint.* Sigon. Lego *et diecrastini.* Vide Gellium x. 24. *Klock.* Emendationem Klockii major verisimilitudinis species commendaret, si in Livio

alio ordine *die crastino* ederetur. Nunc vero quum in omnibus excusis constanter exstet *crastino die*, et scripti nihil varient, vulgatum præferendum videtur. *Dederint* vero, quod Sigonius etiam in contextum admisit, apud me non superest, nisi in Port. et Gaertn. Omnes vero Hearnii codd. et reliqui mei recte servant *dederitis*, nisi quod, literis *ri* in *n* coalescentibus, *dedentis* sit in Lov. 3. Vide ad III. 30. § 3. Lectionem Sigonii damnat etiam Gronov. ad XXIII. 15. § 4. et ad XL. 26. § 8.

§ 3 *Majori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam*] *Majore mihi curæ* Gaertn. *major mihi cura est* Klockian. Sed vulgatum præstat. Cic. ad Fam. X. 1. 'Mihi maximæ curæ est, non de mea quidem vita; sed me patria sollicitat.' ad Attic. I. 1. 'Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est.' Post Redit. ad Quir. c. 9. 'Mihi majori curæ est, quemadmodum vobis gratiam referam.' Ita 'esse prædæ' Livius dixit III. 29. § 2. ubi plura vide. Tum vocula *ut* omittitur in Hav. In seqq. verbis *res geram* præfert Flor.

§ 4 *Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac spei gerente*] *Apto exercitu*, id est *aperto*, Leid. 2. Vide ad XXXI. 22. § 8. *Appio exercitu* Lov. 3. et 4. Tum *plus spei ac fiduciæ* Lov. 4. Deinde *gerens* Lov. 2. et Harl. In verbis seqq. *quod desiderata multit. non erat*, transpositis vocibus, Port. et Hav.

Ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant] Vel corruptum est hoc nomen, vel deletum oppidum, ut postea nemo ejus meminerit, ut sunt pleraque alia. *Glar.* Vet. lib. *Adharnaham.* Sigon. Pall. duo *Abaranam.* Pal. 2. *Adharnaham.* Gebh. *Adharnaham*, quod Sigonius probavit, et in contextum recepit, in nullo apud me codice superest. Quidam tamen eorum prope accedunt. Nam *Adarnahan* est in Port. *Adharnacam* in Hav. *Adarnaham* in Gaertn. *Abaranam* in Lov. 3. *Abarnam* in Lov. 4. *Haarnam* in Leid. 2. et Lov. 1. *Ahaarnam* in Voss. 1. Reliqui nihil mutant. Cluverius in Ital. Antiq. II. 7. p. 626. censet, illud oppidum esse, quod ab aliis vocatur 'Arna.' Id si verum est, nihil muto, et puto *Aharnam* ab aliis *Arnam*, in Mss. *Haarnam* vocari, quemadmodum Sulpiciorum cognomen *Ahala* modo *Haala*, modo *Ala* in Mss. scribitur. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. *nri*, id est *nostri*, pro *unde*, est in Lov. 2. Sed vox illa deficit in Harl. et edd. priscis.

§ 5 *Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio obcurrunt*] *Paucis circa militibus* Voss. ambo, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXIII. 41. § 10. *Paucis circa militibus* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Passim librarios etiam *circa* et *citra* in Mss. confudisse, videbimus ad XXI. 48. § 6. Tum *ei* deficit in Port. cujus loco *et* exhibet Gaertn. Deinde *obcurrerunt cum præsidio* Lov. 4. Vide hoc lib. c. 12. § 4.

Ut lictores prægredi viderunt] *Progrederunt* Voss. 2. *progredi viderunt* Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Vide ad IX. 10. § 7. Mox *τὸ esse* non adparet in Port. Gaertn. et Hav.

Læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt] *Læti ac alacres* Port. et Hav. Male. Vide ad hujus libri c. 26. § 17. Deinde *gratias agunt* Gaertn. et ita exhibuerunt edd. Mediol. 1480. eamque secutæ omnes usque ad Gronov. qui a. 1665. *grates* substituit, quomodo reliqui mei exhibent. Neque aliter in suis Hearne invenisse videtur, quia, Sigonium *gratias* edidisse referens, nullius Oxoniensis consensum laudat. Passim *τῷ grates* librarios *gratias* substituisse, videbimus ad XXIII. 12. § 7. Mox *imperatorem īmisissent*, id est *inmisissent*, Hav.

§ 6 *Ain' tandem, inquit, num castra*

vallata non habetis] Pall. duo Mss. 1. ac 3. *diu tandem*. Campani ed. *quo tandem, inquit: numquid*. Pal. 2. *quid an tandem, inquit. Num castra, num vallum non habetis?* Gebh. *An tandem, inquit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cum quibusdam ex edd. vett. et Exc. Pithœi: *diu tandem, inquit* Voss. 2. et Lov. 3. *dic tandem, inquit* Lov. 2. *aut intandem, inquit* Klockian. *et tandem, inquit* Gaertn. *ac tandem, inquit* Hav. *qui tandem, inquit* Port. et Oxon. C. apud Hearnium; qui *quo tandem, inquit* invenit in L. 2. *an tandem, inquit; dic tandem, inquit*, et *quo tandem, inquit* in N. ejusque margine. Prima autem vocula abest a Lov. 4. Patet librarios non intellexisse formulam loquendi *Ain' tandem*, quam inlustrat Manut. ad Cic. ad Famil. IX. 21. Deinde *num castra, num vallum non habetis* Port. Gaertn. et Hav. quomodo se etiam in vet. lib. invenisse Sigonius in prima Scholiorum ed. monuit. *Num castra vallata, num vallum non habetis* Hearnii Oxon. B. duplici lectione juncta. Vide ad III. 44. § 4.

§ 7 *Duplici quidem vallo, et fossa, et tamen in ingenti metu esse*] Exhibent Pall. omnes *et tamen ingenti metu esse*. Gebh. Ita et exhibent Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cum ed. Aleriensi prima. Id autem dictum videri posset ad exemplum aliarum similium locutionum, ut 'esse ingenti glorie,' de qua vide Gronov. ad II. 22. § 6. et 'quo statu sunt res,' de qua vide ad III. 68. § 3. Quum tamen optimi Leid. 1. et Klockian. ut et Harl. vulgatum servent, eoque ducant vestigia lectionis licet corruptæ Flor. *et fossatam enim ingenti metum esse*, præstare puto, ut credamus, præpositionem *in* interceptam esse a syllaba prima vocis seq. Vide ad V. 47. § 1. Locutionem ipsam inlustramus ad XXXVII. 28. § 6. Præterea *et vallo et fossa* Leid. 2. Paullo ante *Ad hæc quum subclamatum esset* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Klockian. et Hav.

Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum: redite, et vellite vallum] *Habetis ergo* Hav. Vide ad XXI. 40. § 6. Sequens *inquit* a Lov. 4. exsulat. Et solet etiam hoc vel simile verbum omitti. Vide ad XXIII. 45. § 6. Tantam tamen auctoritatem uni codici concedere, ut ejus solius fide a reliquis omnibus servatam vocem expungamus, mali exempli esse puto. Quare nihil muto. Tum *reddite* Port. Eodem errore 'reditus' et 'redditus' commutantur VIII. 1. § 3. Deinde *et evellite vallum* Lov. 2. Male. De locutione 'vellere vallum' vide ad II. 25. § 3.

§ 8 *Et iis, qui in castris remanserunt, militibus, et ipsi Appio fecerunt*] *In castris erant* Lov. 4. *in castris manserant* Hav. et, ut Gebhardus docet hoc cap. § 17. Pal. 2. *in castris remanserant* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Klockian. Hearnii Oxon. B. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quorum fide id revocavi. Septem priores voces neglegentia librarii omittuntur in Lov. 2. Deinde *fecere* Lov. 4. In verbis præcedd. *illi vellentes*, pro *ibi*, Lov. 3. et Voss. 2.

§ 9 *Consulis se Q. Fabii facere jussu*] Pall. 1. et 3. *consulem sequi Fabii facete jussu*. Gebh. Idem monstrum lectionis inveni etiam in Voss. 2. et Lov. 3.

Postero inde die castra mota, et Appius prætor Romam dimissus] *Postero die inde castra mota* Lov. 2. *Postremo inde die castra mota* Voss. 2. Vide ad IX. 7. § 11. *Postremo inde die crastina mota* Gaertn. Tum *Appius populo Ro. dimissus* Lov. 4. *missus* Lov. 2.

§ 10 *Itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse*] Lego *mobiliorem*. Klock. Conjectura Clerici in Art. Crit. part. III. sect. 1. c. 4. § 4. *mobiliorem* speciem habet. Nam qui diu in iisdem stativis sedent, sarcinas omnes et impedimenta ex-

plicare solent; quibus colligendis deinde, itinere denunciato, plusculum temporis opus est: at qui se non diu eodem loco mansuros sciunt, vel putant, non nisi omnino necessaria ad usum expediunt; quibus, quum iter faciendum est, nullo negotio collectis, ipsi facilius movere se possunt. Tamen propter consensum librorum retineo *nobiliorem*, id est, ut puto, 'strenuiorem,' 'laborum tolerantiorem,' sive 'minus desidem,' 'minus ignavum,' ut solet, quum diu uno loco sedet, otio corrumpi miles: quem duces disciplinæ militaris studiosi ob eam caussam in stativis ad laborem adigebant. Adde Gronovium ad c. 20. § 8. *Duk.* *Nobiliorem* neque Donjatio ad rem facere videbatur: ideoque diu ante Clericum non inlibenter *mobiliorem* legebat, id est, 'magis expeditum,' et 'ad bella promtiorem.' 'Nobilis' et 'mobilis' sæpe in Mss. commutari, vidimus ad hujus libri c. 20. § 8. Hic tamen in vulgatam lectionem omnes libri, scripti et editi, conspirant.

Fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hiems] Omnia hæc verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *quæ fieri* exhibent Leid. 2. Port. et Hav. *q̃ fieri* Lov. 1. et Gaertn. *quando fieri* edd. Rom. 1472. ac Parm. *itinera majora, quam fieri sinebat hiems* Klockian. Librariis displicuisse videtur vox *quanta*, quia non præcedebat τὸ *tanta*; quod tamen aliquando omitti solere, vidimus ad II. 10. § 12.

§ 11 *Relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars olim adpellabant*] Clusium vetus intelligit, quod a Roma distare ait Polybius II. 25. itinere trium dierum. J. Annius Viterbiensis super Catonis nescio quo fragmento, 'Camorsol' vocatum ait hoc Clusium. Verum quod ad hunc attinet locum, secunda legio Clusii relicta refertur: ubi autem exercitum alium Fabius reliquerit, neque hoc loco, nec in sequentibus Livius explicat. Castrorum meminit, sed illa ab secunda legione nescio ut discriminet. Nec id satis constat, num Scipio legionis dux cum ea interierit, quippe cujus in posterioribus adhuc videtur mentio. Denique antea c. 18. legio secunda cum tertia in Samnium mittitur cum Volumnio consule, hic vero posteriore anno ad Clusium cæditur. Paulo post autem c. 27. in acierum ordinatione adversus Gallos ac Samnites ipsa aberat, videlicet cum quarta legione missa in Samnium. *Glar.* Hinc Polybius II. 19. Καὶ Σαυνῖται καὶ Γαλάται παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμαρτίων χώρᾳ. Quos Polybius 'Camartinos' vocat, eos 'Clusinos' esse intelligendum est. *Sigon.* *Camaris olim adpellabant* Voss. 1. a m. pr. Klockian. et Exc. Pithœi. *Camarsolim adpellabant* Leid. 1. Lov. 4. et primæ edd. *Camarisolima adpellabant* Port. *Camansolima adpellabant* Gaertn. *Camarsolum adpellabant* Hearnii Oxon. L. 1. *Carmesolim adpellabant* Leid. 2. et Lov. 1. *Carmosilim adpellabant* Lov. 2. *Camars olim adpellabant* primum ediderunt Moguntini. Ceterum, depravata Livii scriptura deceptum insignem inpostorem Annium Viterbiensem *Camarsolum* nobis dedisse, observat Cluver. Ital. Antiq. l. II. c. 3. p. 565. Ejus verba sunt in Pseudo-Antonini Itiner. 'Clusio veteri, olim Camersolo, Clusio novo.' Quibus laudatis Harduinus ad Plinii l. III. Emendatione 86. subjicit hæc Livii verba, sed ea ita profert, quasi suo tempore etiam *Camarsolum* vulgo editum invenisset; quem eo nomine confutavit Wesseling. ad Anton. Itin. pag. 583. Idem etiam Cluver. eo loco pag. 567. *Camers*, quam *Camars*, hic legere malebat, quum propter Umbrorum Camertium nomen, tum propter Polybii auctoritatem, qui Καμερτίων, non Καμαρτίων, ut Sigonius laudat, χώραν memoravit. Quod autem etiam addat, in aliis Livii exemplaribus rectius legi *Camers*, fateor me ignorare,

qualia videre potuerit. Certe ea lectio mihi obvia fuit in sola ed. Gronov. 1665. quæ demum diu post mortem Cluverii prodiit. Insuper difficultas, quam occasione *secundæ legionis* movet Glareanus, alicujus momenti esse videtur. Ei nonnihil medebitur lectio Lov. 2. *relicta prima legione.* Verum, hac lectione recepta, ubi reliquum exercitum castra habuisse, quibus L. Scipionem præposuit, dicemus? Videant igitur acutiores. Præterea *ad Clusinum* habet Hearnii Oxon. L. 2. Paullo ante autem *vere* aberat a Lov. 4.

Præpositoque castris L. Scipione proprætore, Romam ipse] Non displicet quod ex uno suo et ex Sigonio adnotat Hearnius, *pro prætore*, id est, quem legatum forsitan, ut c. 14. Romam proficiscens Fabius interim pro prætore castris præesse jusserat. Nam prætor priore anno fuerat P. Sempronius c. 21. Ita c. 29. ex vera emendatione Gronovii, 'Pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusseratque pro prætore esse.' Sallustius Jug. c. 37. 'Albinus, Aulo fratre' (non quæstore, ut Manutius, sed legato ibid. c. 38.) 'in castris pro prætore relicto, Romam decessit.' Et, 'Aulus, quem pro prætore in castris relictum diximus:' ita ibi recte Ursinus pro vulgato *proprætorem.* Videntur autem imperatores hoc vel lege, vel more usurpasse; quemadmodum præsides provinciarum, ante adventum successoris de provinciis decedentes, legatos vel quæstores suos, qui iis interim pro prætoribus præessent, relinquebant. *Duk.* *L. Scipione prætore* Hearnii Oxon. C. *L. Scipione pro prætore*, divisis vocibus, edidit Sigonius. Et ita in quibusdam edd. superesse vidi. Vide ad cap. seq. § 12. *L. Scipione prope* habet Gaertn. Tum *ipse Romam* idem Gaertn. Mox autem vocem *bello* non agnoscit Harl.

§ 12 *Sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat*] *Sive ipse suo quia bellum* Voss. 2. *sine ipse suo quia bellum* Lov. 3. *sive ipse sua sponte* Lov. 4. Tum *quia bellum et majus* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 3. Vide ad XLI. 15. § 6. *Quia bellum majus* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *quod bellum majus* Lov. 4. *quia bellum magis in conspectu erat* Gaertn. solita scribarum aberratione. Vide ad XXVI. 41. § 16. Mox alio ordine *quam esse quantum* Lov. 3. et Voss. 2. Præterea *in utroque auctores sunt* Lov. 2. 3. 4. et Voss. 2. *in utrimque auctores sunt* Leid. 2.

§ 13 *Ab Ap. Claudio prætore retractum quidem, &c.*] *Ab Ap. Claudio retractum prætore* Voss. 1. Port. a m. pr. et Hav. *Ab Ap. Claudio retractum prætorem* Gaertn. *Ab Ap. Claudio retructatum prætorem* Leid. 2. et Lov. 1. eodem errore, quo *attractatum*, pro *attractum*, habuimus ad VI. 6. § 7. Tum *quidam* deficit in Hav. ejus loco *quidem* præfert Gaertn. Vide ad XXXIX. 17. § 5. Mox *in senatum* Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam. Præterea *perfecerat*, pro *fecerat*, Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *terrorque belli Etrusci augeret* iidem duo codd. *terrorem belli Etruscis augeret* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. *augerent* Gaertn.

Non subfecturum ducem unum, nec exercitum unum] Prima vocula exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. tres voces posteriores a solo Lov. 3. ultima ab Hearnii Oxon. L. 1.

§ 14 *Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum*] Forte *periculum esse.* Supra c. 7. 'Id esse periculum, ne suas preces minus audirent Dii.' XL. 1. 'Apuanos ad rebellionem spectare, periculumque esse, ne impetum in agrum Pisanum facerent.' *J. F. Gron.* Ita et XLV. 23. 'Id enim vero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent.' Et sane, quemadmodum Gronovius conjecit, præferunt Leid.

2. et Lov. 1. Neque multum abit Flor. qui a m. pr. *periculos esse*, ab altera *periculo esse* exhibet: *periculum esse* etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum suspicatus est. Deinde *sive diversi*, omisso pronomine medio, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et editi ante Aldum. Forte interceptum est τὸ *id* a primis literis vocis seq. *Sive adversi bellum gerant* Hav. Male. Vide hoc lib. c. 38. § 10. 'Adversus' et 'diversus' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad XXII. 7. § 2.

Ne ad omnia simul adire et obire unus non possit] Vetus scriptum *ne ad omnia simul obire unus non possit*. Gelen. Ms. *ne ad omnia subire unus non possit*. Lego *Ne omnia simul adire et obire unum non posse*. Klock. Quemadmodum Gelenius emendavit, jam ante in contextu ediderat Aldus; sed, mutata sententia, priorem lectionem inter errata revocavit. Donjatius autem monet 'adire ad aliquid' non raro dici; sed 'obire ad aliquid' haud facile inveniri. Ant. Perizon. etiam ad marginem Livii abjecta præpositione scribendum conjecit *ne omnia simul obire*. Et sane præpositio abesse poterat, quemadmodum docent exempla supra laudata ad V. 52. § 3. Et ita XXVI. 51. 'Dux cuncta pari cura obibat.' In omnibus tamen superest codd. nisi quod lectionem, quæ vulgo ante Gelenium exstabat, præferat Harl. *abire* Port. et voculam *non* omittat Lov. 2. Klockii conjecturam neminem probaturum credo. Nimium enim a codicum tantum non omnium scriptura recedit. Lectionem Gelenii, tot codicum nostrorum consensu firmatam, servavi. Nam 'obire ad aliquid,' licet haud facile, attamen invenitur etiam apud Livium XXXI. 21. 'Cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus possit.'

§ 15 *Et minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse*] Vet. lib. *equitumque mille cum Fabio*. Recte: minor enim numerus equitum debet esse, quam peditum. *Sigon.* *Equitum cum Fabio* omnes nostri. Sigonianus, *equitumque mille cum Fabio*. 'Recte,' inquit ille; 'minor enim numerus equitum debet esse, quam peditum.' Quasi diceretur istic, quinque millia equitum, et quinque millia peditum venisse. Immo non recte. Minus quinque millia pedites simul equitesque erant universi, quippe quatuor millia peditum, equites sexcenti. *J. F. Gron.* Sigoniano codici ex meis consentiunt Port. Gaertn. et Hav. ex Hearnii Oxoniensibus unus B. Sed recte hanc scripturam rejecit Gronov. ex initio hujus capitis docens, Fabium dumtaxat quatuor millia peditum, sexcentos equites scripsisse, adeoque pedites equitesque simul connumeratos minus quinque millia militum effecisse. Sed *equitumque, qui cum Fabio venissent* legunt Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. Quæ lectio requirit, ut ad præcedentia ex superioribus repetamus 'ibi reliquisse.' Quamvis autem Appius demum postero die Romam dimissus sit, postquam hi equites peditesque cum Fabio advenissent, vix tamen est, ut Appius dicere possit, se eos reliquisse, quemadmodum reliquerat duas legiones, quibus priori anno præfuerat. Vulgatum itaque servo. Præterea vox *millia* exsulat a Flor. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. sed *quinque millibus peditum* præferunt Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Utroque modo Livius loqui solitus est: in primis tamen id, quod vulgo obtinet, ei in deliciis fuit. Vide ad XIX. 12. § 8. Id vero quum exquisitius et indoctis librariis minus notum fuerit, propterea etiam merito alteri præfertur. Vox *millia* per notas scripta fuerat, unde scribæ eam illo, quod magis usitatum erat, reddiderunt. Vide ad XXV. 9. § 16. Mox *et sibi placere* Voss. 2. et Lov. 2. Deinde *Samnii provinciam* Gaertn.

Male. Vide ad cap. præc. § ult.

§ 16 *Si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam*] Tò *malit* exsulat a Gaertn. Ejus loco *mallit* est in Port. Deinde *L. Volumnium* legunt Flor. Harl. et, exceptis Rom. 1472. ac Parm. omnes edd. usque ad Froben. qui a. 1535. prænomen omisit; quod, quum paullo ante præcesserit, his iterum addi nihil adtinebat.

§ 17 *Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur*] Pall. 1. et 3. *reservarentur*. Contra superius Pal. 2. hoc cap. *qui in castris manserant*. Gebh. Th. et duo Pall. *reservarentur*. Cic. ad Fam. XI. 21. 'Disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi.' *J. F. Gron.* Eodem modo Gronovius emendat, quod est XXV. 6. 'Reipublicæ nos servassemus:' et Jac. Gronovius in Cic. de Offic. II. 21. ex auctoritate plurium, ut ait, Mss. *Utinam ad illa tempora fortuna me reservasset*: pro vulgato *servasset*. In his et bonitatis et numeri Mss. ratio haberi potest: nam alioqui nullum aliud *κριτήριον* habeo, quo dignoscam, cur et quando in hoc genere loquendi 'servare' deterius sit, quam 'reservare.' Livius c. 28. 'In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat.' Cicero ad Fam. III. 11. 'Augurales libros in commune utriusque nostrum otium serva.' Virg. Æn. I. 207. 'Durate, et rebus vosmet servate secundis.' Plinius Ep. VII. 6. 'Consules, ut Polyænus postulabat, omnia integra Principi servarunt.' Cicero eodem loco utroque sine discrimine utitur, pro Plancio c. 5. 'Sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reservasti, ego quoque et respublica ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te servaras.' *Duk.* *Reservarentur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. Utrumque et *servarentur* et *reservarentur* recte dici potest. Quum tamen major codicum numerus, et insuper plerique optimæ notæ, stent pro vulgato, caussa non est, cur id mutemus; præsertim quum Livius eo sensu 'servare' sæpius dixerit. Ita II. 11. 'In parvis rebus neglegens ultor, gravem se ad majora vindicem servabat.' III. 40. 'Quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset.' XXXIX. 4. 'Ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in adventum suum servaretur.' Et Quinctil. VIII. 5. in fine: 'Gravior videbatur locus, et majori operi servandus:' ubi etiam quidam codd. *reservandus*. Curtius IX. 6. 'Temet ipsum ad ea serva pericula, quæ magnitudinem tuam capiunt.' Similiter etiam variant codd. supra lib. VII. cap. 7. § 5. Præterea *integra liberaque Fabio* Lov. 3. 4. et Voss. 2. Mox *donec ut ipse*, pro *vel ipse*, Harl. Vide ad XXXVI. 41. § 2. eadem lectio superest in quibusdam vett. edd. in aliis exstat *donec et ipse*.

§ 18 *Quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset*] *Quantis administr. copiis et quot duces esse* Lov. 2. *quantisque administ. copiis, et quot ducibus esset* Gaertn. *et per quot duces esset* Harl. ac primæ edd. usque ad Ald. *et quot per duces* substituentem. Vide ad II. 19. § 8. Omnia autem hæc verba desunt in Leid. 2. cui errori ansam neglegenti librario dedit repetitio verbi *esset*. Vide ad IX. 11. § 11. Paullo ante *quantum belli in Etr. esset* alio ordine Lov. 2.

Cap. XXVI. § 1 *Fabius, ut Romam rediit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit*] Pall. duo codd. Mss. *Fabius ut Romam rediit, et in senatum est prod., ad pop. mediam or. habuit*. Pal. 3. *ad pop. mediam omnem habuerit*. Pal. 2. *Fabius ut rediit, et in senatum est productus, et ad pop. mediam orat. habuit*. Vulgarium edd. lectio stabilitur veterrimæ recensionis auctoritate. *Gebh.* *Ut rediit*, omissa media voce, Port. et Hav. *ut*

Romam redit Flor. Vide ad xxxvi. 35. § 2. Tum *et in senatu est productus* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. Gaertn. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *in senatu est productus* Oxon. C. *et in senatu est proditus* Lov. 3. *et in senatum est productus* Voss. 2. Port. Hav. et Oxon. N. *in senatum est productus* Lov. 4. Vulgatum solum verum est. Non enim usus Latinæ linguæ fert, ut dicamus 'producere in senatum;' sed potius sollemnes locutiones sunt 'introducere in senatum,' et 'producere ad populum.' Vide ad xxvii. 51. § 5. Mox *ut ne indulgere*, pro *nec*, Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad iii. 47. § 7.

Magisque in altero adsumendo duce aliorum indulgere timori] *Magis quam in altero ads. duce* Lov. 2. et Harl. *magis quam in ads. altero duce* Hav. Deinde *aliorum indulgere mori* Lov. 4. Mox *reipublicæ consulere periculo* Hav. Verbum vero *consulere* non adparet in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse*] Sumsit ab Homero, apud quem Diomedes: (Il. K. 242.) Εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι, Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; *J. F. Gron.* Vide an *consulis* in omnibus libris sit. Mihi nonnihil suspectum est. *Duk.* *Quoniam modo se oblivisci* Lov. 3. 4. et Leid. 1. *quoniam non se oblivisci* Lov. 2. *quonam modo oblivisci* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sæpius pronomen *se* omitti, vidimus ad i. 23. § 5. Deinde duæ ultimæ voces cum quatuor sequentibus male exsulant a Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4.

§ 3 *Neminem omnium secum conjungi malle: et copiarum satis sibi cum P. Decio*] Lego *Neminem unum secum conj.* Klock. *Neminem unum* inlustravi ad iii. 12. § 4. Non tamen id hoc loco invitis libris recipiendum puto. Terent. in Andr. v. 5. 7. 'Davom video: nemo est, quem mallem, omnium.' Cic. de Orat. ii. 28. 'Neminem omnium tot et tanta habuisse ornamenta dicendi.' Orat. pro Domo c. 33. 'Quum me in judicium populi nemo omnium vocarit.' Tusc. i. 13. 'Quod nemo omninm tam sit inmanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio.' Præterea *conjungi mallet, copiarum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *conjungi malle, at copiarum* Leid. 2. et Lov. 1. *conjungi malle, ad copiarum* Voss. 1. Tum *sibi satis* Lov. 4. Harl. et edd. Aldina priores. Deinde *cum* deficit in Voss. 2. at *cum Decio Publio* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox copula *et* exsulat a prioribus edd. Primus eam Aldus restituit: servant eamdem etiam omnes scripti.

Sin collega quid aliud malit, at sibi L. Volumnium darent adjutorem] *Si collega* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide ad iv. 5. § 6. *Sine collega* Port. Gaertn. et Hav. Tum *quid aliud mallit* Flor. et Leid. 1. Deinde *ac sibi L. Vol.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. frequenti scribarum lapsu. Vide ad iii. 61. § 4. *At* hic ponitur pro 'tum.' Vide ad xxiv. 37. § 11. Tandem *adjutorium* Gaertn.

§ 4 *Et a populo, et a senatu, et ab ipso collega, Fabio*] *Et ab pop., et ab sen.* Hav. Ultima vox non adparebat in Lov. 4. sed ea transposita *et ab ipso Fabio collega* legit Leid. 2.

Quum P. Decius se in Samnium vel in Etruriam proficisci] Prænomen Decii, quod in omnibus prioribus edd. deerat, primus addidit Jac. Gronovius. Et recte. Omnes enim codd. mei, uno excepto Harl. id constanter servant. Deinde τὸ *se* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *vel in Samnium, vel in Etruriam* Lov. 4. *in Samnium vel Etruriam* Lov. 3. Sed, amasse Livium præpositiones repetere, vidimus ad vi. 28. § 6.

Tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis] *Vel grat.* Voss. 2. et Lov. 3. *et grat.* Harl. et Gaertn. Deinde *perciperetur* Voss. 2.

Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hav. Male. Supra IX. 5. 'Omnia tristiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis.' XXXI. 49. 'Non id, quod animis præceperant, questus est.' XXXVIII. 20. 'Non cominus pugnam, sed procul locis obpugnandis futuram, præceperat animo.' Vide ad VI. 26. § 2. Alibi sæpe ita peccasse librarios, dixi ad VII. 26. § 9.

Triumphusque, non bellum, decretum] *Triumphusque ante decr. bellum* Lov. 4. *triumphusque, quam bellum, decr.* Voss. 2. et Lov. 3. atque ita se in Pall. duobus melioribus invenisse, testati sunt Gebhardus ad Liv. VII. 20. § 8. et Gronovius ad V. 21. § 15. idque accipiunt, quasi scripsisset Livius *triumphus potius, quam bellum, decretum.* Vide etiam Gebh. ad Liv. XXIII. 9. § 8. Optimi tamen in vulgatum conspirant; quos nunc sequi præstat.

§ 5 *Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito*] *Apud quosdam invenio* Lov. 2. Deinde *extemplo consulatus initio* Lov. 4. qui etiam præfert *profectum,* et mox *certaminum, quæ inter collegas exposui:* quod posterius etiam exstat in Gaertn.

§ 6 *Ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit*] *Nec hæc quidem certamina* Lov. 2. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad I. 10. § 3. Tum *satis fuit* Klockian. Male. Vide ad XLII. 66. § 9. De caussa erroris vide ad XL. 14. § 10.

Adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente] *Adjecerint* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Port. et edd. quas vidi, usque ad Heinsii Elzevir. Deinde *comminationes de Fabio* Gaertn. Vox autem ultima omittitur a librariis Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Mox *consulem præsentem* Lov. 4. et *prætorem,* pro *prætoris,* Voss. 2. et Lov. 3. *PIR,* id est *populi Romani,* Flor. Vide ad XXXI. 10. § 4. Sed eamdem vocem non agnoscit Hav.

Contentionemque aliam inter collegas] *Contemtionemque* Lov. 1. *concionemque* Lov. 4. Vide paullo ante hoc lib. ad c. 23. § 4. Mox *provinciæ sortes,* pro *sortem,* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti*] Ant. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjecit *quod profecti:* ut sensus sit, res, quod ambo consules ad bellum profecti sunt, incipit constare ex eo tempore; atque ita illud, quod constare dicat, referatur ad ambos consules ad bellum profectos; in genere enim, 'Constare res incipit,' dici non posse putat, quum æque incertum adhuc postea sequatur § 10. 'Deletam quoque ibi legionem,' &c.

Legionem Romanam castraque obpugnaturi] Pall. duo *castraque oppugnatum.* Gebh. Ita et Lov. 2. 3. 4. et Leid. 1. Præterea *legationem Rom.* Lov. 3. Vide ad VII. 30. § 14. Paullo ante *in Etr. venirent,* pro *pervenirent,* edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *In colle, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit*] *In collem, &c. aciem erexit* legendum, in margine Livii suspicatur Ant. Perizon. Atque ita etiam præferunt Port. et Hearnii Oxon. B. Si melioris notæ codd. consentirent, omnino in contextum recepissem. Ita enim passim Livius loqui solet. Supra II. 31. 'Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigerent.' III. 18. 'In clivum Capitolinum erigunt agmen.' IV. 22. 'Erecta in arcem via est.' VII. 34. 'Nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum.' IX. 31. 'Dum in adversum clivum erigitur agmen:' hoc lib. c. 14. 'Adscensu abdito a conspectu erigere in montes agmen.' XXI. 32. 'Erigentibus in primos agmen clivos adparuerunt montani.' XXV. 36. 'In tumulum quidem perfacile agmen erexere.' XXVIII. 15. 'Cunctantibus in adversum collem erigere aciem Romanis.' XXVII. 2. 'Ita tamen aciem instruxerunt, ut Pœnus dextrum cornu in

collem erigeret.' Silius Ital. XII. 512. 'Nec mora, commotum promissis ditibus agmen Erigit in collem.' Deinde *inter castra et urbem* alio ordine Port. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Quod hostes ceperant, parte alia egressi*] Ita demum Gruterus in ultima ed. dedit. Omnes priores legunt *aggressi*, quod superest in Voss. 2. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. *agressi* in Voss. 1. et Lov. 1. *adgressi* in Flor. et Leid. 1. Ea vox deficit in Lov. 3. *egressi* in uno tantum Lov. 3. obvium fuit. Præterea *hostes ceperunt* Gaertn. et *parte altera* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. L.

In medio, quum hostis undique urgueret] Pall. duo *cum hostes undique vigerent*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. *quum hostes undique urgerent* Lov. 3. Port. et Hav. Vide ad v. 50. § 2. *Quum hostibus undique urgeretur* Lov. 4.

§ 10 *Deletam quoque ibi legionem*] Τὸ *ibi* non agnoscit Voss. 2. Sed, transpositis vocibus, *Deletam quoque legionem ibi* præferunt Port. et Hav.

§ 11 *Nec ante ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant*] *Ad cons.* Flor. et Lov. 4. *ad consulem* Lov. 2. *ab consulibus* Lov. 3. Tum *quam haud procul a Clusio aberant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quia jam haud procul a Clusio aberant* Port. *ab Clusio* Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3. quorum posterior etiam cum Lov. 2. Flor. et Leid. 1. *aberat* exhibet: *qui jam haud procul ab Usio erat* Lov. 4. Mox verbis seqq. *fuere in conspectu*, alio ordine, Leid. 1. *in conspectu fuerunt* Lov. 4.

Pectoribus equorum suspensa gestantes capita, et lanceis infixa, ovantesque moris sui carmine] Diod. Sic. lib. V. p. 212. Τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων· τὰ δὲ σκῦλα τοῖς θεράπουσι παραδόντες ᾑμαγμένα λαφυραγωγοῦσι παιανίζοντες καὶ ᾄδοντες ὕμνον ἐπινίκιον. Vide Antiq. Lect. II. 5. Gebh. Similia de Gallis, pugnam cum cantu inchoantibus, l. XXI. c. 28. 'Galli obcursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela.' c. 42. 'Cum sui moris tripudiis arma raptim capiebant.' De Hispanis XXIII. 26. 'Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes more suo.' XXV. 17. 'Armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum, suæ cuique genti adsuetis.' De Gallis Asiaticis l. XXXVIII. c. 17. 'Ad hoc cantus inchoantium prœlium, et ululatus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus.' Ceterum duas priores voces non adparent in Hearnii Oxon. C. ut nec vox *gestantes* in Gaertn. Præterea *ovantes moris sui carmine* Lov. 2. *ovantesque moris carmine* Gaertn. et Hav. *ovantesque moris sui certamine* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 12 *Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tradant: nec tantum cladis acceptum*] *Umbros fuisse, non Galloe fuisse, tradant* Gaertn. *Umbros fuisse, non Gallos, tradunt* Hearnii Oxon. C. Vide ad XLII. 66. § 9. Tum *nec tantum cladis exceptum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide hoc lib. ad c. 18. § 9. *Et gladiis acceptum* Leid. 1.

Circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato] Pal. 1. *populationibus*. Pal. 3. *populatoribus*. Gebh. Priorem lectionem inveni in Lov. 3. posteriorem in Lov. 4. et Gaertn. 'Pabulari' et 'populari' etiam commutantur hoc lib. c. 3. § 6. *Circumactis* insuper est in Gaertn. Deinde *tum L. Manlium Torquatum legatum* Lov. 2.

Scipionem proprætorem subsidium e castris tulisse] *Scipionem pro prætore* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Atque ita edidit Sigonius. Vide Dukerum ad cap. præc. § 11. et quæ

notantur ad XXIII. 30. § 18. *Scipionem prætorem* Oxon. L. 2. *Scipionem propti* Leid. 2. Tum *subsidium castris tulisse* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *redintegrando prælio*, pro *redintegrato*, Voss. 2. Præterea τὸ *esse* deficit in Harl. et edd. ante Aldum; voces *eis ac prædam ademtam* in Gaertn.

§ 13 *Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam*] *Similius vero est, Gallo hoste* Leid. 1. Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ab Gallo hoste* Port. Gaertn. et Hav. Tum *eadem cladem* Harl.

§ 14 *Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis*] *Campanis quoque mille equitibus* Lov. 2. Tum *deletis* Lov. 1. a m. pr. Vide ad IX. 37. § 8. Deinde *ad id bellum misisse sociorum nominisque Latini maj. exerc.* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *misisset sociorum* Leid. 1. Paullo ante τὸ *quod* exsulat a Voss. 2. et Hav.

Majore exercitu, quam Romani] Ultima duo vocabula mihi vehementer sunt suspecta. *J. F. Gron.* Vide tamen an non potius sit ad sententiam et mitius *et sociorum nominisque Latini majore exercitu; etiam Romani alii duo exercitus.* Sic τὸ *etiam* c. 30. 'Et præter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est.' *Jac. Gron.* Fortassis *quam Romano.* Duk. *Majores quam Romani alii duo exercitus* Port. et Oxon. B. Hearnii, qui etiam auctor est, voces Gronovio patri suspectos non adparere in L. 1. Klockius vero testatur, alios legisse, *quam Romanorum;* quod mihi tamen nullo loco obcurrit.

§ 15 *Cn. Fulvius et L. Postumius Megillus proprætores*] Vet. lib. et lapides Capitolini *L. Post. Megellus.* Sigon. His a populo imperium extra ordinem datum videtur. *Duk.* *Cum Fulvius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VIII. 18. § 13. *L. Fulvius* Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *prope*, pro *proprætores*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *prætores* edd. Rom. 1472. et Parm. *promptores* Port. An et hic legendum *pro prætoribus?* Vide paullo ante ad § 12. In verbis præcedd. *procul ab urbe*, addita media præpositione, Hav. Vide ad XXIV. 28. § 1. In seqq. *habere jussit*, pro *jussi*, Voss. 2. *haberi jussit* Lov. 4. *haberi jussi* Lov. 3.

CAP. XXVII. § 1 *Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt*] Plinius III. 14. 'Setinates' in Umbris ponit. Ptolemæus III. 1. 'Sentinum' oppidum non longe a Spoleto memorat. Idem Annius meminit eorum super eodem fragmento circa vetus Clusium. In Plinio litera *n* omissa videtur. *Glar.* Forte *transgressos Appenninum.* J. F. Gron. Consules antea in agro Clusino fuisse, ex cap. præc. intelligitur; in eoque Gallos et Samnites etiam cum Romanis pugnasse, auctor est Polyb. II. 19. Non poterat autem ex agro Clusino in Sentinatem veniri, nisi superato Apennino. Unde probabilis est conjectura Gronovii. Nisi tamen quis putet, Livium verbo *transgredi* hic passive, ut grammatici dicunt, uti, quemadmodum Cicero *adgredi* apud Voss. de Analog. III. 6. *Duk.* *Pervenere* Lov. 4. *perveniunt* Gaertn. *pugnaverunt* Leid. 2.

Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita] *Quatuor millia* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 3. Harl. et edd. usque ad Froben. 1531. Tum *fere* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Hinc vox *castra* deficit in Voss. 2. Tandem *opposita* legit Lov. 2.

§ 2 *Atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes*] *Et ita convenit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. *et ita conveniunt* Hav. Sed prima vocula non adparet in Gaertn. Deinde *ut ne unis castris* legunt Harl. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui τὸ *ut* omisit; sed facti rationem in notis non reddidit. Aldus etiam

in contextu neglexit; verum inter errata iterum revocavit. Sane *ut* in nullo apud me cod. exstat, nisi forte in Flor. et Klockian. ex quibus nihil notatur, licet edd. cum quibus conlati sunt, *ut ne* exhibeant. Hearnius etiam, *ut ne* edens, ita in Oxoniensibus invenisse videtur, quia, *ut* a Gronov. omissum notans, Mstorum tamen ei consentientium non meminit. *Ut ne* junctim posita apud Plaut. Terent. Cicer. Ovid. aliosque optimos scriptores passim obcurrere, viri docti idonea exemplorum copia late docuerunt. Vide Hadr. Cardin. de Serm. Latin. p. 382. et Burm. ad Phædri Fab. IV. 24. 14. Utrum vero Livius illis, qui ita loqui soliti fuerint, adnumerari debeat, et an etiam hoc loco ita locutus sit, dubito. Certe plerique codd. aperte hic ignorant τὸ *ut*, unus tantum defendit, et is quidem haud magnæ auctoritatis; reliquorum dubium est testimonium. At τὰ *ut ne* in vulgatis edd. obcurrunt XXXIV. 17. 'Id ut ne fiat, uno modo arbitror caveri posse.' XLII. 41. 'Si est in fœdere ita scriptum, ut ne tueri me regnumque meum liceat.' et XLV. 23. 'Consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus.' Verum eorum locorum primi lectionem dubiam faciunt codd. scripti; duorum reliquorum auctoritatem id minuit, quod ex unico tantum cod. cujus librarius facile errare potuit, edita sit hæc pars operis Liviani, præterquam quod etiam ultimi integritati non sine caussa controversiam moverit Gronovius. In his similibusque, ubi scriptura dubia est, et utraque æque probari potest, genium cujusque scriptoris consulendum arbitror, ac videndum an et alibi simili locutione usus fuerit. Et ea caussa est, quod non admittam lectionem cod. Traject. 2. apud Val. Max. I. 6. ex. ext. 1. 'Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ut ne, &c. e cœlesti templo ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse videar.' Alibi enim Valer. Max. ita loqui non memini. Vulgo autem τὸ *ut* omittitur. Hic vero rem arbitrio lectoris permitto: ego Gronovium sequor. Ceterum *neu unis castris* Leid. 2. *neuanis castris* Lov. 1. *ne in unis castris* Lov. 4. Paullo ante *consulationes* Flor. et Lov. 1.

§ 8 *Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti: dies indicta pugnæ*] Pal. 2. margini appictum habet *dies inde dicta pugnæ*. Gebh. *Samnites Gallis, Etruscis Umbri* Lov. 4. *Samnitibus Galli Umbris adjectis: dies pugna* Leid. 2.

Samniti Gallisque delegata pugna] Vet. lib. *Samnitibus Gallisque*. Sigon. *Samnitibus Gallisque* ex Mss. corrigere se ait Sigonius. Atqui sic ediderunt omnes ab Andrea usque ad Frobenium. Soli apud me Gryphius et Curio *Samniti*. Et hoc quum per se magis placet, tum eo ducere video scriptos. Voss. 1. Rott. et Helm. *Samnitiis Gallisque*. Voss. alter plane *Samniti Gallisque*. J. F. Gron. *Samnitiis* etiam Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *Samniti* Flor. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Et ita præter edd. quas memorat Gronovius, præferunt omnes edd. a Frobeniana anni 1535. usque ad Sigonium. Et hanc lectionem recepi. Ita enim Livius orationem variare solitus est. Supra II. 45. 'Veiens hostis Etruscique eo magis præpropere agere.' III. 6. 'Ea conluvio urbanos et agrestem, confertum in arta tecta, æstu ac vigiliis augebat.' IV. 18. 'Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa.' Et eodem cap. 'Eques maxime resistebat; equitumque longe fortissimus ipse rex trahebat certamen.' XXIII. 41. 'Crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit.' XXIV. 10. 'Sic postea Papirium Carviliumque adversus Samnites Bruttiosque et Lucanum cum Tarentino populum consules declaratos.' XXX.

4. 'Neglegentia, ut fit, apud Pœnos Numidamque orta cavendi, ne quid hostile interim paterentur.' Vide ad xxxv. 40. § 6. Præterea *et Gallis quibus delegata pugna* Lov. 2. *Gallis qui delegata pugna* Leid. 1. *deligata* Port. Ita etiam quidam scripti variant hoc lib. c. 20. § 12.

§ 4 *Editis hostium consiliis dimissi cum donis, ut subinde, ut quæque res*] *Dictis hostium cons. dimissi* Hearnii Oxon. L. 1. *editis hostium cons. dimissis* Hav. Vide ad vi. 2. § 8. Tum *et subinde ut quæque res* idem Hav. *ut subinde quæque res* Voss. 2. Paullo ante vox *transfuga* deficit in Gaertn. *tres* in Leid. 1.

§ 5 *Summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt*] Vox *vi* deficit in Port. Tum *fines hostium populentur* legit Hav. Vide ad x. 12. § 7. *Fines hostium depopularentur* Gaertn. *fines hostium depopulent* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. At Livius deponentibus forma activa uti non solet. Vide ad i. 17. § 1. Potius existimo, ejus vocis ultimas literas *ur*, quæ terminatio passivi est, et per compendium scribi solebat, a librariis omissas esse. Vide ad x. 10. § 1. Deinde *scribit* Lov. 3. Paullo ante *Consuli Fulvio ex Falisco* Voss. 2. Hinc *ex Otricano*, pro *ex Vaticano*, Lov. 4. Deinde *ad Clusinum admoveant* Leid. 2. *ad Clusium admoverant* Gaertn.

§ 6 *Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate, &c. movit*] Polybius ii. 19. ubi de hac re loquitur: Καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν. ['Conveniebat, ut diceret, ubi et quis esset ille ager: sed nesciebat. In Umbris est.'] *Sigon.* *Hujus depopulationis* Lov. 4. Vide modo ad § præc.

Per biduum lacessiere prœlio hostem: biduo nihil dignum dictu actum] *Lacessiarunt prœlio hostem* Lov. 4. *lacessere hostem prœlio* Port. a m. pr. *lacescere prœlio hostem* Port. a m. sec. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *lacessere prœlio hostem* Leid. 1. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *biduum nihil dignum dictu actum* Harl. *biduo nihil dignum dictum, atque pauci* Hav. Paullo ante *Inde instare consules* Lov. 2. *Instante inde consule* Port. et Gaertn.

§ 7 *Ad discrimen summa rerum adducta: tertio die descensum in campum*] *Addita* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Hav. *addicta* Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad vi. 15. § 9. *Ad discrimen summæ rerum adducti* Klockian. Vox *die* deficit in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. 4. τὸ *est* in Port. *descensum ad campum* præfert Lov. 3. In præcedd. verbis *ceciderunt* Lov. 4. et *magis irritati* Gaertn. *sunt* vero exsulat ab edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *Cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit*] *Fugiens lupum montibus exacta* Lov. 2. *fugiens lupum e montibus lupus* Voss. 2. et Lov. 3. *fugiens lupum ex montibus exterrita* Lov. 4. *fugiens lupum e montibus acta* editi ante Aldum. Verum, Livium verbis cum præpositione compositis eamdem præpositionem in regimine addidisse, vidimus ad Præfat. § 11. et quidem 'exacta e montibus,' ut 'exigere e corpore' apud Plaut. in Captiv. iv. 1. 61. 'Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.' Cic. de Orat. ii. 48. 'Neque reges ex hac civitate exigi, neque tribunos plebis creari, &c. sine nobilium dissensione potuisse.' Deinde *discurrunt* Voss. 2. et Lov. 3. *discurrit* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Male. Ex locis enim editis, ut hic ex monte, non 'discurritur,' sed 'decurritur.' Supra i. 12. 'Mettus Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat.' vi. 33. 'Nec inpetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent.' xxvi. 10. 'Quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent.' Vide

Burm. ad Quinctil. vii. 7. pag. 642. Et ita flumina a fontibus 'decurrere' ad mare dicuntur. Liv. xxxviii. 13. 'Mæander, ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens.' Phædr. Fab. i. 1. 8. 'A te decurrit ad meos haustus liquor:' ubi vide Burm. Neque eo patrocinium τῷ *discurrit* parari potest, quod lupus ad Romanos, cerva ad Gallos flexerint cursum; nam de eo demum seqq. verbis agitur. Hic Livius eorum decursum ex montibus describit. Verba hæc similiter alibi commutantur. Vide ad xxi. 33. § 4.

Diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit] *Divisæ feræ* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Male. *Diversæ feræ* est in varias partes currentes. Vide ad c. 33. hujus lib. § 10. Hinc *cursum ad Rom. lupus defl.* Port. et Gaertn. *lupus ad Rom. defl.*, voce una omissa, Hav. quomodo sæpe Cic. loquitur. Verum reliqui codices in eamdem vocem retinendam conspirant.

§ 9 *Ex antesignanis Romanus miles, Illac fuga, inquit, et cædes vertit*] *Ex antesignariis Rom. miles* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad Livii iv. 47. § 2. *Ex antesignanis Romanis miles* Hearnii Oxon. N. Tum *Illa fuga, inquit, et cædes vertit* Voss. 2. et Lov. 3. *In hac fuga, inquit, et cædes erit* Gaertn. *Illos fuga, inquit, et cædes vertit* Lov. 4. Ejus librario displicuisse videtur *vertit* sine casu positum; quum tamen *vertit*, pro 'vertit se,' Livio quam frequens sit. Vide ad ii. 61. § 2. Paullo ante *conflixere*, pro *confixere*, Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et Hav. Mox autem *ut sacram Dianæ feram*, pro *ubi sacram*, Gaertn. Vide ad xxiv. 15. § 1. *Ubi sacræ Dianæ feram* Port. et Hav. Deinde prodigiose corruptus Lov. 4. *Huic victor Riareus lupo.*

§ 10 *Adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones*] *Adversusque Samnites* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc addito prænomine Q. vel *Quintus Fabius* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Flor. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quorum auctoritate eam lectionem recepi. Qui prænomen primus omisit, id convenire existimavit, quia Fabii collega Decius mox nullo etiam ornabatur. Sed vide quæ notantur ad iv. 49. § 1. Deinde *primam ac tertiam aciem legionem* Lov. 1. *primam ac tertiam legionem* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. L. 2. N. B. C. et edd. antiqq. Sed recte Frobenius 1535. *legiones* reposuit; quod etiam Flor. et Voss. 1. servasse videntur. Supra hoc lib. c. 18. 'Quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia profectus in Samnium esset:' ubi plerique codd. similiter peccant. Vide quæ ibi notantur. In verbis præcedd. ac seqq. *dextero*, pro *dextro*, et *instruxerunt*, pro *instruxit*, Lov. 4. etiam *Quintus Decius* Lov. 1. Verum is non *Quinti*, sed *Publii*, prænomen habuit.

§ 11 *In Samnio gerebant bellum*] *Qui in Samnio gerebat bellum* Lov. 4. *gerebat* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. C. et excusi usque ad Froben. qui a. 1535. *gerebant* restituit.

Adeo æquis viribus gesta res est] *Res gesta est* Hav. *gesta est res* Leid. 1. Sed τὸ *est* exsulat a Lov. 2. qui mox præfert *in acie aut in castra.* Deinde *quicquam*, pro *quocunque*, Lov. 4.

Cap. xxviii. § 1 *Haudquaquam similis pugna in dextro lævoque cornu erat*] *Et haudquaq.* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Sed τὸ *et* ex vocis præced. ultimis literis natum est. Vide ad xxxix. 18. § 8. *Et haud quamquam* Leid. 1. Lov. 2. 4. ac Gaertn. *haud quamquam* Lov. 1. Vide ad vii. 26. § 8. Deinde *simul pugna* Leid. 2. et Lov. 1. Eodem modo librarios errasse, vidimus ad vi. 25. § 10. *Similis pugno*

Leid. 1. *similis pugnam* Voss. 2. Deinde *in dextro lævoque erat*, omissa voce *cornu*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. In verbis præcedd. *adhuc* exsulat ab Harl. Omnia autem hæc *necdum discrimen, &c. lævoque cornu erat* non conspiciuntur in Hav.

§ 2 *Apud Fabium arcebant magis, quam inferebant, pugnam*] *Apud P. Fabium* Leid. 2. et Lov. 1. qui *Quinti* prænomen habuit. Verum id hic repeti nihil adtinebat. *Magis arcebant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen] Pall. duo *extrahebatur quoque*. Pal. 2. *extrahebaturque quam in quam maxime*. Gebh. *Extrahebatur quoque* Lov. 3. Tum *in quantum maxime serum diei* Voss. 1. *in quantum maxime diei serum* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad v. 4. § 1. *Serum in quam maxime diei cert.* Hav. *maxime iniq̃ diei cert.*, relicta hoc modo lacuna, Lov. 4. 'Serum diei,' ut VII. 8. 'Castrorum obpugnatione, quia serum erat diei, abstinuere:' ubi vide.

§ 3 *Gallos primo inpetu feroces esse, quos sustineri satis sit*] Pal. 2. cum Campani ed. *quos sustinere satis sit*. Gebh. Non aliter etiam Port. Gaertn. et Hav. Præterea *in primo inpetu feroces esse* Hav. *primo inpetu esse feroces* Leid. 1. Sed *esse* omittit Gaertn. Mox *longo certamine*, pro *longiore*, Lov. 4. Tum *sensum residere*, pro *sensim*, Voss. 2. et Lov. 1. *sensisse residere* Hav. Vox denique *animos* non comparet in Port.

§ 4 *Primaque eorum prælia plus quam virorum, postrema*] *Primaque esse eorum prælia* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. qui omnes præter primum mox *esse* omittunt. Deinde *postremo* Lov. 1. Paullo ante *laboris ac æstus* Lov. 2. Male. Vide hoc lib. ad cap. 36. § 17.

§ 5 *Quam integerrimas vires militi servabat*] Pall. 1. ac 3. *quam integer. vires milites servabant*. Gebh. Ita etiam Lov. 3. et 4. sed *vires militum servabat* Lov. 2. *vires militibus servabat* Hearnii Oxon. C. Vulgatum, quod optimi servant, verius esse videtur. Vide ad VII. 35. § 2.

§ 6 *Quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat*] Pal. 2. *in pugnam concivit*. Gebh. Ita et Port. atque Hearnii Oxon. B. sed *in signa concivit* Gaertn. *in pugnam cōcitāt* Hav. Vulgatum recte tuentur reliqui. 'Concitare in pugnam,' ut 'concitare in fugam' XXII. 17. 'Cum majore metu concitant se in fugam.' Et ita 'concitare se in hostem,' de quo vide ad VIII. 39. § 7. 'Concire' et 'concitare' sæpe commutantur. Vide ad l. IX. c. 37. § 1. *In pugnam excitat* Oxon. C. Præterea *levior videbatur* Hav. Paullo ante *Ferocius Decius* idem Hav. Tum verbum *habuit* non adparet in Port. et Gaertn. quemadmodum nec *primo* in Voss. 2. cujus loco *pretio* est in Lov. 3.

§ 7 *Fortissima juvenum turmæ inmixtus, orat*] *Ferocissimæ juvenum turmæ* Leid. 2. et Lov. 3. Vide ad XXVIII. 42. § 4. *Ferocior* modo præcessit; inde adhuc menti scribarum obhæsit. Deinde *inmixtus erat* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hav.

Ut secum in hostem inpetum faciant] Tres Pall. eleganti trajectione *in hostem ut secum imp. faciant*. Gebh. Ita tantum non omnes etiam mei voces transponunt; eamdemque trajectionem jam Jac. Gronovius in contextum recepit.

§ 8 *Bis avertere Gallicum equitatum*] *Hiis avertere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Bis advertere* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 8. Mox *etiam inter media*, pro *et jam*, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Tandem *novum pugnæ conferunt*, pro *conterruit*, Leid. 1.

§ 9 *Essedis carrisque superstans ar-*

matus hostis] Pall. 1. et 3. *carrisque super circumstans.* Gebh. An ergo carris etiam utebantur in prœlio, et in aciem hostium invecti ex iis pugnabant? Hoc nusquam proditum inveni; sed Gallos aliosque barbaros carros in expeditionibus adhibuisse ad onera atque inpedimenta vehenda, et castra valli instar iis circumdanda. Vide Scheffer. de Re Vehic. II. 28. Fortassis scripserat *carpentisque*: ex iis enim pugnare solitos Gallos, notum est; unde mox dicit, quosdam tradidisse 'mille carpentorum' in exercitu Gallorum fuisse. Verum quidem est, quæ alii 'carpenta' vocant, ea ab aliis 'esseda' dici; sed tamen, diversa vehiculorum genera fuisse, ostendit idem Scheffer. c. 17. et cap. 23. *Duk.* *Essois carrisque* Harl. *estendis carrisque* Leid. 2. et Lov. 1. *redis carrisque* Lovel. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac C. *essedis currisque* Voss. 2. *hesidis cartisque* Port. quæ lectio conjecturam Dukeri non nihil juvare videtur. Deinde *super circumstans* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. et 4.

Et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos] Omissa copula *et* Pal. 2. *insolitus ejus tum. Rom. conter. equos.* Reliqui quoque repræsentant *insolitus.* Vulgata lectio verissima est. *Gebh.* Τὸ *et* exsulat etiam a Port. et Hav. Præterea *insolitus ejus tum.* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *insolitus tumultus ejus* Lov. 4. Locutio minus obvia, ut 'insolitus' cum casu secundo construatur, librariis indoctis displicuisse videtur. Verum, similiter 'insolens' genitivo jungi, variis exemplis docuit Cortius ed Sall. Cat. c. 3. Et ita 'insuetus' apud Liv. VI. 34. 'Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.' Ita et 'adsuetus' XXXVIII. 17. 'Romanis Gallici tumultus adsuetis etiam vanitates notæ sunt:' 'inconsuetus' apud Silium XI. 282. 'stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.' Ipsum *insolitus* apud Sall. Histor. I. 'Genus armis ferox et servitii insolitum.' Præterea *contriuit eques* Gaertn.

§ 10 *Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat*] Prima vox abest ab Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *lymphatus pavor* Lov. 4. Ita 'lymphatus cursus' Silius I. 458. 'ruit ocius amens Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus:' ubi vide quæ notantur. Sed præstat ut vulgatum servemus, quod reliqui omnes tuentur. Apuleius lib. VIII. p. 214. 'Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.' Plinius XXVI. 8. 'Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur.'

Sternit inde ruentes equos] Pall. duo *sternitque inde ruentes equos.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. *sternit inde equos ruentes* Harl. et editi ante Aldum. Mox *virosque inprovida fuga turbatos. Hinc etiam* Lov. 2. 3. et Voss. 2. *virosque interrita fuga turbatos. Hinc etiam* Klockian.

§ 11 *Multique inpetu equorum*] *Multoque inpetu* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Paullo ante *Turbata etiam hinc signa* Harl. In verbis seqq. *antesignani* Lov. 2. *ante signa legionum* Haverk. *ante signa legionum signani* Gaertn. *ante signa legionum signani* Hearnii Oxon. N. et L. 2. Lectio inde nata videtur, quod margini olim adscriptum fuerat, 'antesignanos' esse qui erant 'ante signa legionum.'

Simul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit] *Simul ac territos hostes vidit* Hav. et Port. neque aliter Gaertn. nisi quod duas postremas voces non agnoscat. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul territos hostes avida* sine sensu Lov. 2. Tum *respirandique* omissa voce Leid. 2. et Lov. 1. *respirandi respiciendique* Gaertn. Male. Quod 'recipere se' hoc loco dixit, id exprimit 'recipere animum a pavore'

II. 50. 'Mox ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique a pavore tanto animum:' et XLIV. 10. 'A pavore eo, quo adtonitus fuerat, recepto animo.'

§ 12 *Vociferari Decius, Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent*] Pall. 2. ac 3. *quamve in fugam spem haberent?* Gebh. *Vociferare Decius* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et omnes edd., Sigonianis exceptis, usque ad Modium. Eodem modo se etiam in omnibus Pall. invenisse Gebhardus testatus est ad VII. 12. § 14. Quin etiam quum nihil notetur ex Flor. et Klockian. qui conlati sunt cum edd. *Vociferare* exhibentibus, illi quoque ita legisse videntur. Male. Vide ad VIII. 26. § 12. Deinde *quamve in fugam spem haberent* Voss. 2. a m. pr. *quam veri fugam spem haberent* Gaertn. *quam in fugam spem haberent* Hav. *quave in fuga spem haberent* Hearnii Oxon. L. 1.

Revocare fusos: deinde, ut nulla vi perculsos sustinere poterat] *Revocare suos* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed recte alii vulgatum tuentur. Vide ad XLI. 18. § 11. Deinde τὸ *vi* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ejus loco *in* præfert Lov. 3. Vide ad VII. 33. § 8. Tum *percussos* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad I. 27. § 10.

§ 13 *Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? datum hoc nostro generi est*] *q̃ ultro moror* Lov. 2. *quid ultra moror* Gaertn. Tum *familiare factum* Lov. 4. in contextu. Vide ad III. 40. § 9. Deinde *hoc nostro generi datum est* Hav. τὸ *est* exsulat a Lov. 4.

Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo] Nescio quo sensu Pall. 1. ac 3. *Jam ergo mecum leg. host. metandas Tell. ac Diis Man. dabo.* Gebh. *Jam ergo mecum hostium legiones* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 53. § 11. *Hostium legiones* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. quod tot testium fide recepi. Deinde *metandas* etiam Lov. 3. et 4. *mecandas* Leid. 1. Inlustrando autem Livio ad marginem adscripsit Perizonius locum Suet. in Tiber. c. 75. 'Pars Terram matrem Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter inpios, darent.'

§ 14 *Quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se*] Pall. duo meliores *adgredi*. Legendum inde *abgredi vetuerat ab se*. 'Abgredi' veteres dixerunt, ut 'abambulare,' pro discedere ab aliquo. *Gebh.* *Adgredi* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. unde Gebhardus *abgredi* scribendum conjicit, quod non magis placet, quam 'amigrare' I. 34. § 7. et 'amittere' pro amandare IV. 12. § 9. Tota vox *digredi* omissa est a librario Hav. *egredi* habet Hearnii Oxon. L. 2.

Se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret] *Se legiones hostium* Hav. Tum *populi Romani Quir.* quædam ex vett. edd. cum Leid. 2. Vide ad III. 20. § 7. *Populi Romani Quiritumve* Port. et Hav. *populi Romani Quiritiumve* Gaertn. *populi Romani Quiritiumque* Lov. 2. Vide ad I. 32. § 12. Denique *devoverat* idem Lov. 2.

§ 15 *Quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se jusserat devoveri*] *Quo pater Decius*, omisso prænomine, Harl. Deinde *ad Vexerim* Lov. 2. *ad Ve....* Lov. 3. *ad Vesenum* Voss. 2. et Port. *ad Vesevum* Gaertn. *Vesevus* est Vesuvius. Vide ad VIII. 8. § 19. Jam autem Decius pater devovit se ad Vesuvium et ad Veserim. Supra VIII. 8. 'Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.' Quum autem plerique et optimi *ad Veserim* servent, aut saltem eorum vestigia eo ducant, id retinendum judico. Et ita prœlium, quo Decius se devovit, ad Veserim accidisse, tradunt etiam Cic. de Fin. I. 7. de Off. III. 31. Va-

ler. Max. vi. 4. ex. 1. et Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 26. et c. 28. Præterea *in bello Latino* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. B. ac C. Sed præpositionem additam non requiro. Liv. xxiii. 21. 'Ceciderant pugna Cannensi:' ubi vide. Valer. Max. i. 7. ex. 3. 'Somnium, quod duo consules P. Decius et T. Manlius Torquatus Latino bello viderunt.' Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. c. 28. 'Consul bello Latino filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit.' Sallust. in Cat. c. 52. 'A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit.' Ita 'ludis,' pro tempore, die ludorum, inlustravimus ad ii. 36. § 1. Paullo ante *eadem deprecatione*, pro *precatione*, Hearnii Oxon. C. Verum mox dixit 'secundum sollemnes precationes:' et ix. 5. 'Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esse aut obsidibus, ubi precatione res transigitur?'

§ 16 *Præ se agere sese formidinem ac fugam*] *Præsagere sese form.* Lov. 4. *posse agere sese form.* Leid. 2. et Lov. 1. *pro se agere sese form.* Gaertn. Nihil muta. *Præ se agere*, ut i. 7. 'Tiberim fluvium, præ se armentum agens, nando trajecerat.' v. 45. 'Viderant eos congregatos agmine prædam præ se agentes.' xxxviii. 18. 'Cum conjugibus ac liberis, quæ ferre atque agere possint, præ se agentes portantesque, Olympum montem petere.' 'Ante se agere' dixit Nepos in Datam. c. 3. 'Dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat.'

Cœlestium, infernorum iras] Vet. lib. *infernorumque iras.* Sigon. *Infernorumque iras* est lectio Pal. 2. producta quoque Sigonio. Reliqui duo *cœlestium, inferorum iras.* Gebh. *Infernorumque iras* etiam Port. et Hearnii Oxon. B. *infernorum iras*, ut ante Sigonium edebatur, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Oxon. N. *inferorumque iras* Lov. 2. et Neapol. Latinii: *inferorum iras* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et, ut silentium Hearnii indicare videtur, reliqui Oxonienses. Gronovius primo *inferorumque* edidit; postea 1665. in sec. edit. notarum ad c. 24. § 14. copulam tollendam monuit, atque ipse *inferorum* in contextum recepit: utrum tamen *infernorum* malis, parum interesse existimat. Cui adsentior. Vide ad i. 32. § 4. Quum tamen *inferorum iras* in optimis Mss. legatur, eum ita recte edidisse existimo.

§ 17 *Contacturum funebribus diris signa*] Pall. duo *contracturum funebribus diris signa*: quo alludunt quoque veterrimæ edd. *Gebh.* *Contracturum* Voss. uterque, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Flor. et edd. Frobeniana 1531. priores. Pejus *contractaturum* dedit Lov. 3. Vide ad Livii ii. 5. § 2. Deinde *funeribus* Voss. 1. a m. pr. Lov. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hav. In verbis seqq. *ac Gallorum ac Samnitium* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. *ac Samnitum ac Gallorum* Hav. *ac Gallorum et Samnitium* Lov. 4.

§ 18 *Hæc exsecratus in se hostesque, qua confertissimam*] *Exsecratus in se hostesque*, omisso pronomine *Hæc*, Voss. 1. et Leid. 2. *Exsecratus in se hostes* Lov. 1. *Hæc execratus in se ac hostes* Port. *Hæc execratus in se hostes* Gaertn. et Hav. Tum *quam confertissimam* Leid. 1. et Lov. 1. Deinde *citat equum*, pro *concitat*, Voss. 2. et Lov. 3. Verum *equum citatum* memorat quidem Livius vii. 41. ubi alia exempla vide; at 'citare equum' pro incitare, concitare, an Livius dixerit, admodum dubito: præterquam quod codd. reliqui alteram lectionem tuentur.

Inferensque se ipse infestis telis est interfectus] Pall. duo *auferensque se ipse inf. telis interf.* Gebh. *Auferens-*

que se ipse inf. telis Voss. 2. et Lov. 3. *inferensque se ipsum inf. telis* Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. Male. Vide ad II. 19. § 5. *Inferensque se ipsis inf. telis* Hav. *inferensque ipse se inf. telis* Lov. 4. *inferensque se ipse hostium telis* Lov. 2. Neque hoc placet: 'infesta tela' inlustrantur II. 46. § 7. Deinde *interfectus est* Harl. Port. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Jac. Gronovium, qui voces transposuit. Ei vero reliqui codd. adsentiuntur.

CAP. XXIX. § 1 *Quæ res terrori alias esse solet*] Pal. 2. *terrori aliis esse*. Pal. 3. *in terrori aliis esse*. Gebh. *Terroris aliis esse* Port. *terrori alia esse* Leid. 1. *terrori aliis esse* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. *terrori esse*, media voce omissa, Hav. Paullo ante *humanæ tñ opis* idem Hav. Compendia scribendi *tñ*, id est *tamen*, et iñ, id est *inde*, ob ductuum similitudinem in Mss. commutari, vidimus ad v. 18. § 8. In verbis seqq. τὸ *ac* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus*] *Et Galli, et maxime globus* Gaertn. Tum *circ. consulis corpori* Hav. In verbis seqq. alio ordine *et nec pugnæ, nec fugæ meminisse* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *et nec fugæ, nec pugnæ meminisse* Gaertn. Τὸ *et* omiserunt editi Aldo priores.

§ 3 *Jusseratque propratorem esse, vociferari*] Vetustissima ed. *pro prætore esse*. Pall. tres *jusseratque prope esse*. Paullo ante enim dixerat c. 28. 'Abgredi vetuerat ab se.' *Gebh.* Pall. et Vossiani *jusseratque prope esse*. Helm. *prope proprætorem esse*. Alius et Andreas *jusseratque proprætore esse*. Et hoc verum: ut c. 30. 'L. Volumnium proconsule ducem,' Voss. et cap. 31. 'Partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconsule sequeretur,' Sigonianus, Th. Voss. Helm. ubi etiam malim *sequerentur*. J. F. Gron. *Jusseratque propl. pop. Rom. esse* Klockian. *jusseratque propeῦ. tr. esse* Flor. *jusseratque prope esse* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. omnes: *jusseratque pro prætore esse* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Gronovii emendationem probavit etiam Dukerus ad c. 25. § 11. Vide ad XXIII. 30. § 19. Tum *et vociferari* addita vecula Hav. Paullo ante *Ac ex parte*, pro *At*, Gaertn. Vide ad III. 61. § 4.

Vicisse Romanos, defunctos consulis fato] *Defunctos consules* Lov. 3. et Gaertn. *defuncti consules* Harl. Adparet librarios, qui vulgatum mutarunt, sensum Livii minime adsecutos esse. Recte autem Budæus, ad l. 11. § 12. ff. de Act. Emti, sensum hunc constituebat: Romanos consulis sese devoventis sponteanea morte ab inminentibus periculis liberatos et exemtos. Alia plura hujus locutionis exempla ibidem laudavit. Præterea *facto* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 40. § 9.

§ 4 *Rapere ad se ac vocare Decium*] *Rapere ad se Dec.* reliquis omissis Hearnii Oxon. C. *Rapere ad se, advocare Decium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Oxon. N. ac B. eodem erroris genere, quo *accrescentem* pro *ad crescentem* in quibusdam Mss. datum erat II. 45. § 12. Mox *form. plena esse*, mediis omissis, Harl. *form. plena apud hostes esse* Lov. 4. quæ lectio ex glossa interpretis nata est: *ad* enim hic ponitur pro 'apud.' Vide ad VII. 7. § 4.

§ 5 *Superveniunt deinde his restituentibus pugnam*] *Resistentibus pugnæ* Pal. 2. *Gebh.* Ita etiam inveni in Port. Gaertn. et Hav. Supra II. 19. 'Pugnam parumper restituit.' c. 47. 'Prœlio ex parte una restituto.' III. 60. 'Restituitur pugna.' IV. 38. 'Restituitur omnibus locis pugna:' et alibi sæpe.

Cornelius Scipio et C. Marcius cum subsidiis ex novissima acie] Vet. lib. *L. Corn. Scipio.* Sigon. Pall. tres, ut et Camp. ed. *L. Cornelius Scipio.* Sci-

pionis prænomen in uno tantum Harl. deesse video. Sed contra Marcii prænomen omittitur in Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. qui utriusque nomina in Oxon. L. 1. hoc modo scripta invenerat *L. Scipio et M. Cornelius.* Præterea *cum subsidiis a nov. acie* Port. *cum subsidiis et nov. acie* Hav. *cum subsidiis et ex nov. acie* Gaertn. duplici lectione juncta. *Cum subsidiis et nova acie* Voss. 1. Lov. 1. et apud Hearnium margo Oxon. N. *et* atque *ex* alibi sæpe commutantur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Gellius credidit, Ciceronem verbis *novissimus* et *novissime* tamquam non Latinis abstinuisse, Noct. X. 21. Certatim tamen viros doctos eum erroris arguisse, et tria ex Cic. loca, quibus usus est, laudasse, ad Gellium observavit Jac. Gronovius. Similiter 'novissimus' sæpe apud Livium occurrit. Ita II. 42. 'Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem.' c. 52. 'Volsci novissimos adoriuntur.' III. 61. 'Perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem.' XXII. 2. 'Jussit novissimos ire equites.' XXXI. 37. 'Revertentem in transitu fluminis a novissimo agmine adortus.' XLII. 57. 'Abeuntium novissimum agmen adgrederentur.'

Jussu Q. Fabii consulis ad præsidium collegæ missi] *Jussuque Fabii cons.* Voss. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *jussu Fabii ad collegam missi,* reliquis omissis, Port. et Hav. neque aliter Gaertn. nisi quod, addita a principio voce, legat *cum jussu Fabii ad col. missi.*

Ibi auditur P. Decii eventus] *Ubi* conjicit Latinius, atque ita est in Leid. 2. Harl. 1. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed sine caussa: *Ibi* enim est 'tum.' Vide ad Livii II. 35. § 2. *auditur ibi* Voss. 2. Deinde *auditus P. Decii eventus* Hav.

Ingens hortamen ad omnia pro republica audenda] *Ingens hortatur* Voss. 2. *ingens hortamen fuit* Port. Videri posset orationem ex vestigiis codicum ita integrandam esse: *ibi auditus Decii eventus, ingens hortamen fuit, &c.* vel *ibi auditus Decii eventus ingens, hortatur ad omnia, &c.* Sed, Livium intercisis orationibus sæpissime gavisum esse, videbimus ad XXI. 36. § 4. *Ingens certamen* habet Gaertn. Deinde *omnia pro populo Romano audenda* apud Hearnium Oxon. N. et L. 2. Vide ad IX. 26. § 8.

§ 6 *Structis ante se scutis conferti starent*] *Strictis ante se scutis conf. star.* Lov. 2. et Gaertn. Vide ad III. 50. § 3. *Strictis ante sese scutis conf. starent* Voss. 2. Sed ultima litera τοῦ *confertis* ex principio vocis seq. adhæsit. Vide ad XXVIII. 25. § 5. *Ante sese* etiam Lov. 2. *confertim* vero edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *pede collocato,* pro *collato,* Hearnii Oxon. N. Vide hoc lib. c. 32. § 5.

Conlecta humi pila, quæ strata inter duas acies jacebant] Planius esset *collecta pila, quæ humi strata inter duas acies jacebant.* Juvenal. Satyr. VIII. 78. 'Stratus humi palmes.' Si in ordinanda structura jungenda sunt hæc *collecta humi,* quærendum est, an alii quoque dicant 'colligere aliquid humi.' *Duk.* Plinius ita loquitur VIII. 42. 'Jam pila humi conlecta equiti porrigunt.' Id autem ex doctrina Sanctii in Minerva l. IV. c. 4. pp. 641. et 649. positum foret pro collecta ex solo vel terra humi. Ceterum *inter duas acies strata* Lov. 4. *strata inter acies duas* Gaertn.

§ 7 *Quibus plerisque in scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis*] Vox *plerisque* ante *verutis* abest a tribus Pall. Pal. 2. autem *verutisque in corpora ipsa fixis* legit. *Gebh.* Scripti posterius *plerisque* non agnoscunt, ut et fidus ille Andreas: sed non diu passi sunt mali correctores. Tarvisinæ et Venetæ jam ante quingentesimum supra mille annum, ut numeramus, editis adjectum est. Bec-

carius secuit et contraxit *quibus plerisque verutis in corpora.* Juntas particulam tantum addidit, *in scuta, verutisque.* Nobis a prima discedere religio, *quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis.* Partem ait hæsisse scutis, partem, quæ teretiore essent mucrone, et facilius penetrabant, veruta quippe, ipsa etiam corpora attigisse. Lib. xxxiv. c. 39. 'Ex adverso missa tela, nulla in corporibus, rara in scutis hærebant.' Sed varietatis illius causa error vulgaris existimantium, 'plerique,' ut et 'pars,' vel 'partim,' 'alii,' 'alter,' et similia hujusmodi locis necessario bis poni. Cæsar Bell. Civ. iii. 29. 'Pleraaque naves in Italiam remittit ad reliquos milites equitesque transportandos: pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lissi relinquit.' *J. F. Gron.* Unus Harl. lectionem a Gronovio damnatam tuetur. Sed voce *plerisque* posteriori loco omissa *verutisque in corpora ipsa fixis* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. itaque ante Juntam exhibuit Aldus, et postea reliqui omnes excusi usque ad Frobenium, qui a. 1531. lectionem jure a Gronovio damnatam revocavit. *Verutis in ipsa corpora fixis* Voss. 2. quod præter ed. Rom. 1472. etiam superest in Parm. Eam vero etiam Gronovius in prima edit. notarum ad xxxi. 21. genuinam lectionem esse judicavit. Neque esset, quod ei adversarer, nisi singularis lectio, quam in optimis codd. Flor. et Leid. 1. inveni, aliud quid latere suspicionem injecisset. Exhibent autem *vererisque rutis in corpora ipsa fixis.* Neque ab illis dissentit Lov. 4. nisi quod *ruptis*, pro *rutis*, legat. Hinc in mentem venit Livium reliquisse *rarisque verutis in corpora ipsa fixis.* Vox autem *rarisque* hic necessaria videtur. Si enim omnia veruta, vel pleraque veruta, (si eam vocem subintelligendam esse existimemus) quæ inter duas acies humi collecta, et in testudinem hostium conjecta erant, in corpora ipsa fixa fuissent, num addi hæc verba possent 'magna pars integris corporibus?' At recte potuerunt, si ex vestigiis codd. legamus *rarisque verutis.* Neque multum abit locus, quem ex xxxiv. 39. Gronovius ad hæc verba advocavit. Ceterum *in secuta*, pro *in scuta*, Hav. Præpositio *in* abest a Voss. 2.

Magna pars integris corporibus attoniti conciderent] Hoc loco magna pars integris corporibus attoniti conciderunt. Paulo post, de iisdem loquens, 'Galli,' inquit, 'testudine facta conferti stabant.' Sed Gallorum certe hostis fuit Livius, ut id multis ex locis colligitur. *Glar.* An Livius absolvi poterit criminis, cujus eum Glareanus accusat, si statuamus verba quæ infra occurrunt, 'Galli testudine facta conferti stabant,' pertinere ad res in dextro cornu eodem momento gestas, de quo illa quæ in sinistra acciderunt referens dixerat, 'quum Galli, structis ante se scutis, conferti starent?' præsertim, quum verba, quæ eodem § sequuntur, etiam innuant, Gallos testudinem fecisse, ne telis Romanorum vulnerarentur. Id si placet, verba, ad quæ Glareanus hæc adnotavit, ad tempus posterius referenda erunt. Ceterum *attoniti* non adparet in Lov. 4. neque etiam mox *Romanorum* in Harl.

§ 8 *Fabius in dextro cornu primo*] Flor. Voss. uterque, et Mureti libri ablegant τὸ *cornu*, et recte: nemo enim non videt, satis esse, quod ante sex voces eadem vox conspicitur. *J. F. Gron.* Eamdem vocem ignorant, præter codd. a Gronovio laudatos, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. L. 2. et B. quorum auctoritate etiam expunxi. Infra xlii. 58. 'Dextro cornu præpositus C. Licinius Crassus consulis frater cum

omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: sinistro M. Valerius Lævinus.' XXVII. 48. 'Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit.' XXXIII. 8. 'Dextrum cornu, elephantis ante signa instructis, in subsidiis reliquit; lævo cum omni levi armatura in hostem vadit.' XXXVII. 23. 'Ab regio sinistro cornu, quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonius purpuratorum unus præerat.' Et ita alibi sæpe.

Cunctando extraxerat diem] Pal. 1. *cunctando exhauserat diem:* quo respicit Pal. 3. *exuhat.* Est autem 'exhaurire diem' consumere. *Gebh.* Eodem nos ducit librarius Lov. 3. qui corruptissime *exanserat*, pro *exhauserat*, dedit. Id probasse videtur Gebhardus, et 'exhaurire diem' exponit consumere. Sed vellem vel unum ejus locutionis exemplum adtulisset. Ego vulgatum malo. Ita XXVIII. 15. 'Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset.' Vide ad XXII. 18. § 9. Ut autem hic 'cunctando extrahere,' ita 'morando extrahere,' XXXVIII. 44. 'Quum Æmilius tempus eum morando extracturum diceret.' Ceterum *cantando extraxerit diem* inepte Gaertn. Quasi Fabio cum hoste acerrimo prœlium committenti cantandi otium fuisset. Sed sine dubio librarius dare voluerat *contando*, quemadmodum multi pro *cunctando* scribere soliti fuerunt.

Nec tela missa eamdem vim habere visa] *Tela emissa* Voss. 2. et Lov. 3. quam locutionem Livio restituerunt viri docti XXVIII. 33. § 5. Non tamen uni vel alteri codici tantum tribuo, ut ejus fide vulgatum mutem; præsertim quum et alibi 'mittere tela' Livius dixerit. Lib. XXIV. c. 34. 'Ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent.' XXXIV. 39. 'Ex adverso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis hærebant.' Insuper paullo ante *dein*, pro *deinde*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6.

§ 9 *Jussis ad latus Samnitium circumducere alas*] *Missis* Leid. 2. Vide ad IX. 43. § 2. Deinde *ad latas Samn. circumd. alas* Lov. 2. *ad laxata Samn. circumd. alas* Lov. 3. *ad lassatas Samn. circumd. alas* Voss. 2. *ad latera Samn.* Hearnii Oxon. N. in margine.

In transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent] *In trusos* Hav. Deinde *quanto possent max. imp.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Tum *concurrerent* Hearnii Oxon. C. *moverent* Gaertn. Supra IX. 40. 'In transversa latera hostium incurrunt.' XXXIX. 31. 'In cuneum hostium ab latere incurrit.'

§ 10 *Quæ ad id tempus reservaverat*] Pal. 2. *quæ ad tempus ille restauraverat:* suprascriptum tamen *reservaverat*. Gebh. *Quæ ad tempus illud reservaverat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quæ ad id tempus ille reservaverat* Port. et Gaertn. *quæ ad id tempus ille restauraverat* Hav. Paullo ante *Postquam vero resisti*, pro *non resisti*, Lov. 4. a m. pr. Deinde *in collectis omnibus subsidiis*, addita præpositione, Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr.

Signum ad invadendos hostes equitibus dedit] *Signa* Gaertn. Tum *ad invadendum hostes* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *militibus dedit* Hearnii Oxon. C. quomodo etiam variabat ejusdem codicis librarius VIII. 7. § 9. Vide etiam ad XXI. 5. § 13. c. 29. § 2. XXII. 16. § 2, c. 45. § 6. c. 51. § 2.

§ 11 *Præterque aciem ipsam Gallorum, relictis in dimicatione sociis, ad castra effuso cursu ferebantur*] *Præterq. aciem ipsam* Hav. *perque aciem ipsam* Gaertn. Male. Nam ita 'præter castra prælati' est VI. 29. § 3. ubi quædam vide, sed plura ad l. XXVIII. c. 42. § 3. ubi etiam *per* et *præter* sæpius commutari videbimus. Hinc *in dimicationes sociis* Hav. ultima litera secundæ vocis ex sequentis initio ad-

scita. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Præterea *cursu effuso feruntur* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. *effuso exercitu feruntur* Harl. Paullo ante *Nec sustinuere*, pro *sustinuerunt*, Lov. 4.

§ 12 *Galli, testudine facta, conferti stabant*] *Conferti et conterriti stabant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *conferti conterriti stabant* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. et ita Aldus in contextu edidit; sed inter errata priorem lectionem revocavit. *Conferti conterritique stabant* Portug. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et Neapol. Latinii. Mox autem voces *audita morte collegæ* non adparent in Klockian. et Port.

Quingentos fere equites, excedere acie jubet] *Equites fere quingentos* Lov. 4. *quingentos forte equites* Lov. 2. *quingentos ferme equites* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Tum *excedere aciem jubet* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. quam locutionem apud Livium frequentèr obcurrere, vidimus ad II. 37. § 8. Si itaque plures codd. consentirent, in contextum reciperem. *Excedere jubet acie* Harl. et editi ante Aldum.

Circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem] *Circumventos ab tergo* Hav. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4. *Circumvectos a tergo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. omnesque edd. usque ad Gronovianam 1665. cui *ab tergo* legenti consentiunt reliqui scripti. Insuper *Gallicam legionem invadere aciem* Lov. 4.

§ 13 *Qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum*] *Qua turb. agrum host. viderent* Voss. 2. et Lov. 3. *qua turb. host. agmen viderent* Lov. 1. et 2. Tum *impetu viderent equitum* Leid. 1. *viderent impetu equorum* Lov. 4.

§ 14 *Ipse ædem Jovi Victori spoliaque hostium quum vovisset*] *Ipse interim ædem Jovi Tutori* Klockian. nemine consentiente. Vox *ædem* deficit in Gaertn. ejus loco *eodem* præfert Lov. 2. Mox *confirmata agebatur* Hav. *consternata angebatur* Harl. Neapol. Latinii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXIX. 6. § 7.

Agebatur sub ipso vallo. Quia tantam] Censeo interpungas, *ad castra Samnitium perrexit, quo omnis multitudo agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est*. J. F. Gron. Ita interpungunt omnes edd. usque ad Francofurt. 1578. in qua datum est *agebatur, sub ipso vallo, quia tantum:* pro quo primus Gruter. 1628. substituit *agebatur sub ipso vallo. Quia tantam.*

§ 15 *Portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est*] *Recipere* Leid. 2. *receperunt* Lov. 4. Deinde *tentata ab exclusis pugna suorum est* Lov. 4. in textu, sed *turba* in margine additur. *Tentata ab exclusis suorum turba pugna est* Hav. Duæ ultimæ voces *pugna est* non adparent in Hearnii Oxon. C.

§ 16 *Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit*] *Ubi*, pro *Ibi*, legit Hearnii Oxon. C. Tum *Gelius* Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Hinc *Egnatius* exsulat ab Harl. et editis ante Aldum. Sed *Gellius Egnatius*, quum alibi, tum etiam h. lib. c. 18. § 1. vocatur; ubi vide. Deinde transpositis vocibus *Samnitium imperator* Lov. 3. Mox etiam *castra capta et Galli ab tergo circumventi* Lov. 4. *capta castra, Galli a tergo circumventi* Lov. 3. *a tergo* etiam Voss. 2. omnesque edd. usque ad Gronovianam 1665.

§ 17 *Cæsa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta*] *XXIIII. millia* Harl. et edd. ante Aldum, invitis reliquis Mss. Deinde *VIII. capta* Oxon. N. apud Hearnium, qui in B. ac C. se invenisse testatur *octo millia capta*. At vocem mediam, quam alii codd. ignorant, non necessario requiri, docebunt quæ notabo

ad XXXI. 34. § 7. Mox voces *nec incruenta victoria fuit.* *Nam* desunt in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. at sola vox *victoria* in Harl.

Ex P. Decii exercitu cæsa septem millia; ex Fabii, mille ac ducenti] *Ex P. Decii ex. septingenti* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *ex P. Decii ex. cæsa VII*ᶜ˙ ejusdem codex N. in margine: *ex P. Decii ex. septem* Leid. 2. *ex P. Decii ex. cæsa septem* Flor. et Leid. 1. *ex P. Decii ex. cæsa VII* Lov. 1. et 2. Deinde *et Fabii mille ac ducenti* Hearnii Oxon. B. ac C. *ex Fabii mille ac trecenti* Harl. et edd. ante Aldum: *ex Fabii mille et ducenti* Gaertn. *ex Fabii mille ducenti* Voss. 2. *ex Fabii mille ac* Lov. 3. *ex Fabii mille acc* Flor. et Leid. 1. Quæ integerrimorum codicum lectio suspicionem injecit Livium dedisse *ex Fabii mille septingenti.* Similiter enim *a* librarii dederunt pro *ıɔ*, IV. 32. § 8. *ac* pro *ıɔc*, III. 62. § 8. *ada eccxxx*, pro *ad ıɔccxxx*, hoc libro c. 33. § 6. *acc*, pro *ıɔcc*, c. 34. § 3. *accc* pro *ıɔccc*, VIII. 19. § 14. hoc lib. c. 37. § 3. et c. 43. § 8. Variis aliis modis in hac nota *ıɔ* eos lapsos esse, videbimus ad XXXVIII. 37. § 6.

§ 18 *Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus*] Lego *Fabius, audita morte collegæ, dimissis* (vel *et missis*) *ad quær. cor.* Klock. Caussam cur ita refingeret Klockius nullam aliam habuisse videtur, quam quia verba 'audita morte collegæ,' quæ § 12. occurrunt, in Msto suo non invenit; quæ quum tamen historiæ Livianæ necessaria judicaret, hic interposuit: at quanto præstitisset ea reliquisse, ubi reliqui, uno excepto Port. constanter exhibent, quam hic interposuisse, ubi a nullo codice agnoscuntur! Ceterum Q. *Fabius* est in Voss. 2. et Lov. 3. Sed prænomen, quod a reliquis Mss. exsulat, etiam tuto omitti potest.

Conjecta in acervum Jovi Victori cremavit] *Convecta in acervum* Lov. 1. Voss. 1. et a m. altera Voss. 2. Sed vide ad XXXII. 6. § 1. *Collecta in acervum* Neapol. Latinii. Vide ad XXXVI. 12. § 4. Sed nihil mutandum. Infra XLI. 12. 'Postero die arma lecta conjici in acervum jussit consul, sacrumque id Vulcano cremavit.' Deinde *Jovi Victori concremavit* Leid. 1. Verbum 'concremare' Livio frequens esse, vidimus ad III. 53. § 5. et quidem in hac re eo usus est VIII. 30. 'Congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit.' XXXVIII. 23. 'Armis hostium in uno concrematis cumulo.' Nec minus in eadem exhibuit verbum 'cremare,' ut locus Livii primus docet. Quum itaque utrumque *cremavit* et *concremavit* Livius dicere solitus sit, hic nihil mutandum censeo, quia reliquorum omnium, quam unius, licet ex optimis, auctoritas potior est.

§ 19 *Quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat*] *Quo obrutum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. B. atque L. 1. *quia obruptum* edd. Rom. 1472. et Parm. quemodo etiam peccant librarii VI. 17. § 2. Multa similia vide ad IX. 45. § 17. Deinde *superstratis Gallorum tumulis* Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Sæpe voces 'cumulus' et 'tumulus' in Mss. confunduntur. Vide ad XXXVIII. 7. § 7. et c. 23. § 10. Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Gildon. vs. 39. ad Ovid. Am. El. II. 11. 48. et Burm. ad Ovidii Met. IV. 240. 255. et Trist. Eleg. I. 11. 19. Similiter 'cumulatus' et 'tumulatus.' Vide ad XXII. 50. § 7. Caussa est similitudo literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica. Vide ad VI. 35. § 2. Hic nihil mutandum. Infra XXII. 59. 'Quum prope ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prœlium extraxissemus.' Ultima vox *erat* deficit in Portug. Gaertn. et Hav. quemadmodum etiam *non* in Hav. et *est* in Lov. 3. ac Port.

§ 20 *Intermissa inde omnium aliarum rerum cura*] *Intermissa deinde* Harl. et Gaertn. quod ex interpretis glossa inrepsit. Vide ad XLII. 55. § 6. Tum *rerum omnium al.* Lov. 4. Τὸ *inde* exsulat ab Hav. Mox *laudibus meritis celebrat*, pro *laudibusque*, Port. et Hav. *laudibusque celebrat* Gaertn. Male. Vide ad XXVI. 50. § 12.

CAP. XXX. § 1 *Per eos dies ab Cn. Fulvio propraetore res ex sententia gesta*] Vet. lib. *per eosdem dies*. Sigon. Ita et omnes non tantum Hearnii Oxonienses, sed et mei, solo excepto Harl. qui cum edd. vett. *per eos dies* exhibet. Dubito tamen etiam de Flor. unde nihil notatum video, licet editio, cum qua commissus est, *per eos* similiter praeferat. Tum *ab C. Fulvio* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. in cujus margine tamen *ab Cn. Fulvio* emendatur. Vide ad VII. 3. § 3. *Ab CON. Fulvio* Leid. 1. Deinde *praetor Romano* Leid. 2. *praetor Roma'* Lov. 1. sed ex rasura. *Proconsule populi dum* Gaertn. *proconsule populi Romani* Voss. ambo, Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. N. *proconsule pr* Lov. 3. *proconsule praetore* Hav. Verisimile est duplicem lectionem librarios invenisse *pro consule* et *pro praetore*, quam utramque hoc modo jungere voluerunt: quidam vero eorum pro *procons pr.* dederunt *proconsule P. R.* de quo errore vide ad XXXI. 10. § 4. Corruptius erat in priscis edd. nam *ab Cn. Fulvio prospere res ex sententia gesta* praefert ed. Rom. 1472. *ab Cn. Fulvio proconsule prospere res ex sententia gesta* Parm.

Et, praeter ingentem inlatam populationibus agrorum hosti cladem] Vet. lib. *nam praeter ingentem*. Sigon. Sigonius prodit legi in suo libro *nam praeter ingentem*. Pall. tres, vetustissimaeque edd. adstipulantur vulgatae lectioni, nisi quod exhibent *illatam populationibus agrorum hosti cladem*. Gebh. *Nam praeter ingentem* in uno tantum meorum Port. obvium fuit; Hearnius etiam ex uno tantum Oxon. B. memoravit. Verum ita dedisse librarios existimo, qui orationem Livianam ex sua sententia male cohaerentem melius connectere voluerunt. Vide hoc lib. ad c. 17. § 10. Voculam vero *et* unus omittit Lov. 2. Ceterum *allatam* dederunt edd. Paris. 1573. et aliae usque ad Gronov. quibus nulli scripti nec veteres edd. adsentiuntur. Et tanto minus *allatam* ferri potuit, quod 'adferre cladem' haud temere alibi, certe apud Livium, obcurrat, qui passim 'inferre cladem' usurpavit II. 63. 'Plus cladium, quam intulerant, acceperunt:' XXIX. 3. 'Omnibus pacis modo incuriose agentibus, magna clades inlata:' et alibi saepe.

Pugnatum etiam egregie est] *Pugnatum enim egregie est* Hearnii Oxon. B. De hoc errore vide ad XXXVI. 41. § 3. *Pugnatum est et egregie* Gaertn. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 2 *Perusinorumque et Clusinorum caesa amplius tria millia*] Pall. duo, *caesa amplius millia XII.* Pal. 2. *caesa amplius milium tria*. Gebh. *Caesa amplius millia XII.* Voss. 2. et Lov. 3. *caesa amplius milium tria* Portug. Gaertn. et Hav. *caesa amplius militum tria millia* Lov. 4. *caesa amplius milia tria* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quem verborum ordinem in contextum recepi. Insuper *Perusinorum et Clusinorum* Portug. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac B. Sed, integriores codd. secutus, vulgatum servo: nec tamen censeo, particulam *que* haec verba cum superioribus, a quibus majori interpunctione distinxi, connectere; sed vel cum proximo 'et Clusinorum,' vel cum remotiori 'et signa militaria.' Livius enim modo dixerat, in Etruria egregie pugnatum esse: id nunc duplici argumento probat; interfectorum numero, et signis captis: quae propterea artissime cohaerent. Ad utrum vero τὸ *que* referas, Livius, duo diversa duplici particula jungens, priori loco *que*, posteriori *et* adhibuit,

quod ipsi est familiarissimum. Ita v. 49. 'Sed Diique et homines prohibuere redemtos vivere Romanos:' ubi quædam vide. xxi. 30. 'Neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentesque et terræ eæ Karthaginiensium essent.' xxii. 44. 'Quam Paullus Semproniique et Flaminii temeritatem Varroni objiceret.' xxiii. 26. 'Simul et ad castra tumultus erat, et per agros fugaque et cædes.' xxiv. 39. 'Urbis captæ modo fugaque et cædes omnia tenet.' c. 47. 'Cogniti quidam inter se Arpinique et Romani.' xxv. 14. 'Exsecratus inde seque et cohortes.' c. 16. 'Inter exspirantium inimicorum cumulata armaque et corpora cadant.' c. 37. 'In castra avidos adhuc cædisque et sanguinis reduxit:' ubi libri etiam turbant. xxvi. 48. 'Diis inmortalibus laudesque et grates egit:' ubi recte ita restituit Gronovius. xxvii. 21. 'Ingenti concursu plebisque et omnium ordinum.' xxix. 22. 'Omnes legatique et tribuni classem eam verbis extollentes.' Hinc recte emendatum censeo xxxv. 41. 'Prima ut sors duæ, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio esset:' ubi alia vide.

Signa militaria ad viginti capta] Pall. tres *signa militaria ad quindecim capta*. Gebh. *Signa militaria ad XV. capta* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Librarii sæpius numerales *X* et *V* confuderunt. Vide ad xxxix. 29. § 7. et hinc etiam *XX*. ac *XV*. Quænam vero hic genuina lectio sit, mera est conjectura: aliunde enim de numero signorum militarium, quæ hoc prœlio capta sunt, non constat. Vulgatam lectionem defendunt Flor. Klockian. et Harl. cum omnibus editis.

§ 3 *Quum per Pelignum agrum fugeret*] *Quum per Pelig. fugeret*, omissa voce *agrum*, Gaertn. Ita *in Antiati*, pro *in Antii agro*, restituitur xxii. 1. § 10. ubi alia vide. Verum, quum vox *agrum* in aliis codd. supersit, tot testibus fidem abrogare, pessimi exempli foret; præsertim quum, ita etiam Livium locutum esse, viderimus ad ii. 59. § 5. Promiscue autem has locutiones Livium usum esse, patet ex hujus lib. c. 26. 'Etruriæ obpositi, unus in Falisco, alter in Vaticano agro:' et c. 27. 'Fulvio, ut ex Falisco, Postumio ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant.' Mox *ex quinque millibus*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est*] *Hujus diei* Lov. 2. Paullo post τὸ *etiam* deficit in Port. sed loco τῶν *etiam pro vero stanti* Hav. exhibet *auctores sunt*.

§ 5 *Sed superjecere quidam augendo fidem*] Metaphora, ut Horatius Od. i. 8. 12. 'Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.' Dein locus est apud Bacchyl. an Ibycum. Denique τὸ ὑπερακοντίζειν Græcorum. *T. Faber*. Scribendum putabam *sed superavere quidam augendo fidem*. Sed forsan explicandum: *quidam*, *augendo* (numerum) *superjecere fidem* (id est, jecere supra fidem). Ut apud Senecam de Benef. iii. 32. 'Nec beneficia parentum suorum superjaciunt.' Quintilianus viii. 6. de hyperbole: 'Est hæc ementiens superjectio.' Aristoph. Pluto iii. 2. 26. Κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν. *J. F. Gron*. Confirmat hoc pluribus ad Senecæ dictum locum. *Duk*. *Superjacere* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et Hav. *superiere* Lov. 2. Haud absimilis locus est xxxviii. 58. ubi plures Mss. præferunt, *P. Africanum tantum paternas superjecisse laudes, ut fidem fecerit, stirpe divina satum se esse*. Ea lectio si placet, inde locus hic inlustrari potest: si vero *superasse laudes*, quod vulgo editur, præferatur, et Gronovii hoc loco conjectura probetur, inde patebit, *superasse* et *superjecisse* etiam alibi librarios in scriptis commutare

solitos fuisse.

Peditum quadraginta millia trecentum triginta, equitum sex et quadraginta millia, mille carpentorum] *Ter centum*, pro *trecentum*, reposui: alioqui *trecentos* legendum erat. *Sabell.* Quidam codd. nullum millenarium adjecerant equitibus, quod videbatur non verisimile, equitatus numerum majorem peditatus numero fuisse. Sed meo judicio neque omitti millenarius potest, neque equitatus excedere peditatum: ideoque ita legendus est locus: *equitum sex millia et quadringentos, mille carpentorum scripsere fuisse.* Multa similia in numeris errata passim reperias. *Glar.* In quibusdam libris *equitum sex millia.* Recte: non enim equitum numerus numerum peditum superare debet. *Sigon. Peditum X. CCC. XXX* Flor. *peditum XICCCXXX* Klockian. *peditum quadr. millia treceuti triginta* Hav. et Gaertn. *peditum millia quadr. et trecentum triginta* Harl. cum priscis edd. Deinde *equitum sex, quadr. millia carp.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *equitum VI. et XL. mil' carp.* Klockian. *equitum sex et quadr. millia, mille carp.* Voss. 2. Lov. 3. 4. Leid. 1. et Flor. *equitum sex quadr. millia, mille carp.* Lov. 2. *equitum sex et quadr. mille carp.* Harl. *equitum sex millia carp.* Gaertn. *equitum sex millia, mille carpentorum* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. quomodo Sigonius restituit.

§ 6 *Scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnæ adfuisse*] Τὸ *scilicet* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1. cujus loco *Samnites* præferunt ejusdem Hearnii B. et ex meis Port. Deinde *Tuscisque, et ipsos pugnæ afuisse* Lov. 2.

Ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt] Vox *ducem* non est in plerisque libris veteribus, et inducenda est. Nam sine ea præclare stat ἀντίθεσις: adjiciunt proconsulem consulibus, et exercitum proconsulis legionibus consulum. *Sigon.* Prænomen Volumnii *L.* deficit in Hearnii L. 2. Deinde *proconsule* legendum esse ex Voss. 1. monuit Gronov. cap. præc. § 1. ita præferunt Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et Klockian. atque ita jam Sigonius edidit. Vide ad l. XXIII. c. 30. § 19. Insuper vocem *ducem*, quam in plerisque libris veteribus non esse et inducendam pronunciat Sigonius, in uno tantum Oxon. B. apud Hearnium non adparet; sed in omnibus meis constanter superest. Tum *adiciunt* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. *addiciunt* Leid. 2. *abjiciunt* Hav. quomodo sæpe alibi peccatur. Vide ad III. 37. § 4. V. 48. § 9. Paullo ante *et Rom. quoque augerent copias*, vocula *ut* omissa, Hav. *et ut Rom. quoque agerent copias* Gaertn. Vide ad XXVII. 9. § 11.

§ 7 *In Tifernum montem conpulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque*] *Trifernum*, ut ante. *Sigon.* Sigonio favet unus tantum Hav. Sed *Trifenium* legit Gaertn. *Sisernum* Hearnii Oxon. B. Vide ad IX. 44. § 6. Deinde *non territus* Hav. Tum *fudit fugat* Leid. 2. *fundit fugat* Lov. 1. Paullo ante *in Samnio inter res*, pro *interim res*, Voss. 2. et Lov. 3. et *Samnitium exercitum*, pro *Samnitiumque*, Gaertn.

§ 8 *Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria*] Ms. Fuld. *Fabius Dec. ex. relicto in Hetruriæ præsidio.* Modius. Modius e membranis Fuldensibus eruit *Dec. ex. relicto in Hetruriæ præsidio:* cujus lectionis participem suam quoque fecit editionem Andreas. *Gebh.* Fabii prænomen omittit unus codicum Harl. omnesque eum edd. sequuntur Aldina priores. Deinde *in Etruriæ præsidio* Leid. 1. Klockian. Exc. Pithœi, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *in Etruscis* edd. his proximæ: *in Etruscis præsidio* Mogunt. *in Etruria* Aldus: cui consentiunt reliqui scripti. Mox

alio ordine *ad urbem deductis* Harl.

§ 9 *Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii*] Deficit in Pall. tribus *τὸ carminibus:* pro quo in Pal. 2. ad marginem substitutum est *jocis*. Gebh. Eadem vox *carminibus* etiam deest in Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. *Celeb. inconditis mil. jocis* Port. *Celebris inconditis mil. jocis* Hearnii Oxon. B. *Celebris* etiam Gaertn. *Celebrata interdictis carm. mil.* Voss. 2. a m. sec. vox autem *militaribus* exsulat ab Harl. Nihil mutandum est: 'joci' quidem æque ac 'carmina' in hac re memorantur, ut constat ex illis quæ notantur ad III. 29. § 5. hic tamen *τὸ jocis*, quod in paucissimis suspectæ fidei codd. exstat, natum esse puto ex liberalitate scribarum, qui in codd. in quibus vox *carminibus* deerat, incidentes aliquid deesse viderunt, et ita ex ingenio suppleruut. Ex illis etiam testimoniis, quæ ad eumdem Livii locum producuntur, patet neque *inconditis*, neque *militaribus* displicere posse. Mox *quam præclara mors P. Decii est* editi ante Aldum; neque aliter Harl. nisi quod insuper omittat ultimam vocem. *Quam mors P. Decii* Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui auctor est, Decii prænomen *P.* deesse in C. Sed quum Fabio prænomen additum sit, eo vix spoliari poterit Decius.

Æquata eventu publico privatoque filii laudibus] Legendum *æquatis*. Et vehemens ratio est. *T. Faber*. Codd. nihil mutant, nisi quod *privatique filii* legat perperam Hav. Neque Fabri conjecturam vulgatæ lectioni præferendam esse, nisi quis simul legere mallet *æquatis ev. pub. privatoque filii patrisque laud.*, ad marginem Livii judicavit Ant. Perizonius. At recte monuit jam Doujatius, nihil necesse esse quidquam mutari præter Mss. fidem. Quamvis a morte Decii patris jam plures quam quadraginta anni effluxissent, adeo tamen memoria ejus nondum ex animis hominum elapsa erat, ut milites casum ejus eventu publico et privato æquarent laudibus filii, cujus recentior erat memoria, et hinc meriti gratia major esse debebat. Paullo ante *excitata memoria*, pro *excitataque*, Leid. 1.

§ 10 *Data ex præda militibus æris octogeni bini*] *Octingenti bini* Hav. quæ summa omnem fidem superat, quamquam haud quaquam spernenda illa tempestate præmia militiæ fuisse Livius addat. Voces *octogeni bini* desunt in Lov. 4. ita tamen, ut lacuna relicta sit.

Cap. XXXI. § 1 *His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat*] *His itaque rebus gestis* Lov. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. et Exc. Pithœi. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *non in Samn., nec in Etr.* Lov. 2. *nec in Samn., nec Etr.* Hav. Mox *a consule* Lov. 1. 3. Voss. 2. et Leid. 2.

§ 2 *In agrum Vestinum Formianumque*] Lege, ut supra, *Vescinum*. Sigon. Omnes scripti in *Vestinum* conspirant. Sed vide hoc lib. ad c. 20. § 1. Deinde *Forminumque* Flor. *Porminumque* Klockian. *Formiunum*, omissa copula, Gaertn.

Et partem aliam in Eserniacum quoque, quæ Vulturno adjacent flumini] Ita habent vetustiores quidam codd. et Eserninorum meminit Ptolemæus III. 1. item Plinius III. 12. in Samnitibus. Quidam ita emendarunt, *et parte alia in Esetrunium, quæque Vult. adjacet flum., descendere*. Ego quid *Esetrunium* sit ignoro. Tum illud *quæque* quid referat, æque obscurum. Planior erat sensus, si ita legeretur: *et parte alia in Eserniacum quoque, qui Vult. adjacet flumini, descendere*. Sed lectoris esto judicium. *Glar*. Vet. lib. *et parte alia in Æserniacum, quæ Vult. adjacet flumini:* ut agrum Æserniæ intelligat, oppidi Samnitium. *Sigon*. Promanavit lectio Sigoniani in

posteriores omnes edd.: cum antiquiores, et in his Andreæ, exhibeant *in Eseruniclum quoque, quæ Vult. adjacet flumini*. Campani, *in Eserniam quæque Vulturno adjacet flumini*. Mss. vero codd. et in ceteris Pal. 1. *et partem aliam in Slicitum, quæque Vult. adjacet*. Pal. 2. *et partem aliam in Etrurianum, quæ Vult. adjacet*. Pal. 3. *partem aliam in Sensatitium, quæque Vulturno adjacet*. Gebh. Sic [*Æserniacum* et *adjacent*] Sigonius pro *Esetrunium*, et *adjacet*. Nostri *Æsernimum*. Deinde, *quæque Vulturno adjacent flumini*: sive malis *Æserninum, quæ Vulturno adjacet flumini*. J. F. Gron. *Et pars alia in Etrurianum* Port. *et partem aliam in Etrurianum* Gaertn. et Hav. *in Hetrurianum* in Oxon. B. *in Etruriam* in L. 2. *in Estrurianum* in N. *in Casertianum* in C. *in Æsernnium* in Exc. Pithœi esse, Hearne auctor est. *Et partem aliam in Eestrunium* Voss. 1. et Leid. ambo: *et partem aliam in Eestrunicum* Harl. *et partem aliam in Eestrinium* Lov. 1. *et partem aliam in Eretrunium* Klockian. *et partem aliam in Maseerurium* Lov. 2. *et partem aliam in Lanesstrunium* Lov. 4. *et partem aliam in*, omissa voce sequenti sine ulla lacuna, Lov. 3. *et partem aliam in Æsernium* Flor. quod, certe *Æsernium*, Salvinius adposito signo sibi non displicere indicavit. Mihi magis adridet *et parte alia in Æsernino*. Ita ' turma equitum Æsernina ' memoratur XLIV. 40. et ' Æsernini ' vocantur incolæ Æserniæ XXVII. 10. Deinde *quæque Vult. adjacet* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Neapol. Latinii, et Exc. Pithœi: *quæque Vult. adjacent* Klockian. et Flor. *quæ Vult. adjacet* Harl. Gaertn. et Hav. Se etiam *quæ*, non *quæque*, invenisse in Oxon. N. L. 2. B. et C. Hearnius profitetur. Verum alterutram conjecturarum Gronovii, et quidem priorem ob codicum optimorum auctoritatem, probandam esse existimo. Posteriorem enim *qua adjacet* non nisi minoris auctoritatis codicum *quæ adjacet* præferentium, vestigia probant.

§ 3 *Fabius Etruria rebellante denuo quatuor millia et quingentos Perusinorum occidit*] Adde præpositionem *Fabius in Hetruria reb.* Gelen. Præpositionem a Gelenio additam, quam etiam servant omnes codd. sola omiserat ed. Frobeniana a. 1531. Tum *quatuor et quingentos Perus.* omissa voce *millia*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Hav. *quatuor et quingentos Perusinos* Gaertn. Deinde *cecidit* Port. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 4 *Singuli æris trecentis decem*] *Æris coctis decem* Leid. 2. Sed adparet olim scriptum fuisse *æris coctis decem*.

§ 5 *Partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconsul sequeretur*] Vet. lib. *pro consule*. Sigon. *Partim Ap. Claudius prætor, partem* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. et Hav. Vox *Claudius* exsulat a plerisque edd. vett. *prætor* a Leid. 2. Deinde *procul sequeretur* Voss. 2. Sed recte *pro consule sequeretur* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. quod in aliis codd. sibi obvium probavit Gronovius c. 29. § 6. et XXXVIII. 37. § 1. quorum priori etiam *sequerentur* scribendum conjecit. Quod tamen non est necessarium. Livius enim duobus substantivis singularibus verbum vel plurale vel singulare jungere solet. Vide ad XXXVII. 29. § 6.

Ibi et Samnitium legiones omnes considunt] Τὸ *legiones* abjudicant sib Pall. tres Mss. codd. Campanus vero τὸ *omnes*. Andreas vulgavit olim *ibi ad Samnium omnes considunt*. Denique Pal. 2. *et ibi Samnitii omnes considunt*. Gebh. In prima video Tarvisina. Andreas et scripti *legiones* nesciunt. Ille dedit Romæ *ibi ad Samnium omnes considunt*. Scripti, pars major, *ibi et Samnitium omnes considunt*: quidam *ibi ad Samnitium*

omnes considunt: unus *ibi et Samnitii omnes considunt*: non nemo, *et ibi Samnitii omnes considunt*. Placere potest *ibi et Samnitum*, vel *Samnitium omnes*. Ut xxxi. 45. 'Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit.' *J. F. Gron.* *Et ibi Samnitii omnes* Port. et Hav. *et ibi et Samnitium omnes* Gaertn. et Hearnii Oxon. N. *ibi et Samnitium omnes* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et Exc. Pithœi. Quod quemadmodum Gronovio, ita mihi etiam non displicet. Sic, monente Jac. Gronovio, codex Cantabr. exhibebat xxiv. 32. 'Prætorumque (nisi qui in tumultu aufugerunt) omnes interficiuntur.' Donjatius probabat primarum edd. lectionem *ibi ad Samnium omnes*. Sed superbum videtur, optimorum codicum lectionem sine caussa spernere, eique vett. edd. auctoritatem obponere. Prætexit tamen τοῦ *legiones* e proximo repetitionem minus elegantem esse. Verum non id voluit Gronovius, qui *Samnitium omnes* dictum putabat pro 'Samnites omnes,' ut exemplum, quo locutionem inlustravit, ostendit. Ceterum lectionem vulgatam *ibi et Samn. legiones omnes* ante Tarvisinas jam receperat ed. Mediol. 1480. Insuper *considunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Ita sæpe variant scripti. Vide Cortium ad Plinii Ep. iii. 1. § 5. Paullo ante *in agrum Stellantem* Lov. 4. *in agrum Stellatam* Voss. 1. *in agrum Stellatum* Gaertn. et Hav. Vide ad ix. 54. § 5. Paullo post *et Appius Claudius Volumniusque* Lov. 2. *et Appius et Volumnius* Port. Gaertn. et Haverk. Deinde *conjungere*, pro *conjungunt*, Leid. 2.

§ 6 *Illinc ab ultima jam dimicantibus spe*] *Ad ultimam jam dimic. spem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad xxvi. 1. § 3. Paullo ante *Pugnam infestissimis animis* Lov. 3. *Pugnatum infessis animis* Hav. Deinde *ira stimulata*, pro *stimulante*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3.

§ 7 *Cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti*] *Cæsa ergo sedecim Samn. millia* Leid. 2. et Lov. 1. *Cæsa ergo Samn.* $\overline{XVI}$. voce *millia* omissa, Flor. Leid. 1. et Lov. 3. Deinde *capta* $\overline{II}$. Leid. 2. et Lov. 1. *capti duo millia* Hearnii Oxon. B. et C. quod dictum videri posset, quemadmodum illa, de quibus ago ad xxxvii. 39. § 12. hic tamen ob aliorum codicum dissensum nihil mutari placet.

Ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti] Pal. 2. refert *duo millia et ducenta*. Gebh. Ita etiam in Hav. inveni: sed *II. millia ccc* in ed. Parm. *duo millia et septingenti* in Lov. 2. Verum omnia hæc verba desunt in Harl. Port. et Gaertn. cui errori ansam dedit vocum *duo millia septingenti*, paucis dictionibus interjectis, repetitio; unde etiam simul patet, hic non *ducenti* vel *trecenti* legendum esse. Eadem verba desunt etiam in reliquis edd. Moguntina prioribus. Illa autem dedit *ex Rom. ex. duo millia septingenti*: sed mox Aldus, ut nunc exstat.

§ 8 *Nam et terram multifariam pluisse*] *Nam et terra* Hearnii Oxon. C. et ed. Froben. 1535. cum nonnullis ætate proximis. Vide ad iii. 10. § 6. Tum *pluvisse* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. Hav. et exceptis Tarvisinis, tantum non omnes edd. usque ad Curionem, qui *pluisse* substituit. Vide ad i. 31. § 1. *Multi* etiam, pro *multifariam*, Voss. 2.

Et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos, nunciatum est] Vocula *et* non adparet in Port. Gaertn. et Hav. Deinde *fulmine ictos* legunt Harl. et editi ante Aldum. Male. Infra xxii. 1. 'Milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum.' Insuper τὸ *est* exsulat a Voss.

2. et Lov. 2. 3. ac 4. Mox *librique ex hoc aditi*, pro *ob hæc*, Port. et Hav. *librique ad hæc adici* Gaertn. *librique ob hæc adicio* Flor.

§ 9 *Q. Fabius Gurges, consulis filius*] *Quintius Fabius Gurges* Leid. 2. *Q. Marcus Fabius Gurges* Hearnii Oxon. C. *Q. Fabius Gorges* L. 1. Deinde *consul filius* Voss. 2. Error ex compendio *cos.* ortus est, quod quemadmodum efferendum esset, indoctus librarius nescivit. Vide ad hujus libri c. 10. § 2. Vide etiam mox ad § seq.

Aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit] *Aliquot in Romanas* Hav. Voces *ad populum* deficiunt in Hearnii Oxon. L. 1. Recte reliqui eas servant. Ad populi enim judicium vocabantur matronæ stuprum passæ, ac viri qui stuprum intulerant. Supra VIII. 22. 'Meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum, die dicta ab ædilibus, crimine stupratæ matrisfamiliæ absolvisset.' XXV. 2. 'Ædiles plebeii aliquot matronas apud populum probri accusarunt.' *Ad populum* est apud populum. Vide ad XXXVIII. 55. § 2. Tum *damnantes* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *multavit* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. et eædem edd. Vide ad II. 52. § 4. Eam orthographiam etiam scripti et editi, quos dixi, recipiunt in verbis seqq. ita tamen ut *multatio ære*, pro *multaticio* legant Lov. 1. et Flor. a m. pr. *multato ære* a m. sec. *multacio ære* est in Leid. 2. et Port. *multatione*, voce *ære* omissa, in Lov. 4.

§ 10 *Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus*] Hi fuerunt consules a. CDXII. quibus annis si adjeceris XLVI. fient anni ab urbe condita CDLVIII. Hic igitur locus convincit, in superioribus alicubi annum unum aut alterum omissum injuria temporum, quos nos in chronologia nostra latius ostendimus. *Glar.* Rotundus numerus erit, si annus consulum Valerii Corneliique numerabitur, id est, si anni extremi non negligentur, neque vero aliter loqui potest, cum dicat 'bella agimus per annum XLVI.' Alibi, ut ostendam, primum annum non numerat. *Sigon.* *Valerio et Corcalio consulibus* exstat in Pal. 1.: in 3. vero *a M. Valerio et Corvo consulibus.* Gebhardus. Robortellus de Convenient. Supput. Livianæ cap. 4. legendum conjicit *annum XLIX.* vel *annum XLVIII.* at suam sententiam tuetur Sigonius Emend. I. 1. et in Scholiis in Chronolog. Livii ad a. CDLVII. Et verum est, id quod Sigonius statuit, Livium sæpe in computando utriusque anni extremi rationem habuisse, interdum alterutrum neglexisse. Vide ad IV. 20. § 8. Quin et, nonnumquam neutrum numerasse, videbimus ad XLII. 10. § 5. Ceterum *Supersunt et nunc* præfert Harl. Vide ad XXII. 47. § 9. Tum *quæ continua jam per quartum volumen* Lov. 4. Port. et Hav. *quæ continue per quartum volumen* Gaertn. Deinde *a M. Valerio, A. Cornelio consule* Flor. *ab M. Valerio, A. Cornelio consule* Voss. 1. *a M. Valerio et Cornelio consule* Voss. 2. et Lov. 4. *a M. Valerio consule* Leid. 1. Adparet librarios iterum in exponendo compendio *COS* lapsos esse. Vide ad § præc. *Ab M. Cornelio et A. Cornelio consulibus* Leid. 2. *ab M. Valerio, A. Cornelio consulibus* Lov. 1. *ab M. Valerio et Cornelio consulibus* Lov. 2. *a M. Valerio et Cornelio consulibus* Lov. 3. *a M. Valerio Cornelio consulibus* Hav. *a Valerio, A. Cornelio consulibus* Hearnii Oxon. C. *M. Valerio, A. Cornelio consulibus* Port. et Gaertn.

Qui primi Samnio arma intulerunt, agimus] Gronovius Obs. IV. 3. hoc quoque adfert, ut ostendat 'agere' sæpe dici pro 'gerere.' Non dubium est, quin id verum sit; sed non puto *agimus* hic esse *gerimus*. Nam quid hoc est, 'bella per quartum jam volumen

gerimus?' *Bella, quæ agimus* videtur esse, 'bella de quibus agimus,' 'quæ exponimus,' 'narramus.' Cicero in Verr. I. 13. 'Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quæ inter decem annos in rebus judicandis nefarie flagitioseque acta sunt.' Et in Verr. IV. 22. 'Hic nolite exspectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim:' id est, ut bene Grævius, persequar enumerando unam quamque domum, quam expilavit. *Duk.* *Qui primum Samnio arma intulerunt* Gaertn. *qui primum Samnio arma intulere* Lov. 4. *qui primo arma intul.* Hav.

§ 11 *Quibus nequiverint tamen dum illa pectora vinci*] Ita habent omnes, quas ego vidi, edd. quum tamen legendum sit ex membranis, *quibus nequiv. tamen dura illa pect. vinci.* Modius. *Quibus nequiv. tamen duriora pectora vinci* reperi in Pall. 1. ac 3. Mihi non displicet legi, quemadmodum præeunt Pal. 2. et Campani ed. *quibus nequiv. tam dura illa pectora vinci.* Andreas ante bina fere secula excudi jussit, *quibus nequiv. tamen dura illa pectora vinci.* Gebh. Sic [*nequiv. tamen duriora pectora*] et Voss. alter. Editum non reperio ante Aldinam. Andreas et omnes cum Mogunt. *dura illa pectora:* nec secus Flor. Rott. Helm. At Voss. 1. *dureilla pectora.* J. F. Gron. Modium antiquiores edd. non consuluisse patet, si quidem, quod notis ejus præscribitur, demum obviam fuerit in Frobeniana 1531. cujus loco Gruterus postea *duriora pectora* substituit, quod, præterquam in Aldina, in Ascens. etiam 1530. et paucis aliis exstitit. *Nequiv. tamen duriora pectora vinci,* ut Gruterus vulgavit, servant etiam Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *nequiverunt tamen duriora pectora vinci* Leid. 2. Voss. 1. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. B. *nequiverunt tam dura pectora vinci* Gaertn. *nequiverunt tamen dulla illa pectora vinci* Harl. *nequiverunt tam dura illa pectora vinci* Port. Hav. Klockian. et Neapol. Latinii: *nequiverint tamen dura pectora vinci* Lov. 2. *nequiverint tamen dura illa pectora vinci* Hearnii Oxon. C. quod præcipue Flor. a Gronovio laudati auctoritate in contextum recepi. Præterea *tot annorum cladem* Harl. et primæ edd. pro quo Aldus, consentientibus reliquis scriptis, *clades* reposuit.

§ 12 *Proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis, ad Tifernum, Stellatibus campis*] Vox *anno* deficit in Voss. 2. Tum *ad Trifernum* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad IX. 44. § 6. Hinc *Stellantibus campis* Lov. 4. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. In verbis seqq. *suis legionibus,* omissa media voce, Port.

Cæsi fuerant, imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant] *Fuerunt* et *amiserunt* Port. Gaertn. et Hav. *amiserunt* se etiam in Oxon. B. ac C. reperisse, Hearnius testatur. *Clarissimum suæ gentis,* trajectis dictionibus, Leid. 1.

§ 13 *Nec suis, nec externis viribus*] *Nec suis, nec et'nis vir.* Lov. 2. Vide ad III. 33. § 5.

§ 14 *Tamen bello non abstinebant*] *Bellonem abstinebant* Gaertn. *non abstinebant bello* Voss. 2.

§ 15 *Quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatis*] Quidam sustulerant ex hoc loco negationem, continuoque post reposuere. Ego quid ibi faciat non plane intelligo. *Glar.* Intelligit Glareanus Aldum, qui ex contextu Liviano negationem sustulit, et continuo post in erratis reponendam judicavit. Sed negationem omittunt etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Horum Mstorum, inter quos sunt omnes integerrimi, et editorum auctoritas tantum non persuadet ut negationem expungendam esse censeam. Et ita oratio per interrogationem concepta indicabit neminem esse debere quem ejus pigeat. Reti-

net tamen non nihil similis locus VI. 12. ubi de longinquis bellis, quæ cum Volscis gesta sunt, dicit, 'Non dubito, præter satietatem, tot jam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud subcursurum.' Attamen, si id mei arbitrii sit, voculam non delebo. Ceterum *diuturnitatis bellorum* Flor. quæ lectio ex glossa nata videtur: 'longinquus' enim et 'longinquitas' pro diuturnus et diuturnitate Livium sæpe adhibuisse, vidimus ad VI. 29. § 1. *Longinquitates* perperam Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. et Port.

Scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt] *Scribendo ea, quæ* Lov. 3. *scribendo ac legendo ea, quæ* Lov. 4. *scribendo legendoque ea, quæ* Voss. 2. Sed τὸ *ea* glossema esse videtur, sive interpositum ab illis qui non observarant, Livium sæpissime pronomen hoc ante relativum omisisse. Vide ad XXIII. 15. § 6. Deinde *quæ legentes non fatigav.* Lov. 2. et Gaertn. *quæ gentes non fatigav.* edd. Rom. 1472. ac Parm. *fatigavere* Lov. 4.

CAP. XXXII. § 1 *L. Postumius Megillus*] *L. Postumius Megellus*, ut ante. *Sigon.* Pall. duo *Mægellus:* totidemque antiquissimæ edd. *Megellus.* Gebh. Prænomen deest in Hav. *M. Postumius* dicitur in Harl. Deinde *Regillus* Port. et plures ex prioribus excusis. *Mægellus* Lov. 3. *Megellus* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. et Klockian. Et ita etiam habuere omnes, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam a. 1531. Vide Sigonium hoc lib. ad c. 26. § 15. et ad XXVII. 6. § 8. Pighius autem in Annal. Rom. ad a. CDLIX. p. 394. eumdem hunc esse censet L. Postumium, qui antea consul fuit a. CDXLVIII. ideoque numerum etiam iterati magistratus adjungendum esse. Iterum hoc anno consulem fuisse adsentior; sed, quid de nota repetiti honoris adjicienda existimem, sententiam dixi ad II. 16. § 7. Ceterum paullo ante *Q. Fabium et P. Decium*, interposita copula, Port. et Hav. Sed vide ad II. 17. § 1.

Et M. Attilius Regulus consules] *Atilius* veteres libri et Capitolini lapides. *Sigon.* *Et inde Altilius Reg.* Lov. 3. *et inde M. Atilius Reg.* duplici lectione juncta, Voss. 2. a m. pr. Solent passim *M.* prænomen et *iñ*, sive *inde*, commutari. Vide ad IV. 52. § 4. Nomen autem gentis uno *t* scribi oportere, jam monuit Sigonius ad V. 13. § 3. *Et M. Atilius C. Reg.* inepte Voss. 1. et Lov. 1. Vocem *consules* omittit Gaertn.

§ 2 *Quia tres scriptos hostium exercitus*] *Et quia tribus scriptis hostium exercitibus* Port. Gaertn. et Hav. *quæ tres scriptos habuit ex.* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Samnitium ambobus* Voss. 1. et Lov. 1. *Samnitibus ambobus* Leid. 2.

Altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus] *Populationes*, pro *populationem*, ut omnes priores habuerunt, Gronovium edidisse, monuit Hearnius; et tamen de Oxoniensium suorum lectione ne verbum quidem addidit. *Populationem* legunt apud me Harl. Lov. 2. 3. et Voss. 2. *populatione* Leid. 1. et Lov. 4. Tum *repetit* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 3. 4. qui omnes una cum Gaertn. exhibent *parare.* Port. autem insuper *finibus parare.*

§ 3 *Atilius cum exercitu extemplo profectus*] *Profectus* ait primum singulariter, deinde pluraliter subjungit 'obvium habuere hostem.' Suspicor plane, non integram esse hoc in loco codicum fidem, quamquam, quod ad eam rem dicerem, habeo; verum mihi non satis facio. *Glar.* Absunt a triga Pall. codicum duo vocabula *cum exercitu:* neque profecto comparent in vetustis edd. *Gebh.* Τὰ *cum exercitu* unde susceperit Asulanus, ipse viderit: nostri certe scripti ea ignorant; nec minus Andreas, et ejusdem præfationem præferentes, et Beccar. Asc.

Mogunt. Saveterius. Et vult ista sæpe intelligi Livius: vel supra c. 1. 'C. Junius Bubulcus, cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit.' Sed offendit eum, quod sequitur *habuere:* quasi non ibi possit intelligi 'Romani,' qui duce Ætilio venerant: vel potius et 'Romani' et 'Samnites' suum uterque exercitus hostem. Ad eundem lapidem impegit Sigonii codex, qui *habuit*, non succinentibus nostris: et recte, inquit ille: refertur enim ad vocem *Atilius*. Qui non ergo etiam *ipse prohiberetur*, et deinde *prohiberet*, facit? *J. F. Gron.* Ut in hoc loco Sigonius et ante eum Glareanus hærerent, non minima caussa fuit prava interpunctio. Ita enim fere edebatur olim: *extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret, velut ex composito, &c.* Arte igitur cohærere debent 'Atilius profectus obvium habuere;' qui verus est solœcismus: cui eximendo Aldus voces *cum exercitu*, quæ in nullo etiam meo cod. obcurrunt, addidit; Sigonius *habuere* mutavit in *habuit*. At loco optime consuluit Gronovius interpungendo quemadmodum postea passim editum est, licet mutatæ distinctionis non meminerit, ne olim quidem in prima ed. notarum ad XXXVIII. 29. ubi de hoc loco egit. Paullo ante *Romæ* exsulat a Gaertn. In verbis seqq. *Patribus placuerat* est in Lov. 4.

Nondum egressos obprimeret] Pall. 1. ac 3. *ut dum egressos*. Pal. 2. *nondum regressos*. Gebh. *Ut dum egressos* Lov. 3. *nondum regressos* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Hav. et Oxoniensis N. apud Hearnium, qui *digressos* invenit in B. et tum *comprimeret* in C. *digressos* etiam inveni in Port.

§ 4 *Ibi obvium habuere hostem; ubi et intrare, nedum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur*] *Ibi* et *ubi* relativa hic sunt, et Samnitium rem superiorem Romana ait trifariam, quod Romanos ab ingressu, a vastatione, a regressione prohibere facile quiverint. Sed lector locum discutiat, perpendatque dicendi genus satis durum, mea quidem opinione. *Glar.* Vet. lib. plerique *habuit:* et recte. Refertur enim ad vocem 'Atilius.' *Sigon.* *Ibi obvium habuit* in solis Lov. 2. Port. et Gaertn. inveni: Hearne vero in Oxoniensibus N. B. ac C. sed *habuere* defendit Gronov. ad § præc. *obvium ibi habuere* Lov. 4. *sibi obvium habuere* Harl. Vide ad I. 55. § 5. *Ibi obvium habuerunt* Hav. Deinde *ubi et vastare ipsi*, reliquis omissis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ubi vastare ipsi* Hearnii Oxon. N. in margine: *ubi et intrare vastare ipsi* Flor. *ubi et intrare vastare ibi* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. ac 4. *ubi intrare et vastari ipsi* Hav. *ubi intrare ac vastare ipsi* Port. et apud Hearnium Oxoniensis B. Ex solis Harl. et Klockian. nihil notatur. Ceterum Manutius ad Cic. ad Fam. VII. 28. aliique observant *nedum* hanc vim habere, ut semper neget; adeoque fere notare 'multo minus,' 'tantum abest ut.' Id primo intuitu hic fallere videtur: nam 'nedum vastare prohiberentur' reddi nequit, 'multo minus vastare prohiberentur' vel 'tantum abest ut vastare prohiberentur;' sed potius reddi debet, 'multo magis vastare prohiberentur.' Verum observandum est, negationem, quæ inest verbo *prohiberentur*, inde separandam, idque per 'non permitterentur' exponendum, ac negationem ad posterius orationis membrum non repetendam esse, hoc modo: ubi non permitterentur intrare, multo minus permitterentur vastare. Alia exempla, ubi negatio, quæ verbo inhæret, inde dissolvenda sit, vide ad XXXIX. 15. § 11. Et quidem locus fere similis est apud Propert. El. I. 9. 31. 'Illis et silices, et possunt cedere

quercus; Nedum tu possis, spiritus iste levis:' ubi *cedere* capio quasi dictum esset non pares esse, hoc modo: 'silices possunt non pares esse, tantum abest, ut tu possis par esse.' Insuper *prohiberetur* Voss. 2. et Lov. 3. *prohiberent* Hav. et Hearnii Oxoniensis B. Vide ad x. 10. § 1. Tota vox exsulat a Lov. 2. et 4.

Et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines] Pal. 2. *et regredi inde in pacata.* Gebh. Omnia hæc verba cum duobus sequentibus omittuntur in Hav. neglegentia librarii, quem in errorem perduxit repetitio τοῦ *prohiberent: regredi* etiam Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hearnii Oxonienses N. L. 2. B. C. et edd. Frobeniana 1531. priores. Quid autem de hac lectione censendum sit, videbimus ad verba seqq. Deinde *sociorumque populo Romano* Harl. et primæ edd. de quo vide ad xxxix. 47. § 11. *Populi Romani* primum inveni in ed. Mediol. 1505. quod etiam in reliquis omnibus superest Mss.

Samnites prohiberentur] Venustior est prisca lectio, *Samnitem prohiberent.* Cujus hic est sensus: Romani ibi obvium habuerunt hostem Samnitem, ubi et intrare, nedum vastare Samnitum agrum ipsi prohiberentur, et egredi in fines populi Romani Samnitem prohiberent. Deinde novæ periodi faciendum est initium: 'Cum castra castris.' *Sigon.* *Samnitium prohiberent* Gaertn. *Samnites prohiberent* Harl. et edd. Sigonio antiquiores, nisi quod *Samnites prohiberentur*, ut notis Sigonii præscribitur, in una sit Basileensi 1555. *Samnitem prohibebant* Lov. 2. *Samnitem prohiberent* reliqui omnes scripti. Pessime de hoc loco promeritus est Glareanus; qui, quum suo tempore ederetur *Samnites prohiberent*, vocem *Samnites* casu primo accepit, ut illi dicantur prohibuisse Romanos 'regredi' (hanc enim lectionem ex vetustioribus edd. probasse Glareanum, expositio ejus indicat) in pacata. Verum, ea lectione admissa, *Samnites* casu quarto intelligere debuisset: ut innuat Livius, hostium occursu prohibitos fuisse hinc Romanos intrare et vastare agrum Samnitium, inde Samnites egredi in pacata: id enim exigunt Livii verba 'et ipsi intrare prohiberentur, et Samnites prohiberent;' insuper etiam verba 'sociorumque populi Romani.' Si enim, ut Glareanus existimat, Livius indicare voluisset, rem Samnitium trifariam superiorem fuisse re Romana, potius hoc modo verba concepisset: 'ubi intrare, nedum vastare agrum, et regredi inde in pacata sociorumque suorum fines Samnites prohiberent.' Nunc autem, lectionem illam *Samnites prohiberent* admitti non posse, patet ex Mss. quorum non tantum optimi omnes, sed etiam, paucis demtis, reliqui præferunt *Samnitem prohiberent*, ut recte Sigonius emendavit. Et ita vitatur etiam ambiguum, quod inerat voci *Samnites.* 'Samnitem' pro Samnites, ut 'Romanus' pro Romani. Vide ad III. 2. § 11. Præterea, hac lectione probata, nulli dubium esse potest, quin in verbis præcedd. *egredi*, non *regredi*, etiam invitis plerisque codd. legendum sit. 'Egredi in pacata,' nimirum ex loco in quo bellum gerebatur, quemadmodum 'egredi in vadum,' nimirum ex amne, VIII. 24. ubi quædam vide. Ita 'educere in aciem,' 'in castra,' de quibus vide ad III. 62. § 5.

§ 5 *Quum castra castris conlata essent*] *Quumque castra* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *collocata essent* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Livius XXVII. 12. 'Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat.' c. 27. 'Nunquam satis castra castris conlata duceret.' XLIV. 20. 'Castra castris prope ita conlata esse, ut flumine Enipeo interjecto arceantur.' Solent autem 'collatus' et 'collocatus' sæpe a librariis confundi. Vide ad v. 32. § 8. IX. 24. § 5. hoc lib. c. 29. § 5.

XXXVIII. 57. § 2. et viros doctos ad Sueton. Aug. c. 33. Mox *facere*, pro *facit*, Lov. 4.

Non venit ad finem tam audax inceptum, tamen] *Tam audax inc. ad finem*, mutato ordine verborum, Voss. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *tamen* omittitur in Lov. 2. Et quidem, eam particulam interdum omitti post *quamquam* aut similes particulas, videbimus ad XXII. 20. § 1. Hic tamen non ejiciendam esse, suadet reliquorum codd. in ea servanda consensus.

§ 6 *Lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum ademto*] *Lucis usum caperet* Hav. 'Potestatem adspiciendi eripere' dixit Cic. de Amicit. c. 13. Tum *non profectu modo* idem Hav. *non profecto modo* Lov. 4. Hinc *adepto* Flor. et Leid. 1. Vide ad VIII. 1. § 3. Mox *egredientium*, pro *congredientium*, Port. Gaertn. et Hav. Quum *c̃gredientium* scriptum esset, ex non intellecto compendio error ortus est. Ita *evocare*, pro *c̃vocare*, sive *convocare*, librarios perperam dedisse, vidimus ad XXII. 40. § 8. *Inter se congredientium* alio ordine Leid. 1.

§ 7 *Hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vixdum satis certa luce*] *Ac velut latebra insid. freti* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Vide ad XXXV. 27. § 7. *Ac velut insid. freti* Lov. 3. *Hic velut latebra insid. freti* Gaertn. *Aut velut latebra insid. freti* Hav. *Hac velut latebra insid. fieri* Leid. 2. Tum *urendum satis certa luce* Lov. 3. Livius IX. 42. 'Postero die vixdum luce certa deditio fieri cœpta.' XXVIII. 14. 'Vixdum satis certa luce equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit.' Vox *satis* deficit in Gaertn. quam Livium vel addere, vel omittere solitum fuisse, modo adlata exempla docent. Hic ergo reliquis codd. eam servantibus adsentior. Mox *vigilias noctis* Voss. 2. invitis reliquis, quos sequor. *In portam segniter agentem* editi ante Aldum.

§ 9 *Itaque captum quaestorium: quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus*] Sententiam Lipsii de situ quæstorii refellit Schelius in notis ad Polyb. de Castris p. 1164. *Duk.* Vocula *que* posterior non adparet in Hav. nec sequens *ibi* in Lov. 4. Tum *L. Oppinius Pensa* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *L. Opimius Pausa* Lov. 2. Mox *conclamatum deinde*, pro *inde*, Lov. 4. Vide ad XXXVI. 24. § 10. sed *deinde* hic ex glossa natum puto; pro eo enim sæpe *inde* usurpatur. Vide ad XLII. 55. § 6.

CAP. XXXIII. § 1 *Consul tumultu excitus*] *Exercitus* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. cum edd. Rom. 1472. et Parm. quorum librarii se *ex'citus* scriptum invenisse crediderunt. 'Excitus tumultu,' ut 'excitus clamore,' 'fama.' I. 39. 'Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitos reges.' XXIX. 4. 'Masinissa, fama Romanæ classis excitus, cum equitibus paucis venit.' Solent autem passim hæ voces in scriptis commutari. Vide ad I. 14. § 6. II. 62. § 4. III. 48. § 6. V. 8. § 7. c. 16. § 8. VI. 29. § 0. VII. 2. § 6. VIII. 20. § 4. Eodem errore etiam confunduntur 'excitare' et 'exercitare.' Vide ad XXXIX. 1. § 5. Multa similia vide ad XXI. 28. § 5.

Cohortes duas sociorum, Lucanam Suessamque] *Duas coh. soc.* Leid. 1. *cohortes soc.* Leid. 2. *cohortes duces soc.* Gaertn. a m. pr. *ducis* a m. sec. Tum *Lucanamque et Suessanam* Leid. 2. Mox *manipulosque legionum*, addita connectente particula, Voss. 2. et Lov. 3. et *induci*, pro *inducit*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quasi regi deberet a verbo præcedenti *jussit*. Sed male.

§ 2 *Vixdum satis aptatis armis*] Prima vox exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Tum *armis aptatis* legunt Harl. et edd. ante Aldum. Mox *æstimare potest*, pro *æstimari*, Leid. 1. Lov. 3. 4. et Harl. *extimare potest* Lov. 2.

§ 3 *Consul vociferaretur, expulsine extra vallum, castra deinde sua obpugnaturi essent, rogitans*] Suspectum est

rogitans. Cap. 28. 'Vociferari Decius, quo fugerent? quamve in fuga spem haberent?' c. 29. 'Livius vociferari, vicisse Romanos.' II. 65. 'Vociferantur, se ante signa ituros.' Sic III. 40. XXIII. 7. XXIV. 21. et alibi sæpe, cum apud Livium, tum apud alios: in quibus omnibus verbo *vociferari* nihil aliud additur, nec addi necesse est. Credo sæpe alios liberaliores fuisse in adjiciendis quibusdam hujus generis, ut 'ait,' 'dicit,' et similibus, quam auctores ipsos. Vide Gronov. ad Livii III. 56. XXIII. 45. XXXVII. 10. et Cortium ad Sall. complaribus locis, quæ vide in Indice voce 'Ellipsis:' cujus sententiam tamen non ubique facio meam. Suet. Calig. c. 34. 'Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non licere dicens, quod Platoni licuisset?' Justinus XIII. 2. 'Nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleverint, reges constituantur, quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit.' Ibi suspectum est *dicens*, hic *dicit*. Rursus Justinus XXXIV. 3. 'Senatum adiit, obsidemque se vivo fratre venisse.' Hic Bernecc. et Scheff. frustra dubitant, an legendum sit, *obsidem inquiens se vivo fratre venisse*. Sine controversia verum est, quod habent Mss. Bongarsii, Burmanni, ac Duisburgensis *obsidem se*, abjecta copula *que*. Vide Gronov. Observ. II. 14. *Duk.* *Expulsive extra vallum* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad v. 28. § 5. Tum *castrane inde oppugn. essent* Gaertn. *castra oppugn. essent* Port. Deinde *rogitans*, quod Dukero suspectum est, deficit in uno Lov. 4. Si plures ignorassent, ex contextu etiam ejecissem, quum passim similia verba librarii interponere de suo soliti fuerint. Vide ad XXIII. 45. § 6. Paullo ante τὸ *et* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. *introrsus* autem præfert Lov. 2.

§ 4 *Connixi primo resistunt*] Pal. 2. *primo resistere*. Gebh. *Connisi pot resistunt* Lov. 3. *connixi primi resistunt* Port. et Hav. *connixi primo resistant* Voss. 2. Mox *inferunt pēdentem*, pro *pedem*, Lov. 3.

Terrore eodem agunt, quo cœperunt. Expellunt extra portam] Duo e Pall. meliores, *terrore eodem cogunt, quo cœperunt, expelluntque extra portam*. Gebh. Duobus Pall. Gebhardi consentit ex meis Lov. 3. Neque aliter Voss. 2. nisi quod habeat *expelliturque*. *Terrore eodem cogunt* etiam est in Lov. 2. 4. Leid. 1. et apud Hearnium in margine Oxon. N. *eodem terrori agunt* Gaertn. Tum *quo cœpere* Lov. 4. *quo cœperant* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Turbida lux metum circa insidiarum faciebat*] *Lux ne metum cum archa ins.* Voss. 2. et Lov. 3. *lux ne metum cum cura ins.* Lov. 4. *lux metum esse ins.* Hav. Pro *circa* per compendium scriptum fuerat *c̄c*, quod levi errore mutatum est in *ēe*. Vide ad § seq. *Lux ne tum circa ins.* Leid. 1. Paullo ante *peragere ac persequi*, pro *pergere ac pers.* Hav. Alibi ita peccarunt scribæ. Vide ad II. 1. § 1. IX. 6. § 4. *Pergere ac prosequi* Lov. 1. a m. pr. Harl. Gaertn. et editi usque ad Aldum. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX.

Liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum] *Liber. castris continere se cœperunt intra vallum* Klockian. *lib. castris conterriti recep. se intra vallum* Gaertn. *libertatis contenti recep. se intra vallum* Leid. 2. *libertatis castris* Leid. 1. Lov. 4. Port. et Hav. in quo posteriori sex voces sequentes omittuntur; at sola *receperunt* in Voss. 2. et Lov. 3. Mox *cesis*, pro *occisis*, Leid. 2. et Gaertn. *occisi* Lov. 2.

§ 6 *Et eorum, qui circa quæstorium oppressi, periere ad ducentos triginta*] *Eorum et qui circa quæst.* Lov. 3. *et eum qui ēe quæst.* Hav. qui similiter errabat § præc. Tum *periere oppressi* idem Hav. *perire oppressi* Gaertn. Deinde *periere ccxxx* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *periere ad cccxxx* Voss. 2.

et Lov. 3. *periere ada cc. xxx.* Flor. et Leid. 1. quæ lectio suspicionem injecit, legendum esse *periere ad ∞ccxxx.* Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. Et hanc conjecturam firmat dicta Voss. 2. et Lov. 3. lectio, modo pro prima nota *c* reponatur ∞. Nam et alibi hæ notæ commutari solent. Vide ad lib. XXXVIII. c. 37. § 6. Paullo ante *Romanorum stationes primæ* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Eædem autem edd. cum Voss. 1. hinc legunt *vigiliumque.*

§ 7 *Non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos*] *Præferre inde castra Romanum* Port. alibi sæpe obvio errore. Vide ad III. 12. § 9. IV. 44. § 2. VIII. 22. § 4. hoc lib. cap. 40. § 6. et alibi. Passim autem præpositiones *pro* et *præ* ac verba cum iis composita commutari, dictum est ad IX. 10. § 7. *pro* autem in compositione hic eamdem vim habet, atque in 'promittere' apud Heinsium ad Silii III. 534. *Inde proferre castra Romanum* Gaertn. *proferre inde castra Romanorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *proferre in castra Romanum* Lov. 4. Vide hoc lib. cap. 20. § 6. *Proferre in castra Romanorum* Hav. Tum *sed non pab. quidem*, tribus sequentibus vocibus neglectis, Leid. 2. et Lov. 1.

In pacatum Soranum agrum pabulatores ibant] *In pac. agrum Sor.* Port. et Gaertn. *in epacatum agrum Soranum* Hav. Tum *populatores ibant* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide hoc lib. ad cap. 3. § 6. Sed vox *pabulatores* deficit in Port.

§ 8 *Fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam*] *Quam res erat* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Utrumque dici potest, ut patet ex illis quæ notantur ad II. 47. § 5. Hic igitur, ubi pro vulgato et plures et optimi stant codd. nihil mutandum est. Deinde *perlatam Romam* Lov. 1. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 9 *Ex urbe; prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire. Ipse ædem*] *Quod exiret* Hav. Vide ad V. 51. § 7. *Quam exirent* Lov. 3. quasi referendum foret ad milites, quum sit ad consulem Postumium. *Quam urbe exiret* Lov. 4. qui etiam præfert *Soram missis convenire.* Vide ad IX. 43. § 2. *Soram jussit convenire* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVII. 24. § 3. Ceterum locus mala interpunctione laborat, quem ita emendandum existimo: *proficisci ex urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse ædem, &c.* quemadmodum fere in quibusdam inveni edd. antiqq.

Quam ædilis curulis ex mulctaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit] De L. Postumio Megello consule loquitur, quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendam curasse ait: cum supra tamen hujus ædilitatis nulla mentio sit, neque id librorum vitio. Est enim hoc Livio familiare, ut magistratus alicujus, aut legis, aut rei, non anno illo, quo de ea actum est, verum multos post annos mentionem inferat. Quæ res sæpe angit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam numquam antea latam esse scripserat, XXXIV. 1. ['Glareanus non frustra clamat, in hoc πρότερον ὕστερον.'] *Sigon.* Credo *ex multatitia pecunia* turpe glossema esse. *Klock.* Livii in hoc loco nonnullam negligentiam notat Perizonius Anim. Histor. cap. 4. p. 162. *Duk.* De more Livii, cujus hic meminit Sigonius, vide ad XXXIII. 44. § 2. Ceterum *multaticia*, ut Sigonius edidit, Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. et edd. Romana 1472. ac Parm. Vide ad II. 52. § 4. Cur autem verba *ex multaticio argento* Klockio suspecta sint, non adsequor: nisi forte existimaverit, ex multa vix redigi posse tantam pecuniæ summam, ut inde ædes sacra construi possit: at similia exempla occurrunt XXIV. 16. XXXIII. 42. et XXXIV. 53. Tum *dicavit* Voss.

1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. CXXXVIII. In his 'dedicare' usitatum esse patet ex illis quæ notantur ad v. 23. § 7.

§ 10 *Ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium*] *Profectus Soram, in Samnium* Flor. *profectum ab Soram Samnium* Leid. 1. *profectus ab Sora in Samnites* Gaertn. Mox *duobus diffisi exercitibus* alio ordine Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *recessere*, pro *recesserunt*, Lov. 4. *recesserant* Gaertn.

Diversi consules ad vastandos agros, &c. discedunt] Præcipiunt legere Pall. omnes *divisi consules ad vast. agros urbesque oppugn. discedunt.* Gebh. Rectum est *diversi.* Sallust. Jug. c. 50. 'Neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxime diversi.' Nepos in Datame c. 11. 'Quum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent. *Duk. Divisi* Voss. 2. (utrumque Voss. memorat Oudendorp. ad Lucani X. 483.) Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Sæpe 'divisus' et 'diversus' commutantur in scriptis. Vide ad Livii v. 55. § 5. hoc lib. c. 41. § 11. XXI. 55. § 2. et alibi sæpe. Adde N. Heinsium ad Claudiani de Laud. Stil. III. 45. Burmann. ad Nason. Ep. Her. XII. 145. et Oudend. ad Lucan. loc. laud. Verum hic cum optimis scriptis nihil muto. Supra III. 60. 'Consules, rebus urbanis compositis, in provincias diversi abiere.' IX. 2. 'Pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet.' c. 37. 'Ad castra, ad silvas diversi tendebant.' X. 12. 'Diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur.' c. 27. 'Diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos cursum deflexit:' ubi etiam pariter variant nonnulli codd. c. 36. 'Diversique integri atque intacti abissent.' c. 44. 'Diversi Papirius ad Sepinum, Carvilius ad Valanam obpugnandam legiones ducunt.' Hic etiam similis varietas in quibusdam codd. obcurrit. XXII. 56. 'Quum Patres diversi ad sedandos tumultus secessissent.' XXV. 19. 'Consules diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos, abierunt.' Et hic pariter turbant libri. XXVI. 20. 'In hiberna diversi concesserunt, Hasdrubal Gisgonis ad Oceanum et Gades, Mago in mediterranea, Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero.' XXVIII. 46. 'Et prætores diversi in provincias profecti.' XXXIII. 15. 'Hæc tria diversa agmina discessere.' c. 29. 'Evastatis prius agris, quam ab Elatia diversa agmina iere.' XLII. 7. 'Diversi in omnes partes fugerunt.' XLV. 38. 'Quid moremini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras?' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 12. et Burm. ad Valer. Flacci IV. 387. Et ita 'diversi coire' dicuntur, qui ex locis diversis in unum conveniunt, apud Ovid. Ep. Heroid. XIX. 167. 'At nos diversi medium coëamus in æquor.' Præterea *descendunt* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Ita sæpe variasse librarios, vidimus ad IX. 14. § 7. Hic tamen *discedunt* verius esse, quædam eorum locorum, quibus τὸ *diversi* inlustravi, docere possunt.

CAP. XXXIV. § 1 *Milioniam obpugnare adortus, vi primo atque inpetu*] Vet. lib. *Miloniam.* Item Stephanus, Μιλωνίαν urbem esse Samnitium clarissimam, scribit. *Sigon. Melioniam* Voss. 2. *Miloniam* Lov. 4. Harl. Port. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et vetustæ edd. ante Aldum, *Milloniam* Gaertn. *Miliориam* Lov. 3. *Milionam* Flor. Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. Vide hoc lib. ad c. 3. § 5. Similes varietates mox etiam in scriptis supersunt hoc cap. § 5. Hinc *ut primo* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IV. 51. § 6. Sed τὸ *vi* exsulat a Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. quorum postremus insuper, alia adhuc voce omissa, præfert *oppugnare adortus primo inpetu:* at *primo* non comparet in Lov. 3. ac Gaertn.

Mox *dein*, pro *deinde*, Flor. et Leid. 1. quorum auctoritate recepi. Vide ad III. 8. § 6.

Opere ac vineis demum injunctis muro cepit] *Junctis* Lov. 3. 4. Portug. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sed primam syllabam τοῦ *injunctis* elisit litera finalis vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Ex *iunctis* postea alii fecere *vinctis*, quæ lectio est in Voss. 2. Vide ad v. 7. § 2. Sed nihil mutandum est. Supra IV. 9. 'Ex alia parte consul muro Ardeæ brachium injunxerat:' ubi vide quæ viri docti notarunt. Insuper quidam librarii, ægre ferentes verbum *cepit* accusativum, ut putabant, non adjunctum habere, scripserunt *muros cepit*, quod inveni in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. alii *muro eam cepit*, quod Hearnio obvium fuit in Oxon. L. 2. Male. Ex præcedentibus enim 'Milioniam' repetendum est. Vide quæ notantur ad II. 40. § 10. et IX. 22. § 8.

§ 2 *Ab hora quarta usque ad octavam fere horam*] Vet. lib. *ab hora quarta diei ad oct.* Sigon. Lectio *ab hora quarta diei ad oct.* ab Sigonio profecta est. Pall. duo, totidemque cascæ edd. *ab hora quarta usque ad oct. fere horam.* Pal. 2. *ab hora jam quarta diei ad oct. fere horam:* quod mihi non displicet. *Gebh.* Ita *ab hora quarta usque ad oct.* omnes Mss. non *quarta diei ad.* J. F. Gron. Lectionem, quam in Pal. 2. inventam Gebhardus sibi non displicere testatur, non nisi in suspectæ fidei codd. Port. Gaertn. et Hav. inveni; Hearnius etiam tantum in Oxon. B. Reliqui et mei et Hearnii Mss. vulgatum defendunt. Non accedo itaque sententiæ Ant. Perizonii, qui ad marginem Livii monuit vocem *horam* sibi, tamquam superfluam, suspectam videri. Vide exempla similis locutionis, quæ Jac. Gronovius laudavit ad Livii VIII. 38. § 10.

Omnibus partibus urbis incerto eventu pugnatum est] Vox *urbis* exsulat ab Harl. et edd. principibus. Ex illis edd. quibus usus sum, prima eam recepit Parm. hinc Aldina. Deinde *certo eventu* perperam dedit Gaertn. Tum *oppugnatum est* idem Gaertn. et Hav. Τὸ *est* non adparet in Lov. 2.

§ 3 *Cæsi tria millia ducenti, capti quatuor millia ducenti*] Pall. 1. ac 3. *capti IIII. ad CC.* Pal. 2. *capti quatuor millia ac centum.* Andr. *capti quatuor millia ac trecenti.* Gebh. *Cæsi tria millia trecenti* Harl. Hearnii Oxon. L. 2. et edd. Aldina antiquiores. *Cæsi tria millia ac centum* Hav. *cæsi tria millia ducenti cæsi* Lov. 4. Vox *ducenti* deficit in Lov. 2. Tum *quatuor millia et ducenti capti* Lov. 4. *capti quatuor millia ad cc* Voss. 2. et Lov. 3. *capti quatuor millia ac ducenti* Lov. 2. et Harl. *capti quatuor millia ac centum* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *capti quatuor millia ac trecenti* edd. Rom. 1472. et Parm. *capti quatuor millia acc* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. unde et hic *capti quatuor millia DCC* legendum suspicatus sum. Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. et hanc conjecturam firmant edd. Mediol. 1480. et aliæ ante Aldum, legentes *capti quatuor millia ac DCC.* Ceterum omnia hæc verba deerant in Hav. at unus Klockian. vulgatum tuebatur. Mox *præter aliam prædam* Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Inde Ferentinum ductæ legiones*] Non habet hic locum. Sed et mirifice variant scripti: *Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum.* Suspicabar *Treventinum.* Ad Trinium flumen situm est; et inde *Treventinates* Plinio III. 12. *J. F. Gron.* *Feretrum* Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *Feritrum* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. *Fertrum* Flor. et Leid. 1. Quanta diligentia ac cura Doujatius doctorum, qui ante se Livium inlustrarunt, notas consuluerit, hic iterum locus documento est. Gronovii enim adnotationes, ut solet, ob oculos habens,

scribere sustinet in plerisque Mss. esse *Ferelrum:* Sigonium autem (immo Gronovium) suspicari *Triventinum*, (immo *Treventinum*) quod est ad Tininm (immo Trinium) fluvium. Addit deinde, se conjicere *Forentium* Apulorum iis de caussis, quas ante indicavit. Puto eum scribere voluisse *Forentum*, et respexisse ad illa quæ notavit IX. 16. ubi tamen nihil notatum video, cur hoc loco magis *Forentum*, quam, ut Gronovius malebat, *Treventinum*, legendum sit. Quin contra situs locorum efficit, ut probabilior sit Gronovii, quam Donjatii, conjectura. Si enim Milionia sita fuit in Marsis, ad confinia Samnitium et Pelignorum, ut ipse statuit Donjatius ad X. 3. longe verisimilius est, Postumium consulem, ea urbe capta, exercitum in Samnium duxisse ad urbem Treventinum, quam, peragrato universo Samnio et maxima parte Apuliæ, quæ Daunia dicebatur, ad urbem Forentum in Peucetia sitam. Mox *inde oppidani* Lov. 3. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *cum omnibus suis*, omissa voce *rebus*, Voss. 2. *cum omnibus rebus*, omissa voce *suis*, Lov. 3. et Harl. cum omnibus editis ante Aldum.

Nocte per aversam portam silentio excesserunt] *Per adv. portam* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Male: 'porta' enim 'adversa' est, quæ ducit in hostem, qua erupisse non videntur; at 'porta aversa' est ab hostibus remotissima, in parte urbis opposita. Vide ad IV. 46. § 6. Præterea *accesserunt* Hav.

§ 5 *Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus*] Pal. 2. *simul ac venit:* perperam aliquantum. *Gebh.* Ita et Port. ac Gaertn. quod recte Gebhardo displicuit. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul venit* Hav. *Inde* etiam, pro *Igitur*, Gaertn. Tum *primo* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Deinde *itaque compositus* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Vide ad XXI. 53. § 7. *Itaque composito instructoque* Lov. 4. *ita compositos instructosque* Gaertn.

Tamquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret] *Quod ad Mel. fuerat* Voss. 2. *quod ad Milonium fuerat* Lov. 4. Port. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. ac C. et edd. Aldo priores: *quod ad Milionam fuerat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quod Milionam fuerat* Flor.

§ 6 *Nec viros in turribus ac muris vidit*] *In turribus vidit*, mediis omissis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *in turribus vidit ac muris* Lov. 3. Mox *avidum invad. deserta mœnia mil.* Leid. 1. et Lov. 1. Neque aliter Leid. 2. nisi quod insuper legat *evadendi*. Insuper *incautus fieret*, pro *rueret*, Flor.

§ 7 *Portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes*] *Eandem regionem in prop. pat.* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. Male. Vide Jac. Gronovium ad Liv. XXV. 9. § 10. Mox *nocturnæ hostium fugæ vestigia* alio ordine Harl. et editi ante Aldum. In verbis vero præcedd. *sociorum nominis Latini*, etiam ordine mutato, idem cod. eædemque edd. et *circumquietare*, pro *circumequitare*, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Adequitant deinde sensim portis*] Prima vox non adparet in Voss. 2. Sed *Adequitant deinde sensim portas* legunt Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Sed nihil muto. Supra I. 14. 'Adequitando ipsis prope portis.' XXII. 42. 'Ubi adequitavit portis.' Deinde paullo post *tectis itineribus*, pro *rectis*, Lov. 2. Simili errore *tegi* et *regi* in Mss. commutari, videbimus ad XXXVII. 11. § 3.

Et consuli referunt, excessum urbe solitudine haud dubia perspicuum esse] Pal. 2. *ad consulem referunt.* Gebh. Thuan. Voss. Helm. *ad cons. referunt, exc. urbe: sol. haud dubia id persp. esse.* Τὸ *id*, in nuperis omissum, om-

nes vetustiores edd. habent : etsi sit rotundius alterum. *J. F. Gron.* *Et consuli referunt* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Flor. Harl. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. *ad consules referunt* Port. Gaertn. et Hearnii codex B. errore iterum orto ex compendio *coss.* Vide ad cap. 10. § 2. *Ad consulem ref.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Videtur lectio, quæ ante Gronov. recepta erat, non spernenda esse. Deinde *excessum urbe sol. haud persp. esse* Lov. 1. a m. pr. pro quo in margine emendatum erat *haud dubie persp. esse.* Sed *excessum urbe : solitudine haud dubie id persp. esse* Leid. 2. *excessum urbe solitudinem haud dubiam id persp. esse* Lov. 2. *excessum urbe : solitudine haud dubium id persp. esse* Hav. *excessum urbe : solitudine haud dubia id persp. esse* reliqui omnes codd. et edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ τὸ *id* ejecit. Hinc illud recipiendum putavi, licet Gronovius eo omisso rotundius esse judicarit. Utrum verius sit, dubitasse videtur ad hujus lib. c. 2. § 5. Sed Livium intercisis orationibus sæpissime gavisum esse, videbimus ad XXI. 36. § 4. Mox *relictarum passim,* trajectis in alium ordinem vocabulis, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. Parm. et Ald. quarum posterior inter errata iterum *passim relictarum* revocavit.

§ 9 *Ad eam partem urbis, qua adierant equites*] *Ad eam portam urbis* Lov. 4. quomodo alibi librarios peccare solitos fuisse, vidimus ad IV. 46. § 6. Deinde *qua adierant* ex codd. Thuan. et Pall. legendum monuit Gronovius ad I. 23. § 5. eamque lectionem in contextum recepit, cui ex meis consentiunt Lovel. 4. Harl. Port. et Gaertn. *qua adierant,* nempe ad urbem : quomodo 'ab Dipylo accessit,' puta ad urbem, Gronovius exponit XXXI. 24. § 8. Antea edebatur *quam adierant ;* pro qua lectione quum reliqui codd. et inter illos omnes optimi, stent constanter, ea etiam nondum displicet.

Modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur] *Modicum spatium ingressos* Port. Gaertn. Hav. *modicum spatium prægressos* Lov. 2. De hac librariorum aberratione vide ad IX. 10. § 7. Tum *manere eodem in loco* Gaertn. Sed præpositio *in* repetita est ex ultima litera vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Deinde *si cūa videatur* Lov. 2. *si secura videantur* Hearnii Oxon. C. et in margine N. quod ex glossa natum videtur. Paullo ante *constitutis haud procul porta signis,* omissa particula *que,* Voss. uterque, Leid. uterque, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *constitutis procul porta signa,* insuper etiam alia voce exsulante, Port. Gaertn. et Hav.

§ 10 *Qui ubi redierunt, retuleruntque, eo se progressos*] *Rediere* Lov. 1. 2. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *eos esse progressos* Lov. 4.

§ 11 *Ceteros interim castra communire jussit*] *Ceterum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *consul extemplo,* trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. Tum *in urbem eduxit* Harl. et edd. ante Aldum.

§ 12 *Refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos*] *Resectis foribus* Lov. 4. *refractis portis* Hearnii Oxon. C. quod ex glossemate inrepsisse videtur. XXV. 25. 'Refractisque foribus, quum omnia terrore ac tumultu streperent.' Tum *graves ætate inv.* Gaertn. et *invenerunt* Hav.

Relictaque, quæ migratu difficilia essent] Pronomen *quæ* deficit in Lov. 3. sed interceptum est a præcedenti *que.* Vide ad XXIX. 6. § 8. Deinde *migratu difficile essent* Leid. 1. et Lov. 4. *migratā difficile essent* Lov. 3. *migrari difficile essent* Voss. 2. *migrare difficile esset* Lov. 2. *ingrati difficilia essent* Gaertn.

§ 13 *Ea direpta ; et cognitum ex captivis est*] *Ea directa, cogn. ex capt. est* Voss. 2. *Ea direpta, cogn. ex capt. est*

Lov. 3. *Ea direpta, et cognitum et ex captivis est* Voss. 1. et Lov. 1. *Ea direpta, et cogn. est ex capt.* Hav. *cogniti* edd. Rom. 1472. et Parm. quæ eædem etiam mox *aliquod*, pro *aliquot*, præferunt.

Conscisse fugam; suos prima vigilia profectos: credere, eamdem] *Concisse fugam* Voss. 1. Vide ad x. 18. § 2. Tum *nos prima vigilia profectos* Hav. Hinc *gradere eamdem* Voss. 2. et Leid. 1. Vox *credere* deest in Lov. 2. lacuna tamen relicta.

§ 14 *Desertis oppidis consul potitur*] *Desertisque oppidis* Leid. 2. Deinde *potitus* edd. Rom. 1472. et Parm.

CAP. XXXV. § 1 *Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit*] Pal. 1. *neq. tam facile bella fiunt:* quo spectat quoque Pal. 3. *bella fuit*. Ceterum, ut monuit quoque Sigonius, scribitur in Pall. binis melioribus *Atilius, Atilio, &c.* Gebh. De vocis *Atilio* orthographia vide ad c. 32. § 1. *Bella fiunt* etiam Lov. 3. Mox, transpositis literis, *ad Ulceriam* Leid. 2. et Lov. 3.

Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit: ibi ira vires æquavit] *Ad finem Lucerinam* habet Pal. 2. *Gebh.* Ita et Port. Gaertn. et Hav. Sed vide ad III. 3. § 6. *Ad finem Lucerium ei hostis* Voss. 1. et Leid. 2. *ad finem Lucerium hostis ei* Lov. 4. Tum *ubi ira vires æquavit* Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi ita vires æquavit* Gaertn. Vide ad XXIV. 16. § 1. *Ibi vires ira æquavit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *a Samnitibus* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. a m. pr.

§ 2 *Tristius tamen eventu Romanis*] *Tristior tamen eventus Rom.* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Mox *quod digredientes*, pro *quia*, Harl. et edd. vett. Infra videbimus post voculam *quia* bene inferri τὸ *quod*, ad XL. 41. § 2. Hic tamen recte Aldum ei *quia* substituisse existimo, quoniam ita præferunt omnes reliqui codd. Solent autem passim *quod* et *quia* commutari. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Deinde *sensere*, pro *senserunt*, Lov. 4. *senserant* Hearnii Oxon. C. *consenserunt* Hav.

§ 3 *Is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset*] *His terror* Leid. 1. *his terris* Lov. 3. Deinde *accepisset* Port. Gaertn. et Hav. Mox *insignis accepta cladis*, pro *clades*, Flor. Vide ad XXI. 57. § 14.

Sollicita nox fuit jam invasurum castra Samnitem credentibus] *Fuit nox* Port. et Gaertn. Tum *jam invaserunt* Leid. 2. et Lov. 3. Deinde *cedentibus* Leid. 2. Vide ad III. 21. § 3. In verbis seqq. *consecrandas manus*, pro *conserendas*, Hav.

§ 4 *Ad hostes erat: ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt*] Pall. duo *capiunt:* forte *capiuntur*, aut *occipiunt*. Gebh. *Capiunt* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod inter solitos scribarum lapsus refero. Certe ita peccarunt in Præf. § 10. IV. 45. § 8. quibus locis quædam notavi. VIII. 12. § 12. Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 94. et ad Tiber. c. 66. Præterea *ad hostes erant* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *apud hostes erat* Lov. 4. quod ex alterius expositione natum puto. Supra VII. 7. ‘Neque segnius ad hostes bellum adparatur:’ ubi plura vide. Deinde *ubi primum luxit* Lov. 2. Forte scriptum fuerat *inluxit*, et ita prima syllaba intercepta erit a litera finali vocis præced. Vide ad V. 27. § 6. De verbo ‘inlucere’ vide ad II. 7. § 3. Voces *ubi primum inluxit, &c. præter hostes erat* non adparent in Hav. neglegentia scribæ omissæ ob repetitionem τῶν *hostes erat*. Vide ad IX. 11. § 11. Paullo ante *Minus ceterum cladis*, trajectis vocibus, erat in Leid. 1.

Quam ingressi præbuere speciem recta tendentium] Pall. omnes et vetusta ed. *qua ingressi*. Gebh. In uno Hearnii et Sigonius *quam ingressi*. Hoc usitatius est, et *m* potuit intercidere ob sequens *in*. Nec tamen alterum

rejici debet. Cicero Somn. Scip. c. 8. 'A pueritia ingressus vestigiis patris tuisque:' de Fin. v. 2. 'Quacumque ingredimur.' Virgil. Æn. x. 148. 'Namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis Regem adiit.' *Duk.* *Qua ingressi* probat etiam Gronov. ex Thuan. et Pall. ad I. 23. § 5. eamque lectionem in contextum recepit, quam etiam præferunt edd. Rom. 1472. et Parm. Ea quoque servari posset, ut *qua ingressi* ponatur pro qua parte, scilicet præter hostes, viam ingressi, quomodo 'porta ingredi,' pro porta ingredi urbem accipi debere, patet ex exemplis quæ notantur ad III. 51. § 10. vel etiam *qua ingressi* intelligi potest, 'qua via ingressi.' Vide ad III. 17. § 6. et XXXI. 39. § 2. Et ita Cic. de Senect. c. 2. 'Tamquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit:' ubi tamen viri docti ex Mss. malunt *quam nobis*. Et ita quidam codd. legunt IX. 36. 'Ea intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebat:' pro *Eam*. Similiter 'ire via.' Vide ad XLIV. 43. § 3. Sed *quam ingressi* servant Flor. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. C. Utrum malit, lectoris arbitrium esto. Tum *præbuerunt speciem* Lov. 4. *præbuere spem* Voss. 2. sollemni errore scribarum. Vide ad III. 9. § 13. Hinc *recte tendentium* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad III. 46. § 5. Paullo ante particula *sed* deficiebat in Lov. 2. copula *et* in Port. Præterea *præter hostem* legit Lov. 2. Vide ad v. 50. § 2.

§ 5 *Quod apud quemque facto opus est*] *Quid apud quemque* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *opus est facto* Leid. 1. Paullo ante *sequi extra vallum*, omisso pronomine, quædam ex vett. edd. sed constanter in omnibus scriptis adparet.

§ 6 *Gemitus morientium vigilatum esse*] *Jugulatum esse* Gaertn. *vigilandum esse* Lov. 4. *vigilatum est* Leid. 2. Paullo ante *se quidem opera facturos*, pro *omnia*, Hav.

§ 7 *Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse*] *Venturum foret* Harl. *ventum esset* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac N. in margine. Deinde *tantum pavoris fuisset* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. In verbis seqq. *pudore ac fuga contineri*, pro *a fuga*, Leid. 1. et Hav. Tum *alioqui pro victis*, pro *alioquin*, Leid. 1.

§ 8 *Sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus*] *Sibimet ipsis* Voss. 2. *sibimet ipsos* Hav. *sibimet* edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *circumveniendos adloquendosque* Hav. *circuendos alloquendosque* Gaertn. Vide ad IX. 27. § 8. Copula *que* deest in Lov. 3. vox *milites* in Port. Neque τὸ *venerat* adparet in Hav. Deinde *increpabant*, pro *increpabat*, præfert Leid. 1.

§ 9 *Quid cessarent, tergiversarenturque*] *Quid cessarent? an putarent, hostem, &c.* male Hav.

Nisi illi extra castra exissent: et pro tentoriis suis pugnaturos] Vet. lib. *nisi ipsi*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *ni illi extra castra*. Pal. 2. *ni ipsi extra castra exissent*. Campanus edidit *exirent*. Gebh. *Ni ipsi* Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ni illi* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXIII. 1. § 8. *Ipse* vero et *ille* interdum a librariis commutari, videbimus ad XXI. 41. § 17. *Et portentoriis suis pugn.* Voss. 2. et Lov. 3. *et pro tentoriis suos pugn.* Leid. 2. *et pro tentoriis suis pugnarent* Lov. 2. Vocula vero *et* deficit in Harl. et nonnullis edd. vett.

Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse] Turpe mendum sensum adtendentes tollimus: ita, *haud dubiam victoriam esse*. Siquidem altera, quæ sequitur, pars ἀντιθέσεως id ostendit: 'Qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam.' *Sigon.* Com-

paret hæc lectio, *haud dubiam victoriam esse*, in solo Pal. 2. quam sensus et ipsa ratio flagitat. In vetustis edd. τὸ *haud* deficit. Reliqui duo Mss. *armatis dimic. dubiam vict. esse*. Gebh. Ita *haud dubiam victoriam esse* Sigonius, turpe se mendum tollere præfatus. Adjecit autem τὸ *haud:* quod ignorant Thuan. Voss. duo, Helm. Pall. Rott. Chifl. Nec is status erat belli, ut certam sibi aut illis victoriam promittere posset: quod si armis sumtis dimicent, Martem communem fore, et non omnem victoriæ spem sublatam: at si quiescant inermes, nihil certius, quam aut pereundum, aut serviendum. Cæterum et Pall. Vossianusque *armatis dimicantibus*. Perplacent Livio hæc ἀσύνδετα. Lib. VII. c. 17. 'Multos populatores agrorum palantes oppressit.' XXI. 4. 'Militarique sagulo opertum humi jacentem.' Eodemque lib. c. 28. 'Tradunt ferocissimum ex iis irritatum a rectore suo, quum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem:' sic enim Mss. illic loci. Lib. XXV. c. 38. 'Et inermes in cubilibus suis oppressos.' XXXVIII. 47. 'Sed tu eos pacatos imperata facientes violasti.' XL. 4. 'Alius alio leto absumti semianimes e navi præcipitantur.' Vide et ad XXVII. 16. *J. F. Gron.* *Haud dubiam victoriam esse* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Sed recte alii voculam *haud* ignorant. Gronovio, eam expungendam esse docenti, adsentitur Donjatius. Præterea *armatis dimicantibus*, sine media particula copulante, etiam Lov. 3. Supra VII. 39. 'Incompositi itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt.' XXIII. 24. 'Ceteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsedentes, interfecerunt.' XXV. 34. 'Ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit:' ubi vide Gronov. ante quem etiam *labentemque* edebatur. XXXVII. 40. 'Addebant speciem frontalia et cristæ, et tergo inpositæ turres, turribusque superstantes præter rectorem quaterni armati.' XLII. 63. 'Transitus per distracta fumantia virgulta patuit.' XLIV. 5. 'In eos transversi incumbentes tigni injungebantur.' Vide etiam J. F. Gronovium ad Livii VIII. 39. § 2.

§ 10 *Qui nudus atque inermis hostem maneat*] Duo Pall. præferunt *nudus atque iners*. Gebh. Pall. *qui nudus atque iners:* et hoc probant opposita: respondet quippe τὸ *nudus* τῷ *armatis*, τὸ *iners* τῷ *dimicantibus*. Sic apud Silium erat alicubi vulgo XIII. 76. 'dextras jungamus inertes:' antequam viri docti corrigerent *inermes*. J. F. Gron. *Inermis* et *iners* sæpe in Mss. commutari, olim docui ad Silii XIII. 76. Adde Burm. ad Phædri Fab. I. 2. 26. et Markland. ad Statii Silv. I. 2. 80. Quum tamen omnes, quos vidi, codd. constanter *inermis* servent, vulgato mutando nullam caussam video. *Armatis* enim opponuntur *nudus atque inermis*, τῷ *dimicantibus* vero *hostem maneat*, et tandem illis *dubiam victoriam esse* hæc *mortem aut servitutem patiendam*. Ceterum *Quod nudus* legunt Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVII. 39. § 2. In verbis seqq. pronomen *ei* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 11 *Confectos se pugna hesterna esse, nec virium quidquam nec sanguinis superesse*] *Pugna extrana* Voss. 2. et Lov. 3. *pugna externa* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad XL. 14. § 2. Hinc *esse* exsulat ab edd. omnibus usque ad Frobenium, qui verbum illud 1535. adscivit, consentientibus, quoscumque adhibui, codd. Deinde τὰ *nec sanguinis* absunt a Lov. 2. ut et mox *adparere* a Leid. 2. In verbis præcedd. *Necjurganti*, pro *Hæc*, scribit Hav. errore scribæ, de quo vide ad XXXII. 20. § 7.

§ 12 *Adpropinquabat agmen: et, jam breviore intervallo*] *Adpropinquat ag-*

men Lov. 2. Deinde *etiam-breviore* Lov. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Pro eo *et breviore* dederunt Lov. 2. et Port. *Et* autem atque *etiam* confundi, videbimus ad XXII. 47. § 9.

Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint] Τὸ *esse* non adparet in Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *circum vallaturi essent* præferunt Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Paullo ante *se comportare*, pro *secum portare*, Lov. 2. et *Samnites adfirmabant*, pro *Samnitem adfirmant*, Gaertn.

§ 13 *Tunc vero consul, indignum facinus esse, vociferari*] Vet. lib. *Tum enimvero, consul, ind. facinus esse, vocif.* Est autem *enimvero* vox indignationis, et dolori exprimendo aptissima. Sic VI. 14. 'Enimvero indignum facinus videri :' et l. XXII. c. 25. 'Tum Metilius: id enimvero ferendum esse negat :' et XXXVIII. 14. 'Enimvero, inquit consul, ferri jam ludificatio ista non potest.' *Sigon.* *Tum vero consul* Hav. *Tunc vero consul* Voss. 2. et Port. *Tunc enim consul* Gaertn. *Tunc enimvero consul*, ut Sigonius scribendum monuit, non tantum omnes reliqui codd. verum etiam omnes omnino, quas vidi, edd. præter unam et alteram a Sigonio procuratam. Quum enim in prima scholiorum ed. monuisset, se in veteri lib. *Tum vero* invenisse, ita etiam mox in contextum recepit. Verum in ed. Aldi Veneta, quæ cum Scholiis Sigonii post ejus mortem prodiit, hoc loco exhibitum ejus Scholion priori subpositum est, quo sententiam, quam olim de hujus loci lectione defenderat, recte revocavit, et docuit, dolori exprimendo vocem hanc adprime inservire. At in contextu id mutatum non est. Supra II. 45. 'Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse.' v. 25. 'Enimvero illud se tacere, suam conscientiam non pati.' Vide Gronov. ad XXVII. 30. § 14. et quæ notantur ad XXXI. 30. § 4. Tum *vociferare* Lov. 4. Sed vide ad VIII. 38. § 13.

§ 14 *Etiamne circumsedebimur, inquit, in castris*] *Ne circumsedebimus* Hav. *etiamne circumsidebimur* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad IX. 2. § 3. *Etiamne circumsedebuntur* Hearnii Oxon. B. Mox in verbis seqq. *moriamur per virtutem*, transpositis vocibus, præferunt Leid. 2. et Lov. 3.

Dii bene verterent, facerentque, quod se dignum quisque ducerent] Copula ineptam videtur reddere sententiam: Dii bene verterent, et facerent, quod quisque eorum, nempe Deorum, se dignum ducerent. Legerem sublato *que*, quod forsitan e proximo *quod* ortum est, *Dii bene verterent: facerent* (milites, ad quos loquitur) *quod se dignum quisque ducerent*. Dukerus. *Vertent* Lov. 3. Vide ad II. 56. § 7. *vertant* Voss. 2. a m. pr. Tum *quisque duceret* Port. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad VII. 19. § 2. Ceterum mihi etiam copula *que* hic incommoda videtur, quam vel cum Dukero expungendam, vel in *quod* mutandam, et hoc modo trajiciendam puto: *quod Dii bene verterent, facerent, quod se dignum quisque ducerent*. Ut XXIX. 22. 'Juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere.' Ita *quod bene verteret* III. 26. § 9. ubi vide quæ notantur.

§ 15 *Casurumque inter signa Samnitium potius, quam, &c. videat*] *Inter signa potius*, una voce omissa, Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *videant* Lov. 1. a m. pr. Paullo ante τὸ *vel* male omittebatur in Gaertn.

§ 16 *Et omnes turmæ equitum*] Prima vocula exsulat ab Harl. et edd. vett. Sed eamdem ab Aldo restitutam servant omnes reliqui codd. Mox *adprobaverunt*, pro *adprobavere*, Lov. 4.

§ 17 *Segniter arma capit, segniter e castris egreditur*] Tres priores voces omittuntur in Flor. Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum repe-

titio vocis *segniter* librariis inposuit, ut sæpe alibi. *Arma cepit* præfert Leid. 1. Tum *segniter castris egreditur* Hav. Ita et peccabatur in paucis codd. hoc lib. c. 20. 'Egredientem e castris hostem obprimeret.' Et solet passim Livius hanc præpositionem, licet cum ea verbum compositum sit, in regimine repetere. Vide ad lib. XXXVII. c. 30. § 9. *Et segniter e castris egreditur* Harl. et quædam ex antiquioribus edd. Sæpissime copulas, a Livio omissas, obscura librariorum diligentia ei obtrusas esse, pluribus locis dictum est.

Procedunt adversus hostem, nec spe, nec animo certiorem] Vet. lib. *fortiorem.* Egregie. Nam de Romanis dixit 'mœsti ac prope victi.' *Sigon.* Est hæc lectio vetustarum impressionum, codicumque duorum Pall. Interim Sigonius e suo præfert *nec spe, nec animo fortiorem*: quod videtur esse interpretamentum τοῦ *certiorem.* In Pal. 2. legere est, *nec spe, nec animo ferociorem.* Gebh. Quod egregium appellat Sigonius *fortiorem,* tale esse non nego, sed scholion sive interpretamentum. Nec sane vetustiores libri aliter, quam vulgati, *certiorem.* Cæsar Gall. VII. 19. 'Generatimque distributi in civitates, omnia vada ac saltus ejus paludis certis custodiis obtinebant.' Cicero ad Att. X. 11. 'Et quo ille me certiorem vult esse, eo magis timeo, ne in eum existam crudelior:' ubi eam vocem pœne eadem sententia prohibuimus loco movere, et substituere *fortiorem* Aus. Popmam, in Diatriba ad Silvas Statii p. 415. *J. F. Gron.* Servius ad Virgil. Æn. I. 580. et IX. 249. 'certa pectora' interpretatur 'firma,' vel 'fortia.' Et Cicero pro Quint. c. 24. 'certum' et 'confirmatum animum' conjungit: 'Diffidebam, mehercule, &c. satis animo certo et confirmato me posse in hac caussa consistere.' *Duk.* *Fortiorem* apud me tantum superest in Port. et Hav. apud Hearnium vero tantum in Oxon. B. *animo certiore* est apud eumdem in L. 1. et C. *animo certiores* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui ambo codd. librariorum errore voces *nec spe* omiserunt. Ceterum *adversus hostem* servant Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxonienses, et edd. Rom. 1472. Tarvis. utraque, et quædam aliæ. *Versus hostem* Harl. Lov. 2. forte etiam Klockian. et nonnullæ edd. Verum quum ab altera lectione stent plures et certiores codd. eam etiam in contextum revocavi. Supra etiam consul adfirmarat hoc cap. 'Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes.'

§ 18 *Fremitus perfertur, Exire, id quod timuerint, ad inpediendum iter Romanos*] *Profertur* Leid. 1. Port. et Hav. Vide ad v. 4. § 12. Tum *exierunt* Lov. 2. Hinc *id quod timuerunt* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 4. Harl. et editi ante Aldum. Sed subjunctivus *timuerint,* qui in integerrimis codd. superest, obliquæ orationi recte convenit. *Idq; timuerunt* Lov. 3. Verum *id quod,* Livio frequentissimum, inlustratum est ad VI. 17. § 6. Deinde *ad imped. Rom.* Leid. 2. et Lov. 1. *ad impediendum iter Rom.* Lov. 2. 3. et Harl. Paullo ante τὸ *sunt* non conspicitur in Voss. 2.

§ 19 *Illo loco aut cadendum esse*] *Illo loco aut carendum esse* Voss. 2. *illo loco ante carendum esse* Lov. 3. *Aut* et *ante* etiam aliis locis scribæ commutarunt. Ita III. 59. § 4. IX. 34. § 2. et sæpius.

CAP. XXXVI. § 1 *In medio sarcinas conjiciunt*] Lege *in medium.* Nam et paullo post, 'Sarcinarum cumulo, quas in medium conjecerant.' Lib. XXVIII. c. 2. 'Sarcinis in medium conjectis.' III. 28. 'Sarcinas in unum conjici.' *Jac. Gron.* Lib. XXXI. c. 27. 'Conjectisque in medium sarcinis aciem direxisset:' 'in medium congerere' dixit IX. 31. 'Sarcinas con-

gerunt in medium:' et 'in acervum conjicere' VIII. 11. Constanter tamen *In medio* omnes libri, nisi quod *Hi in eo* sit in Hav. Insuper *proiciunt* Leid. 1. Tum *armatis suis quisque ordinibus* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *armati suis quique ordinibus* Hav.

§ 2. *Exiguum inter duas acies spatium erat*] *Exitium inter duas acies* Leid. 1. *ex. intra duas acies* Voss. 2. frequentissimo scribarum lapsu. Vide ad v. 27. § 3. Mox *prius inpetus* deficit in ed. Rom. 1472. Deinde *neutris animus esse*, pro *est*, Lov. 4. Sed verbum illud exsulat a Port. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum*] *Diversi integri* Harl. et edd. Aldina priores. Tum *abiissent* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Similiter peccant librarii VIII. 32. § 5. hoc lib. c. 38. § 3. Et has contractiones in præteritis verborum, quæ ex *eo* componuntur, Livium amasse, videbimus ad XXVII. 19. § 10. Deinde *ni cedente altero inst. alterum* Port. *incedenti inst. alterum* edd. Rom. 1472. et Parm. *ni cedentem inst. alterum* Hav. *ni cedentem instatum alterum* Voss. 2. *ni cedenti instatutum alterum* Harl. *ni cedenti statutum alterum* Gaertn. Nihil mutandum. I. 27. 'Ut non sisterent modo Sabinas legiones, ferociter instantes cedentibus.' VIII. 38. 'Ita institit agmini, ut, donec lucesceret, prœlio abstineret.' XXVII. 14. 'Seu vicit, ferociter instat victis.' XXXVIII. 2. 'Hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt.' c. 25. 'Tum vero instare dissipatis Galli et cædere.' XXXIX. 30. 'Non institere perculsis hostes.' XLII. 60. 'Fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset victis.'

Inter invitos tergiversantesque segnis pugna, &c. cœpit] *Inter invictos* Hav. sollemni errore scribarum. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. III. ad VIII. 2. § 8. et c. 29. § 11. hoc lib. c. 41. § 1. aliisque locis. Tum *tergiversantesque signis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Male: *segnis pugna*, ut III. 68. 'Increpare, sicubi segnior pugna esset.' Ita 'segne bellum,' 'prœlium.' X. 12. 'Segne bellum et simile prioris anni militiæ.' XXII. 48. 'Consertum prœlium erat, segne primo, et a Punica cœptum fraude:' et sæpius alibi. Hinc *cœperit* est in Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 10. Mox *nec vestigio quisquam movebatur* exsulant ab eodem Leid. 2. *quisque*, pro *quisquam*, est in Gaertn. Vide ad IX. 38. § 9.

§ 4 *Quorum quum plerique delapsi ex equis essent, et alii turbati*] *Quorum plerique quum ex equis delapsi essent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Hinc voculam *et* omittit idem Hav. sed eam intercepit vocis præced. *essēt* syllaba finalis. Vide ad XXXVII. 59. § 1. Paullo ante *turmas paucas*, transpositis vocibus, Gaertn.

Et ab Samnitium acie ad obprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos] *Et a Samn. acie* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. ac 4. *et Samn. aciem* Voss. 2. et Lov. 3. *ex Samn. acie* Port. et Hav. *ex Samn. ocio* Gaertn. Tum *tuendos suos ab Romanis procursum est* Lov. 1. et ita etiam Leid. 2. nisi quod insuper omittat τὸ *ab*.

§ 5 *Et inpigre magis et plures procurrerant Samnites*] Vet. lib. *procurrerunt*. Sigon. *Procurrerunt* exstat in Pal. 2. ut indicatum quoque Sigonio. Reliqui Pall. *procurrerant*. Andreas vero edidit *concurrerant*. Campanus *procurrebant*. Gebh. *Procurrerunt* apud me tantum superest in Port. et Hav. apud Hearnium vero in Oxon. N. et B. *concurrerant* edd. Rom. 1472. et Parm. *procurrebant* eas secutæ edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ; quod etiam superest in Harl. et a m. sec. in Flor. Aldus demum *procurrerant* substituit. Præterea prius *et* non adparet in Lov. 2. et Port. Vide ad II. 44. § 3. In verbis præcedd. *paullum irritata*, pro *paullulum*, Leid.

uterque, Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vide ad XXXVI. 9. § 8.

Eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit] *Eques* Leid. 1. et Lov. 4. Hinc *sua ipse subs.* Lov. 4. Harl. et multæ ex vetustis edd. Tum *territis procul. equis* Lov. 4. *procul. territis equis* Gaertn. In verbis seqq. *advertit aciem Romanam*, pro *avertit*, Lov. 3. Male. Vide ad VI. 23. § 8. *Avertit aciem Romam* Voss. 2.

§ 6 *In terga fugientium Samnites pugnabant*] *Inter fugam fug.* Flor. a m. pr. *in fugam* a m. sec. *integra fug.* Voss. 2. et Hav. Sed 'in terga pugnare,' ut 'pugnare in frontem,' 'in latera.' XXII. 4. 'Ante in frontem lateraque pugnari cœptum est.'

Quum consul, equo prævectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi obposita] *Tum consul* Port. Hinc *equo prov. ad portam* Leid. 1. ac Gaertn. *equo prov. ad portas* Hav. Male: *prævectus* est 'præter fugientes vectus.' Vide ad XXIV. 44. § 10. *Ad portas castrorum* etiam Port. Deinde *ac stationem* Voss. 1. et Hav. *stationemque* Lov. 4. a m. pr. *stationeque* a m. sec. Tum *ibi posita* Hav. Male. Vide ad XXIII. 29. § 4. Mox copula *que* non adparet in eodem Hav.

§ 7 *Ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberetur*] Pall. duo *ad vallum pergeret, sive ille Rom. sive Samnis esset, pro hoste haberent*. Gebh. *Ad vallum pergeret* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod Gronov. in contextum recepit. Utrumque 'pergere' et 'tendere' mox sequitur: 'Obstitit profuse tendentibus suis in castra: Quo pergis? inquit.' Verum quum omnes reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. omnes etiam ante Gronovium edd. *tenderet* tueantur, id etiam in contextum revocavi. Alterum in paucis illis codd. ex glossa natum est. Præterea *pro hoste haberetur* Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. et Hav. Reliqui, duobus Gebhardi Pall. consentientes, legunt *haberent*, nisi quod *haberet* sit in Flor. Censeo itaque, recte Jac. Gronovium *haberent* in contextum recepisse, idque mutatum esse ab illis quibus displicebat *haberent* sine casu poni. Sed ita II. 20. 'Dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant.' III. 17. 'Si quis inpediat, jam se, quisquis ille sit, ubicumque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum.' Deest autem hic pronomen demonstrativum; quod sæpe a Livio omitti, videbimus ad XXIII. 15. § 4.

Hæc ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra] *Hæc ipse minitans* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *nec ipse minitans* Gaertn. Vide ad XXXII. 20. § 7. Tum *cedentibus suis in castra* Harl. et quædam ex vetustis edd. Vide ad XXI. 33. § 5.

§ 8 *Et hic arma et viros invenies: nec, vivo consule*] *Etiam si arma* Hav. Tum *nec uno consule* Leid. 2. Ita et alibi librarii lapsi sunt. Vide viros doctos ad Cic. Orat. Philipp. II. 27.

Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis] *Perinde elige* Leid. 2. Vide ad XXVII. 8. § 18. Præpositio *cum* deerat in Gaertn. sed verisimiliter ob vocis seq. similitudinem intercepta est. Contra *cum cive, an cum hoste*, repetita præpositione, legit Port. Et id quidem Livio familiare fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. unius tamen testis fide stare temerarium est.

§ 9 *Peditem in pugnam redire jubent*] *Pedites* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. id autem necessario requiri existimarunt, quod 'equites' præcedat. At Livium ita in numero sæpius variasse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Deinde *in turbam* Port.

Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit] *Non virtus solum consulis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. principes, pro quo Al-

dus postea per compendium *Nos virtus solum eos* substituit, quod plerique editores servarunt. Primus deinde Gruterus in ed. postuma *consulem* dedit. Utrumque haud incommode defendi posset, vulgatam tamen præfero. Hic iterum lectionis varietati ansam dedit compendium scribendi, de quo actum hoc lib. ad c. 10. § 2. Insuper *sors etiam* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. Innumeris locis ita variasse librarios, vidimus ad I. 4. § 4. et videbimus ad XXXVIII. 40. § 13. Hic nihil mutandum. Ut enim nunc 'virtus et sors,' ita 'virtus et fortuna' sæpius junguntur. Exempla vide I. 25. et c. 42. IV. 37. V. 26. et c. 34. VI. 32. VII. 30. et c. 34. XXIII. 42. XXV. 16. XXXV. 6. et XXXIX. 50. Pariter etiam 'virtus et felicitas' XXX. 12. XXXVIII. 48. et XLI. 16. Huc etiam refer, quod 'fortiter feliciterque' junguntur. Vide ad XXVIII. 9. § 7. In verbis seqq. *institere*, pro *institerunt*, Lov. 4. et *vertendi aciem ab castris* Gaertn. *ab castris* etiam Port. et Hav. *revertendique* quædam ex antiqq. edd.

§ 10 *Repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre*] *Peterent pugnam* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Non sequor. Infra XXXVII. 43. 'Eos, quorum terga modo viderat, repetentes pugnam conspexit.' Præterea *centurionesque* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Tum *a signiferis* Hav.

§ 11 *Manus ad cælum adtollens, voce clara, ita ut exaudiretur*] *Ad cælum tollens* Leid. 1. et Lov. 4. De verbo 'adtollere' vide ad VIII. 7. § 11. De præpositione *ad* addita in regimine verbis cum eadem compositis vide ad II. 30. § 6. Tum *voce data* Hav. Vide ad IX. 25. § 8. *Voce clare* Gaertn. Insuper *ita ut exaudiat cælum* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *vovit*, pro *vovet*, Lov. 4. et Gaertn. *vocetur* Hav.

Si constitisset a fuga acies Romana, redintegratoque prælio cecidisset vicissetque] *Si constitisse a fuga* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 3. Tum *redintegratoque bello* Portug. Gaertn. et Hav. Vide ad III. 61. § 4. Deinde *cecidissent vicissentque* Voss. 2. et Lov. 3. quod defendi posset dicendo, *acies* conlective sumtum adsciscere verbum plurale. Vide ad XXXV. 26. § 9. At reliquarum in vulgatum conspiratio id verius esse indicat. Præterea *vicissetque hostium legiones* Lov. 4.

§ 12 *Adnisi ad restituendam pugnam duces, milites, peditum equitumque vis*] *Annisi* ed. Rom. 1472. et Mediol. 1480. *admissi* ed. Parm. Vide ad IV. 43. § 5. Tum *ad restituendum pugnam* Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *peditum, equitum vis*, omissa copula, Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Mox *etiam numen Deorum respexisse* Gaertn. *numen respexisse Deorum* Lov. 4. Τὸ *numen* deerat in Lov. 3.

Repulsique a castris hostes, mox etiam redacti ad eum locum] *Repulsusque a castris hostis, mox etiam redactus* Lov. 4. Divisis vocibus *mox et jam redacti* editum est Romæ 1472. unde Parmensibus data est occasio substituendi *mox et redacti*. Insuper *in eum locum* Hav. Paullo post *pugna commissa est*, trajectis vocabulis, Port. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Objacente sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium*] *Abjacente sarc. cumulo* Lov. 2. *objiciente sarc. cumulo* Voss. 2. et Lov. 3. Sed de verbo 'objacere' vide ad II. 65. § 4. Deinde *conjecere in medium* Lov. 4. *conjecerat in medium* Gaertn. *conjecerent in medium* Leid. 1. Mox *impediti hæsere* Lov. 4.

Orbem armatorum sarcinis circumdant] *Ob rem arm.* Harl. et Mediol. ed. 1480. *urbem armat. sarcinis circumdant* Gaertn. Vide ad I. V. c. 19. § 11.

§ 14 *Eos a fronte urguere pedites, ab tergo circumvecti equites*] *A fronte eos urgere* Lov. 4. *eos ab fronte urgere*

Port. Gaertn. et Hav. *Tum a tergo circumvecti* Leid. 1. *ab tergo circumventi* Voss. 2. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 2. § 4. Mox vocula *ita* abest a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. C. quæ intercepta videtur ab ultimis literis vocis præced.

Captivorum numerus fuit septem millia CCC.] Vet. lib. *septem millium ac ducentorum.* Sigon. Pall. 1. ac 3. *captiv. numerus fuit VII. ad CCC.* Pal. 2. *captiv. numerus fuit septem milium ac ducentorum.* Gebh. Voss. et Helm. *VII. ac CC.* Sigonianus et unus e Pall. *septem millium ac ducentorum.* J. F. Gron. *Septem millium ac ducent.* Port. Gaertn. et Hav. *septem millia ac CC.* Harl. *VII. ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *VII^m. ac CCC^ti* Lovel. 2. *VII. ad CCCq*; Lovel. 3. *VIICIↃCCC.* Lov. 4. *VII. a CCC.* Flor. *VII. a CC.* Leid. 1. Hearne autem ad hunc locum monuit, se pro *trecentorum* invenisse *CC.* in Oxon. N. B. et ed. Rom. principe, sed *CCC.* mihi obvium fuit in edd. Rom. 1472. et Parm. *DCC.* In edd. proximis usque ad Aldum, qui iterum *CCC.* substituit. An et hic legendum *septem millium septingentorum*, vel *octingentorum?* Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. Insuper sequens vox *qui* non est in Lov. 3. et *septingentos*, pro *octingentos*, habet Hearnii Oxon. C.

§ 15 *Amissorum militum numerus relatus septem millia trecenti*] Vet. lib. *septem millium et ducentorum.* Sigon. Pal. 2. *septem milium et ducentorum.* Gebh. Duo priores (Voss. Helm.) *numerus relatus VII. ac CC.* Pal. *septem millium ac ducentorum.* Qua forma Livius xxii. 46. *J. F. Gron.* *Septem et ducentorum* Hav. *septem millium et ducentorum* Port. *septem milium ac ducentorum* Gaertn. *septem millia ac CC.* Hearnii Oxon. N. *septem millia ducenti* ejusdem C. *VII. ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *VII. CC.* Lov. 2. *VII. CCC.* Leid. 1. et Lov. 3. *VII. a. CCC.* Florent. *septem millium trecentorum* Hearnii Oxon. L. 1. Miror Grenovium, qui § præc. lectionem Mstorum *millium ac ducentorum* in contextum recepit, hic tamen vulgatum servasse. Mihi hic quoque *septem millium octingentorum* placeret. Ceterum τὸ *læta* in præcedentibus exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *recensente consule cladem*, duabus vocibus omissis, est in Hav. *recensente consule biduo accepta clade* in Hearnii Oxon. L. 1.

§ 16 *Interamnam coloniam Romanam*] Ubi et quando hæc colonia deducta sit, non meminit Livius. Ptolemæus iii. 1. Pragutiorum oppidum ait prope Marsos. Plinius 'Interamnatium' libro iii. ter meminit capitibus 5. 12. ac 14. ut omnino credam, non unius duntaxat oppidi nomen. *Glar.* Verum est, tempore Glareani in edd. Livii vulgaribus non reperiri, ubi et quando 'Interamna'. colonia deducta sit. At postea Sigonius ex vestigiis Mss. docuit, id Livium tradidisse ix. 28. § 8. vide quæ ibi notantur. Quod autem Glareanus suspicetur, plura hujus nominis oppida in Italia fuisse, id verissimum est. Et quidem quatuor diversa ita dicta memorat Cluverius: primum est in Umbria, de quo agit Ital. Antiq. l. ii. c. 7. p. 635. secundum in agro Prætutiano, de quo vide ii. 11. p. 745. tertium in Latio novo, sive in Volscis, de quo vide lib. iii. c. 8. p. 1039. quartum in Bruttiis, de quo vide lib. iv. c. 15. p. 1317. Tertium autem illud est, cujus hic meminit Livius, quod via Latina fuisse dicit, ubi id conlocat etiam Strabo lib. v. p. 237. Ceterum *Interannam* Voss. 2. et Lov. 3. *Viceranam* Lov. 2. *Interanam* Harl. *Interanniam* Port. *Interamniam* Gaertn. Hav. et apud Hearnium B. *Interamnem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in cujus margine tamen *Interamnam* emendatur.

Qua via Latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt] Duo e Pall. *qua via*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 2. Sed in alteram lectionem consentiunt reliqui codd. Deinde *hostem non tenuerunt* Lov. 1. Leid. 2. Hav. et Voss. 1. a m. pr.

§ 17 *Hominum atque pecudum colonosque captos agerent*] *Hominum pecudumque* Port. Gaertn. et Hav. Tum *colonosque captivos* Lov. 2. Sed vide ad VI. 22. § 4. Tum *a Luceria redeuntem*, pro *ab Luceria*, Leid. 2. *ad Luceriam* Voss. 2. a m. pr. et Lov. 3.

Ipsi longo ac inpedito agmine incompositi cæduntur] *Ipso longo* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vox *ipsi* deficit in Hav. Insuper *longo atque inpedito agmine* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Hav. et omnes edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Quamvis autem Hearnius nihil ex Oxoniensibus notarit, attamen vix verisimile videtur, eos omnes in vulgatum conspirasse. Passim enim Livius ante voces a vocali incipientes, non particula *ac*, sed *et* vel *atque* uti solitus est: quod non observantes librarii indocti innumeris locis *ac* dederunt, ubi Livius *et, atque, aut, at*, vel similes particulas adhibuerat. Exempla videri possunt ad I. 13. § 3. II. 27. § 2. c. 29. § 4. c. 37. § 6. c. 64. § 3. III. 7. § 2. c. 8. § 10. c. 15. § 2. c. 52. § 11. c. 58. § 5. c. 64. § 8. IV. 40. § 3. V. 20. § 8. c. 21. § 14. c. 40. § 1. c. 42. § 2. c. 52. § 10. VI. 15. § 11. VII. 1. § 7. c. 4. § 3. c. 7. § 2. c. 10. § 10. VIII. 19. § 2. et 14. X. 12. § 2. c. 25. § 5. XXI. 53. § 7. XXIII. 2. § 1. XXXV. 27. § 5. XXXVIII. 18. § 15. et XL. 21. § 11. Ob hanc caussam displicere testatus sum conjecturam N. Heinsii *ac obscuris* emendantis I. 14. § 7. et Sigonii *ac Æquimælio* legentis XXXIII. 26. § 9. Contra vero adsensus sum viris doctis ex Mss. *at imperitæ* emendantibus, pro *ac inperitæ*, II. 45. § 5. *atque inpedimentis*, pro *ac inpedimentis*, XXI. 34. § 9. *urbem portu ac*, pro *portum ac urbem*, XXIV. 2. § 3. *ac mutabiles*, pro *ac inmutabiles*, XXXVIII. 9. § 1. *ac totius*, pro *ac universæ*, in Epit. Liv. lib. CIV. quamvis Epitomarum auctor ad similes linguæ suæ elegantias minus adtendisse censeri posset. Ex more hoc, quem optimi scriptores, sed præsertim Livius, diligentissime observarunt, manuscriptos audiendos esse putavi, *ac mergentibus* exhibentes, III. 16. § 14. ubi vulgo editur *ac emergentibus*. *Potidaniæ atque Apolloniæ* XXVIII. 8. § 9. ubi nunc legitur *ac Apolloniæ:* et *pati et inferre* XXXVIII. 21. § 8. ubi recentiores edd. præferunt *ac inferre*. Quum autem in his toties a librariis peccatum fuerit, et posteriores quinque libri Livii ex unico Msto in lucem protracti sint, hinc etiam, cod. illo invito, duobus locis controversiam movere ausus sum. Alter exstat XLI. 24. § 18. 'Quid suspectos alios ac invisos efficimus?' alter XLII. 12. § 3. 'Sororem dedisse Prusiæ precanti ac oranti:' ubi aliter Livium scripsisse mihi persuadeo. Plura alia vide apud Burmann. ad Sueton. Cæs. cap. 26. et, quem laudat, Torrent. ad Sueton. Aug. cap. 96. Ceterum *longo ac inpediti agmine* est in Gaertn. Deinde *incompositi atque longo cæduntur* in Leid. 1. *incompositi atque longe cæduntur* in Lov. 2. *cæduntur incompositi* in Hav.

§ 18 *Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis*] An 'revocatos' dicit, qui, quum, hoste ingruente, diffugissent, nondum ad sedes suas redierant? an *revocatis* idem est quod *vocatis*, quod unus liber Hearnii habet? nam et alia cum hac præpositione composita non plus significant, quam simplicia. Præferrem, si per libros liceret, *evocatis*. Supra c. 21. 'Accitique edicto domini ad res suas noscendas.' *Duk.* *Interanam* Harl. *Interanniam* Port. *Interamniam* Gaertn. *Interam-*

nem Voss. ambo, Lov. 1. 3. et Leid. 2. *Interamna* Hearnii Oxon. N. ac B. *Viceranam* Lov. 2. *iterim ãniã* Hav. Deinde *vocatis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ut censeri possit litera *e* a capite vocis excidisse propter ultimam literam vocis præced., legendumque esse *evocatis*. Mox vocula *et* omittitur in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

§ 19 *Negatus honos, et ob amissa*] *Honos est* Port. Gaertn. et Hav. Tum *et* deficit in Voss. 2. Vide ad II. 44. § 3.

CAP. XXXVII. § 1 *Consul alter Postumius, quia in Samnitibus*] Per literæ ultimæ vocis *Consul* cornu linea traducta conspicitur in Lov. 3. quasi librarius dare voluisset *Consulum alter*. Vide ad IX. 32. § 2. Sed reliqui vulgatum servant. Præterea præpositio *in* deest in solo Hearnii Oxon. L. 1.

In Etruriam traducto exercitu] Omissa præpositione *in*, Pall. tres, et Camp. *Etruriam traducto exercitu*. Gebh. Non Rott. non Flor. neuter quoque Voss. agnoscunt præpositionem. Nec ego igitur retineo. Florus III. 10. 'Classe comparata Britanniam transit.' Tacitus Ann. II. 54. 'Tramittere Lesbon.' *Jac. Gron.* Præter codd. Gronovio et Gebhardo laudatos præpositionem non agnoscunt etiam Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Ita l. VIII. c. 24. 'Inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem.' XXXI. 43. 'Equites mercede conductos Ægyptum avexit.' XXXIII. 41. 'Cyprum nihilominus tendens, paullisper seditione remigum est retentus:' ubi plura videbimus. Tum *transducto* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 2. Mox *primo*, pro *primum*, Gaertn. Insuper *Vulsiniensem* Lov. 4. *Vulsciniensem* Lov. 2. *Volsciniensem* Hav. et Port. *Volsimensem* Voss. 2. et Leid. 2. Vide ad V. 31. § 5. et mox hoc cap. § 4.

§ 2 *Deinde cum egressis ad tuendos fines*] *Dein* Flor. Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *tum egressus* Harl. *cum ingressus* Gaertn. a m. pr. *cum ingressos* a m. sec. *tum egressis* edd. principes. Sed *cum* jam repositum vidi in Mediol. 1505.

Duo millia ducenti Etruscorum cæsi] *Numerus cæsorum apud Volscinios duo millia, &c.* Leid. 2. et Lov. 1. *Numerus cæsorum apud Voscinos ad duo millia, &c.* Hearnii Oxon. C. qui in cod. B. *Numerus cæsorum apud Volscinos duo millia, &c.* se invenisse scribit; quod mihi etiam obvium fuit in Port. Hav. et Gaertn. quorum Port. et Hearnii B. mox ignorant voces *Etruscorum cæsi*. Sed voces *Numerus cæsorum apud Volscinios* ex lemmate marginali in contextum receptas esse patet. Cujus erroris alia exempla vide ad VII. 40. § 4. Præterea *cæsi duo ad ccc Etr.* Lov. 3. *duo millia ac CC.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *duo millia ac ducenti* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *duo millia CCC.* Harl. *duo millia ad CC.* Voss. 2. *duo millia ac CCC.* Lov. 2. *II. a. CCC.* Flor. *V. a. CCC.* Leid. 1. *duo millia octingenti* Lov. 4. quam veram puto scripturam, quia eodem ducunt vestigia optimorum aliorumque codd. *a. CCC.* vel *ac CC.* præferentium, in quibus nota numeralis *IƆ* degeneravit in *a*, ut solet. Vide hoc lib. ad c. 29. § 17. In uno etiam Leid. 1. librarius, *V.* pro *II.* dans, sollemniter erravit. Vide ad XXXVII. 22. § 4.

Ceteros propinquitas urbis tutata est] *Tutata erat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *tuta erat* Gaertn. *tuta est* Voss. 2. 'Tutus' pro 'tuitus' veteres dixisse, docent Corte ad Sallust. Jug. c. 74. § 3. et Oudendorp. ad Frontin. Strateg. II. 12. ex. 3. Quum tamen, Livium voce *tutus* pro *tuitus* vel *tutatus* alibi usum esse, non meminerim, potius lectionem illam socordiæ librariorum adscribo, qui ultimam sylla-

bam τοῦ *tutata* ob præcedentis similitudinem neglexerunt. Alia ejus erroris exempla vide ad III. 7. § 1. VI. 30. § 6. et Corte ad Sall. Jug. c. 52. § 4. Eodem modo *factita* pro *factitata* dederunt II. 2. § 1. *sustenta* pro *sustentata* c. 34. § 5. *mactam* pro *mactatam* IV. 9. § 3. *muta* pro *mutata* IX. 23. § 1. *objecta* pro *objectata* c. 34. § 14. *jacta* pro *jactata* hoc cap. § 10. *inspecta* pro *inspectata* c. 46. § 4. *aptas* pro *aptatas* XXI. 27. § 8. *irrita* pro *irritata* XXXII. 3. § 2. *capta* pro *captata* XXXVIII. 44. § 3. His proximum est, quod *instaura* exararint pro *instaurata* V. 16. § 11. *antiqua* pro *antiquata* c. 55. § 2. *sacra* pro *sacrata* hoc lib. c. 38. § 12. *varia* pro *variata* XXI. 28. § 5. *dura* pro *durata* c. 36. § 8. *continua* pro *continuata* XXIII. 19. § 2. *integra* pro *integrata* XXVIII. 15. § 10. *æqua* pro *æquata* XXIX. 2. § 10. *accommoda* pro *accommodata* XXXVII. 52. § 10. Item hæc, *nudos* pro *nudatos* II. 5. § 8. *citos* pro *citatos* c. 10. § 3. *ostenti* pro *ostentati* IV. 7. § 12. *intentum* pro *intentatum* VI. 39. § 7. *lætus* pro *lætatus* XXIII. 33. § 3. *publicam* pro *publicatam* XXXI. 13. § 4. *tractu* pro *tractatu* XXXVI. 32. § 12. *liberam* pro *liberatam* XXXVI. 17. § 18. Nec non hæc, *præstita* pro *præstituta* VI. 4. § 5. *tum* pro *tutum* XXXV. 12. § 11. *institum* pro *institutum* XXXIX. 13. § 14. Quin etiam contrario errore dederunt *desponsata* pro *desponsa* I. 26. § 2. *sollicitatam* pro *sollicitam* II. 2. § 4. *orbata* pro *orba* c. 47. § 10. *labefactata* pro *labefacta* III. 64. § 2. *adfectata* pro *adfecta* V. 10. § 9. *infestata* pro *infesta* X. 46. § 9. *vastata* pro *vasta* XXIII. 30. § 7. *excitata* pro *excita* XXVIII. 24. § 4. *vulgatata* pro *vulgata* XXXV. 31. § 11. *incruentata* pro *incruenta* XXXVII. 16. § 12. Non multum hinc differunt *sacratam* pro *sacram* V. 25. § 7. *detractatum* pro *detractum* VI. 6. § 7. *nudata* pro *nuda* VIII. 27. § 6. *quassatas* pro *quassas* XXV. 3. § 11. *captato* pro *capto* XXVI. 12. § 15. *exercitatum* pro *exercitum* XXVII. 44. § 6. Similiter quoque *statutos* pro *status* XXXIX. 13. § 8. Ceterum ex vitiosa scriptura *tuta erat* vitiosior provenit *tutaverat* in Hav. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 3 *In Rusellanum agrum exercitus traductus*] *In Rosell. agrum* Voss. 1. Lov. 1. 3. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *In Rosell. autem agrum* Harl. et edd. principes. Primus Aldus recte omisit particulam *autem;* quæ esse solet ex numero earum, quibus librarii orationem Livianam connectere conati sunt. Vide ad XXI. 40. § 11. *In Rossell. agrum* Voss. 2. et Leid. ambo. *In Roscellanum agrum* Gaertn. *In Roselanum agrum* Lov. 2. Vide hoc lib. c. 4. § 5.

Ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum] *Vastari* Voss. 2. et Lov. 3. *vestiti* Leid. 1. *ibi non agitatum vestiti* Lov. 4. Tum *oppugnatum* idem Lov. 4. Vide ad XXI. 57. § 6. *Sed etiam oppidum oppugnatum* Gaertn. *sed etiam oppidum* servant quoque Port. et Hav.

Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia, &c. cæsa] Voces *duo millia hom. minus* desunt in Gaertn. a librario ob voces *duo millia* repetitas omissæ. Vide ad IX. 11. § 11. *Duo millia hostium* legunt Hearnii Oxon. L. 2. et C. Vide ad XXIII. 37. § 11. *Amplius II. mil'* per compendium est in Lov. 1. et tum *minus II. mil'* similiter in Lov. 2. quod utroque loco est in Leid. 1. hinc *minus duob. milib.* præfert Lov. 4. Male. Locutio plane Liviana est, *minus duo millia*, pro 'quam duo millia.' Supra III. 64. 'Si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis:' ubi alia exempla notavi: hoc lib. c. 45. 'Capta minus tria millia hominum.' c. 46. 'Minus duo millia capti.' XXI. 61. 'Raro umquam vix minus quatuor pedes alta jacuit.' XXIII. 30. 'Ut omnis ætatis minus viginti millia civium superessent.' XXIV. 47. 'Hispani

quoque, paullo minus mille homines:' et sæpissime alibi. Notas, quæ qua ratione explicandæ erant, librarius nesciebat, errandi caussam dedisse probabo ad xxv. 9. § 16.

§ 4 *In Etruria eo anno fuerat, parta est*] Vocabula *eo anno* exsulant a Lov. 4. sequens *fuerat* ab edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *est* a Voss. 2. *pacata est* legit Gaertn.

Tres validissimæ urbes, Etruriæ capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere] *Tres validissimæ urbes Etr. capta* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *capit* est in Flor. a m. pr. quum *capita* antea recte scriptum fuisset. Supra IX. 37. 'A Perusia et Cortona et Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant, legati.' Vocat Livius *Etruriæ capita*, quia fuerunt ex duodecim præcipuis ejus regionis urbibus. De Volsiniis id docet Cluver. Ital. Antiq. II. 3. p. 557. de Arretio ibid. p. 571. de Perusia p. 576. Sed ex earum numero Arretium et Perusiam excludit Dempster. Etrur. Reg. IV. 8. qui de Volsiniis agit ibid. c. 15. de Arretio v. 7. de Perusia ibid. c. 9. Ceterum *Volsini* Flor. *Vulsinii* Voss. 1. *Vulsini* Leid. ambo, et Lov. 1. *Vulscini* Lov. 2. *Vulsinum* Voss. 2. et Lov. 3. *Vulsinium* Lov. 4. *Vulscinum* Port. et Hav. *Volscinum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. qui *Vulscium* invenit in L. 1. Vide ad § 1. Tum *Perusium* Gaertn. quomodo hanc urbem posteriori seculo adpellatam fuisse docet Cluver. loco laud. Denique *Aretium* Leid. 2. Port. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. *Aretinum* Hav. Sed Hearne auctor est, se *Aritium* invenisse in Oxon. C. *Arrectium* in margine cod. N. De orthographia hujus urbis vide Cluver. et Dempster. loc. laud. Viri docti, qui l. IX. c. 32. c. 37. X. 3. § 5. et alibi *Aretium* dederant, hic *Arretium* receperant, quod reliquis locis reposui.

§ 5 *Et, vestimentis militum frumentoque pacti*] Prima vox non adparet in Port. Gaertn. et Hav. ut nec ultima in Voss. 2. In verbis seqq. *in undecim annos*, pro *in quadraginta*, legunt edd. Rom. 1472. et Parm. Error natus est ex adfinitate numeralium notarum *XI.* et *XL.* Vide ad XXXIX. 20. § 7. Tum *receperunt*, pro *inpetraverunt*, Harl.

Mulcta præsens quingentum millium æris in singulas civitates inposita] Pall. tres et Camp. *singulas civitatibus imp.* Gebh. *In singulas civitates* jam Andreas. Tres tamen Pall. et duo Voss. et Helm. *æris singulis civitatibus imposita.* J. F. Gron. Omnium corruptissime hic optimus Leid. 1. *quingentum militum civ. inposita:* et Lov. 4. *quingentum militum inposita civitati.* At *quingentum millium æris civitatibus imposita* Lov. 2. *quingentum millium æris singulis civitatibus inposita*, præter utrumque Voss. Gronovio laudatum, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. N. ac C. apud quem L. 1. *in singulis civitatibus* præfert: *quingentum milium ærisingulas civitates inposita* Flor. cujus scriptura erroris fontem indicat: literam nempe τοῦ *æris* ultimam *s* et præpositionem *in* primum excidisse, quod vox sequens a literis *sin* incipiebat: inde autem jam necesse fuit, ut *singulas civitates* in *singulis civitatibus* mutaretur. Solus Harl. et forte etiam Klockian. unde nihil notatur, vulgatum retinuerunt, quos sequor. 'Inponere multam in civitates,' ut 'inponere asses vectigales in jugera' apud Livium XXXI. 13.

§ 6 *Spe inpetrandi petisset, videretque alios, quod tardius ab urbe exisset*] *Spe impet. cum petisset*, vocula *quum* vel *cum* in præcedentibus deleta, et huc rejecta, Lov. 4. Tum *videratque* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *vidissetque* Lov. 4. Deinde *tardius ex urbe exisset* Voss. 1. et Lov. 1. *tardius urbe exisset* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Ox-

on. B. Sed vulgatum, quod optimi tuentur, rectum est. Infra XXXVIII. 4. 'Ne exitus inclusis ab urbe esset.' Et ita 'excire ab Roma' VII. 39. 'educere ab urbe' VIII. 15. ubi etiam turbant codd. Vide insuper ad XXII. 2. § 10. *Ab urbe exivissent* Lov. 4. Vide ad XXVII. 19. § 10. In verbis modo præcedd. vox *consul* abest a Leid. 2. sed *ob senatum oris*, pro *ab senatu moris* legit Leid. 1.

§ 7 *Ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negari triumphum*] *Ad repulsæ sol. æquatæ repulsæ* Leid. 2. et Lov. 1. *desolatium æquatæ repulsæ* Lov. 4. Tum *sibi quoque negari triumphum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et quædam edd. principum. *Sibi quoque negatum iri*, omissa voce *triumphum*, Gaertn. *sibi quoque negatum negare triumphum* Hav. In verbis præcedd. *aliosque injussu* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. *Alios, quod jussu* Gaertn. Hinc *in Etruriam exisset*, pro *transisset*, Port. a m. pr.

§ 8 *Vestræ majestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar*] *Maj. vestræ meminero* Lov. 4. Tum *esse me consulem obliviscar* Leid. 2. et Lov. 1. *me consulem obliviscar esse* Lov. 2. Sed τὸ *esse* non adparet in Port. et Hav. In seqq. *bella gessi*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *gestis* omittitur in Gaertn. et Hav. Tandem *triumpho*, pro *triumphabo*, Gaertn.

§ 9 *Inde inter tribunos plebis contentio orta*] Prima vox non adparet in Lov. 2. nec secunda in Voss. 2. Utraque per compendium scripta fuerat *Iñ int';* hinc altera ab altera ob ductuum similitudinem facile intercipi potuit. Deinde *contentio orta est* Harl. et edd. principes usque ad Aldum, qui τὸ *est*, a reliquis codd. exsulans, ex contextu ejecit. Id contra iterum revocarunt Paris. 1529. mox Frobenius 1531. atque inde reliqui usque ad Jac. Gronovium, qui denuo delevit. Errasse autem videtur Hearne, notans τὸ *est* non inveniri in edd. Aleriens. et Sigon. Certe in Sigoniana exstare vidi. Posses *Inde, inter tribunos plebis contentione orta, pars intercessuros*. Sed Gronovianam lectionem sequor, nisi quod post vocem *orta* recipiam majorem distinctionem, ut est in antiquioribus edd. quum in plerisque recentioribus sit minima.

Pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebant] *Et ne novo exemplo* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *aiebat* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Male. *Pars aiebant* inlustravimus ad v. 38. § 5. Mox *collegam*, pro *collegas*, Lov. 2.

§ 10 *Jactata res ad populum est*] *Jacta res* Pall. duo. *Gebh.* Non aliter etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. errore etiam alibi commisso. Vide ad III. 10. § 3. v. 48. § 4. XXXVIII. 25. § 6. et alibi. Similia vide hoc cap. ad § 2. *Lata res* Voss. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii C. Male. Vocem 'jactare' eo sensu quo hic accipi debet, inlustravit Gronov. loco laud. XXXVIII. 25. § 1. Tum *ad oppidum est* inepte Voss. 2. *est ad populum* Harl. et edd. Aldo priores.

Quum L. Horatium, M. Valerium consules] Legendum *M. Horatium, L. Valerium consules* ex III. 55. et seqq. (a. CCCVI.) *Glar.* *M. Horatium, L. Valerium.* Fuerunt enim a. CCCIII. Livius, Dionys. Cassiod. *Sigon.* Dubium non est, quin recte emendarint Glareanus et Sigonius. Nihilominus *L. Horatium, M. Valerium consules* servant omnes Mss. nisi quod tres postremæ voces desint in Leid. 2. et Lov. 1. atque *et cum eo L. Horatius, M. Valerius* præferat Lov. 4. a m. pr. in quo postea *Horatium* et *Valerium* emendavit manus altera. Præterea *et tum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. et Gaertn. *et tum* Hav.

C. Marcium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset] *Gaium. maritium. Rutilium* Pall. duo. *Gebh.*

Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *Gaiū Main' ciniū Rutilium nuper patrem* Lov. 2. *Gaiū Marmaritium Rutilium nuper patrem* Leid. 1. et Lov. 4. a m. sec. qui *C. Marmaritius Rutilius nuper pater* habuerat a m. pr. *C. Marium Rutilium nuper patrem* Gaertn. *Gaium Rutilium nuper patrem* Leid. 2. et Lov. 1. *Rutilium* reliqui codd. et edd. usque ad Sigonium, qui recte edidit *Rutilum*. Vide ad VII. 17. § 6. Deinde *qui tum censor esset* Lov. 4. Gaertn. et Port. Vide ad II. 12. § 15. *Qui tū censor esset* Hav. *qui tunc censor erat* Hearnii Oxon. N. Mox præpositionem *ex* ignorant Port. et Hav.

§ 11 *Ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem inpedituros*] *Nescire se M. Attilium T. Volumnium tr'b. plebis* prodigiose corruptus Lov. 2. *nesciret M. concipia nob. tribunos plebis* Voss. 2. et Lov. 3. *nesciret*, pro *ni sciret*, etiam Lov. 4. Non dissimili errore *ne scirem* et *nescirem* commutari vidimus ad II. 45. § 12. Tum *legem* abest a Gaertn. et Lov. 4. Paullo ante *Adjiciebat quoque se*, ordine mutato, Port. Gaertn. et Hav. Τὸ *se* neglegit scriba Leid. 2.

Voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis affutura] Antiqua lectio *pro omnibus jussis esse ac futuram*. Gelen. *Pro omnibus jussisse se ac futurum* Lov. 2. *pro omnibus jussisse ac futuram* Voss. 2. *pro omnibus jussisse ac futurum* Lov. 3. *pro omnibus jussisse ac futuro* Lov. 4. *pro omnibus jussisse ac futura* Leid. 1. *pro omnibus jussis esse affuturum* Port. *pro omnibus jussis adfuturam* Harl. *pro omnibus jussis affutura* Oxon. N. in margine et ed. Aler. apud Hearnium. *Pro omnibus jussis esse ac futurum* Gaertn. et Hav. *pro omnibus jussis esse ac futura* Flor. Leid. 2. et Lov. 1. Gelenii lectionem non damno; ut *futuram* referatur ad nomen remotius *voluntatem*. Ita v. 25. 'Urbs et ager, quæ et ipsa voto continetur.' Ferri etiam posset *futurum*, ut respiceret proximum *favorem*. Auctoritas tamen codicum *futura* præferentium efficit ut eam lectionem malim. 'Voluntatem ac favorem futura,' ut IV. 57. 'Quam grâtia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi vide alia. Ceterum *favorem conscientem populi* Lov. 2. *faverem consentiens populi* Voss. 2. *factiorem consentiens populi* Lov. 3. *factionem consentiens populi* Lov. 4. *favorem populi consentientis* Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium*] *Postero die* Gaertn. et edd. ante Frobenianam 1535. Sed vox *die* deficit in Voss. 2. Tum *trib. plebis auxilio trium* Port. Gaertn. et Hav. Neque aliter Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod insuper omittant vocem *trium*. Mox *ex consensu*, pro *et consensum*, Lov. 4. contra sententiam Livii.

§ 13 *Postumium, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus*] *Post. auctorem Claudius* Leid. 2. et Lov. 4. Sed per compendium scriptum fuerat *auctor ē*, quod facile depravari potuit in *auctorē*. Non dissimili modo *intercessiōe*, sive *intercessione*, datum erat pro *intercessio ē*, sive *intercessio est*. Vide ad IX. 8. § 13. *Idē*, sive *idem*, pro *id ē*, sive *id est*. Vide ad X. 8. § 10. Deinde *urbibus aliquot* Portug. Gaertn. et Hav. qui iidem etiam paullo ante legunt *constans est memoria*.

In Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum] *In Apuliam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. vett. pro quo *in Apulia* reposuit Ascensius 1513. Tum *saucium esse ipsum* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. *saucium*, omisso τῷ *ipsum*, Gaertn. In seqq. *Luceria compulsum*, pro *Luceriam*, Leid. 2. et Lov. 1.

Ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse] Fasti utrumque.

Vide Pighium ad a. CCCCLIX. et Perizon. Animadv. Hist. cap. 6. p. 216. *Duk.* *Res gestas in Etruria* Hav. *in Etruriam res gestas* Gaertn. Quod dictum esse posset, quemadmodum 'bellum in Italiam:' de quo vide ad Epit. Liv. lib. XXI.

§ 14 *Ambos consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit*] *Ambo consules* Flor. Quamvis autem reliqui nihil mutent, ejus tamen auctoritati cedendum, et lectionem hanc recipiendam censui, quod sæpe Livius 'ambo' et 'duo' casu quarto genere masculino dicere solitus fuerit. Vide ad XXXV. 21. § 5. Deinde *in Samnio et Luceriam* Lov. 1. *in Samnio et Luceria* Leid. 2. Tum *scripsit* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Mox *traductum in Etruriam*, pro *traductumque*, Harl. *traductum in Etruria* Hav. et *ab utroque consule*, pro *ab utro*, Harl. Vide ad VIII. 6. § 13.

§ 15 *Inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat*] *In qua pugna* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *in eaque pugna* Harl. et edd. Aldina vetustiores. Deinde *notam* et *noverat* Lov. 3. 'Notus' et 'votus' in Mss. confundi, vidimus ad v. 13. § 7. Similiter autem librarii etiam confuderunt verba 'novi' et 'vovi.' Exempla exstant v. 23. § 8. IX. 43. § 25. et alibi. *Vocaverat* est in Hav.

Sed fanum tantum, id est locus, templo effatus, jam sacratus fuerat] Lib. meus *id est locus templo jam sacratus fuerat*: recte, si abjicias glossema, *id est locus templo jam sacratus.* Festus in *Sistere fana*, et Varro de L.L. v. p. 54. *Klock.* In tom. I. Syll. Epist. quas Burm. edidit p. 393. Variat hic locus in libris, qua manu exaratis, qua cusis. Pal. 1. *primus locus templo effatus sacratus fuerat*. Pal. 2. *sed tantum idem locus templo factus fuerat*: ad marginem adscriptum ostendit, *sed fanum tantum, id est, locus templo effatu sacratus fuerat*. Pal. 3. *locus temporis effatus sacratus fuerat.* Hæc Mss. Veteres edd. vero, et in his Andreæ, *sed fanum tantum, id est locum templo effatus fuerat.* Campani dein *sed fanum tantum, id est locus templo jam sacratus effatus fuerat*. Gebh. Aliter Ovidius Fast. VI. 793. 'Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.' Vide Donatum Romæ Vet. et Nov. l. II. 13. et Nardinum Rom. Vet. IV. c. 13. *Duk.* *Sed fanum tantum, id est locus templo jam sacr. effatus fuerat*, transpositis solum vocabulis, Flor. Harl. et edd. Tarvisinæ, ac quædam aliæ. *Sed fanum tantum, id est locus, templo effatus, sacr. fuerat*, una vocula omissa, Leid. 1. Lov. 4. Voss. 2. et Hearnii Oxon. B. *sed fanum tantum, id est locus templo effatus fuerat* Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. (*locum* emendatur a manu altera) Hearnii Oxon. N. et ed. Rom. 1472. *sed fanum tantum locus templo effossus sacratus fuerat* Lov. 2. *sed fanum tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Lov. 3. *sed fanum tantum idem locum templo effatus fuerat* Leid. 2. Scriptum fuerat per compendia *id ē*, sive *id est*, quod nullo negotio mutari potuit in *idē*, sive *idem*. Vide ad § 13. *Sed tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat* Gaertn. et apud Doujat. unus Colbert. *sed tamen idem locus templo effatus sacratus fuerat* Portug. et, auctore Doujatio, Memmian. ubi *tm̄*, sive *tantum*, perperam mutatur in *tn̄*, sive *tamen*. Vide ad IX. 12. § 6. *Fanum* autem ob similitudinem τοῦ *tamen* excidit. *Sed tamen id locus templo factus fuerat* Hav. A vulgato non recedo, nisi quod voculam *jam*, vix in uno vel altero obviam, expunxerim.

§ 16 *Bis ejusdem voti damnata respublica*] Nemo, credo, umquam sic est Latine locutus: 'respublica venit in religionem, damnatus voti venit in religionem, ut hoc faceret.' Exemplo ab uno disce, ut soleat Livius loqui. Lib. XXII. c. 33. 'In religionem

etiam venit, ædem Concordiæ, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius prætor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse.' Scribendum igitur, *bis ejusdem voti damnata republica.* Nempe postquam jam bis respublica voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinere, ut justa ædes tam facili Deo conderetur. *J. F. Gron.* Cicero de Nat. Deor. II. 4. 'Gracchus quum comitia nihilominus perfecisset, remque illam in religionem venisse populo sentiret, ad senatum retulit.' *Duk.* Emendatio Gronovii facillima est, si velimus per siglas scriptum fuisse *voti damnata R. P.* idque a librariis non intellectum fuisse. Alia exempla vide ad v. 49. § 9. XXVI. 35. § 5. XXXIX. 16. § 3. Quum tamen in vulgatum conspirent omnes codd. et Dukerus ex Cic. laudarit 'res venit in religionem,' non video, cur vulgatum ferri nequeat, modo junctim capiamus 'respublica damnata voti venit in religionem.'

CAP. XXXVIII. § 1 *Quæ paterna gloria, quæ sua*] *Tum paterna gloria, quam sua* Voss. 2. Lov. 3. 4. Hearnii Oxon. N. in margine, et non paucæ edd. vett. *Tum paterna gloria, tum sua* Lov. 2. Nihil muto. Supra II. 35. 'Usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis viribus:' ubi etiam turbant codd. c. 45. 'Ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando:' ubi vide Gebhard. Particulas has inlustraverat etiam Gronov. in priori ed. notarum Livii ad XXXV. 23. sed ea postea transtulit in Obs. III. 12. Vide etiam Cortium ad Plinii Ep. VI. 28. § 1. Ep. IX. 2. § 2. Rittersh. ad Plinii Ep. X. 18. § 2. Periz. ad Valer. Max. II. 1. in princ. Torren. ad IV. 7. ex. 7. et viros doctos ad eumdem Val. VI. 9. ex. 14. In præcedentibus voces *consul insignis* neglectæ erant a librario Gaertn.

De Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulem, pepererat] Cl. Puteanus notaverat in Fulvii cod. *patrem cos.* id quod explicare malebat *patrem consulis.* Etsi enim Samnites a L. Papirio consule (fuit autem quinquies) sæpe prœlio victi sint; tamen illa nobilis victoria propter arma eorum auro argentoque insignia, quam respicit hic Livius, parta est ab eodem dictatore A. U. C. CCCCXLIV. Sic ille. Mihi autem vetustos libros adhibenti paruit, hoc vitium esse admodum recens: nam Juntas, Gryphius, Curio *cos.* ut Fulvii liber: at Andreas, Tarvisin. Venet. Beccar. Parisiensis cum Ascensii, tum Saveterii, Moguntini plane, *patrem consulis.* J. F. Gron. *Consul'* per compendium Lovel. 2. *consul,* compendii nota omissa, Leid. ambo, Gaertn. et Hav. ut sit *nemo consul præter L. Papirium patrem.* Verum, ut jam Putean. apud Gronovium observavit, præcipuam de Samnitibus victoriam Papirius non consul, sed dictator reportavit. *Cons.* Lov. 1. et 4. *cos.* ante Juntam jam Aldus dedit: *consulem* vero primus Sigonius, et inde Gruterus in ultima ed. quum Aldo priores legant *consulis*, quod in multis etiam meorum codd. superest, et in Memmiano legi Doujatius testatur. Et id probat etiam Oudend. ad Front. Strateg. II. 4. ex. 1. Infra c. 45. de nostro Papirio: 'Ædem Quirini ab dictatore patre votam filius consul dedicavit.' Et ita de Fabio XXIV. 44. 'Consulis pater Fabius:' et contra VIII. 7. 'T. Manlius consulis filius supra castra hostium cum suis turmalibus evasit.' XXIV. 9. 'Q. Fabius consulis filius.' cap. 12. 'Q. Fabium prætorem (is filius consulis erat) Luceriam Graccho succedere jubet:' et c. 43. 'Q. Fabius Maximus consulis filius.' De caussa erroris vide ad X. 10. § 2. Ceterum *de Samniti* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ad diem*, omissa media voce, Voss. 2. *ad eum diem* Lov. 1. *ad eam diem de Samnitibus nemo*, in alium ordinem congestis vocabulis, Lov. 4.

§ 2 *Eodem conatu adparatuque omni opulentia insignium armorum*] *Conatu adparatu*, copula omissa, Port. omittitur et vox *omni* in Lov. 4. sed relicta lacuna. *omnia opulentia insigni* Lov. 2. *omni opulentia insignia armorum* Gaertn. *omni opulentia insignum armorum* Port. et Hav.

Et opes Deorum etiam adhibuerant] Pall. 1. ac 3. *opes etiam Deor. adhib.* Pal. 2. *et Deorum etiam opes adhib.* Vetustæ duæ edd. *et Deorum etiam adhib. opes.* Gebh. Gronov. edidit *et Deorum etiam adhibuerant opes:* qui ordo verborum non tantum superest in vetustioribus edd. verum etiam in Harl. et Flor. nisi quod hic præferat *adhibuerunt:* sed *et Deorum etiam opes adhib.* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *et Deorum opes etiam adhib.* Gaertn. *opes etiam Deorum adhib.*, exsulante prima vocula *et*, Lov. 2. et 3. *Deorum etiam opes adhib.* Voss. 2. *et Deorum etiam adhib.*, sine voce *opes*, Leid. 1. Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Opes* hic notat 'auxilium.' Supra VII. 28. 'Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Junoni Monetæ vovit.' Vide Perizonii Animadv. Hist. c. 7. p. 245. Mox *ritu quodam sacramento*, pro *sacramenti*, Gaertn. Tum *vitiatis militibus*, pro *initiatis*, Leid. 2. et Lov. 1.

Delectu per omne Samnium habito nova lege] *Dilectu* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Hinc *per omnem Samnium* Harl. et Lov. 1. a m. pr. *per omnium Samnium* Hav. Tum *habita nova lege* idem Hav. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 3 *Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset*] *Non venisset ad imperatorem, quique* edd. Rom. 1472. et Parm. *non conv. ad imperatorem, quique* Harl. et edd. prioribus ætate proximæ, usque dum Aldus substitueret *non conv. ad imperatorum edictum, quique:* quod etiam superest in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, (nisi quod eorum posterior habeat *convenissent*) Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *non convenisset ad imperatum edictum, quique* Port. Tandem *non convenisset ad imperatorium edictum, quique* vulgavit Froben. a. 1535. idque in Voss. 1. unde nihil notatur, superfuisse videtur. Quamvis autem plerorumque codd. lectio *ad imperatorum edictum* stabiliri posse videatur loco Livii III. 20. 'Conventuros se jussu consulis, nec injussu abituros,' vulgatum tamen, quod Frobenius restituit, *ad imperatorium edictum*, præferendum puto, quod lectio illa eruditior sit, quam ut a librariis profecta esse censeri possit, qui *imperatorum* dederunt, quoniam *injussu* absolute positum ipsis displicuerit; quod tamen Livio familiare est. Vide ad VII. 12. § 12. *Imperatorum* autem datum est pro *imperatorium*, quemadmodum sæpe commutantur *gladiatorum* et *gladiatorium*. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 10. c. 31. et ad Tiber. c. 7. Præterea *abiisset* Port. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. c. 36. § 3.

Caput Jovi sacratum erat] Vet. lib. *sacratum esset.* Sigon. *Sacratum esset* margo Pal. 2. qualem lectionem inventam inseruit editionibus posterioribus Sigonius: vetustissima cum Pall. tribus habet *erat*, Campani *caput Jovi sacratum, &c.* Gebh. *Erat* servant omnes mei, nisi quod unus Voss. 1. unde nihil notatur, *esset* habuisse videatur: quod verum est. Insuper *caput Jovis sacratum* Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *Jovis* adhæsit voci ob primam sequentis, unde repetita est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Caput Jovi sacramentum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Exercitus omnis Aquiloniam est indictus*] Vox *omnis* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Aquilonia* est in Port. et Hav. Deinde *est inductus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. in cujus

postremi margine recte emendatur *indictus*. Sæpius ita peccarunt librarii. Vide ad II. 38. § 5. IV. 25. § 9. VI. 12. § 1. c. 26. § 4. c. 39. § 10. IX. 42. § 11. XL. 41. § 4. (ubi ipsam locutionem inlustravimus) et viros doctos ad Suet. Aug. c. 23.

Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat] *Ad LX. millia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. *ad sexaginta millia* edd. Rom. 1472. et Parm. Ita in Livio etiam nunc peccari XXI. 29. § 3. existimat Gronov. ad eum locum. Tum *quod in Samnio roboris erat* Lov. 4.

§ 5 *Mediis fere castris locus est conseptus cratibus*] *Locus est conspectus crateis* Hav. *locus conspectus est cratibus* Lov. 4. *locus conseptus est cratibus* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *pluteisque linteis contectus* edd. Rom. 1472. et Parm. *pluteisque et linteisque contectus* Lov. 2. *pluteisque et linteis est confectus* Voss. 2. a m. pr. Vide mox ad § 8. at illud *est* in Voss. 2. delet manus altera.

Patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes] *Patens ccc. maxime pedes* Lov. 2. *patens ad ducentos maxime pedes* Port. *patens ducentos ad maxime pedes* Gaertn. et Hav. *patens ducentos maxime pedites* Voss. 2. Insuper vox *pariter* exsulat a Lov. 3. 4. et Voss. 2.

§ 6 *Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote*] Illud *lecto* vide utrum ad *libro*, an ad *sacerdote* referendum. Præterea qualis hæc compositio? *Glar.* Sunt, qui ambigant *lecto* ad librum, an ad sacerdotem referendum sit. Mihi non est dubium, quin ad librum referatur: hic enim est sensus: In eo linteis contecto loco ex veteris libri lintei lectione sacrificatum est, Ovio Paccio quodam sacerdote rem divinam faciente. *Sigon.* *Libro veterum linteo lecto* Lov. 4. sed ultimam vocem *lecto* non agnoscit Hearnii Oxon. L. 1.

Sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu] Corrupte Pall. duo *Obvio Patrio*. Pal. 2. *obvio A. Pactio*. Andreæ ed. *A. Paccio*. Campan. *Ovio Pactio*. Gebh. *A. Pactio* edd. Rom. 1472. et Parm. *Obvio Amilio Paccio* Voss. 1. *Obvio Anullo Pactio* Leid. 2. et Lov. 1. *Obvio Aulo Pactio* Hav. *Obvio Avulo Patrio* Hearnii Oxon. C. Et ita etiam ejus N. nisi quod vocem *Patrio* non agnoscat. *Obvio Patrio* ejusdem L. 1. *Ovio Patrio* L. 2. *Obvio Patricio* Lov. 3. *Obvio Pactio* Voss. 2. et Gaertn. *Ovio Pactio* Flor. Lov. 4. et Port. Quam lectionem admisi. De nomine 'Ovius' vide ad IX. 7. § 2. 'Vibius' autem 'et Pactius fratres longe nobilissimi gentis Bruttiorum' memorantur XXVII. 15. Deinde *quodam honore magnatu* Leid. 2. *quodam honore magno natu* Lov. 1. *homine quodam magno natu* Port. *quodam homine maximo natu* Gaertn. Sed *magno natu* passim obcurrit: ut II. 8. c. 23. et c. 40. III. 58. et c. 71. V. 34. XXI. 34. XXVI. 49. et alibi. Vocem *quodam* omittunt Flor. et Lov. 4. Mox *patriæ*, pro *petere*, Hav. et Hearnii Oxon. N. in cujus tamen posterioris margine *petere* recte emendatur.

Qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ] *Qua quondam nisi* Lev. 3. Hinc *adnuendæ Etrus. Cap.* Gaertn. *aliunde Etruscis Capuæ* Lov. 4. *adimendi Etrusci Capuæ* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Sacrificio perfecto, per viatorem imperator adciri jubebat*] *Sacrificio peracto* Lov. 4. Utrumque in usu fuit Livio. Et quidem alterum XXII. 11. 'Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica dictator retulit.' XL. 6. 'Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere.' Alterum XXII. 1. 'Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis:' et XXIII. 14. 'Rebus divinis perfectis, latoque, ut solet, ad populum, ut equum escendere liceret.' Deinde

accersiri jubebat Lov. 4. In verbis seqq. vox *quemque* omittitur in Lov. 1.

§ 8 *Erat quum alius adparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco*] *Tum alius adp. &c. cum in loco*, particulis trajectis, Lov. 2. *tum alius adparatus* etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 3. Hearnii Oxon. L. 2. C. N. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide ad VI. 23. § 3. *Erat tamen alius adp.* Harl. et Hearnii Oxon. N. in margine. *Erat tñ alius adp.* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Erat enim alius adp.* Gaertn. Præterea *religionem* Leid. 2. et Lov. 1.

In loco circa omni contecto additæ aræ in medio, victimæque circa cæsæ] *Additæ* redundat. *Gelen.* Paulo ante hunc locum linteis contectum dixit. In hoc ergo loco tam undique clauso erant *aræ* in medio, vel, ut Festus ait, (voce 'Legio,') *ara*. Sigon. Paucæ erant edd. quæ exhibebant vocem a Gelenio expunctam; paucæ ejus loco legebant *adipe*, quod in Harl. etiam obcurrit. Hearne autem ex Oxon. N. laudat *omni confecto adipe in medio*, voce *aræ* omissa. Reliquæ edd. vett. vocem ejectam ignorant; quibus favent alii omnes codd. Erroris fontem egregie aperit optimus Flor. cujus librarius pro *aræ* dedit *ape*, literis *P* et *R* confusis, quæ sæpissime in Mss. commutari solent. Exempla dabo ad XXIII. 1. § 6. Ex voce *ape*, quæ nihil notat, postea factum est *adipe* in cod. Hearnii, hinc utraque lectione juncta *adipe aræ* datum in aliis; ex quo quum sensus commodus non adpareret, id mutatum est in *additæ aræ:* quarum vocum priorem Gelenius induxit: eum autem verum vidisse, tot codicum consensus indicat. Insuper *omni in loco circa* alio ordine Port. Gaertn. et Hav. quorum primus etiam omisit vocem proximam *contecto.* Sed male. Indicat enim Livius locum, quem 'linteis contectum' fuisse § 5. dixerat. Quod autem cod. Hearnii *confecto* legat, erranti scribæ tribuendum est. Vide ad eumdem § 5. Præterea *victimæ circum cæsæ* Lov. 2. Sed vide ad IV. 12. § 9. et mox § 11.

§ 9 *Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps*] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *Admovebantur altaribus magis.* Gebh. Ita et Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. Hearnii Oxon. et ed. Rom. 1472. quod displicet, tum quia omnia, quæ sequuntur, itidem in pluralem mutanda forent, quod tantum in paucis nonnulli codd. ut mox per partes indicabimus, et quisque inde colligere poterit; tum quia 'singuli introducebantur,' ut Livius inquit, adeoque numerus singularis magis convenit. Sed *Admovebatur altaribus, magis* insuper Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Gaertn. quod etiam Aldus in contextum recepit: ut adeo in excludendo vocem *miles* consentiant ferme omnes codd. et ad verbum *Admovebatur* ex præcedentibus revocandum sit 'nobilissimus quisque singulatim introductus.' Non audeo tamen vulgatum movere. Deinde *magis victimarum, quam sacri participes* Port. *magis victimarum, quam sacri principes* Hearnii Oxon. B. *magis ut victimarum, quam ut sacri particeps* Gaertn. *magis ut victimarum, quam ut sacri participes* Lov. 2. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 2. ac C. Sed an victimarum participes non sunt participes sacri? *Magis ut victima, quam ut sacri participes* Voss. 2. Lovel. 3. et quædam ex vett. edd. Verum ita saltem dari debebat *magis ut victimæ, quam ut sacri participes*, ut præfert Lov. 4. quod tamen nec ipsum probo ob ea, quæ ad prima hujus periodi verba dicta sunt.

Adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *adigebanturque.* Gebh. *Adiciebaturque jurej.* Leid. 1. *adicebatur-*

que jurej. Flor. et Lov. 2. ac 3. *adjiciebanturque jurej.* Hav. *adjiciebaturque jurej.* Gaertn. *adigebanturque jurej.* Lov. 4. Port. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *adigebatur, quæ jurej. visu* Voss. 2. Tum *quæ visa auditaque in eo loco choissent* Voss. 1. et Leid. 2. *quæ visa audita eo loco choissent* Lov. 1. *quæ visa auditaque in eo loco coissent* Lov. 3. *quæ visa auditaque eo in loco coiissent* Gaertn. Deinde *non enunciaturus* Port. Vide ad XXXIV. 29. § 9. *Non enunciaturi* Lov. 2. *non enunciaturos* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Particula vero negativa non est in Gaertn.

§ 10 *Dein jurare cogebatur*] Perperam in Pall. et in ed. Andreæ *Dein jurare cogebantur.* Gebh. *Deinde* Leid. 2. Lov. 3. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad III. 3. § 6. Tum *cogebantur* quatuor posterius memorati codd. cum Hearnii Oxon. L. 2. et C. *cogebant* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. principes, pro quo *cogebatur* substituit Mognnt. Id autem receperunt Colon. Cervic. Ascens. 1530. et inde reliqui.

Nisi isset in prœlium, quo imperatores duxissent] *Nisi esset* Harl. cum edd. Rom. 1472. Parm. et Mediol. 1480. Vide ad XXVII. 44. § 3. *Nisi essent* Haverk. *nisi issent* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C. Ceterum sensum hujus loci docet Gronov. ad XXXIV. 16. § 1. Tum *quod imperatores* Flor. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

Et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset] Prius *si* deficit in Voss. 2. *et si vir ipse ex acie fugisset* legunt Gaertn. et Hav. *et si aut ipsi ex acie fugissent* Lov. 2. *et si aut ipse fugisset ex acie* Lov. 4. Deinde *fugientem vidissent,* et in seqq. *occidissent* Lov. 2.

§ 11 *Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt*] *Id primo quidem* Voss. 2. et Lov. 4. Vide ad XXXIX. 17. § 5. *In primo quidem* Gaertn. Tum *circum altaria* Hav. Vide ad § 8. Mox *jacent deinde inter stragem* Voss. 2. *jacentes deinde in stragem* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Deinde *documentis ceteris fuere,* pro *documento,* Voss. 1. et Lov. 2. ac 3. Vide ad VI. 3. § 8. *Abnuentes jur. sementis ceteris fuere,* reliquis omissis, Lov. 4. Tandem *ut abnuerent,* pro *ne abn.* Gaertn.

§ 12 *Ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum*] *Ea destinatione* Voss. 1. pro varia lectione, Voss. 2. Lov. 4. et Hearnii Oxoniensis in margine. *Eadem æstimatione* Lov. 3. Ant. Perizon. locum hunc ad marginem cod. sui ita legendum conjecit: *Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; queis dictum.* Vide mox ad verba seqq.

Eis dictum, ut vir virum legerent] Vet. lib. *eis edictum.* Sic l. IX. c. 39. 'Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset.' Et Virgil. Æn. XI. 632. 'Legitque virum vir.' *Sigon.* *Eis deiñ, ut vir* Gaertn. *eis edictum* Port. et Hearnii Oxon. B. An vocula ejecta legendum *obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum?* hoc sensu: Quum primores Samnitium hac detestatione obstricti essent, decem ex eorum numero ab imperatore nominatis edictum est. Præterea *vis visum legerent* Voss. 2. et Lov. 3. neque aliter Leid. 1. nisi quod vocem *legerent* omittat: *vis jussum legerent* Lov. 2. Voces *vir virum* desunt in Lov. 4. relicta tamen lacuna: *legeret* autem Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. C. N. et multæ ex vetustioribus edd. Vulgatum eodem modo dictum est, quo II. 10. 'Dum alius alium, ut prœlium incipiant, circumspectant.' III. 50. 'Decemviri perturbati alius in aliam partem castrorum discurrunt.' VII. 8. 'Equites, alius alium increpantes, inferunt

pedem.' XXXVII. 24. 'Non tam victoria læti, quam alius alium accusantes.' Quæ vero Modius de locutione 'vir virum legit' ad initium cap. seq. notarat, expunxi, quod apud Briss. de Form. lib. IV. pag. 346. unde descripta sunt, commode legi queant.

Donec sexdecem millium numerum confecissent] *XVI. numerum* Gaertn. *XVI. militum numerum* Voss. 1. et Lov. 1. *XVI. millia militum numerum* Leid. 2. Deinde *implerent* Lov. 4. quod ex interpretis expositione natum est. Infra XXIX. 35. 'Hasdrubal intentissima conquisitione quum ad triginta millia peditum, tria equitum confecisset:' ubi vide.

Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, adpellata est] Ut 'septum,' sic 'conseptum' dicitur, qua voce usus et Varro et Columella. Vocat autem 'conseptum' locum undique septum cratibus, qui, quod linteis erat contectus, 'linteatæ' legioni dedit nomen, quæ ibi conscripta est. Quare Festus ait voce 'Legio:' 'Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se Romano militi juraverunt.' *Sigonius.* Quidam, hunc locum explanantes, dixere, legionem 'linteatam' dictam, eo quod linteis loricis seu thoracibus armarentur: ait enim Livius, 'linteatam' legionem appellatam 'ab integumento, quo erant consepti.' Antiquos vero lineis seu linteis loricis usos, constare aiunt. Æmilius Probus, seu, ut alii, Cornelius Nepos in vita Iphicratis cap. 1. scribit, illum Atheniensibus loricas linteas pro æneis tradidisse, ut expeditiores in militari officio essent. Ad hæc ab Homero Iliad. II. 529. Ajax Locrensis λινοθώρηξ dictus, id est, linteum thoracem habens; ita et paullo post, vs. 830. Amphius etiam λινοθώρηξ dictus. Sed et apud Xenophontem in Pædia Cyri lib. VI. p. 160. Abradates rex Susorum induebatur thorace lineo more patrio; et apud eundem in expeditione Cyri minoris lib. IV. p. 338. Chalybes linteis loricis ad imum usque ventrem induebantur. Et Pausanias de Atticis l. I. c. 21. Sarmatas seu Nomadas loricis lineis usos tradit. Celebratur et Amasis Ægypti regis linteus thorax ab Herodoto III. 47. de quo Plinius XIX. 1. inquit: 'Mirentur hoc ignorantes in Ægyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ CCCLXV. filis singula fila constare.' Virgilius Æn. XII. 375. 'Lancea consequitur, rupitque infixa bilicem Loricam.' In hunc sensum Sidonius Apollinaris scribit VIII. 3. ad Leonem, 'linteatum' dici, veste seu alio integumento linteo indutum. His tamen non obstantibus, crediderim hujusmodi interpretationem subsistere minime posse, ex ipsius textus verbis: inquit enim Livius, arma insignia et galeas hujus legionis militibus data; non ergo loricas linteas, quas certe non reticuisset, sed signatim nominasset, cum eas non ignoraret; siquidem prius IV. 20. meminerat thoracis lintei a Cosso interfecto Tolumnio adempti, ac in templo Jovis Feretrii sacrati. Præterea Samnitum legionem, inquit, linteatam dictam ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat: et paullo supra dixerat, paratum locum in castris, linteis contectum, et libro linteo lecto sacrificatum, et cætera, quæ sequuntur. Ad hæc Plinius loco citato scribit ex Homeri auctoritate, linteis thoracibus armatos pugnasse, non ita existimandum, linteos thoraces tot fuisse Samnitibus, ut sedecim millia ipsorum (tot enim constituisse legionem linteatam scribit Livius) illis armari potuissent. Postremo omnem scrupum adimit Festi Pompeii auctoritas, qui lib. X. paulo post a principio voce 'Legio' scribit, Samnitum le-

gionem linteatam appellatam a Livio, quod Samnites singuli ad aram, velis linteis circumdatam, se non cessuros Romano militi juraverant. *M. Donatus.* *A tegumento consepti* Gaertn. et Port. *a tegmento consepti* Hav. *ab integmento consepti* Lov. 4. *ab integumento consepta* Lov. 2. Male. De voce 'conseptum' vide Salmas. ad Solin. p. 8. Ea etiam usus est Quinctil. Instit. Orat. l. XII. c. 2. 'Si ingenium suum consepto fori, non ipsius rerum naturæ finibus terminasset.' De verbo autem 'consepire' vide Nic. Heins. ad Nason. Metam. l. I. vs. 69. Deinde *a quo sacrata novitas erat* Lov. 2. *quo sacrata novitas*, omisso verbo *erat*, Lov. 4. *quo sacra novitas* Voss. 2. et Lov. 3. *sacra* pro *sacrata* exemplo eorum, de quibus vide ad cap. præc. § 2. Deinde *appellata erat* Leid. 2. Mox *arma insingula data* Voss. 2. *arma ingigia data* Lov. 3.

§ 13 *Paullo plus viginti millium alius exercitus fuit*] *Paullo plus vig. milibus* Lov. 2. *Paullo plus ingenti militum* Leid. 2. In seqq. *nec corporum spem, nec gloria belli, ne apparatu* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *belli* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Ad Aquiloniam consedit] Vocula *ad* abest a Flor. Rott. Helm. Voss. Itaque pater ad marginem notavit vel *Aquiloniæ consedit*, vel *Aquiloniam concedit*. Jac. Gron. Notam hanc Gronovii, quæ ad cap. seq. § 5. verba 'ad Aquiloniam pervenit' perperam relata erat, huc revocandam esse, partim ex ipsis Gronovii verbis, partim ex Vossianorum mentione intellexi; quod et Hearnius vidit. Præpositio autem *ad* deficit etiam, præter Vossianos, in Leid. utroque, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii N. L. 2. ac C. Puto tamen intercidisse ob vocis præced. literas finales. Vide ad IX. 16. § 7.

CAP. XXXIX. § 1 *Sp. Carvilius, cui veteres legiones*] *Senatus P. Calvilius* Voss. 2. *Sp. Carvillius* Port. *Sp. Carvillus* Harl. *Sp. Cornillus* Hav. *Sp. Camillus* Gaertn. Similiter fere variant codd. hoc cap. § 4. Deinde *cum veteres legiones* Lov. 3. et 4.

In agro Interamnati] *Interannati* Lov. 3. *Terati* Hav. *Terracinati* Port. Gaertn. et Hearnii Oxoniensis B.

§ 2 *Dum hostes, superati superstitionibus, concilia secreta agunt*] Ms. Fuldense, *dum hostes operati superst.* quod manifeste verum res clamat, et Lipsii quoque liber manu exaratus firmat: 'operandi' enim verbum veteres in rebus divinis usurpabant. *Modius.* 'Operari' verbum sacrorum esse, præter Modium ad h. loc. docuerunt Pighius ad Valer. Max. VI. 6. ex. 1. Broekhus. ad Tibull. El. II. 5. 95. et Bentl. ad Horat. Carm. III. 14. 16. *Duk.* *Comperati* Gaertn. *comparati* Port. et Hav. *operati* non tantum reliqui, quibus utor, Mss. omnesque Hearnii codd. Oxonienses, sed etiam edd. usque ad Curionem, qui primus *superati* recepit. Id autem obtinuit usque dum Modius, Lipsium, ita præeuntem ad Taciti Ann. II. 14. secutus, ope Msti sui *operati* revocaret, nisi quod interim ita etiam Sigonius ediderit. Ceterum, quæ Modius de verbo 'operari' in sacris usitato ad hunc locum notarat, delevi, quia apud Brisson. de Formul. lib. I. p. 19. unde omnia descripsit, commode legi possunt. Eo verbo ita etiam utitur Livius I. 31. 'Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse;' et Silius II. 673. 'Alecto solium ante Dei sedemque tremendam Tartareo est operata Jovi, pœnasque ministrat.' Vide Vlitium ad Gratii Cyneg. vs. 42. et Tennul. ad Front. Strateg. IV. 7. ex. 44. Adde etiam Passerat. ad Prop. El. II. 38. vs. 2. Præterea *consilia* Voss. 2. Lov. 3. 4. a m. pr. et Hav. innumeris locis obvio errore.

Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit] Ptolemæus III. 1. Vestinis hoc tribuit oppidum. At de locis,

quæ Samnitico bello numerat Livius, non omnia certa pronunciavero. Atinatem enim hic numerat agrum, haud dubie in Samnitium ditione: cum Plinius III. 11. Atinates Lucanis adscribat, cap. vero 12. Marsis, et cap. 5. inter Latii populos enumeret. Cominos ait idem III. 12. ex Æquicolis interiisse: hic autem ex nuncio Papirii ad Carvilium misso non ita longe ab Aquilonia distare intelligitur. Aquilonia vero Hirpinorum oppidum a Ptolemæo perhibetur III. 1. Duroniam non temere invenies apud auctores. *Glar.* *Aminternum* Port. et Gaertn. *Amiternium* Leid. 2. Tum *de Samnitibus incepit* Lov. 3. literis *si* et *in* propter ductuum adfinitatem perperam commutatis. Vide ad VII. 33. § 8. *De Samnitibus vi capit* Port. et Gaertn. Ceterum, Amiternum proprie fuisse oppidum Sabinorum, sed trans Alpes in Vestinorum confinio, et hinc facillimo errore Ptolemæum id Vestinis adscribere; hic vero 'de Samnitibus vi captum' dici, non quod in ipso Samnio, proprie sic dicto, situm, sed in Samnitium tum ditione foret, docet Cluverius Ital. Antiq. II. 9. p. 686. eamque ob caussam et alibi sita tamen Samnitibus adscribi, exemplis inlustrat Ital. Antiq. IV. 7. p. 1193.

§ 8 *Cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti*] *Cæsi ibi* Port. et Hav. Livium ita nonnumquam locutum esse, videbimus ad XXXVII. 39. § 12. Hic tamen vulgatum præstare, persuadet aliorum codicum id servantium consensus. Præterea *II. hominum ferme atque octingenta* Lov. 1. *duo millia hominum ferme atque octingenta* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. *atque octingenta* etiam Voss. 1. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. *Atque octoginta* Klockian.

Capta quatuor millia ducenti septuaginta] *Capta etiam quatuor millia, &c.* Klockian. *capta et septuaginta* Port. *capta quatuor et septuaginta* Gaertn. et Hearnii Oxoniensis B. *capta quatuor ducenti septuaginta* Flor. et Lov. 2. 3. ac 4. *capta IIII. CC. LXX.* Voss. 1. et Leid. 2. *capta IIII. CC. XL.* Voss. 2. et Leid. 1. *capta quatuor millia ducenta et septuaginta* Hav.

§ 4 *Papirius, novo exercitu (ita decretum fuerat) scripto*] Vet. lib. *ita enim decretum fuerat.* Sigon. *Ita enim decretus erat* Leid. 2. *ita enim decreto erat* Lov. 1. *ita enim erat decretum* Lov. 2. *ita enim decretum erat* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonienses, N. B. C. et ed. Parm. *ita vero decretum erat* Harl. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum, qui *enim*, pro *vero*, recepit; sed voculam ejecit Froben. 1535. Et recte. Eam enim omisit etiam Flor. et soliti fuerunt librarii particulam *enim* interponere, ut orationem Livianam, ex eorum sententia male hiantem, melius connecterent. Vide quæ notantur ad VIII. 39. § 14. IX. 26. § 7. XXII. 15. § 1. c. 28. § 5. XXXII. 7. § 3. Eamdem ob caussam interpolarunt etiam voculam *nam:* (vide ad hujus lib. c. 17. § 10.) voculam *vero;* (vide ad XXI. 13. § 2.) voculam *sed;* (vide ad VI. 32. § 8.) De similibus parenthesibus omni connexione destitutis vide ad V. 28. § 9. Præterea *L. Papirius*, addito prænomine, Hearnii Oxoniensis L. 1. Sed prænomen tuto omitti potest, quum hujus anni consulem Papirium 'Lucium' dictum fuisse jam tradiderit cap. præc. Tum *novo exercitu, &c. sumpto* Voss. 2. et Lov. 3.

Duroniam urbem expugnavit] In nomine hujus urbis nihil mutant codd. scripti. Pighius tamen in Annal. ad a. CDLX. p. 397. eam vocat *Doroniam.* Doujatius autem quis locus significetur, se divinare non posse, fatetur, nisi mendum sit, ac legendum *Furconiam;* quod Sabinorum oppidum in confiniis Vestinorum Marsorumque non procul Amiterno esse docet.

Verum, præterquam quod Cluverius, diligentissimus Italiæ descriptor, Ital. Antiq. l. II. c. 9. p. 686. 'Furconiam' demum ex septimi et octavi post Christum natum seculi auctoribus proferat, non videntur etiam ambo consules tam vicino itinere in hostes movisse. In geographia veterum multa ἅπαξ λεγόμενα obcurrunt, quæ tamen ob solam hanc caussam erroris suspecta esse nequeunt, nisi ingentem omnia mutandi januam aperire velimus. Mox *plus aliquot occidit*, pro *plus aliquanto*, Port. et Hav. Vide ad II. 39. § 1. Deinde *parata*, pro *parta*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide v. 6. § 1.

§ 5 *Pervagati Samnium consules*] *Samnitium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis N. qui pro eo in margine ostentat *Soranum;* quod etiam præferunt in contextu Port. et Hav. ejus loco *Loranum* habet Hearnii Oxoniensis C. Deinde *consul* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

Maxime depopulato Atinate agro, Carvilius ad Cominium] Non potest tolerari ista distinctionis nota, et sufficit levior quam reposuimus. *Jac. Gron.* Hæc Holstenius p. 222. Annotationum in Cluverii Ital. Antiq. ad p. 1042. ubi de 'Atina Volscorum' agitur, adscripsit. Sed parum verosimile est, eam hic designari; quia et Livius satis aperte dicit, agrum illum 'Atinatem' in Samnio fuisse, et nulla caussa erat, cur Romani agrum Volscorum sociorum depopulari voluerint. Nec cogitari potest de 'Atino Lucanorum,' cujus gentile est 'Atinas,' quodque non ita longe ab Aquilonia in Hirpinis aberat. Nam, Lucanos itidem socios Romanorum fuisse, constat ex hoc libro Livii c. 11. et 33. Si locus mendo caret, quærendum est an usquam alibi mentio 'Atinatis agri' in Samnio fiat. *Duk.* Distinctio, quæ Jac. Gronov. displicuit, primum in edd. Grut. adparuit. Quum autem ipse semicolon ejus loco reposuerit, in prioribus non nisi comma visebatur, quod sufficere existimavi. Ceterum vox *maxime* deficit in Leid. 2. et Lov. 4. Deinde *Antinate agro* Klockian. *Attinate agro* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. et Hav. Cluverius autem Ital. Ant. l. IV. c. 7. p. 1198. probaturus Livium inpropríe Samnii nomine adpellare loca, quæ Samnites extra Samnium suum vi vel persuasu in suam redegerunt potestatem, etiam hunc laudat; ita tamen adfert, quasi pro *Atinate agro* scriptum invenisset *Antiate*. Neque tamen error hic librariis adscribi potest, quia addit deinde Livium hic Samnium prope Romæ admovere ad Antium usque, Volscorum gentis caput; quod revera 'Antio,' non 'Atinæ,' convenit: præterea quia dicit, se III. 7. ostendisse, Antium fuisse Volscorum caput, quod etiam ibidem fecit p. 988. quum de 'Atina' demum agat cap. sequenti 8. p. 1040. At dubium non est, quin *Atinate agro* vera sit lectio, et Cluverius aliquid humani passus sit. Intelligo vero 'Atinam Volscorum,' sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium. Præterea *Calvilius* Voss. 2. *Carvillius* Port. *Carvillus* Hav. *Camillus* Gaertn. quæ varietates etiam mox iterum obcurrunt § 7. Vide ad § 1. Tum *ad Comminium* Leid. 1. et Port. *ad Communium* Lov. 1. a m. pr. *ad Conillium* Hav. *ad Cominum* Hearnii Oxon. L. 1. Quæ autem Jac. Gronovius ad verba seqq. 'ad Aquiloniam pervenit' notarat, potius pertinent ad verba cap. præc. finalia 'ad Aquiloniam consedit.' Certe codd. Flor. et Voss. quos memorat, non hoc loco, sed cap. præc. præpositionem *ad* ante vocem *Aquiloniam* omittunt.

§ 6 *Neque graviter pugnatum: lacessendo quietos*] Quidam *gnaviter* emendarunt. Cæterum, quæ sequuntur verba perquam obscura sunt. *Glar.*

Pall. duo meliores, binæque vetustæ edd. *neque naviter pugnatum.* Lib. xxx. c. 4. 'Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri.' *Gebh.* Mss. et vett. edd. usque ad Gryphium vel *gnaviter*, vel *naviter.* Primo video mutatum Curioni. Lib. xxx. c. 4. 'Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum gnaviter geri:' sic enim ibi liber optimus. *J. F. Gron.* *Graviter* legunt Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. ex editis autem aute Curionem ita præferunt edd. Tarvis. altera, Ven. 1495. et 1506. Ascens. 1510. 1513. 1516. et Paris. 1529. Sed recte alterum *naviter*, vel *gnaviter*, probarunt viri docti, quod in ceteris meis et Hearnii Oxoniensibus constanter superest. Infra xxiv. 28. 'Sed, quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant.' Potius autem *naviter* legendum esse, dixi ad iii. 41. § 8. quamvis tamen *graviter* ex *gnaviter* corruptum sit. Præterea *nec*, pro *neque*, Leid. 1. Lov. 4. Harl. et edd. antiqq. quasi id necesse foret, quoniam *nec cessatum* præcesserit. Verum reliqui codd. *nec* servant, quod primus Aldus reposuit; et, post *nec* recte *neque* inferri, vidimus ad ix. 9. § 14.

Comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur] *Comminando magis* sine copulante particula Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *assumebatur* Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et quædam edd. vett. Vide ad ix. 17. § 6. In verbis seqq. *quæ quum inciperetur*, pro *quod*, Neapol. Latinii: *quod quum inciperet* Gaertn. Sed vide hoc lib. ad c. 10. § 1. Tum *rerum cura, etiam parvarum*, addita perperam voce, Lov. 2. Denique *perferebatur in dies*, pro *proferebatur*, Voss. 2. Vide ad v. 4. § 12.

§ 7 *Altera Romana castra viginti millium spatio aberant*] Pall. 1. ac 3. *castra, quæ xxx. millium spatio aberant:* neque dissentiunt, nisi in numero, ceteri nostri libri: sicut mox singuli et universi *omnibus gerendis intererant rebus*, non *gerentis.* Gebh. Vocem *quæ* servant Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ea tamen locum habere nequit. Præterea *xxx. millium spatio* Voss. 2. et Lov. 3. *gerentis* autem a Gebhardo inprobatum in primis tantum Gruteri edd. obcurrit, sed ab ipso jam in postrema emendatur recte in *gerendis*, quod retinent omnes libri. Ceterum *intererant* deest in Port. cujus loco *intereant* præfert Hav. Mox etiam *in Aquiloniam, quam in Cominium* Leid. 1. et Gaertn.

§ 8 *Jam per omnia ad dimicandum satis paratus, nuncium ad collegam mittit*] Vocula *jam* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde Jac. Gronov. ad Livii xxi. 34. § 5. pronunciat vix dubitandum videri, quin dederit Livius *jam omnia ad dimic. satis paratus.* Sane, aliis locis Livium ita loquutum fuisse, certum est. Vide ad xxxvii. 7. § 15. An tamen etiam hoc loco ita loqui voluerit, ut dubitem efficit omnium, quibus usus sum, codicum consensus in vulgatam scripturam. Deinde *nuncios ad collegam mittit* Lov. 4. sed mox addit *nuncius habuit*, et *nuncio misso.* Quin et unicus rei nunciandæ subficiebat. *Nuncium eo ad collegam mittit* Harl. et editi Aldo priores, qui additam voculam omisit, probantibus reliquis scriptis.

§ 9 *Quanta maxima vi posset, Cominium obpugnare, ne quid laxamenti*] *Quantum maxima vi posset* Port. et Gaertn. Male. Vide ad ix. 10. § 10. *Quanta maxuma vi posset* Flor. Vide ad ii. 17. § 5. *Quanta maxima vi poesit* Lov. 4. Hinc *nequit laxamenti* Leid. 1. et Port. *inquit laxamenti* Hav. Deinde in verbis proximis *subsidia in Aquil., mittenda*, addita præpositione, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Papirius, nuncio misso, extemplo concionem habuit*] Aut ὕστερον πρό-

τερον est, aut nova repetitio. Nam dies nuncii missi ut cum die concionis conveniat, non plane video: nisi quis hic *misso* pro 'dimisso' exponat. *Glar.* Intelligo Papirium, quum nuncium ad collegam misisset, eodem adhuc die concionem illam habuisse. Neque video quid Glareanum morari potuerit. Mox verba proxima *multa de universo genere belli* desunt in Voss. 2. culpa scribæ, cui fraudi fuit repetitio vocis *multa.* Vide ad IX. 11. § 11. Vox *belli* autem non exstat in Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4.

De præsenti hostium adparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum] Forte, *de præsentis hostium adparatus vana magis specie.* J. F. Gron. Nisi tamen illa *vana magis specie, quam efficaci ad eventum* per appositionem, quam vocant, dicuntur. *Duk.* *De præteriti host. adp.* Lov. 3. Tum *varia magis specie* Leid. 2. in contextu. Vide ad XXII. 7. § 4. *Magis vana specie* Port. Gaertn. et Hav. Deinde *efficacia deventum*, literis, una serie olim conscribi solitis, inperite in voces divisis, Flor. *Effici adventum* Leid. 1. *efficaci adventum* Voss. 2. Lov. 4. et Hav. *efficaci adventu* Lov. 3. *efficaci eventu* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. ac C. *efficaci ad cunctum ev.* Gaertn.

§ 12 *Non enim cristas vulnera facere*] Omnia hæc vocabula exsulant ab Hav. sola autem vox *cristas* a Leid. 2. Deinde *Romanum prælium*, pro *pilum*, legit iterum Hav. et *geratur res ferro*, transpositis dictionibus, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 13 *Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente, &c.*] De hac re IX. 40. 'Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.' *Sigon.* *A parenti suo* Port. *et parente suo* Gaertn.

Spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma fuisse] *Spoliaque honest. vict. hosti* Hearnii Oxon. N. *spoliaque ea honest. victoria hosti* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. Deinde *quam ipsis armis fuisse* Lov. 4.

§ 14 *Datum hoc forsan nomini familiæque suæ*] Hic redundat *forsan*. Gelen. Vet. lib. *Datum hoc forsan nomini.* Sigon. Particulam, ejectam Gelenio, repono auctoritate Pall. omnium, et Campan. editionis, *Datum hoc forsan nomini:* sic c. 40. libri iidem inserunt 'Exeunti forte in aciem.' *Gebh.* *Forsan* deest in ed. Rom. 1472. Reliquæ edd. quas vidi, omnesque codd. particulam illam tuentur, nisi quod *forsitan* legant Lov. 2. et Hav. Præterea *novum familiæque*, pro *nomini fam.*, legit idem Hav. Mox *oppugnaret*, pro *opponeretur*, est in Lov. 4.

Spoliaque ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis] *Spolia ea referrent* Leid. 1. *spoliaque referrent* Port. Gaertn. et Hav. Tum *etiam publicis locis* edd. Aldina priores.

§ 15 *Tum, si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores*] 'Deos inmortales,' ut præcessit, quo hæc sunt referenda. Quare non probo repeti in Pall. duobus *nulli unquam exercitui Deos fuisse infestiores.* Gebh. Recte judicavit Gebhardus. Eumdem errorem tamen committunt Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Hinc *Si qua tum conj. mentis divinæ sit*, vocibus transpositis, Lov. 3. *Tum si qua conj. metu divini sit* Klockian. Præterea *nulli numquam exercitui* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. *nulli unquam exercitu* Leid. 1. Paullo ante *Deos inmortales esse*, pro *adesse*, Port. et Hav. Male. Non enim tam nunc confitebatur verum esse Deos existere, quam eos vindices fœderum toties ruptorum adfuturos; ut VIII. 7. 'Aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis.'

§ 16 *Nefando sacro mixta hominum pecudumque cæde respersus*] *Nefanda sacra missa* Hav. *nefando sacra mixta* Lov. 4. Mox *ancipiti deinde iræ*, pro *ancipiti Deum iræ*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 17 *Oderit sacramentum, uno tem-*

pore Deos, cives, hostes metuat] *Ederit sacram.* Hav. *sacram. oderit* Port. Deinde *metuit* Lov. 2. 3. 4. Voss. 2. Leid. 1. et Oxon. N. in margine, teste Hearnio, qui *metuerit* invenit in L. 2. et C. quasi id requireret præcedens *juraverit, oderit,* quum tamen sensus hic exigat præsens.

CAP. XL. § 1 *Hæc, comperta perfugarum indiciis*] *Incomperta* Gaertn. Tum *profugarum* Lov. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide mox ad § 6. et ad XXII. 22. § 4. Deinde *induciis* Lov. 1. simili ferme errore, quo 'dicere' et 'ducere' in Mss. commutari solent; de quo vide ad XXXVIII. 43. § 1. Mox *disseruisset* Leid. 2. *deseruisset* Port. Gaertn. et Hav. et *odere,* pro *oderunt,* Lov. 4.

§ 2 *Et pullarium in auspicium mittit*] *Et pulla* B. *in ausp. mittit* Gaertn. *et pull. et ausp. mittit* Voss. 2. 'In auspicium mittere' ea forma dictum, qua 'mittere in suffragium' apud Livium, et 'mittere in consilium' apud Cic. sæpius obcurrunt.

§ 3 *Æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat*] *Æqui intenti erant* Hav. *intenti erant æque* Leid. 1. Hinc *dum militum* Gaertn. et Hav. Tum *exspectabat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad VI. 23. § 1.

§ 4 *Ad eos, qui auspicio intererant, pervenit*] *Ad Deos* Port. Sed prima litera posterioris vocis perperam repetita est ex ultima præcedentis. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Contrario errore *eorum,* pro *Deorum,* librarios dedisse, vidimus ad VIII. 30. § 9. Præterea *auspicio incurrerant* Voss. 2. *auspicio interant* Leid. 2. et Lov. 1. errore scribarum, qui, quum forte *int'erant,* vel *inter'ant,* scriptum invenissent, compendii notam neglexerunt. Deinde *pereunt,* pro *pervenit,* Hav.

Pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit] Inter cætera auspicia, quibus antiqui Romani maximam curam adhibuere; ita ut, nisi his præmonentibus, comitia non haberent, neminem ad principem magistratum promoverent, non pacem, non bella inirent, nec pugnam aggrederentur; pullorum auspicia multæ existimationis fuisse, passim legimus. His enim e cavea emissis puls vel offa pro cibo ab aruspice, 'pullario' dicto, dabatur: quod si, oblata esca, pulli e cavea non exissent, aut progressi illam non attigissent, tristis eventus omen erat, quod Val. Max. I. 4. et Livius lib. XIX. tradidere. Sic Ti. Gracche, qua die cæsus occubuit, pulli, emissi e cavea, retro cessere, ex Plutarcho in illius vita p. 832. Et Claudius Pulcher in hostes moturus, non pascentibus in auspicando pullis, navali pugna, classi profligata, inprospere conflixit, ex Suet. in Tiber. c. 2. E contra vero, si pulli, e cavea egressi, oblatum cibum depasti essent, ita ut, illis pascentibus, offæ seu pultis frustulum ab ore in terram decideret, et in terra paviret, auspicia secunda portendebat, atque fortunatum eventum, quod Cic. I. et II. de Divin. et Festus Pomp. lib. XIV. tradidere. Hoc autem vocabatur 'tripudium solistimum,' in hæc verba docente ibidem Cic. de Divin. II. 34. 'Sed quia, quum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripudium, dictum est, hoc quidem jam tripudium dicitur; quum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant.' Quod et libro Epist. Famil. refert. 'Solistimum' vero dicebant ab imo solo, quod offa ex ore cadens feriebat. At hæc auspicia ab ipsis tandem Romanis post multa secula, tamquam omnino superstitiosa, repudiata; ut videre licet apud Cic. lib. de Divin. Divinis vero legibus et nostris canonibus sunt damnata, ut patet ex causa XXV. quæst. 5. Nec omittendum il-

lud Accii antiqui poëtæ: 'Nil credo auguribus, qui aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos:' et jure Val. Flacc. Argon. I. 232. 'exta lubrica' appellat, quod auspicia omnia inconstantia et fallacia sint. Mendacii autem pullorum auspicia coarguit locus hic, quia, etsi, pro Papirio auspicante pullario, pulli non pascerentur, vicit tamen ille pugnans, et multa millia hostium fudit et interemit, pullario, qui mentitus erat, in primo congressu ante signa occumbente. *M. Donatus.* Modiana ad hunc locum delevi, quia ad verbum descripta erant ex Brisson. de Formul. lib. I. pag. 124. ubi commode videri possunt. Ceterum *crepudium solistrinum* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *trepudium solivistium* Leid. 2. *trepudium solistimum* Lov. 1. *trepudium solistinium* Lov. 4. *tripudium solistinium* Gaertn. *tripudium solistinum* Port. *tripudinum salestinum* Flor. Præterea *nunciat* Lov. 2.

§ 5 *Auspicium egregium esse, et Deis auctoribus rem gesturos*] *Ausp. mittit egr.* Klockian. Tum *egregium esse, Deis auct. rem se gesturum* Voss. 2. et Lov. 3. *et Diis auct.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Mox *signumque preponit*, omissa media voce, Hearnii Oxon. C.

§ 6 *Exeunti jam forte in aciem*] *Forte* scriba adjecit de suo. *Gelen.* Vet. lib. *jam forte in aciem.* Sigon. Τὸ *forte* ab uno tantum Lov. 4. ut et ab ed. Rom. 1472. exsulat: reliqui constanter defendunt. Prodigiose tamen errans Gaertn. librarius *Exeunte jamque fortē aciem* dedit.

Nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariæ ferme erant) Cominium profectas] *Quadrigenariis* quidam emendarunt; temere meo quidem judicio. Ælianus de aciebus instruendis vocat cohortem 'pentacosiarchiam,' id est, quingentariam, quæ sit ex hominibus quingentis duodecim: ad quam formam hic 'quadringenariam' vocasse videtur Livius. Similis locus fuit lib. VII. ab urbe cond. ubi obiter etiam aliquid attigimus. *Glar.* Pal. 2. *perfuga viginti cohortes (quadragenariæ ferme erant) Com. profectus enunciat.* Gebh. *Nunciat profuga* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide hoc cap. § 1. *Quæ quadrigenariæ ferme erant* Voss. 1. et Lov. 1. *qua quadrigenariæ ferme erant* Leid. 2. De pronomine relativo perperam a librariis inserto vide ad XXII. 46. § 9. *Quadrigenariæ* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et quædam ex vett. edd. *Quadragenariæ ferme erant* Lov. 4. Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quadraginta ferme erant* Gaertn. *XL. ferme erant* Port. et Oxon. N. *quadragenariæ formæ erant* Hav. Vulgatum rectum est. De cohortibus 'quadringenariis' vide ad VII. 7. § 4. 'Ferme' et 'formæ' etiam aliis locis in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVII. 23. § 5. Præterea *Com. profectas enunciat* Hav. *Com. profectas nunciat* Gaertn. Et tamen uterque in præcedentibus servat τὸ *nunciat.*

Ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque] *Ipse sibi signa* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *præferri* iidem tres Lov. Vide hoc lib. c. 33. § 7. *Præferre* edd. Rom. 1472. et Parm. Infra XXII. 42. 'Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent.' Tum copula *que* deficit in Lov. 2. Mox autem *quoque*, pro *quæque*, Gaertn. Vide ad XL. 5. § 5. Deinde *attribuebat*, pro *attribuerat*, Voss. 2.

§ 7 *C. Ceditium et Trebonium*] Vet. lib. *C. Cædicium et C. Treb.* Sigon. Posterius prænomen non exstat in Flor. Rott. Helm. Voss. nec in editis vetustis. Itaque scripsit Livius *Caios Cædicium et Trebonium.* J. F. Gron. Sigonio ex meis tantum favent, ac bis prænominis *C.* sive *Caii*, notam servant Port. Gaertn. et Hav. Trebonio *A.* sive *Auli* prænomen dat Hearnii Oxon. L. 1. Reliqui posteri-

ori huic nullum prænomen tribuunt, unde Gronov. *Caios*, ut ad utrumque referatur, scribendum conjecit: cui quodammodo jam præivit Pighius in Annal. ad a. CDLV. p. 388. legens *C. C.* id est *Caios*, *Cædicium et Trebonium*. Vide ad IV. 48. § 1. Et ita Gronovius legebat hoc lib. c. 1. 'Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus.' Præterea *Cedum*, pro *Cædicium*, Voss. ambo. *Cedium* Lov. 2. 3. Leid. ambo, Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et N. in contextu, qui in margine *Ceditium* præfert. *Cædium* Flor. a m. pr. pro quo altera interpolavit *Cædicium*: sed *Cælium* Lov. 4. et Gaertn. De orthographia vocis *Cædicium* vide ad II. 52. § 6. Deinde *Trebunium* Flor. *Trebonum* Port. *Tribonium* Voss. 2. et Lov. 3. Similiter fere peccarant codd. III. 65. § 3. Hinc *præfectis* Leid. 1. *præfectos* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Paullo ante Scipionis prænomen *L.* deerat in Voss. 2.

§ 8 *Sp. Nautium*] Prænomen unica litera *S* exprimit Lov. 4. Vide ad IX. 1. § 1. *Noutium* est in Leid. 1. *Natium* in Flor. *Novum* in Voss. 2.

Cum cohortibus alariis] *Alaribus* alii recte emendarunt. Nam paullo post de eodem Sp. Nautio dicturus est cap. seq. 'Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat.' Vegetius II. 1. equites intelligit, qui ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies. Cæterum Livius postea cap. 43. ubi Carvilius consul præsidium contra Samnitium viginti cohortes mittit, ita ait: 'D. Brutum Scævam legatum cum legione prima, et viginti cohortibus alaribus, equitatuque ire adversus hostium subsidium jussit:' hic aperte et legionarii, et alares, et equites distincte nominantur: quare etiam pedites intelligi fortassis possunt, etiamsi hoc loco in equis veniant cum Sp. Nautio. *Glareanus*. *Alariis* servant Voss. 2. Leid. ambo, Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. et edd. usque ad Aldum, qui substituit *alaribus*, duobus meorum Voss. 1. et Lov. 1. consentientibus. Similiter variant codd. in loco a Glareano laudato c. 43. § 3. et XXXV. 5. § 8. sed *alaribus* constanter præferunt codd. cap. seq. § 5. et contra *alarii* ex unico cod. editum, et ab omnibus servatum est XL. 40. § 9. ut utrumque in usu fuisse verisimilius videatur. Præstare itaque puto, ut hic et plurium et integerrimorum codicum lectionem *alariis* in contextum revocemus. Ceterum male hic dubitat Glareanus, utrum per 'cohortes alarias' equites intelligendi, an pedites. Nam hoc tempore socii, qui in castris Romanis militabant, divisi erant in alas, dextram et sinistram: per 'cohortes' autem 'alarias' intelliguntur eorum pedites; per 'equites alarios' eorum equitatus. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 7. Schelium ad Hygin. p. 1076. et dissert. 12. ad Polyb. et quæ ex eo per compendium retulit Græv. ad Cic. ad Famil. II. 17. Per 'cohortes' itaque 'alarias' non tam 'fortassis possunt,' ut inquit Glareanus, verum omnino debent intelligi pedites, sed sociorum: quod autem pedites illos 'hoc loco in equis venisse' dicat, in eo fallitur: non enim memorantur 'equi,' sed 'muli.' Præterea iis non pedites sociorum, sed calones insederunt. Jubente Papirio, Nautius cohortes alarias, adsumtis calonibus, qui mulis, unde clitellæ detractæ erant, insidebant, in tumulum conspectum circumduxit. Quum autem calones frondosos ramos per terram trahentes densissimum pulverem excitassent, præcedentium peditum arma signaque in primo per turbidam lucem adparebant, pulvis autem excitatus efficiebat, ut calones speciem equitum agmen cogentium darent. Vide cap. seq. Ceterum, quum in edd. Gronoviorum, quæ cum Notis Variorum prodiere, similia ferme, atque hic Glareanus in prima

parte notæ tradidit, ex Godelmv. excerpta essent, Dukerus etiam monebat per 'cohortes alarias' pedites sociorum intelligendos esse; idque firmabat Lipsii et Schelii auctoritatibus.

In tumulum conspectum propere circumducere jubet] *Conseptum*, arboribus scilicet, legit Robertus Titius. Lego *consiptum*, id est *consitum*. Klock. *In tumultum profectum* Gaertn. 'Tumulus' et 'tumultus' etiam alibi in Mss. confundi, vidimus ad VII. 34. § 9. *In tumulum prospectum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Lov. 4. a m. pr. Hav. et Hearnii Oxon. N. *in tumulum aspectum* ejusdem codex L. 2. Male: 'tumulus conspectus' est conspicuus. Vide ad IV. 13. § 5. Deinde *prope circumd. jubet* Lov. 2. et Port. Vide ad XXXIX. 31. § 4. *Propere circumd. libet* Leid. 1. Tò *propere* deficit in Hav.

Atque inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere] Pall. omnes et Camp. *motu pulverem ost.* Andreas *motu pulveres ost.* Gebh. Hæc lectio ex Heinsii ed. Elzev. profluxit. Omnes priores præferunt *atque inde inter ipsam:* quod servant etiam Flor. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *ac inter ipsam* est in Lov. 1. 2. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *at inde inter ipsam* Voss. 2. et Lov. 3. *ac inter ipsam* Voss. 1. et Leid. 2. ubi τὸ *iñ*, sive *inde*, interceptum est a prima syllaba vocis *inter*. Similem errorem vide hoc lib. c. 37. § 9. *Et tñ inter ipsam* Gaertn. sed, *tñ* et *iñ*, sive *tamen* et *inde*, ob ductuum similitudinem sæpe in Mss. confundi, vidimus ad V. 18. § 8. Hinc *moto pulveres ost.* Voss. 1. *moto pulverem ost.* Voss. 2. *motu pulvere ost.* Leid. 1. et Hearnii Oxon. N. ac L. 2. *motu pulveres ost.* Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *motu pulverem ostenderet* Neapol. Latinii: *motu pulverem ost.* Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hav. *quanto maxime posset motu, pulverem ost.* Lov. 4. quod Dukero non displicebat. De hac locutione vide ad IX. 10. § 10. Solus Flor. vulgatum tuetur.

§ 9 *Altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque*] *Altricatio inter pull. orta* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 1. *Altercatio inter pull. sortita* Hav. Tum *exauditoque* Gaertn. *auditaque* Flor. Harl. et quædam ex edd. vett. At 'exaudire' pro audire Livio frequens est. Vide ad III. 56. § 8.

Sp. Papirio fratris filio consulis, ambigi de auspicio, renunciaverunt] *Sp. Pap. factis cons. filio* Hav. *Sp. Pap. fratris consulis filio* Port. et Gaertn. Tum *de auspicio renovaverunt* Hav. *de auspicio nunciaverunt* quædam ex priscis edd. Male. Supra IV. 24. 'Quum renunciatum a mercatoribus esset, negata Veientibus auxilia.' VI. 7. 'Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt.' XXV. 3. 'Naufragia, quæ vera renunciaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu:' et alibi sæpe.

§ 10 *Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem natus, rem inquisitam*] Mstum *ante hoc t'nam Deos spernendam natus.* Lege *ante hōc* (id est *hunc*) *rittum:* per duplex *t*, pro *ritum*. Vel lego *Juvenis religione tactus rem ante inquisitam.* Supra I. 46. 'Religione tactus hospes.' Videntur autem illa verba, *doctrinam Deos spernentem*, inperiti nebulonis glossema ad illa quæ paullo ante præcedunt, 'qui rem haud spernendam rati:' inde vitio librarii et errore in ipsum obrepsisse contextum. Supra III. 20. 'Nondum hæc, quæ nunc tenet seculum, neglegentia Deum venerat.' *Klock.* Sollemni lapsu Pall. duo *nactus*. Pal. 2. *Juv. āt doctrinam Deorum spern. nactus:* alia tamen apposita scriptura *Juv. autem doctrinam non adeo Deorum spernentem ratus.* Campan. *Juv. doctrinam haud spernendam ratus.* Vul-

gata lectio sincerissima est, qua perstringit Livius Epicureos. *Gebh.* *Juv. autem doctrinam Deorum haud spernendam ratus* Lov. 2. *Juv. autem doctrinam Deos spernentem ratus* Harl. Voces *ante* et *autē* sæpe in membranis antiquis commutantur. Vide ad XXVII. 35. § 7. Similiter etiam 'natus' et 'ratus.' Vide ad VIII. 10. § 2. *Juv. doctrinam non adeo spernendam ratus* Neapol. Latinii. *Juv. autem doctrinam Deorum spernentem nactus* Port. Gaertn. et Hav. *nactus* etiam Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XV. Sed vulgatum probo. Klockii conjecturæ tales sunt, ut nemini sano placere possint. Præterea *inquisitam rem* Gaertn.

§ 11 *Tu quidem macte virtute diligentiaque esto*] Prima vocula abest in Leid. 2. et Lov. 1. Ejus loco *Tum* præfert Hav. sollemni scribarum aberratione. Exempla hujus erroris habuimus II. 12. § 14. hoc lib. c. 18. § 13. et aliis locis sæpe. Infra XXII. 49. 'Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto.' Mox pro *Ceterum* Lov. 2. *Ketras* legit a m. pr. sed vox deletur a m. sec. Deinde *legionem*, pro *religionem*, Port. et Gaertn. Ita solent librarii alibi peccare. Vide ad VIII. 32. § 4. et IX. 11. § 12. Deinde *trepudium* Lov. 1. 3. 4. Voss. 2. et Leid. 2.

§ 12 *Imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent*] *Uti pullarios* Flor. quod Salvinius, qui cod. hunc cum vulgatis contulit, adposito signo probavit. *Ut pullarium* Lov. 2. Sane unus memoratur 'pullarius,' qui auspicium mentiri ausus tripudium solistimum consuli nunciavit, hoc cap. § 4. unus etiam, qui emisso temere pilo ictus ante signa concidit § seq. Plures tamen pullarios consuli adfuisse inde constat, quod § 9. 'altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei' dicatur. Omnes itaque inter prima signa constitui Papirius imperavit, ut is, qui falleret, mendacii pœnas daret. Mox *Promoventes Samnites signa* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1.

Insequitur acies ornata armataque, ut hostium quoque magnificum spectaculum esset] 'Ornatam aciem' intelligo linteatam phalangem sexdecim millium hominum, quam 'legionem' ipse paulo ante vocavit: 'armatam' autem 'aciem' paulo plus viginti millium alium exercitum, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni disparem. Quæ vero hic sequuntur verba, perquam obscura sunt, nisi *hostibus*, pro *hostium*, legas. Illud etiam *emisso temere pilo* dubium: quis enim emisit? Lepidissimum autem corvi tam ociosi atque audacis prodigium. Hic Livius non modo æquat Herodotum, sed propemodum superat, ut critici dicunt. *Glar.* 'Ornatam' vocat linteatam legionem, cui dixit arma fuisse insignia data, ut inter cæteros eminerent: ea fuit sedecim millium: 'armatam' alteram vocat viginti millium, quam post linteatam conscriptam esse dixit. *Sigon.* *Acies armata ornataque* Gaertn. *acies armata ornata*, omissa copula, Leid. 1. Utrum vero 'ornata' ad legionem linteatam, 'armata' ad reliquam multitudinem referi debeat, ut dubitem illud efficit, quod Livius alium exercitum viginti millium adparatu linteatæ legioni non disparem fuisse dicat c. 38. quodque 'armare' et 'ornare' sæpe jungantur. Supra VII. 10. 'Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum producunt.' XXIV. 48. 'Armandi ornandique et instruendi eos artem ignorare.' XXVII. 13. 'Armati ornatique ad edictum aderant.' Præterea neque opus videtur, ut cum Glareano legamus *hostibus*. Nam sensus est, aciem Samnitium ornatam armatamque fuisse magnificum spectaculum hostium Romanorum; vel spectaculum hostium, scilicet

Samnitium, magnificum fuisse, nempe Romanis. Quo sensu 'spectaculum stantis exercitus perquam clarum et memorabile' est apud Vell. Paterc. II. 101. Ita *spectaculum prædæ* apud Ovid. Metam. III. 846.

§ 13 *Clamor tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilo ictus*] *Concurrebaturque* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *concurreturque* Leid. 2. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Quum forte *concurr'eturque* scriptum fuisset, notam compendiariæ scripturæ non viderunt librarii. Vide ad II. 56. § 7. Ita etiam erat in Flor. a m. pr. pro quo postea *concurriturque* factum est. *Concurrerentque* Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Præterea *ictus* exsulat a Lov. 4. Male. Supra II. 47. § 7. 'Consul mortifero vulnere ictus cadit:' ubi quædam vide. Mox *ante signa occidit*, pro *cecidit*, Leid. 2. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Insuper *dein prælio*, pro *Dii in prælio*, Leid. 1. Forte scriptum fuerat *Dei in prælio*, ut 'Deis auctoribus' supra erat, hoc cap. Ita *Dei respicere debent* est in Flor. cod. XXII. 49. § 7. Vide et hoc lib. c. 13. § 12. XXIII. 11. § 12. et c. 12. § 7. Adde Voss. Gramm. IV. 6. Ultima deinde litera prioris a prima sequentis vocis intercepta est.

§ 14 *Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit*] *Ante cons. dic.* Leid. 2. Tum *clara voce occinuit* Harl. *voce clara obcinit* Voss. 2. *voce clara cecinit* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Supra VI. 41. 'Quid enim est, si pulli non pascentur, si ex cavea tardius exierint, si occinuerit avis:' ubi etiam pariter variant codd. Vide quæ de hoc verbo ibi notantur.

Numquam humanis rebus magis præsentes interfuisse Deos] *Humanis rebus magnis præs.* Lov. 4. *Magis* et *magis*, vel *magnis*, etiam alibi commutantur. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 16. § 5. Tum *affuisse Deos* Harl. et editi ante Aldum, invitis reliquis scriptis. 'Dii præsentes' sunt secundi, propitii, faventes. Livius VII. 26. 'Lætum militem victoria tribuni, lætum tam præsentibus ac secundis Diis ire in prœlium jubet.' Vide viros doctos ad Flori IV. 7. § 9.

Signa canere, et clamorem tolli jussit] Pal. 2. cum Campano *clamorem attolli*. Sicut paullo ante 'corvus voce clara cecinit,' suprascripto *concinit*. Gebh. *Clamorem belli attolli jussit* Port. Gaertn. et Hav. *clamorem attolli jussit* Hearnii Oxon. B. et C. Supra hoc cap. 'Priusquam clamor tolleretur:' III. 28. 'Clamorem omnes tollere jubet:' et alibi sæpe.

CAP. XLI. § 1 *Romanos ira, spes, ardor certaminis, &c. in prælium rapit*] Voces *ira, spes, ardor certaminis* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. *ardore certaminis* legit Leid. 1. Mox *religio in invitos magis resistere* Lov. 1. *religio invictis magis resistere* Lov. 2. *religio invictos magis resistere* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 36. § 3. *Religio resistere magis invitos* Port. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Alius metus insidens pectoribus a fuga retineret*] *Altus metus* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Vide ad XXXVII. 16. § 7. *Alius motus* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 69. § 2. et mox hoc cap. § 4. *Alius victus* Gaertn. Tum *insidens peccatoribus* Leid. 2. Deinde *ab fuga retineret* Port. et Hav. *fuga retineret*, omissa præpositione, Gaertn. *a fuga retinuisset* Hearnii Oxon. L. 2. et C.

§ 3 *In oculis erat omnis illi occulti paratus sacri*] Melius Pall. duo *ille*; neque aliter edd. priscæ. Pal. 2. *in oculis erat omnis illi occulti apparatus sacri*. Gebh. Tò *illi* in prioribus Gruteri edd. exstitit, quem errorem operarum ipse in postrema emendavit. *In oculis erant oīs illi occulti apparatus sacri* Hav. *in oculis erant oms illi occulti apparatus sacri* Port.

occulti apparatus sacri etiam Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. quod ex glossa esse videtur. Ita ante Rhenanum etiam peccabatur in Tacito Ann. xi. 30. et xiii. 17. quorum priori loco *paratus*, pro *adparatus*, apud Tacitum frequenter obcurrere Rhenan. docuit. *Occultus paratus sacri* legit Harl.

Promiscua hominum pecudumque strages] *Promisca* Flor. quomodo is cod. fere semper scribit. Vide quæ notavi ad iii. 47. § 7. et adde quæ dicta sunt ad vii. 1. § 6. c. 17. § 7. et c. 21. § 1.

Resperseæ fando nefandoque sanguine aræ] *Respersæ qnq; nefando sang.* id est *quandoque*, Klockian. *res æspere nefando sang.* Lov. 2. *res per se nefandoque sang.* Lov. 4. Vocem *fando* omittunt etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Mox *et furiale carmen* Port. Gaertn. et Hav.

Obstricti stabant, . . . timentes] *Obstricti obstabant* Harl. et quædam ex antiqq. edd. invitis reliquis codd. Tum *metuentes* Harl. idem, sed iterum solus.

§ 4 *Instare Romanus a cornu utroque, a media acie*] *Instat Romanus a cornu utroque* Voss. 2. et Lov. 3. Sed, locutionem per infinitivum prolatam passim librariis displicuisse, vidimus ad i. 50. § 5. *Instare Romanis a cornu utroque* Port. et Haverk. *Instare a cornu Romanus utroque* Leid. 2. Tum *ad mediam aciem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *adtonitos motu*, pro *metu*, Lov. 1. a m. pr. Vide hoc cap. ad § 2.

Repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga] *Repugnantur segniter* Lov. 3. Tò *segniter* non adparet in Hav. Deinde *et ab hiis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *his*, pro *iis*, etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et multæ ex vett. edd. Insuper *moratur a fuga* Leid. 2. *moraretur abfuga* Hav.

§ 5 *Octavium Metium quidam eum tradunt*] Pall. duo *Mesium*. Pal. 2. *Metrium* appellat. *Gebh.* *Octavum Metium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Gaertn. Male. Vide ad i. 49. § 9. *Oct. Mesium* Lov. 3. *Oct. Mecium eum quidam tradunt* Leid. 1. *Oct. Mæcium* Flor. *Enim*, pro *eum*, habet Hav. Vide ad v. 8. § 6. Paullo ante *Sp. Metius Nautius* Lov. 2.

§ 6 *Frondosos ramos per terram trahebant*] *Ramos protrahebant* Leid. 2. Paullo ante *majorem quam numero*, omissa præpositione, idem Leid. 2. cum Lov. 1. Sed vox *majorem* exsulat a Flor. In verbis seqq. *cogentium speciem agmen dabat* Leid. 1. *dabant* est in Gaertn. sed ea vox neglecta est a librario Voss. 2.

§ 7 *Ita ut vox etiam ad hostes accederet*] *Accideret*, de quo alias monuimus. *Gelen.* *Accideret* emendatum Gelenio est. Pal. 2. vetustæque edd. *accederet.* Pall. reliqui duo, *ita ut vox etiam ad hostes doceret.* Cap. 43. 'Clamor eos utrimque par accidens sustinuit.' xxvii. 17. 'Præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit.' Ibidem, 'Inde nulla accidebat vox.' *Gebh.* *Accideret* dudum emendavit Gelenius, quod antea erat *accederet*. Hoc tamen defendi potest ex Terentii Hec. iii. 5. 32. 'Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus:' sed ibi quoque Palmerius in Spicileg. p. 726. tom. iv. Facis Gruter. ex libro scripto legit *accidit*, non repugnante lege versus trochaici. Et miror esse, qui ad Terentium describere maluerint loca aliquot veterum, in quibus est *accidere ad aures*; (quod recte dici nemo negat, ac ne dubitat quidem) quam vel unum proferre, e quo doceant, rectum esse *accedere ad aures*. In Cicerone quidem c. 2. in Vatinium plerique Mss. et vett. edd. habent: *Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accedat.* Verum hoc Palmerius itidem emen-

dabat *accidat*. Idque in vet. cod. se invenisse testatur Lambinus, et probarunt Turnebus ac Passeratius, et nuperi doctissimi editores Ciceronis etiam in contextum receperunt. Contra, Grævium non recte libri sui Ms. auctoritate *accidere*, pro *accedere*, in Cicer. Famil. VI. 17. substituisse existimo in his verbis: 'Cum ceterarum rerum caussa cupio esse aliquando rempublicam constitutam, tum velim mihi credas accidere id etiam quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris:' mihi dubium non est, quin *accedere* retinendum, et locus, quem distinctiones non suis locis positæ obscurum faciunt, ita distinguendus sit, *tum velim mihi credas accedere, id etiam quo magis expetam, promissum tuum*. Duk. *Ad hostes doceret* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *ad hostes accederet* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hav. *ad hostes accideret* reliqui, et inter eos optimi codd. Vide ad XXI. 10. § 12. In præcedd. *ceterum consul adfirmavit*, pro *et consul*, Klockian. Voces autem *Romanus: et consul, &c. ita ut vox etiam* non adparent in Leid. 1. librarii culpa, quem in errorem induxit repetitio τοῦ *etiam*. Vide ad IX. 11. § 11.

Gloria alterius exercitus foret] *Fieret*, non *foret*. Gelen. Ut Gelenius reposuit, etiam primi editores vulgarunt usque ad Aldum, qui substituit *foret*. Aldo autem favent Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. Reliqui lectionem Gelenii probant, nisi quod *alterius fieret exercitus* legant Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXIII. 10. § 8. Paullo ante vocem *victorem* omiserunt Voss. 2. et Lov. 3. et *adesse collegam* dedit Gaertn.

§ 8 *Hæc insidens equo*] *Hoc insidens equo* Leid. 2. *Hæc adscendens equum* Neapolit. Latinii. *Hæc indens equo* Flor.

Imperat, ut vias equitibus patefaciant] Pal. 2. *viam eq. patef.*, rescisso τῷ *ut*. Gebh. Helm. et Pall. *imperat, viam equitibus patefaciant*. Voss. quoque *viam*. J. F. Gron. Non est cur admitti debeat *viam*. Mox 'panduntur inter ordines viæ.' Vide quæ habet Lipsius de Milit. Rom. IV. 1. ex Livio VI. 7. VIII. 8. XXX. 33. et hoc loco. *Duk.* *Viam* etiam Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Aldo priores. Quamvis autem plures viæ, sive intervalla relicta sint, per quæ equites inter manipulos peditum, si post eorum aciem ordinati essent, in hostem inruerent, unde etiam mox inquit, 'panduntur inter ordines viæ;' in genere tamen 'viam patefacere' numero singulari dicere potuit. Ita l. XXIX. c. 2. quum antea dixisset 'Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias:' mox, paucis interjectis, addit, 'Romani equites, in medios invecti hostes, equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt:' et XXX. 33. 'Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus complevit, dato præcepto, ut ad inpetum elephantorum aut post rectos refugerent ordines, aut in dextram lævamque discursu adplicantes se antesignanis, viam, qua inruerent in ancipitia tela, belluis darent.' Id igitur, tot codd. testimonio et his ipsius Livii exemplis confisus, in contextum recepi. Præterea vocula *ut* etiam deest in Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Et solet ea sæpius omitti post verba jubendi, imperandi, et similia. Supra III. 20. § 4. 'Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, crastina die armati ad lacum Regillum adsitis.' XLII. 36. 'P. Licinio consuli mandatum, intra undecimum diem juberet eos Italia excedere.' c. 39. 'Legati vel cum tribus venire jubebant, vel, si tantum agmen traduceret, obsides daret.' XLIV. 2. 'Convo-

catis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset.' c. 27. 'Reliquam pecuniam, signatam Illyriorum signo, portantibus suis præcipit, parvis itineribus veherent.' Vide ad xxx. 2. § 8. xxxviii. 24. § 8. xl. 28. § 2. et Epit. Liv. lib. xlv. Adde Cortium ad Sall. Jug. c. 28. et Oudendorp. ad Front. i. 4. ex. 7. Hic tamen potius ea vocula excidisse videtur propter similitudinem ultimarum literarum vocis præcedentis *imperat*, vel primarum sequentis *viam*. Vide ad ix. 27. § 5. Ex eadem etiam caussa mox in verbis seqq. omissa erat in Flor. a m. pr. ubi deinceps altera eam restituit.

Concitarent equites in hostem] *Concitarent equitib*; Leid. 1. *concit. equitem* Port. et Hav. *concit. equites et eques* Gaertn. duplici lectione *equites* et *eques* hac ratione juncta, ut librarius hujus codicis facere consuevit. Vide ad iv. 55. § 5.

§ 9 *Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt*] *Omnia ex ante præparato* Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. cujus L. 2. et C. *omnia ex ante præparatis* præfert. Male. De usu voculæ *ut* vide ad xxix. 1. § 22. *Ut ex ante imparato* Lov. 2. contra sensum Livii. *Ex præparato* alibi sæpe obcurrit. l. xxii. c. 41. 'Tumultuario prœlio, ac procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum, orto.' xxv. 8. 'Captum ferme aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatum reportando.' xxviii. 29. 'Ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.' l. xxxvii. c. 7. 'Si nihil ex præparato agentem obprimet.' Ipsa hæc locutio 'ex ante præparato' est xxvi. 20. 'Ut arcis præsidium, etiam sine invecto' frumento, 'ex ante præparato sustentari posset:' 'ante præparare' dixit iv. 53. xxiv. 2. § 11. 'multo ante præparare' xxxix. 51. eodem modo, quo 'ante præoccupare' et similia plura, de quibus vide ad xxi. 20. § 8.

Provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit] *Prævolat eques* Port. et Gaertn. Vide ad ix. 10. § 7. *Provolatque eques* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Deinde vocem *hostium* omittunt Voss. 2. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit] *Prorumpitque* Portug. Gaertn. et Hav. Vide ad ix. 43. § 15. et hoc cap. § 14. *Perrupitque* Lov. 2. Deinde *quantumque impetum dedit* Gaertn. *quacumque impetus dedit* Hearnii Oxon. L. 2. Mox *percusso*, pro *perculsos*, Lov. 1. *percussos* Voss. 1. Vide ad ii. 9. § 5.

§ 10 *Tum, jam Deorum hominumque victa vi, funduntur linteatæ cohortes*] *Deorum hominum victa vis* Gaertn. *Deorum atque hominum victa vis* Lov. 4. *Deorum hominumque victa vis* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et, præter Rom. 1472. ac Parm. omnes reliquæ, quas vidi, edd. ante Frobenianam 1535. Ea lectio si recipiatur, post vocem *vis* interpungendum est *victa vis: funduntur*. Vulgatum placebit illis qui omnia unius orationis complexu contineri malunt; contra scriptam lectionem præferent qui codicum consensum non spernendum judicabunt, præsertim quum alibi etiam Livius intercisis his orationibus delectatus sit. Vide ad xxi. 36. § 4. Potuit autem ultima litera τοῦ *vis* repetita esse ex similitudine literæ initialis vocis seq. Vide ad iv. 33. § 10. Potuit etiam ob eamdem similitudinem ab ea intercepta esse. Vide ibidem § 11. Eligat igitur quisque, quod sibi verius videatur. Præterea *lintratæ cohortes* Voss. 2.

Jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, præter hostes, metuunt] *Jurati*

atque injurati Lov. 4. Tum *nec quemquam, præter cohortes, metuunt* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *nec quemquam, præter hostem, metuunt* Voss. 2. et Lov. 3. Sed nihil muto. Varietas enim numeri *quemquam* et *hostes* magis hic placet.

§ 11 *Peditum agmen, quod superfuit pugnæ, in castra ad Aquiloniam compulsum est*] Suspecta mihi vox *agmen*, et deleri malim. *J. F. Gron.* Si codd. consentirent, non adversarer. At omnes nunc in ea servanda conspirant, quare nihil mutari præstat. Indicat autem, non integrum agmen peditum in castra compulsum esse, sed eam agminis partem, quæ pugnæ superfuit. Vide Gronov. ad Liv. lib. xxvi. 35. § 14. Præterea *in castra Aquil.* Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Verum castra non in ipsa urbe, sed ad eam habebant. *In castra aut Aquil.* dedit scriba Flor. pro quo deinde substitutum est *in castra apud Aquil.* Sed lectionem illam interpolator sibi habeat. Verbum etiam *est* deficit in Voss. 2. Mox *Vobianum*, pro *Bovianum*, transpositis literis, Flor. Voss. 1. et Leid. 1. *Bobianum* Haverk. *Novianum* Portug. et Gaertn. *Benianum* Voss. 2.

Equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua] *Equitem eques* Lov. 2. et Port. quomodo librarii dedisse videntur, quod mox subjiciatur *peditem pedes*, quasi Livio non liceret, orationem etiam hac ratione variare: quod sæpius eum fecisse, videbimus ad xxxv. 40. § 6. Tum vocula *ac* non adparet in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *divisa cornua* eorumdem codicum duo postremi. Male. Vide hoc lib. ad c. 33. § 10. Præterea *lævum ad urbem tendunt*, pro *tendit*, Lov. 2. Utrumque ferri potest. Sequor igitur codd. et numero plures, et bonitate præstantiores. Ceterum verba *equitesque Bovianum, &c. dextrum ad castra* negiegentia librariorum omittuntur in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 12 *Majore resistitur vi; non quia plus animi victis est*] Pall. tres, et Campani ed. *esset:* perperam tamen. *Gebh.* *Majori resistitur vi* Portug. Gaertn. et Hav. Deinde *plus animi victis esset* edidit J. F. Gronovius, non monitis lectoribus, qua auctoritate receptam scripturam mutarit. Sane vulgatum defendunt Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. Port. Kiockian. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *animi plus victis est* legit Lov. 2. ut id, quod Gronovius probavit, vix superit in Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Qui tamen *esset* scripserunt, videntur ultimam ejus vocis syllabam repetiisse ex sequenti vocabulo *sed.* Priorem itaque lectionem revocavi.

§ 13 *Scipio, nisi in primo pavore, priusquam conlegerentur animi*] *Scipionis in primo pavore* Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. ac 3. *Scipio tum in primo pavore* Lov. 2. *Scipio nisi primo pavore* Lov. 4. et Hav. Sed præpositionem ĩ, vel *in*, intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad xxxv. 8. § 9. Tum *collegarentur* Lovel. 3. *colligarentur* Hav. *colligentur* Gaertn. cujus forte librarius, quum *collig'entur* scriptum invenisset, notam compendiariæ scripturæ omisit. Vide ad ii. 56. § 7. Mox *munitæ armis urbis*, addita media voce, Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. et quædam ex vett. edd. quam recte reliqui codd. et libri excusi omiserunt.

Interrogat milites, satin' æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse] Ita augent hunc locum Rott. Flor. Voss. duo, et priores editi. Vulgo inceperant omittere *milites*. J. F. Gron. Vocem *milites* agnoscunt omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. Eam vero demum omiserat Gruterus in ultima ed. Tum *Sacra æquo animo* Gaertn. *Satisne æquo animo* Voss. 2. Male. Vide ad i. 39. § 3. Deinde præpositionem *ab* omi-

sit Leid. 1. Hinc *rapta esse* legit Hav. Vide ad VI. 23. § 5. *Esse capta* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *Primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam*] *Prius ipse* Leid. 2. Alibi *prius*, vel *primus*, et *prius* commutantur. Vide ad III. 19. § 7. et XXI. 29. § 6. Deinde *scuto super caput elevato* Flor. quod, hoc sensu ne Latinum quidem, ex alterius expositione natum est. Infra XLIV. 9. 'Soli non habebant super capita elata scuta.' Florus III. 10. 'Elatis super caput scutis, quum se testudine barbarus tegeret.' Tacit. Hist. III. 27. 'Elatis super capita scutis, densa testudine succedunt.' *Supra caput* est in Voss. 2. et Lov. 3. Utrumque ferri potest. *Supra* enim ut XXXIV. 39. 'Sublatis deinde supra capita scutis, testudine facta subibant.' Vulgatum vero tuentur loca modo laudata. Et ita eodem sensu 'super caput' et 'supra caput esse' usurpari, dictum est ad IV. 22. § 6. Insuper *pergit ad pugnam* Leid. 1.

Testudine facta in urbem perrumpunt] *Perrumpunt in urbem* Lov. 4. *in urbem prorumpunt* Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et L. 1. Vide hoc cap. ad § 9.

Deturbatisque Samnitibus, quæ circa portam erant muri occupavere] Ms. Fuld. *qui circa portam erant, muros occ.* Modius. *Quæ circa portam erant muri occ.* primus edidit Froben. 1535. et ita præferunt Flor. a m. pr. et Leid. 1. *quod circa portam erat muri occ.* Lov. 3. *qui circa portam erant muri occupantur* Lov. 4. Ut autem Modius in Fuld. reperit, præferunt etiam priores ante Froben. edd., ut et Flor. a m. sec. omnesque reliqui scripti, nisi quod Klockian. legat *qui circa portam erant, murum occ.* et in edd. Rom. 1472. ac Parm. sit *occupare*.

Penetrare interiora urbis] Ms. Fuld. *penetrare in int. urbis.* Modius. Voss. *penetrare in int. urbis.* Vide ad IV. 8. *J. F. Gron.* Ita præter Voss. 1. legunt etiam Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. et Hearnii N. L. 1. ac C. quod etiam in contextum recepi, quia passim ita Livius loqui solet. Supra IX. 35. 'Inermi pene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum.' XXXV. 5. 'Nicodamus superato brachio in urbem penetrat.' Vide ad IV. 9. § 5. Præpositionem hoc loco interceperat syllaba initialis vocis seq. Vide ad XXXIX. 12. § 3.

CAP. XLII. § 1 *Hæc primo ignorare consul*] Pal. 2. *Hoc ipse primo ign. consul.* Gebh. *Hoc primo ign.* Lov. 4. *Hæc ipse primo ign.* Hav. Mox *interius rec. exercitum* Leid. 2. Deinde voces *in occasum* desunt in Port. Quamvis autem 'præceps sol,' 'dies,' et similia ita simpliciter dicantur, attamen 'sol præceps in occasum,' 'dies præceps in noctem,' et similia etiam passim obcurrere, patet ex illis quæ notantur ad IV. 9. § 13. Vulgatum igitur hoc loco defendunt recte ceteri codd. Insuper *erat sol* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat] *Et apparens nox* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 32. § 14. *Etiam apparens* Voss. 2. Vide ad XXII. 47. § 9. Tum *periculosa ut suspecta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 28. § 8. Præterea *omnia quoque victoribus* Port. et Hav.

§ 2 *Progressus longius ab dextra castra capta videt*] *Progr. longior ab dextra* Lov. 4. *Progressus longior ad dextra* Leid. 1. *Progressus longior ab extra* Voss. 2. *ab extera* Lov. 3. *ad dextra* Voss. 1. et Port. *a dextra* Lov. 1. Deinde *capta castra videt* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav.

Ab læva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse] Pall. duo *in urbem rixantium pugn. ac*

pav. fremitum esse. Vulgatæ lectioni, tamquam sincerissimæ, subscribit prisca ed. *Gebh.* Duobus Pall. consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. *in urbem* præferunt etiam Voss. 1. Lovel. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *rixantium*, pro *mixtum*, Lov. 2. *rixarum* Lov. 4. *rixa tum* Leid. 1. Hinc *pugnatum* Leid. 2. *pugnantum* Lov. 1. Τὰ *ac paventium* non adparent in Gaertn. Denique *fremitum esse* legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et præter ed. Rom. 1472. ac Parm. reliquæ, quas vidi, Aldina priores: quod etiam præferendum videtur, ut dicat 'clamorem in urbe,' qui ab læva ad aures accidebat, 'mixtum pugnantium ac paventium fremitum esse.' Si vulgatum probamus, clamor hic in urbe distinguitur a fremitu illo pugnantium ac paventium, quo mixtus erat. At quorum igitur hic clamor? *pugnantium* est Romanorum et Samnitium, *paventium* reliquæ inbellis multitudinis; præter quos nulli erant in urbe. Ceterum *et cum forte*, pro *tum*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et quom forte* Gaertn. *erat ad portam*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Advectus deinde equo propius*] Pal. 2. *Deductus deinde propius equo.* Andreas *Evectus deinde equo.* Gebh. Cum Pal. 2. facit Hav. *Adductus deinde equo propius* legit Gaertn. *Evectus deinde equo propius* Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Nihil muto. Liv. II. 47. 'Cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus.' IX. 31. 'Consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo.' XXVIII. 2. 'Mago ex castris citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur.' Solent autem librarii 'advehere' et 'adducere' commutare. Vide ad XXVII. 38. § 12. Mox *suos immoris videt* Lov. 4. *suos in muris invidet* Voss. 2. Deinde *nec etiam integri*, pro *nec jam integri*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Vide ad v. 7. § 2.

Quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset] *Quin tem. paucorum* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. *quod tem. paucorum* Klockian. quomodo etiam alibi variant scribæ. Exemplum habuimus v. 11. § 2. Tum *magnæ rei parta esset occasio* Hav. *magnæ rei partæ occasio esset* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *magnæ rei parata esset occasio* Voss. 1. Vide ad v. 6. § 1. *Magnæ rei occasio esset* Harl. *esset occasio* etiam Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

Adciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit] *Quas ceperat* Hav. *quas acceperat* Harl. et Gaertn. *quas receperit* edidit Curio, et habuere, qui sequerentur, Basileenses 1555. sed invitis omnibus reliquis scriptis et editis. Deinde *in urbem ferri* Harl. Prima syllaba τοῦ *inferri* elisa est ab ultima litera vocis præced. Vide ad v. 27. § 6.

§ 4 *Ingressi proxima ex parte, quia nox adpropinquabat, quievere*] Video olim suspecta patri meo fuisse hæc verba: adscripsitque *proxima portæ.* Sed legendum *Ingressi proxima, ea parte, quia nox appropinquabat, quievere.* Jac. Gron. Si quid mutandum, sane lenissima erit Jac. Gronovii medicina. Passim enim literæ *A* et *X* commutari solent. Vide ad XL. 59. § 8. Scripti nihil mutant, nisi quod *ex parte proxima* habeat Harl. Tum *quievere* Flor. a m. pr. Mox *noctu oppidum*, pro *nocte*, Gaertn. Τὸ *est* autem exsulat ab editis ante Aldum.

§ 5 *Cæsa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta*] *Triginta millia* Port. Gaertn. et Hav. *Samnitium* $\overline{X}$. *trecenti quadr.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in quo ultimo tamen $\overline{XXX}$. pro $\overline{X}$. margini adscribitur. *Samnitium millia X. et CCC. XL.* Klockian. *Samnitium millia X. CCCXL.* Oxon. C. apud Hearnium, qui in L.

2. *Samnitium millia triginta trecenti DCCC.* se invenisse testatus est. *Samnitium millia triginta trecenti et septuaginta* legit Lov. 4. Numerus cæsorum fidem superare videtur. Quum enim Samnitium exercitus, qui ad Aquiloniam consedit, triginta ferme ac sex millium fuerit, ut colligitur ex c. 38. inde cæsis ac captis deductis, vix duo millia evasissent: et tamen non tantum ante prœlium inceptum viginti cohortes quadringenariæ, adeoque octo ferme millia hominum, ex castris eorum Cominium profectæ esse cap. 40. verum etiam, postquam victi essent, nobilitas equitesque Bovianum perfugisse dicuntur cap. præc. Ea enim urbs a Romanis capta non est; sed per urbem, quam Scipio invasit, et auxilio Papirii expugnavit, intelligenda est Aquilonia, ut tota historia docet. Orosius III. 22. ‘Duodecim millia hostium in hoc prœlio cæsa’ esse innuit. Ceterum *illa die* legit Lov. 2.

Capta tria millia octingenti et septuaginta] *Capta IIII. octingenta et sept.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *capta IIII. octingenti sept.* Lov. 2. et 4. *capta quatuor millia octingenta*, vel *octingenti, et sept.* Harl. Port. et Hav. *quatuor millia* etiam editi usque ad Aldum: *capta tria millia ducenti sept.* Oxon. C. apud Hearnium; in cujus codice L. 2. deerant voces *et septuaginta*, quæ desunt quoque in Gaertn. ita tamen ut is *quatuor millia* præferat.

Signa militaria nonaginta septem] *Et signa militaria* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. ac L. 2. Tum *viginti septem* Gaertn. *XXVII.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. B. ac C. *XVII.* Klockian. *XCVIII.* Leid. 1. *CCVII.* Lov. 4.

§ 6 *Lætiorem in acie visum, seu suopte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei*] *Lectiorem* Leid. 2. in margine, et Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 21. § 6. Tum prius *seu* omittunt Lov. 2. 3. 4. et Voss. 2. Hinc *suapte ingenio* legit Leid. 2. Vide ad I. 18. § 4. Deinde *fiducia gerendæ rei* Gaertn. *fiducia bene gerendæ rei* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. et edd. Aldo priores.

§ 7 *Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset*] *Voverat Jovi, victor si leg.* Lov. 2. cum edd. Mediol. 1480. et utraque Tarvis. Tum vox *hostium* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. et Gaertn. Ea tamen vox necessaria est, ne, si omitteretur, ambiguitas voti, quod etiam de propriis consulis legionibus intelligi potuisset, in malum omen verteret. *Legiones fudisset hostium* Leid. ambo. Paullo ante *neque* deest in Lov. 4. *voveri* in Gaertn. Tum *Deis*, pro *Diis*, legunt Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. Vide ad c. 40. § 13.

Pauxillum mulsi prius, quam temetum biberet, sese facturum] *Pocillum* alii malunt. Plinius enim XIV. 13. de eodem Papirio loquens ita ait: ‘Votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini.’ Hæc ille nihil præterea addens. Hic vix intelligitur hæc argutia, etsi quid ‘mulsum,’ quid item ‘temetum’ sit, haud obscurum est: sed judicet lector. *Glar.* *Pollinium mulsi* Klockian. *potillum mulsi* Voss. 2. *pauxillum mulsi* Harl. et multæ vett. edd. *proculum mulsi* Gaertn. et ed. Rom. 1472. *poculum mulsi* Lov. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. in quo postremo *pocillum, potillum*, et *pauxillum*, margo exhibet: *pocillum mulsi* legunt reliqui codd. quod editorum primus Aldus recepit. Deinde *prius, quam temetum liberet* Gaertn. et Hav. Tum *sese futurum* Lov. 1. a m. pr. *se facturum* Voss. 2. Doujatius conjicit *pocillo mulsi sese facturum*, nempe sacra Jovi Victori: quæ conjectura minime necessaria est: ‘facere’ enim hac significatione non minus quarto, quam sexto, casui jun-

gi solet, licet id neget Tennul. ad Front. l. IV. cap. ult. ex. 44. Certe ita locutus est Plautus apud Nonium ea voce: 'Facere, rem divinam religionibus exhibere. Plautus in Aul. IV. 2. 15. 'Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam:'' et Laberius apud eumdem in voce 'Bidentes:' 'Visus hac nocte bidentes propter viam facere.' Vel quum mulsum ex vino et melle componatur, promittit Papirius, se Jovi 'pocillum mulsi facturum,' id est, mixturum, præparaturum. Ceterum recte Glareanus hunc advocavit locum Plinii, idem de Papirio narrantis, Hist. Nat. XIV. 13. Harduinus enim perperam refert ad L. Papirium Cursorem, qui anno proximo post cladem Caudinam ingentem de Samnitibus victoriam reportavit, quemque Livius IX. 17. Alexandro Magno, si in Italiam venisset, parem ait esse potuisse: quum ex Livii X. 38. constet illius Papirii hunc filium fuisse. Alium, sed tamen similem, in confundendis Papiriis, patre et filio, errorem commisit Dalecampius: ad Plinium enim XVII. 11. referentem historiam Papirii metum mortis prætori Prænestinorum incutientis, notat Papirium illum contra Samnites feliciter dimicasse, quamvis a pullario monitum pullos non addicere, quum votum fecisset, si superior decederet, vini pocillum Jovi se libaturum. At Papirius, qui metum mortis prætori Prænestinorum incussit, pater exstitit ejus, qui Jovi pocillum mulsi pollicitus est. Vide Liv. IX. 16. In eo etiam errat, quod patrem Papirium, a pullario monitum pulsos non addicere, feliciter contra Samnites dimicasse dicat, in quo tamen errantem Alex. ab Alex. I. 29. secutus est. Pater enim Papirius, a pullario monitus, ad auspicium repetendum Romam profectus est, ne turbatis religionibus rempublicam in discrimen committeret. Vide Livium VIII. 30. Filio autem Papirio non pullarius, sed Sp. Papirius fratris filius, indicavit ambigi de auspicio. Vide Liv. hoc lib. c. 40.

Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt] *Id votum Dis cordi fuit* Flor. Vide ad V. 14. § 4. Hinc *id votum discordii fuit* dedit librarius Leid. 1. *id votum discordi auspicia in bonum verterent* Voss. 2. et Lov. 3. *id votum discordia auspicia in bonum vertere* Lov. 4. De locutione 'cordi esse' vide ad XXX. 17. § 12. Præterea *fuit* deficit in Lov. 2. ejus loco *fecit* dedit Hav. Vide ad XXXI. 45. § 2. Deinde *auspicium in bonum verterunt* legunt Port. et Hav. *auspicia in bonum verterunt* Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4.

CAP. XLIII. § 1 *Ab altero consule ad Cominium gesta res*] *Ad Samnitium res gesta* Gaertn. *res gesta* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Mox *Pu luce*, pro *Prima luce*, et deinde *corna .... urbem*, relicta lacuna, Lov. 8.

Subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis obposuit] *Subsidiaque firmavit* Lov. 4. a m. pr. Deinde *portis oppositis* Hav. *portis apposuit* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad XXIII. 29. § 4. et Oudendorp. ad Lucani I. 464.

§ 2 *Jam signum dantem eum nuncius a collega trepidus de viginti cohortium adventu*] *Jam signum dantem eam nuncius* Gaertn. *Jam signum dantem cum nuncius* Hav. *Jam signum datum, cum nuncius* Hearnii Oxon. C. Tum *nuncius ab collega* Port. et Gaertn. *nuncius ac collega* Leid. 1. *nuncius collegæ* edd. Rom. 1472. ac Parm. quod ex interpretis glossa receptum est. Infra XLIV. 27. 'Subsisterent ibi, ac nuncios ab se operirentur.' Similia vide ad XXVIII. 9. § 1. Præterea *de viginti cohortium adventum* Port. *ad viginti cohortium adventum* Hav. *de viginti cohortium et adventu* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr.

Et ab inpetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam] Prima

vocula deficit in Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Ejus loco *etiam* legit Lov. 4. Vide ad XXII. 47. § 9. Vox autem secunda perperam exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *partem revocare copiarum* Leid. 1. *partem copiarum rei locare* Leid. 2. et Lov. 1. pro quo ambo in margine emendarunt *revocare*. Sed ea vox omittitur a librario Hav. Mox *ad pugnandum*, pro *ad obpugnandum*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 3 *D. Brutum Scævam legatum*] *Decium Brutum* Hav. *Drusum Brutum* Lov. 2. *L. Brutum* Lov. 4. *S. Brutium* Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *Sævam* Voss. 1. et Lov. 2. *Scænam* Lov. 3.

Cum legione prima et viginti cohortibus alaribus equitatuque ire] Libri omnes *et X. cohortibus*, excepta Andreæ ed. *Gebh*. Voss. duo *et X. cohortibus alariis equitatuque*. Numerum quidem confirmat Thuan. Pall. Helm. et eum sufficere crediderim. 'Alarios' sæpe appellat et Tacitus. *J. F. Gron*. *Et viginti cohortibus* unus præfert Harl. vetustis edd. consentiens: numerum omittit Klockian. *et X. cohortibus*, vel *et decem cohortibus*, præferunt reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses codd. Et hunc numerum sufficere recte Gronovius credidit. Viginti enim hostium cohortes quadringenariæ ferme fuerant. Illis autem pares erant legio prima in decem cohortes, itidem quadringenarias, divisa, et decem cohortes alariæ, sive sociorum nominis Latini; quas et ipsas quadringenarias fuisse ut existimem efficit Livii testimonium, qui VIII. 8. tradit, 'nihil apud Latinos dissonum ab Romana re' fuisse. Legio itaque Romana et decem cohortes alariæ effecerunt viginti cohortes quadringenarias, quot miserant Samnites; at insuper consul cum his peditibus obviam Samnitibus misisse dicitur equitatum: quum de equitatu Samnitium nihil addatur. Accedit, quod, si consul præter legionem etiam viginti cohortes alarias et equitatum in Samnites emisisset, vix unam legionem secum in castris retinuisset, quæ urbi tanto præsidio firmatæ obpugnandæ non suffecisset. Tot itaque codicum testimonio et sanæ rationi dicto audiens *decem* in contextum admisi. Præterea *alariis* etiam Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 1. 2. B. et edd. Aldina priores. Quum autem, 'alaris' et 'alarius' in usu esse, dixerim ad c. 40. § 8. hic etiam codicum numero cedendum, et *alariis* recipiendum ratus sum. Insuper *ire* deficit in Gaertn. Mox *subsidia*, pro *subsidium*, habent Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur*] Exhibent Pall. duo *quocumque loco fuisset obvius*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Præpositio etiam omittitur XXIV. 35. 'Nihil minus ratus, quam illo loco Syracusanum sibi exercitum obvium fore.' Deinde *exsisteret ac mor*. Leid. 2. et Lov. 3. *resisteret ac mor*. Hearnii Oxon. N. Supra hoc lib. c. 19. 'Plures abeunti Volumnio obsistere, atque obtestari.' XXII. 60. 'Non enim modo sequi recusarunt, bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt.'

Manumque, si forte ita res posceret, conferret] Ultima vox deficit in Leid. 2. et Lov. 1. ejus loco *consereret* legit Hearnii Oxon. N. Utrumque dici 'conferre' et 'conserere manum,' vidimus ad VI. 42. § 5. Hic itaque vulgatum, in quod et plures et melioris notæ codd. conspirant, servandum puto. Solent autem librarii *serere* et *ferre* eorumque composita in Mss. confundere. Vide ad III. 17. § 10. IV. 2. § 12. V. 36. § 5. VII. 40. § 14. XXI. 1. § 2. c. 6. § 1. aliisque locis. Deinde *hæ* vel *heæ copiæ*, pro *eæ*, Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2.

4. Port. Gaertn. et Hav. *hæc copiæ* Leid. 1. Vide ad II. 44. § 12. Perperam etiam *admovere* Flor.

§ 5 *Ab omni parte urbis*] Ultima vox exsulat a Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B.

Simul et refringebantur portæ] *Simul refring.* Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. *Simul ut refring.* Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXI. 28. § 1. *Simul et infringebantur* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Male. Vide hoc lib. ad c. 10. § 4.

Sicut, antequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt] *In muros viderent* Gaertn. *in muris viderint* Leid. 1. et Lov. 4. *viderent in muris* Lov. 2. Tum *satis animum habuerant* Voss. 2. *satis animi habuere* Lov. 4.

§ 6 *Postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res*] *Postquam non intervallo* Lov. 2. Tum *atque missilibus* ed. Rom. 1472. Deinde *gerebantur res* primæ edd. pro quo *gerebatur res* primum vidi in Ven. 1498. tum in Aldina, et hinc in recentioribus, quibus consentiunt omnes, quibus utor, codd. Recte. Bent. enim ad Horat. Od. I. 6. 3. docuit, errare Chabot. qui 'rem gerere' ἰδικῶς de re privata dici existimat, numquam de publica, nisi addatur epitheton 'prospere,' 'male,' vel simile. Ex uno enim Livio plurima exempla τοῦ 'rem gerere' eo sensu, quo id dictum negavit Chabot. adferri possunt. Supra II. 30. 'Ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.' V. 28. 'Primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus,' &c. VII. 26. 'Legionibus utrimque effusis res geritur.' IX. 35. 'Neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent.' c. 41. 'Sicubi est certamen, scutis magis, quam gladiis, geritur res.' Mox hoc cap. 'Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res.' XXII. 3. 'Ut, conjunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gererent.' c. 5. 'Sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam.' c. 27. 'Si quam occasionem rei gerendæ habuisset.' c. 36. 'Ut octo legionibus rem gererent.' XXIII. 18. 'Rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit.' c. 26. 'Ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret.' XXV. 24. 'Jam undique, non furtim, sed vi aperta, gerebatur res.' Verum jam nimius sum. Similiter et alii scriptores locuti sunt, quorum loca cumulare nihil adtinet.

Qui ægre successerant ex plano in muros] *Quia ægre* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus substituit *qui ægre*, favente Flor. quod sensui magis convenit. Alibi sæpe *qui* et *quia* commutantur. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Is autem error hic tanto facilius committi potuit, quod litera ultima τοῦ *quia* repetita sit ex prima vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. Præterea *in muris* Voss. 2. et Lov. 3.

Facile in hostem inparem ex æquo pugnabant] *Facilem hostem inp.* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVI. 6. § 4. *Facile erat in hostem imperare* Lov. 2. *facile adversus hostem imparem* Portug. et Hearnii Oxon. B. ut v. 8. 'Ut diversæ legiones aliæ adversus Capenatem et Faliscum, aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent.' IX. 14. 'Adversus eos se pro alteris pugnaturos.' Sed Gellius Noct. XVII. 2. quum retulisset verba ex Q. Claudii lib. I. Annal. 'ut pugnatum esset in Gallos,' addit: 'In Gallos mundius subtiliusque est, quam cum Gallis, aut contra Gallos: nam pinguiora hæc absolutioraque sunt.' Et ita sæpe Livius loquutus est. III. 12. 'Se sæpe vidente pugnasse in hostem.' VII. 12. 'Si quis injussu in hostem pugnasset.' VIII. 6. 'Ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.' c. 7.

'Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.' IX. 3. 'Omnia æqua ac plana erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti.' XXIII. 47. 'Liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare?' XXVII. 12. 'Pugnando undique in munitores operibus prohibet.' c. 18. 'Maxime in nuda hostium latera pugnabat.' XXXI. 37. 'Conferti præparatique in dispersos et effusos pugnantes.' Et alibi.

§ 7 *Tentaverunt extremam*] *Temperaverunt* Port. Vide ad IX. 46. § 15.

§ 8 *Ad quindecim millia hominum et quadringenti*] Th. Helm. Voss. 1. *undecim*. J. F. Gron. Lectio, quæ vulgo exstitit, primum obvia fuit in ed. Aldina. Priores, quas vidi, *ad undecim millia hominum et trecenti* præferunt. *Ad undecim millia* legunt etiam Flor. Leid. 2. Harl. Klockian. et Lov. 1. quorum fide id in contextum admisi. Insuper *et CCC.* etiam Harl. *et XL.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. *ad quadraginta* Gaertn. et Hav. *ad CCCC.* Lov. 2. et modo memoratus Oxon. N. in margine. *Et quadringentos* Lov. 4. atque Oxon. B. Male. Vide hoc lib. ad c. 17. § 8.

Cæsa ad quatuor millia trecenti octoginta] *Cæsa ad IIII. a CCC. LXXX.* Flor. Leid. 1. et Klockian. qui optimorum codd. in hanc lectionem consensus efficit, ut Livium dedisse existimem *cæsa ad quatuor millia octingenti octoginta*. Numeri enim quingenarii notam *IↃ.* passim in *a* migrasse vidimus hoc lib. ad c. 29. § 17. Ceterum *quatuor millia ac trecenti octoginta* Harl. cum editis Aldo prioribus: *quatuor millia et trecenti octoginta* Lov. 4. *quatuor millia trecenta octoginta* Gaertn. Port. et Hav. *quatuor millia CC. octoginta* Lov. 2.

Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res] Præpositio priori loco deficit in Hav. sed posteriori in Hearnii Oxon. L. 1. Male. Amat enim Livius eas repetere. Vide ad VI. 28. § 6. Præterea *gesta re* Lov. 4. Posterius *sic* etiam omittitur in Flor. Sed et illud servandum. Vide ad V. 15. § 11.

§ 9 *Medio inter duas urbes spatio, ubi tertia exspectata erat pugna*] *Inter duas acies* Leid. 1. Tum *exsp. pugna erat* Hav. Insuper *In medio*, pro *Inde medio* edd. Rom. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Vide hoc lib. ad c. 20. § 6.

Septem millia passuum quum abessent a Cominio] *XII. millia* Voss. 2. Sed passim notæ numerales *V.* et *X.* confunduntur. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Deinde *essent a Com.* Leid. 2. et Lov. 1. *adessent ab Com.* Gaertn. *abessent ab Com.* Port. et Hav.

Neutri prælio obcurrerunt] Pal. 2. *convenerunt*: suprascriptum *accurrerunt*. Pal. 3. *occurretur*. Gebh. *Concurrerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *cucurrerunt* Gaertn. *occurretur* Voss. 2. et Lov. 3. *occurrunt* Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4.

§ 10 *Jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit*] Flor. *tenuit*. J. F. Gron. *Jam castra ad Aquil. habuissent* Harl. et edd. Aldina vetustiores. Male. Particulam *jam* Livium ita repetiisse, vidimus ad V. 35. § 4. *Jam castra, jam Aquilon. s. Samnites habuissent* Lov. 2. a m. pr. *jam castra jam Aquil. habuisset* Voss. 2. et Lov. 3.' *Tum clamor omnes utrimque par accidens* Gaertn. *accedens* Hav. Vide ad c. 41. § 7. Sed nec Flor. lectio *tenuit* proba videtur. Supra V. 39. 'Aliud priori simile miraculum eos sustinuit.' XXV. 36. 'Nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur.'

§ 11 *Deinde e regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erat*] *Deinde regione castr.* Lov. 2. Harl. Port. et edd. usque ad Moguntinam. Sed præpositionem intercepit vocis præced.

litera ultima. Vide ad VIII. 4. § 12. Ejus loco *deinde regionem castr.* dederunt Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Gaertn. et Hav. Neque aliter Lov. 4. nisi quod vocem *castrorum* omittat. *Deinde in regionem castr.* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil mutandum. 'Flamma late fusa e regione castrorum,' id est, ex illa parte, ex illa regione, ubi castra erant. Eodem sensu 'ad mœnia regione portæ Esquilinæ accedere' habuimus III. 66. § 5. ubi vide. Hinc *quæ incensa a Romanis erant* Voss. 2. *quæ incensa a Romanis erat* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *quæ incensa ab Romanis erat* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 2. *quæ ingensa ab Romanis erat* Flor. a m. pr. pro quo deinde emendatur *ingens.* Sed neque hic aliquid mutandum. Non enim regio castrorum, sed ipsa castra erant incensa.

Flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit] Duo Voss. et Thuan. *flammæ late fusæ.* Fortassis *flammæ late fusæ, certius cladis indicium, progr. long. proh.* J. F. Gron. Videtur ab Livio esse *flamma late fusa, certiori cladis indicio, progr. long. prohibiti.* Jac. Gron. *Flammæ late fusæ* etiam Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hearnii Oxonienses. Gronovii autem patris conjecturam verisimiliorem reddit Port. et Hav. lectio *certioris cladis indicium.* Præterea *prohibuerunt* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc forte legendum *flammæ late fusæ, certioris cladis indicium, progr. long. prohibuerunt.* 'Flammæ late fusæ' pro flamma late fusa, ut V. 42. 'Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent.' XXX. 6. 'Cæsa aut hausta flammis quadraginta millia hominum sunt:' 'Certioris cladis indicium,' pro certius cladis indicium, quemadmodum 'violati hospitii fœdus,' pro violatum hospitii fœdus, et similia, de quibus vide ad IV. 8. § 6.

§ 12 *Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim*] Suspicor fuisse Livio *forte temere sub armis.* Sic enim loquebantur. Terentius Phorm. V. 1. 'Quam sæpe forte temere eveniunt, quæ non audeas optare!' Cic. de Fato c. 3. 'Si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, et forte, temere, casu, aut pleraque fierent, aut omnia.' De Divin. II. 68. 'An tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temere concurrerent?' Noster XXIII. 3. 'Nec quidquam raptim aut forte temere egeritis.' XXV. 38. 'Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo.' XXXIX. 15. 'Majores vestri ne vos quidem forte temere coire voluerunt.' XLI. 2. 'Id forte temere ab uno exclamatum passim totis personabat castris.' Curtius V. 11. 'Eludant, licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est:' sic Modius edidit e Mss. neque abeunt, quibus quondam Gruterus usus: sic ante omnes alios Flor. Nec debuisset regeri interpolatum *forte ac temere.* J. F. Gron. Liv. XL. 31. 'Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.' Maximam autem partem eorum, quæ Gronov. hic notavit, una cum conjectura de hujus loci lectione, in prima ed. notarum legebantur ad XLI. 2. unde postea cum auctario huc transtulit. Ceterum Gronovianum *forte temere* minus huic loco, quam *prope temere,* convenire, Doujatius existimavit. Livium enim velle, has Samnitium cohortes, non quidem omnino sine ullo ordine, sed non adhibitis exacte custodiis militaribus, noctem ibi duxisse. *Eo ipso loco prope timore* habent Voss. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in cujus ultimi margine *temere* emendatur. *Et ipso loco prope temere* Port. et Gaertn. *Et ipse loco prope temere* Hav. *Prope eo ipso loco temere* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac

3. *prope ex ipso loco temere* Lov. 4. An itaque probanda Flor. lectio, qui, omisso τῷ *prope*, præfert *Eo ipso loco temere sub armis strati passim?* Mox *noctis* deficit in Hav. *agere* autem, pro *egere*, legunt Voss. 2. et Lov. 3. quasi oratio per infinitivum concepta foret.

§ 13 *Incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur*] Thuan. Voss. 1. Helm. *tenderent*. Ut Virgilius Æn. I. 656. 'Hæc celerans iter ad naves tendebat Achates.' Et VI. 239. 'Quas super haud ullæ poterant inpune volantes Tendere iter pennis.' Sic dedit etiam Andreas: sed mox mutatum: nam jam Tarvis. *intenderent*. J. F. Gron. *Tenderent* etiam tres libri Hearnii. Sed *intenderent* sine dubio itidem auctoritate Mss. nititur. Et velim mihi causam dici, cur hic *tenderent* melius sit. Livius XXI. 39. 'Annibalem incertum utrum cœptum in Italiam intenderet iter.' XXVII. 46. 'Nec ad sequendum se iter intendisse.' XXXVI. 21. 'A porta ad prætorem M. Junium iter intendit.' *Duk. Tenderent* etiam Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et edd. Rom. 1472. ac Parm. De locutione 'tendere iter' vide Nic. Heinsium ad Val. Flacc. III. 734. et Burm. ad Ovidii Metam. II. 547. Ita 'tendere cursum' est XXIII. 34. 'Quum quæreret, qui et unde, et quo tenderent cursum.' Vide quæ notavi ad Silii Italic. X. 73. Sed et 'intendere iter' Livius dixit XXII. 9. 'Ad urbem iter intendit.' XXIX. 30. 'Ad Syphacem, quo primum intenderat iter, pervenerunt.' XXXI. 33. 'Alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit.' Quum autem eam lectionem reliqui libri, et inter eos etiam omnes præstantiores, tueantur, nihil mutandum puto. Donjatius etiam 'tendere iter' Virgilianum esse, non tamen idcirco 'intendere' damnandum existimabat. In codd. *tenderent* legentibus prima syllaba *in* intercepta erat a vocis præced. litera finali. Vide ad v. 27. § 6. Præterea *certi quam in partem* Leid. 1. *incerti qua in parte* Harl. Deinde *consternuntur* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Lib. VII. c. 42. 'Eam multitudinem armatorum ad arma consternatam esse:' ubi vide Sigonium, et Gebhard. ad VIII. 27. § 9. *Osternantur* Lov. 3. Scriptum per epitomen fuerat *osternantur*; idque non adsecutus librarius dedit *osternantur*. Similiter scriptum erat *omittam* pro *omittam* vel *committam*, hoc lib. c. 19. § 11.

Conspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti] Donjatius legendum conjicit *conspectis equitibus*. Sed codd. nihil mutant. Conjectura tamen ejus non displicet. Deinde *qui egressi nocte oppido* Lov. 2. Male. Intelliguntur enim Samnites, qui, quum muros Aquiloniæ circa portam captos viderent, noctu oppidum deseruerunt. Tum *prosecuti* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Mox voces *non stationibus firmatam*. *Conspecta* exsulant ab Hav.

§ 14 *Nec pedes fugientes persequi potuit: et ab equite novissimi agminis ducenti*] *Fugientem persequi* Lov. 4. Tum τὸ *et* omittitur in edd. vett. quod Aldus restituit, concinentibus scriptis. Hinc *ab equitatu* Lovel. 4. Deinde *novissima agminis ducenti* Gaertn. et Hav.

Signa militaria duodeviginti reliquere: alio agmine] *Duo et viginti* edd. Rom. 1472. ac Parm. Præterea *reliquerunt* Lov. 4. *relinquere* Lov. 3. *signa mil. duodev. Reliqua legio agmine* sine sensu Klockian.

§ 15 *Alio agmine incolumi, vix ex tanta trepidatione Bovianum perventum est*] Antiqua scriptura *ut ex tanta trep.* Gelen. *Vix ex tanta trep.* sola

Campani ed.: reliqui libri Pall. tres et casca ed. *ut ex tanta trep.* Gebh. Gelenii codex, duo Pall. Voss. uterque, Chifl. Andreas, *agmine incolumi, ut ex tanta.* Modificatio est vocis præced.: ut scilicet ex tanta trepidatione incolumes evasisse dici possunt. Cic. ad Att. IV. 1. 'Ita res sunt nostræ; ut in secundis, fluxæ: ut in adversis, bonæ.' Infra c. 46. 'Insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho.' Tarvis. et Becher. *incolumi ex tanta.* Venetæ jam habent *vix.* J. F. Gron. *Incolumi ex tanta trep.* Leid. 2. *incolumi, vix tanta trep.* Harl. Gaertn. et ed. Mediol. 1480. Reliqui mei, et Hearnii Oxonienses, *incolumi, ut ex tanta trep.*: Gelenii lectionem Frobenius 1535. recepit, eamque reliqui servarunt usque ad Parisienses, qui a. 1573. *vix ex tanta* revocarunt; quod obtinuit ad Gronov. usque, *ut ex tanta* denuo in contextum recipientem. Et recte. Elegans autem usus est particula *ut*, quam Livius hoc modo sæpius adhibuit. Ita IV. 13. 'Sp. Mælius ex equestri ordine; ut illis temporibus, prædives.' c. 55. 'Tres erant, et omnes acerrimi viri, generosique etiam, ut inter plebeios.' XXI. 34. 'Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum.' XXIII. 18. 'Satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis.' XXIV. 28. 'Orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit.' XXXII. 33. 'Princeps Ætolorum Alexander, vir, ut inter Ætolos, facundus:' ubi etiam quædam videri possunt. Et ita Cic. ad Fam. IV. 9. 'Nam adhuc et factum tuum probatur, et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur:' ubi vide Manutium.

CAP. XLIV. § 1 *Lætitiam utriusque exercitus Romani auxit et ab altera parte feliciter gesta res*] Pal. 3. primo *Lætitia.* Forte legendum *Lætitia utriusque ex. Rom. auxit et ab altera parte fel. gestare:* ut τὸ *auxit* valeat patiendi significatu, ut sæpius apud hunc nostrum scriptorem observatum est. Deinde Pal. 2. *et ab alia parte: alia pars* est altera. Et sic loquuntur Latinissimi. Vide sis Antiq. Lection. libellos nostros. *Gebh.* *Lætitia* etiam Lov. 2. Non tamen propterea Gebhardo consentio, *Lætitia auxit, feliciter gesta re* conjectanti, ut *Lætitia auxit* ponatur pro 'Lætitia aucta est.' Sæpius Livio invito hanc locutionem obtrudere conatus est Gebhardus. Hoc modo *auxit vis morbi* legebat III. 6. § 2. *animi auxerant* VIII. 38. § 9. Verum, quæ dictis locis notavi, etiam hujus vulgatæ lectioni vindicandæ sufficiunt. *Lætitiam utriusque ex. Romanis auxit* Leid. 2. et Lov. 1. *Lætitiam utriusque ex. Rom. auxerunt* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Verum, hanc lectionem rejiciendam esse, docent verba seqq.; quæ, ea recepta, non haberent quo referenda forent. Tum *ab alia parte* Gaertn. Sed nec illud placet, verum potius refero inter aberrationes scribarum, qui passim has voces commutarunt. Vide ad Epit. Liv. lib. L. Præterea *gesta feliciter res* Lov. 2. Mox *uterque ex altera sententia consul* Port. *uterque ex alterius sententia consulis* Voss. 2. Gaertn. et Hav. Sed vide hoc lib. ad c. 10. § 2.

§ 2 *Exhaustis deinde tectis ignem injecit*] Prima vox exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Sed male. 'Tecta exhausta' sunt unde omnis præda egesta est. Infra XXVI. 30. 'Præter mœnia et tecta exhausta urbis, nihil relictum Syracusis esse.' XXXIV. 13. 'Non agros inde populari, sed urbium opes exhaurire licebit:' ita Mogunt. Vide quæ ibi notantur.

Eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere] *Eodem die* Port. Gaertn. et Hav. Præterea *Aquiloniam et Comminium deflagravere* Gaertn. Alibi quidem 'flagrare' ac 'conflagrare' apud scriptores tamquam verba, ut vocantur, activa reperiuntur. Vide Sanctium in Minerv. III. 3. p. 385. et

Munker. ad Hygin. fab. 179. Non tamen apud Livium: quare ceteris potius codd. nihil mutantibus adsentior. *Deflagraverunt* Lov. 4.

Et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, castra conjunxere] Copula *et* deficit in Port. Gaertn. et Hav. Deinde *consules grat. mutua* Lov. 2. *consules congratulatione mutua* Lov. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxonienses L. 1. 2. atque N. cujus ultimi tamen margini vera lectio adscripta legitur. Vide ad IV. 24. § 7. *Cum grat. mutua legionumque, sua castra conjunxere* Voss. 2. et Lov. 3. *cum grat. mutua legionum, sua castra conjunxere* Lov. 2. 4. Port. et Hav. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper *nimia*, pro *mutua*, legit. Male. Quum ambo exercitus castra conjungerent, legiones legionibus, consul consuli victoriam gratulati sunt. Sæpe quidem 'suus' additur, ubi abesse poterat, ut vidimus ad III. 8. § 8. hic tamen vix ferri posse videtur. *Se conjunxere*, pro *castra conjunxere*, Hearnii Oxoniensis L. 1.

§ 3 *Et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit*] Prima vocula deficit in Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3. tertia in Harl. Tum *Calvilius* dedit Voss. 2. *Carvillius* Hav. Hinc *suos pro cujus merito laud.* Leid. 1. *suos protinus merito laud.* Voss. 2. habet pro varia lectione. Supra VIII. 12. 'Præmiis pœnaque pro cujusque merito persolutis:' ubi quædam dicta sunt. XXXI. 35. 'Pro merito cuique erga nos fortunam esse.' Et eodem cap. 'Quis durius, quam pro merito ipsorum, statutum indignari posset.' XLIII. 6. 'Minus esse, quam pro meritis populi Romani et voluntate sua.'

Fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium] *Fuerat cert. pugnantium, Sp. Pap.* Lov. 2. Adparet et hunc legisse *P. Nautium*, quemadmodum est in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxoniensibus L. 2. B. ac C. Sed male. Supra enim constanter *Spurius* vocatur c. 40. et c. 41. idque hoc loco servat optimus Flor. aliique. Quin et id prænomen genti Nautiæ fuit familiare. Vide II. 39. IV. 35. IX. 21. et alibi. Sæpius prænomen *Sp.* vel *Spurius* in *P.* vel *Publius* mutatum est a librariis. Vide ad VI. 27. § 2. Deinde *Sp. Papirii fratris filium.* Male. Supra etiam c. 40. 'Sp. Papirius fratris filius consulis' vocatur. Mox voces *manipulumque hast. arm. aureisque* desunt in edd. Rom. 1472. et Parm. *manipulaque* habent Voss. 2. et Lov. 3. *manipulorumque* Gaertn.

§ 4 *Propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes*] *Quia magni agminis modo* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 4. et edd. vett. Primus deinde Aldus recepit *qua*, adprobantibus eam lectionem reliquis Mss. Sæpe hoc modo peccant librarii. Ita hoc ipso §. et cap. seq. § 2. Sed plura vide ad XL. 29. § 8. Tum *terruerat hosti* Leid. 1. *eruerat hostes* Voss. 2. et Lov. 3. *circumvenit hostes* Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B. *tenuerat hostes* Leid. 2. 'Tenere' et 'terrere' sæpius in codd. commutari videbimus ad XXIII. 1. § 10.

Et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit] Pall. tres, binæque vetustæ edd. *ad Aquiloniam clam egressis.* Gebh. Multa loca Livii et aliorum, in quibus tempora non conveniunt, adnotavit Gronovius ad XXIX. 27. et XXXIV. 11. His facile plura addi possent. Sed nondum inveni quidquam huic simile, *terruerant, fecit, ceperant.* Duk. *In nocte* Lov. 4. Tum *quia fugam infestam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad verba præcedd. *qui fugam infestam* Lov. 2. Hinc *ad Aquiloniam clam egressis* Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hearnii Oxonienses C. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sed codd. posterior *ab Aqui-*

lonia emendatum præfert. *Ad Aquiloniam cladi egressis* Gaertn. et Hav. *ad Aquiloniam ducti clam egressis fecit* Leid. 2. et Lov. 1. In verbis præcedd. *juvenemque Papirium* edd. Rom. 1472. et Parm. addita copula, quæ necessaria non est; immo non convenit, quum mox *centuriones* sine copula similiter sequatur. Deinde *propter nam cum equitatu et in prælio operam* Lov. 4. *propter novatam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 2. Ita interdum peccarunt librarii. Vide ad II. 43. § 9. VII. 16. § 4. et Burm. ad Suet. Ner. c. 20. Similiter 'navus' et 'novus' commutari, ostendimus ad III. 41. § 1. *Propter variatam* Gaertn.

§ 5 *Centuriones militesque, quia primi*] Lego *militesque, qui primi*. Non enim omnes milites id fecerant. Et fuit eadem corruptela VIII. 14. *Jac. Gron.*. *Qui* et *quia* sæpius in Mss. confundi, videbimus ad XXXVI. 33. § 5. *Qui* etiam hic præfert Lov. 2. et tamen nunc contra Gronovium vulgatum servandum arbitror. In præcedentibus Livius dixit, Papirium donasse Sp. Nautium, Sp. Papirium, quatuor centuriones et manipulum hastatorum. Subjungit deinde caussam doni cuique dati, et, post memoratos Sp. Nautium ac Sp. Papirium, addit nunc *centuriones militesque*, per quos non in genere omnes centuriones militesque exercitus sui, sed quatuor centuriones et manipulum hastatorum, quorum antea meminerat, intelligendos esse, nexus historiæ docet: quia et non omnes centuriones militesque intelligi inde colligere est, quod mox sequatur 'equites omnes.' Quemadmodum itaque caussam, cur Sp. Nautium, Sp. Papirium, et equites omnes donarit, exprimit per voces 'propter' et 'ob,' ita hic, cur eumdem honorem centurionibus, nempe quatuor, militibusque, nempe manipulo hastatorum, habuerit, exprimit vocula *quia*. Iisdem ferme argumentis etiam Dukerus vulgatum adversus Gronovium tuebatur. Mox *Aquiloniam*, pro *Aquilonia*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Ob insignem multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat] Milites ob strenuam in pugna navatam operam donabantur a ducibus coronis multiplicibus, hastis puris, phaleris, torquibus, armillis, addit hoc loco Livius et 'corniculis.' Sed quale esset 'corniculum,' haud compertum est, quod ipse legerim. Illud sane conjectari licet, ab hoc ornamenti genere milites corniculo insignitos 'cornicularios' appellatos. De cornicnlariis autem militibus, qui scilicet olim essent, nondum certi quicquam ex antiquis scriptoribus recentioribusve mihi, diligentissime perscrutanti, reperire licuit. Quod tamen ex aliorum scriptis occurrit, in medio afferam, nec, quæ ex mea Minerva deprompsi, reticebo; ut in re ista perdifficili et obstrusa lumen, quod dari potest, non desit. Turnebus Advers. v. 10. ita scribit: 'Uti in exercitu et acie dicitur cornu, ita in cohortibus tribuni militum corniculum, a quo cornicularius, qui corniculo tribuni militum præest.' Cæl. Rodigin. XVII. 10. scribit: 'Cornicularium vero obiter, sunt qui putent corniculis militantem, sicuti a cornu dicti cornicines.' Et paulo infra addit ex Amm. Marcellino XVI. 12. Cornicularios et 'cornutos' vocatos et 'baccatos,' milites usu præliorum diuturno firmatos: quorum etiam meminit idem author XV. 5. inquiens, baccatos atque cornutos fluxioris fidei, et ubertate mercedis ad momentum omne versabiles, Constantii imperatoris jussu in Silvani mortem, qui ad culmen imperii surrexerat, sollicitatos, illum interfecisse. De cornutorum quoque tribuno alibi XVI. capp. 11. 12. idem Ammianus verba facit. Verum hæc, sicuti quod quærimus non aperiunt, ita difficultate non vacant. Namque apud Amm.

Marcellinum textus correctiores non habent *cornutos et baccatos*, sed *Carnutes et Braccatos*, hoc est, populos illos Galliæ inter Celtas Andegavensibus Turonensibusque finitimos, ex Cæsare Bell. Gall. l. v. et vi. quamvis Plinius inter Danubium et Hercinium saltum eos constituat iv. 12. Hos vero, Braccatos scilicet, Galliæ Narbonensis populos fuisse, testimonio Plinii constat iii. 4. cui lectioni præcedd. et subseqq. verba maxime favere videntur. C. Sigonius de Antiquo Jure Provinc. ii. 2. 'Cornicularios,' inquit, 'autem qui fuerint, nemo tradidit: ego, tribuni militaris ministrum fuisse, facile dixerim.' Hoc autem confirmat authoritate Valerii Maximi vi. 1. ita scribentis: 'Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit M. Lectorio tribuno militum, quod cornicularium suum stupri causa appellasset.' Julius Frontinus idem affirmare videtur Strategem. iii. 14. ex. 1. ita scribens: 'Tamquam tribuni cornicularius, vigilias excitavit:' vel *vigiles*, ut alii legunt. Lævinus Torrentius in suis Comment. in Sueton. in Domit. c. 17. 'Cornicularius,' inquit, 'ordo ac gradus in militia erat; neque aliud, quam accensi tribunorum centurionumque ac decurionum fuisse videntur.' Huic sententiæ favent Asconii dicta in Verr. l. i. c. 28. 'Accensi,' inquit, 'dicebantur attributi decurionibus, hoc est, eorum ministri, quos nunc commentarienses et cornicularios appellant.' Accensos autem ab 'acciendo' dictos, eo quod mandata perferrent et accirent, alibi docuimus. Ita et Suetonius de Clar. Orator. Gramm. cap. 9. de Orbilio ait, 'Orbilius primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit.' Et de Viris Illustr. c. 72. 'M. Scaurus primo in Hispania corniculo meruit: sub Oreste in Sardinia stipendia fecit.' Ex his omnibus cogitabam ego cornicularios forte fuisse, qui tribunorum et centurionum imperia mandataque per ordines et in acie proferrent, parvo cornu argenteo varie concinentes, quo pacto hodiernis temporibus triremium ductores corniculo, quod collo appensum gestant, ori apposito varie et diversimode sibilantes ad varia munia obeunda nautas et remiges excitant. Sicut itaque in universo exercitu, teste Vegetio de Re Milit. ii. 22. cornicines erant et tubicines, qui in pugnam milites incitabant, quod pariter et Livius tradit ii. 64. ita et in singulari quoque ordine erant cornicularii, imperantium mandata corniculo significantes. Ita in militia Palatina 'cornicularii' accipiuntur pro accensis primiscriniorum, vel principis proximorum, si Alciato credimus in l. 2. Corniculario C. de Prox. Sacr. Scrin. Veniebat quoque in mentem, corniculum fuisse signum sive vexillum, sub quo equites ducebantur, quemadmodum et nostris temporibus equestrium militum signum et signifer vulgo 'Corneta' dicitur, quod comprobare videtur Vegetius de Re Milit. ii. 24. scribens, 'Qui sub uno corniculo militabant, centurio et sui milites, ambo cornicularii dicebantur.' Et Symmachus l. x. ep. 63. (aliis 56.) ad Theodosium inquit: 'Prætorianus urbanarum cohortium miles ad corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate promotus.' Postremo dum Livianum textum præpondero, et animo concipiebam, quod, sicut Venetorum ducum ornamentum illud quod capite gestant miris gemmis exornatum, 'cornu' vocant, ita et antiquitus militari ornamento caput militis illius honestarent imperatores exercituum, qui strenuum aliquod facinus egisset; hocque 'corniculum' appellaretur, cui inderentur plumæ, aliudve simile, et argenteum erat, vel aureum, quod nostrates etiam gemmis exornatum ferre,

et 'aiéronera' dici passim scimus: quod ex sculpturis antiquis pariter colligere possumus, in quibus conspicimus militum nonnullos in galeæ summitate hujusmodi 'corniculos' habentes. 'Corniculum' autem vocari hoc capitis seu galeæ ornamentum puto, ab animalium quadrupedium quorundam similitudine, quorum capita cornu vel cornibus insigniantur. Sic luna 'cornu præfulgens' dicitur. Hanc nostram sententiam confirmare possumus ex iconibus galearum militarium a Gulielmo Choul Gallo lib. de Castrametatione antiquorum descriptis, præsertim ex 5. et 6. in ordine, corniculos in summitate præferentibus. Sic in numismate argenteo Alexandri Magni caput galeatum cum corniculis conspicimus, unde et eorum usum a Græcis ad Romanos translatum existimamus. Sic in sacris literis Moyses cornubus illustris, et l. I. Reg. c. 2. 'Dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui,' et pluries cornu exaltationem pro sublimatione, sacræ paginæ accipiunt. Certe cornicularii milites virtute præstantes et fortitudine insignes erant, quod tum ex dictis colligere possumus, tum etiam ex Suetonio in Domit. cap. 17. dum ait illum a Clodio, seu, ut alii legunt, Clodiano, corniculario, cum aliis contrucidatum. Et Cassiodorus Variar. lib. XI. tradit, cornicularios dictos, qui præerant cornibus secretarii, hoc est, qui in consilio præfecti prætorio stabant armati, a Græcis ὑπασπισταί, quo sensu accepta et hæc vox apud Maternum lib. II. et Firmicum Matheseos III. In inscriptione antiqua in sacello sanctæ Mariæ in via Pontificum (apud Gruter. DLXI. 11.) VECTORIVS PROCVLVS. ADIVTOR. CORNICVL. In alia in hortulo ad Aquam Virginem (apud Gruter. DXXIII. 4.) ATENAEVS FIRMVS. CORNICVLARIVS. SVPPRAEF. VIGIL. *M. Donatus.* Scheff. de Tribus Orbib. Aureis pag. 56-66. putat, fuisse tubulos cornuum forma, cui inderentur plumæ eminentes, quibus galeam et equi caudam sæpe exornabant. Ceterum nusquam præterea hæc cornicula legi fatetur. Infra XXXIX. 31. equites donantur 'phaleris,' 'catellis,' ac 'fibulis.' Apud Dionys. etiam lib. X. pag. 663. Sylb. omnis generis dona militaria recensentur, 'coronæ civicæ, murales, obsidionales, in prœlio, torques, armillæ, hastæ, phaleræ:' at nulla in iis 'cornicula.' Forte igitur hic legendum *corollis*, vel *coronulis*: ut, veluti centuriones donaverat armillis et coronis aureis, sic hos iis argenteis. *Jac. Periz.* ad marginem Livii. *Corniculis argenteisque armillis* Hav. *corniculis armillisque argenteis* Voss. 2. et Lov. 3. *coronis armillisque argenteis* Port. et Gaertn. quæ lectio conjecturam Perizonii probare videtur: nisi potius existimandum sit librarios vocem minus notam in notissimam mutasse. Quid per cornicula hæc intelligendum sit, incertum est. Plerumque intelligitur eo nomine ornamentum galeæ, quod cornuum speciem referebat. De eo videri potest Salmas. ad Solin. p. 386. Speciem armillæ fuisse, existimat Barthol. de Armill. pag. 51. quod corniculi armillis sæpe sæpius, velut cognati generis, socientur: ubi tamen præterquam hoc loco socientur, vellem indicasset. Aliquid tandem monstri hic subesse suspicatur, quod equites corniculis donentur, qui corniculo merebantur apud Sueton. in Illustr. Gramm. cap. 9. ubi tamen 'corniculo' et 'equo merere' distinguuntur. Et quidem gradatim Orbilius primo 'adparituram magistratibus fecit, deinde corniculo, mox equo meruit:' ut corniculo mereri minus fuisse videatur, quam equo merere. Hic contra equites corniculis donantur. Unde constare potest, aliud quid intelligendum esse per 'corniculum,' quo

eques donatur, aliud per 'corniculum,' quo merebat, qui nondum eques erat. Ceterum donavit est in Hav.

§ 6 *Consilium inde habitum, quum jam tempus esset*] Τὸ *inde* deficit in Leid. 1. Sed quum per compendium *itt* scriptum fuisset, interceptum est a præced. vocis litera finali. Vide ad x. 20. § 6. Deinde *quum jam nec tempus esset* Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *nec* etiam inter versus adscriptum legitur in Voss. 1. Mox *a Samnio* Voss. uterque, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3.

§ 7 *Eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi*] *Pertinaticius* Port. vel eodem errore, quo *amicitior*, pro *amicior*, ac similia alia passim data sunt; (vide ad II. 15. § 6.) vel juncta duplici lectione *pertinatius* et *pertinacius*. Tum *et prosequi* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. In proxime seqq. *domitum Samnium*, pro *perdomitum*, Lov. 4.

§ 8 *Quando jam nullus esset hostium exercitus*] Τὸ *esset* deficit in Lovel. 2. *exercitus hostium* transpositis vocibus Harl. Mox *unum superesset belli genus*, pro *superesse*, Flor. quasi referendum esset ad vocem *quando*. Deinde *urbium expugnationes* multæ ex vett. edd.

Quarum per excidia militem locupletare præda] *Quarum excidia* Lov. 3. quæ lectio placere posset, nisi vulgatam defenderent reliqui codd. Deinde *locupletare prædam* Flor. a m. pr. *locupletare prædæ* Leid. 2. quod eadem ratione dictum videri posset, qua 'abundare pecuniæ,' 'opulentus prædæ,' 'frumenti,' et similia, de quibus vide ad XXXV. 1. § 11. Ego tamen nihil muto. Insuper *pro aris et focis* Port. et Gaertn.

§ 9 *Diversi, Papirius ad Sepinum*] Pal. 2. *Sepianum*. Pal. 3. *Sepirium*. Gebh. *Divisi* Hearnii Oxoniensis N. Malo. Vide hoc lib. cap. 33. § 10. Deinde *ad Sepium* Leid. 2. *ad Cepianum* Gaertn. *ad Sepianum* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ad Sæpinum* per diphthongum auctoritate Ptolemæi, Frontini de Colon. et Veteris Inscriptionis legit Doujatius, quos antea laudarat Cluverius Ital. Ant. IV. 7. p. 1198. Eosdem, nulla Cluverii mentione facta, laudat etiam Harduin. ad Plinii III. 12. Paullo ante *Ita literis missis*, pro *Itaque*, Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad XXI. 58. § 7. Tum *de rebus a se gestis* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *gestis* non adparet in Flor.

Carvilius ad Volanam oppugnandam] Sepini in Samnitibus meminit Ptolemæus III. 1. *Volanam* habebant veteres libri, at alii in *Veliam* mutarunt; temere, meo quidem judicio. Est enim 'Velia' in Lucanis litterale oppidum, longe a Samnio. *Glareanus*. Pall. duo *ad Vellam*. Pal. 2. et Camp. ed. *ad Veliam*. Recte retentavit Andreas *Volanam*. Infra cap. 45. Pall. duo vocant *Velletiam*. Gebh. Flor. Thuan. Voss. uterque, Rott. Helm. duo Pall. *Vellam*, Pal. 3. *Veliam*. Sic et cap. sequenti: *Jam Carvilius Vellam* Rott. et Helm. *vel etiam* Flor. Voss. prior, et Thuan. *Valle etiam* Voss. alter. Denique *vel jam intra paucos dies* Flor. Thuan. Voss. 1. *vel et intra paucos dies* Voss. alter, Rott. et Helm. Hic versus usque ab Herculanei mentione priore usque ad posteriorem exciderat. *J. F. Gron.* Hearnius *ad Duellam* invenit in Oxon. L. 2. *ad Duelliam* in C. *ad Vellam* in N. quod etiam est in Leid. utroque, et Lov. 1. 3. 4. *ad Velam* in Lov. 2. *ad Nellam* in Klockian. *ad Veliam* in Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. Neapol. Latinii, et Memmiano apud Doujatium, qui *ad Velinam* legendum, idque oppidum circa Velini amnis fontes fuisse conjicit. Si tamen hic locus in Samnio ita proprie dicto situs fuerit, omnino de fontibus amnis Velini cogitare non possumus. Incerti situs esse agnoscit Cluver. loco laud.

CAP. XLV. § 1 *Literæ consulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ*] *Literæ consulis* Hav. Vide ad x. 10. § 2. Tum *et in contentione* Leid. 1. Sæpe ita librarios peccasse vidimus ad IV. 6. § 4. Alia exempla exstant v. 2. § 10. cap. 10. § 6. VIII. 32. § 11. c. 33. § 3. x. 7. § 3. c. 23. § 4. c. 24. § 4. et alibi. Mox *et equa tridui supplicatione* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *supplicatione publica*, pro *publicum*, Gaertn.

§ 2 *Nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam, ea victoria fuit*] *Nec populum Romanum magna* Voss. 2. et Lov. 3. *nec permagna* Flor. a m. pr. *re* autem inter lineas a manu emendatrice, quasi scribendum foret *nec perre magna*. Potius tamen *permagna* scriptam fuisse videtur pro *po. R. magna*, id est *populo Romano magna*. Ex ea vero lectione et vulgata simul juncta *nec populo Romano permagna* datum est in Lov. 2. *neque*, pro *nec*, præferunt Harl. et edd. Aldina vetustiores. *Hæc* Hav. Deinde *sed opportuna* Hearnii Oxon. L. 1. *sed populi Romani opportuna* Lov. 3. *sed P. R.* vel *po. Ro. opportuna* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. Liv. XXI. 2. 'Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum.' c. 31. 'Hujus seditionis peropportuna disceptatio quum ad Hannibalem rejecta esset.' XL. 57. 'Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem.' Hinc *etiam* deficit in Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Si plures codd. expungerent, Livium ita loqui solitum fuisse docerent illa quæ notantur ad II. 6. § 1. Deest etiam *ea* in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos adlatum est] *Qua*, pro *quia*, Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 4. *Per idem tempus forte reb.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *per idem fere tempus reb.* Lov. 4. Insuper *latum est* Hav. *relatum est* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad XXII. 14. § 11. Τὸ *est* non comparet in Lov. 4.

§ 3 *Quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset*] Hæc ita Livius narrat, perinde atque antea Hetruria ac Samnium numquam simul adversus Romanos fuerint, cum ad finem anni quadringentesimi quinquagesimi septimi c. 32. hi duo populi, ac præterea Galli ac Umbri, non parva accessio, bellum moverint Romanis. *Glar.* *Tolerabilis futura Etruria esset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. C. atque N. in margine. *Tol. futura Etruria erat* Oxon. B. *Etruria tol. futura erat* Gaertn. Paullo ante *Subibat cogitatio hominum*, pro *animum*, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Port. et Gaertn.

Si quid in Samnio adversi venisset] Campanus edidit *advenisset:* perperam. In Pal. 2. superscriptum est *fuisset*. Gebh. Scribe ex Flor. *evenisset*. J. F. Gron. Ita etiam præferunt edd. Tarvis. utraque, Ven. 1495. 1506. Ascens. 1510. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Cervicorni, et Paris. 1529. Et ita fere XXIII. 27. 'Ut omnia prospere evenirent.' Sed vulgatum etiam servari potest. Phædrus Fab. I. 2. 31. 'Hoc sustinete, majus ne veniat malum:' ubi vide Burmann. Livius XXIV. 40. 'Ballistas tormentaque alia ad tuenda mœnia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere.' IX. 12. 'Omnia, quæ deinde venerunt, non in animis solum, sed prope in oculis esse:' ubi vide quæ notantur. Mox *quæ commutatio Samnitium erecta* Hav. *erepta* Lov. 2. Vide ad III. 5. § 7.

Omnisque Romana vis aversa in Samnium esset] *Omnisque Romanis*, pro *Romana vis*, Leid. 2. Deinde *versa in Samnium esset* edd. Rom. 1472. Parm. et Tarvis. utraque, invitis omnibus scriptis, quorum plerique servant *aversa*, sed *adversa* legunt Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad I. 40. § 7. Præ-

terea *esset in Samnium* Hav. Mox *occupationemque reb. pro occ.* Flor. a m. pr. Adscripsit etiam Salvin. qui hunc codicem cum editis contulit, *τὰ populi Romani παρέλκειν.* Deinde *per occasionem* Hav.

§ 4 *A M. Atilio prætore in senatum introductæ, querebantur, uri et vastari agros*] *Ab M. Attilio prætore* Port. Gaertn. et Hav. *a M. Atilio pplo Ro.* Leid. 1. *a M. Atilio p°. r°.* Lov. 1. Vide ad XXXI. 10. § 4. Hinc *in senatum traductæ* Voss. 2. Sed prima syllaba vocis *introductæ* absorpta est ab ultima litera vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Quod supererat deinde nullo negotio in *traductæ* mutari potuit. 'Introducere' vero in hac re sollemne verbum est. XXXIV. 57. 'Hæ legationes a C. Scribonio prætore urbano in senatum introductæ sunt.' XXXIX. 33. 'Regum quoque eorum civitatiumque legatos in senatum introduxerunt.' c. 46. 'Legationes transmarinas in senatum introduxerunt:' et passim. Deinde *uri ac vastari* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *iri et vastari* Leid. 1. et Lov. 4. *uti et vastari* Port. Mox *ac finitimis Etruscis* Lov. 4. *in finitimis Etruscis* Flor.

Quod desciscere a populo Romano nollent] *Desistere a pop. Rom. nollent* Port. neque aliter Gaertn. nisi quod insuper legat *ab populo Romano.* Vide ad XXX. 3. § 5. *Desciscere ab pop. Rom. nollet* Hav.

§ 5 *Ut se a vi atque injuria*] *Ut suam atque injuriam comm. host.* Hav. *ut se vi atque injuria* Port. *ut se ab vi atque injuria* Gaertn. *ut se a vi injuriaque* Lov. 4. Paullo ante *Patres consultos* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad VI. 26. § 4. Mox vero in verbis seqq. § 6. *fidei suæ sic pœniteret*, addita voce, Port. *fidei suæ pertineret* Leid. 1.

§ 6 *Ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant*] *In Faliscos* Port. *ĩ Faliscos* Hav. *ni Fal. quique per multos annos* Leid. 2. *et Faliscos quoque, qui* Lov. 2. Tum *in amicitia fuerant* Port. Sed vide ad II. 14. § 4. *In amicitia fuerint* Gaertn. Voces *in amicitia* desunt in Hav. Paullo ante *quam ad Etruriam pertinebat, acta res est* Lov. 2.

§ 7 *Feciales mittendos ad res repetendas censerent*] *Ad res recipiendas* Harl. Sed 'res repetere' sollemnis in hac re locutio est, de qua vide Brisson. de Form. lib. IV. p. 341. Tum *arcesserent* Voss. 2. *accerserent* Lov. 3. Mox *bellum Faliscum*, pro *Faliscis*, Hearnii Oxon. L. 1.

§ 8 *Uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret*] *Inter ex Samnio* Hav. *utere ex Samnio* Lov. 3. *uter ex Samnitio* Leid. 1. *uter ex Samnis* Gaertn. Deinde *in exercitu* Leid. 1. et *exieret* Lov. 3.

§ 9 *Volanam et Palumbinum et Herculaneum ex Samnitibus ceperat*] *Vel etiam Paulumbinum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Vel etiam et Palumbinum* Flor. et Leid. 1. *Velle etiam Palumbinum* Voss. 2. *Velle etiam et Palumbinum* Lov. 3. *Velliam Palumbinum* Port. et Gaertn. *Veliam Paulumbinum* Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. *Velam et Paulumbinum* Lov. 2. *Vellam Palumbinum* Oxon. N. *Vellevam et Palumbinum* Lov. 4. *Venetiam et Palumbinum* Klockian. Vide ad cap. præc. § 9. Tum *Herculanium* Lov. 2. *Herculanum* Lov. 4. Eædem fere varietates in trium illarum urbium nominibus in verbis proximis obcurrunt. Præterea *signis collatis*, pro *ex Samnitibus*, Voss. 2. quod ex seq. §. male huc translatum est. *Et ceperunt* Leid. 1. Verbis seqq. *inter paucos dies* Hav. Vide ad v. 27. § 3. Hinc *eodem die, quo* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 10 *Bis etiam signis conlatis ancipiti prœlio*] Τὸ *bis* deficit in Voss. utroque, Leid. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. ejus loco *ex Samnitibus* præ-

fert Leid. 1. contrario errore, ac modo ad verba præcedd. ex Voss. 2. notavimus. In sequentibus *hostium dimicavit jactura* Lov. 2. Verba autem *jactura dimicavit. Castris deinde positis, mœnibus hostem* omisit scriba Lov. 3. deceptus similitudine vocum *hostium* et *hostem.*

§ 11 *In his tribus urbibus capta aut cæsa ad decem millia hominum*] Præpositionem *ad* omisit Jac. Gronovius in ed. majore, quæ cum Variorum Notis prodiit; verum sine dubio operarum errore: non tantum enim ipse voculam illam servavit in ed. minore, quæ circa idem tempus excusa est; sed eamdem etiam defendunt omnes, quibus usus sum, codd. J. Clericus tamen errantes typographos inprovide secutus est: Gronovius enim errorem commissum ad calcem notare neglexerat. Præterea *ad XX. millia hominum* Lov. 2. *ad quadraginta millia hominum* Gaertn. et Hav. *ad XL. millia hominum* Port. et Hearnii Oxon. B. C. ac N. cujus tamen ultimi margo *ad X. millia* exhibet. Ceterum verba *oppidum captumque. In his tribus urbibus capta aut* neglegentia librarii desunt in Port.

Ita ut pavore admodum plures caperentur] Exemplaria vetera *ut parvo admodum.* Gelen. Vet. lib. *parvo admodum numero plures.* Sigon. Pall. duo *ita ut parvo admodum plures.* Gebh. Gelenii codex, duo Pall. Voss. Chifl. alii, *ut parvo admodum plures.* Sigonius cum suo, *ut parvo admodum numero plures.* Ubi se manifesto prodit aliena manus. Nam Livius dixit *parvo plures,* ut alii 'aliquanto plures,' 'multo plures,' 'nimio plures.' Plinius II. 67. 'Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc atque illinc septentrio eremigatus.' Gellius XIII. 2. 'Accius tunc haud parvo junior:' et c. 18. 'Non brevi antiquior.' *J. F. Gron. Ita ut paullo admodum plures* Hearnii Oxon. N. qui in margine præfert, *ita ut parvo admodum numerò plures. Parvo* et *paullo* confundunt etiam scribæ apud Ovidium Metam. VI. 327. ubi vide Nic. Heinsium: *Ita ut parvo admodum numero plures* similiter legunt Port. Gaertn. Hav. et apud Doujatium Memmian. *ita ut pavore admodum plures* Lov. 4. *ita ut parvo admodum plures* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Flor. et Klockian. *ita ut parvo plures* Lov. 3. Librarii, qui *parvo admodum numero plures* dederunt, supplendum putarunt quod Livius omiserat. Similiter 'parvo post,' pro parvo tempore post, dixit Plinius XVI. 25. 'parvo distare,' pro parvo spatio distare, V. 11.

Etruria Carvilio evenit] *Advenit* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Male. Vide ad V. 12. § 6. Mox *jam* deficit in Lov. 2. *non* in edd. Rom. 1472. et Parm. et ita fere Klockian. qui legit *in Samnio potiebantur.* Sed, particulam negantem servandam esse, docent quæ notantur ad IV. 18. § 2.

§ 12 *Papirio ad Sepinum major vis hostium resistit*] *Papirium ad se purum* Lov. 3. *Papirio ad Sepianum* Port. et Hav. *Papirio ad Cepianum* Gaertn. *Papirio ad Sapinum* Harl. Vide capite præc. § 9. Deinde *vis* exsulat a Voss. 2. Hinc *obstitit* Harl. *restitit* Voss. uterque, Leid. 2. Flor. Klockian. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. omnes usque ad J. F. Gronovium, qui *resistit* substituit; quum autem mutationis rationem in notis non reddiderit, incertum est, utrum ita legi voluerit, an vero operæ typographorum aberrarint. Certe *resistit* vix superest in Leid. 1. Gaertn. et Hav. Hinc priorem lectionem revocavi.

Sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum] Quid si abjiceretur utraque præpositio, fieretque, *acie, agmine?* At aliter quoque Velleius Paterculus loquitur II. 47. pr.

Grut. Verba Velleii sunt: 'Pugnatum directa acie, sæpe in agminibus, sæpe eruptionibus:' ubi Gruterus præpositionem *in*, quod jam Lipsius monuerat, delendam conjicit, eamque hic etiam utroque loco abjiciendam repetit. Verum quemadmodum Burmanno *in agminibus* apud Vell. defendenti, et, cum agmen duceret, 'in itinere' exponenti, adsentior; ita hic cum Grutero utroque loco præpositionem abesse mallem. Hic enim *in agmine* ita exponi nequit, licet id fecerit Sigonius ad verba seqq. nam Papirius in obsidione Sæpini hærebat, et iter non faciebat; sed notabit, non explicatis ordinibus distinctaque acie, ut Lipsius verba Velleii, sed abjecta præpositione *in*, intelligenda docuit, laudato etiam Livii loco ex XXI. 57. 'Magis agmina, quam acies, in via concurrerunt.' Cui addo alia ex XXIX. 36. 'Cum Hannibale in ipso itinere tumultuario prœlio conflixit: agminibus magis, quam acie, pugnatum est:' et XXXIII. 9. 'Phalanx, quæ venerat, agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnæ.' Ceterum voces *sæpe in acie* omittuntur in Lov. 2. cujus erroris caussa fuit vocis *sæpe* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde *circa urbem ipsam adv. hostium* legit Gaertn. *circa urbem ipsam* etiam Port. et Hav. *pugnatum est*, addita ultima voce, Lov. 4.

Neque obsidio, neque bellum ex æquo erat] Hæc verba quid sibi velint, et an integra, vix equidem intelligo. *Glar.* Papirius, inquit, ad Sepinum difficilius bellum gessit. Etenim sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnavit. Neque vero aut obsidendi, aut dimicandi facilis et expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis mœnia sua defenderent, quum ipsi se muris tutarentur. Quod autem ait 'in agmine,' in itinere faciendo intelligit. Hæc dixi, quia Glareanus vitium subesse suspicatur sine causa. ['Glareanus dubitat: at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.'] *Sigon.* Ut hæc verba cadent, patet inclinatum fuisse statum, et Romanos quodammodo inferiores, secus atque docuit eventus. Dein subsequens ratio non evincit iniqui aliquid fuisse Romanis, sed fortius se gessisse defensos, quam solent, qui hanc fortunam subierunt, et tantum non, ut qui vallum scindunt, et campo se committunt. Itaque valde placet, quod in unico video Florentino, *neque obsidio, sed bellum ex æquo erat.* Non jam videbantur obsideri, sed in campo pares cum paribus congredi. *J. F. Gron.* *Ne obsidio, nec bellum ex æquo erat* Lov. 2. *nec obsidio, nec bellum ex quo erat* Lov. 1. neque aliter Lov. 3. nisi quod ultima vox *erat* cum decem sequentibus neglegentia librarii omittatur. *Nec obsidio, nec bellum ex æquo erant* Lov. 4. *nec obsidio, nec bellum ex æquo erat* Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. Mihi etiam inprimis placet, quod Gronovius ex Flor. laudavit. Mox *armis et viris* Voss. 2. Port. Gaertn. et Hav. Hinc *tuebantur*, pro *tutabantur*, Lov. 2. Vide ad XXVIII. 20. § 1.

§ 13 *Tandem pugnando in obsidionem justam coëgit hostes: obsidendoque*] *Tam pugnando*, id est *Tamen*, Leid. 1. Vide ad XXII. 2. § 11. *Tandem repugnando* Lov. 2. Tum *obsidendo*, omissa particula connectente, Lov. 3. *possidendoque* Gaertn. Hinc *opibus urbem expugnavit* idem Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 4. *Operibus urbem oppugnavit* Lov. 1. a m. pr. Vide ad XXI. 57. § 6.

§ 14 *Septem millia quadringenti cæsi*] *VII. XL.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. *septem millia quadraginta* Gaertn. et Hav. *unde CCCC.* Lov. 3. *septem millia CCC.* plures ex edd. principibus. Tum *cæsi* exsulat a Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *cæsa* habet Voss. 2. *septem millia quagringenti capti* Lov.

2. Paulo ante ita *ab ira, pro itaque,* Gaertn. Vide ad xxi. 53. § 7. Sed vox illa deficit in Harl. et ed. Mediol. 1480.

Capta minus tria millia hominum] *Capta minus trium millium* Port. *minus tribus mil. cæsi* Lov. 2. *capta minus tribus millibus* Lov. 4. Sed vide hoc lib. ad c. 37. § 3. *Hominum millia* Lov. 3. Vox *hominum* non adparet in Lov. 2. ejus autem loco *hostium* præfert Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad xxiii. 37. § 11.

Præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas] *Ex præda, quæ plurima fuit* Port. *prædaque plurima fuit, cong. Samn. rebus in urbes: præda militi concessa est* Flor. a m. sec. et Lov. 2. *prædaque plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes: pauca militi concessa est* Lov. 3. et 4.

CAP. XLVI. § 1 *Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat*] *Compleverant* Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. N. Male. Infra xxii. 56. 'Adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit.' Deinde *nec habitari* Harl. et edd. principes usque ad Aldum, qui *durari* substituit. Recte. Supra l. v. c. 6. 'Ut hiemem unam durare in castris non possint.' xxxviii. 7. 'Vix durare quisquam intus poterat.' Vide Passer. ad Prop. El. i. 6. 11. *Nec durare* est in Klockian. Tum *extra poterat,* media voce omissa, Leid. 2. *extra castra tecta poterant* Lov. 4. a m. pr. *extra tecta castra poterant* a m. sec.

Consul exercitum de Samnio deduxit] *Consules ex. de Samnio deduxere* Lov. 4. Male. Unus enim tantum deduxit Papirius, Carvilius in Etruria bellum gerebat. *Consul ex. de Samnio duxit* Leid. 1. *consul ex. ex Samnio deduxit* Gaertn. Livium τῷ *deducere* modo præpositionem *ex,* modo *de* addidisse, patet ex exemplis quæ laudantur ad vi. 26. § 8. Servandum igitur nunc *de Samnio,* in quod reliqui conspirant. *De Samnio exercitum* Harl. omnesque editi usque ad Jac. Gronovium, cui ordinem verborum ita, ut nunc editur, mutanti favent reliqui scripti.

§ 2 *Venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus*] Quædam supersunt loca, ex quibus colligendum videtur, senatum non petentibus summis ducibus ultro triumphum decrevisse. Ita quum refertur ii. 47. M. Fabium senatui 'triumphum decernenti' respondisse se publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum, antea triumphum non petiisse videtur: ut nec Marius 'triumphum oblatum,' donec et Cimbros vinceret, differens, et quum pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus esset: quod utrumque refert Auct. Epit. Liv. lib. lxviii. Vide etiam Plutarch. in Mario p. 419. et 421. Huc etiam referri posset, Cæsari 'triumphum' amplissimum 'delatum' esse, teste Cic. ad Attic. viii. 4. post epist. 11. et epist. 12. nisi Dukerus, qui locum priorem Cic. observavit, simul censeret tum alia tempora reipublicæ fuisse. Si nihilominus 'triumphus delatus,' et quidem 'delatus omnium consensu,' displiceat, neque huic tempori convenire videatur, nihil propius nunc video, quam ut *triumphus omnium consensu est decretus* legamus. 'Decernere' enim in hac re sæpissime Livio usurpatur. Quum tamen Mss. nihil mutent, mihi prior sententia magis probatur.

Triumphavit in magistratu] *In majestate* Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. 1. B. ac C. id etiam pro varia lectione in margine exhibet Voss. 1. Contrario modo erraront librarii, *magistratus,* pro *majestatis,* exhibentes, iv. 48. § 7.

§ 3 *Pedites equitesque insignes donis transire, ac transvectis multæ civicæ*] Lege et distingue, *Pedites equitesque insignes donis transiere, ac transvecti:*

multæ civicæ, &c. Gelen. Vet. lib. *transvecti sunt*. Sigon. *Pedites equites insignes donis ἀσυνδέτως* Hav. sed solus; qui etiam cum Lov. 3. *transire* legit, quod ex editoribus primus recepit Aldus. Sed recte *transiere* reduxit Gelenius. Pari modo quorumdam codd. librarii lapsi erant IV. 21. § 8. Multa similia vide ad XLV. 2. § 7. Deinde *at transvectis multæ civicæ* Voss. 2. *ac transvectis multæ civicæ* Lov. 3. et edd. Rom. 1472. Parm. Ald. et quædam aliæ. *Ac transvectæ multæ civicæ* Lov. 2. *ac transvectæ sunt multæ civicæ* Gaertn. et Hav. *ac transvecti: multæ civicæ* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. Harl. Flor. Klockian. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. Exc. Pithœi, et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum. *Ac transvecti sunt: multæ civicæ* unus meorum Port. Sigonii vet. lib. consentiens. Quum autem sæpe τὸ *sunt* per unicam literam *s* exprimeretur, facile a librariis, quid ea indicaretur, nescientibus omitti potuit; sæpe etiam adcrevit voci præcedenti, atque ita hic *transvectis* datum est. Vide ad XLV. 17. § 6. Mox *vallares atque murales* Lov. 3. *vallares ac mulares*, transpositis literis, Lov. 1. a m. pr. et Leid. 2. in contextu, altera lectione margini adjecta. *Vallares ac murabiles* Voss. 2.

§ 4 *Inspectata spolia Samnitium: et decore ac pulchritudine*] *Inspecta spolia* Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed de hoc errore dictum est hoc lib. c. 38. § 2. Tum *decore ac pulchr.*, τῷ *et* omisso, Voss. 2. et Lov. 3. *et decore et pulchr.* Lovel. 4. *et decora pulchr.* Leid. 1. *et decorem et pulchritudinem* Gaertn. *et decorem ac pulchritudinem* Klockian. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod exponi posset, 'quod ad decorem et pulchritudinem adtinet.' Vide Perizon. ad Sanctii Min. l. II. c. 5. p. 185. Sed præstat vulgatum, reliquorum codicum auctoritate nisum. Mox *nota* non adparet in Voss. 2. nec *quæ nota* in Lov. 3. *locorum* etiam deest in Voss. 2. pro quo *locum* legit Leid. 1. *loco* Lov. 3.

Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti] Pessime *captivis clari sui spatiumque factis ductis* Voss. 1. *nobiles aliquos captivis* Flor. *nobiles aliquot captivis* Lov. 4. *nobiles aliquanti clari* Klockian. Tum *factis ductis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta tria millia: id enim redactum*] Beavit ærarium suo mendacio scriba. Sincera lectio: 'Æris gravis transvecta vicies centum millia, quingenta triginta tria millia: id æs redactum.' *Gelen.* Legendum puto *et auri mille triginta tria:* sequitur enim 'pondo:' idque eam potissimum ob caussam, quod ea tempestate rarum esset aurum, et summæ nimium excrescerent. Nisi quis tantum auri contendat fuisse, quantum in moneta facerent (ut cum vulgo loquamur) triginta tria millia pondo. Semel ita locutum puto Livium I. 55. de pecunia ex Pometiæ urbis præda a Tarquinio seposita. Triginta tria millia pondo argenti facerent 330000 coronatorum; cum totidem auri pondo ingentem summam, nempe 3696000 coronatorum, ex unius tum urbis præda haudquaquam sperandam. Scio quosdam aliter legere: sed cuique sua sit conjectura. Atque hæc in primam decadem. Quod si hic annus est CDLX. perfectus, et bellum secundum Punicum, quod tertia describitur decade, decimo octavo demum anno finitum est: denique bellum Macedonicum, quod quarta deinde sequitur decade, cœpit A. U. C. DLIV. ut in loco ostendemus luculentis rationibus, certe decados sequentis anni fuerunt LXXV. Sed hæc ab initio nostrarum annotationum latius prosecuti sumus. *Glar.* Vet. lib. *Æris gravis magna vis transv., vicies centies millies, et quingenta triginta millia.* Sic etiam XXVI. 47.

'Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis.' *Sigon.* Quum legeretur *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta millia,* Gelenius fecit *vicies centum millia quingenta triginta tria millia.* Postea Sigonius *Æris gravis magna vis transvecta, vicies centies millies et quingenta triginta tria millia.* Sed primum τὸ *magna vis* nullis in fidis libris. Dein summa est immanis, et tunc nullo ex triumpho speranda. Ut enim decem libras demus denario, qui paullo post percussus est, et transmittamus, quod excurrit; *vicies centies millies* centena millia æris efficiunt quadragies centies millies sestertium, decies centies millies centena millia denarium, centies millies centena millia Philippum. Ad quod quantum restat ditissimo L. Æmilii de Macedonia triumpho? Hoc igitur omisso, ex Gelenii et Sigonii lectione fabricati sunt quod vulgo editur, et explicat Lipsius Admir. II. 8. nostræ pecuniæ 25330. Philippos. Nec male, si recte se habet is numerus. Sed quem non offendat bis positum τὸ *millia?* deinde *vicies centena et quingenta?* prorsus puerilis est hæc loquendi ratio; pro qua Livius dixisset *vicies quinquies centena triginta tria millia.* Denique ista *quingenta* non sunt conspicua in membranis nostris. Pal. 2. qui plerumque secundas facit Sigoniano, *Æris gravis vis transvecta vicies centies milies, aurique triginta milia pondo.* Nihil sani. Duo meliores, *Æris gravis transvecta vicies C. mille et ad XXXIII. mil.* Thuan. *Æris gravis transvecta vicies centum milia et ad triginta tria milia.* Helm. *Æris g. tr. vicies centum millia et ad triginta tria mil.* Voss. *Æris g. tr. vigies C. ad XXXIII.* Unde videtur scribendum *Æris gravis transvecta vicies centena et ad triginta tria millia.* Qui sunt denarii ducenta tria millia trecenti, Philippi viginti millia trecenti triginta. Cui satis quadrat numerus in argento tredecim millium trecentorum Philippum, quem recte collegit etiam Lipsius. *Ad*, id est 'circiter,' 'plus minus.' *J. F. Gron.* Hic etiam admodum variant codd. nostri aliorumque. *Merces C. mille et XXXIII. millia* legit Hearnii Oxon. L. 1. *Æris gravis transvecta vicies centum mille et triginta tria millia* Lov. 4. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Æris gravis travecta viciniea centum mille et triginta tria millia* Leid. 1. *Æris gravis transvecta viciniea centum millia et XXXXIII. M. L.* Flor. *Æris gravis magna vis transvecta vicies centies millies aurique triginta tria millia pondo* Port. *Æris gravis vis transvecta vicies sexies millies aurique millia pondo* Gaertn. *Æris gravis vis transvecta vicies centies mille aurique triginta tria millia pondo* Hav. *Æris gravis transvecti vicies centies millies aurique XXXIII. millia pondo* Hearnii Oxon. B. *Æris gravis vicies centum mille et auri XXXIII.* ejusdem N. *Summa æris gravis transvecti vicies centum mille et auri XXXIII. mil.* ejusdem L. 2. C. et ex meis Lov. 2. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et auri triginta tria millia* Harl. cum ed. Mediol. 1480. utraque Tarvis. pluribusque ætate proximis. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et a. XXXIII. mill.* Klockian. *Æris gravis transvecti vicies emille et ad triginta tria millia* Lov. 3. *Æris transvecti vicies centies mille et ad triginta tria millia* Voss. 2. *Æris gravis transvecti vicies centum millia et ad XXXIII. millia* Exc. Pithœi. *Æris gravis transvecti vigies C. ad XXXIII.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Doujatius legendum censet ex codice Thuan. apud Gron. *Æris gravis transvecta vicies centum millia et ad triginta millia.* Verum, præterquam quod Gronov. ex cod. illo laudet *triginta tria millia,* nemini etiam probabit genus loquendi *vicies centum millia.* Idem tamen recte, omnem *auri* mentionem, jam antea a viris doctis damnatam, ab hoc

loco alienam esse, novo hoc argumento docuit, quod, quum mox 'omne æs argentumque in ærario conditum' dicatur, 'aurum' omittatur. Gronovius ipse de Pecun. Vet. II. 5. lectionem Gelenii, duabus tantum vocibus *centena millia*, quas ex glossemate marginali in contextum inrepsisse putabat, ejectis, probavit ac legit *Æris gravis transvecta vicies et quingenta triginta tria millia*: quam conjecturam firmare potest Klockian. ejectis iisdem duabus vocibus, et numeri quingenarii nota in *a* corrupta, ut sæpe evenisse vidimus hoc lib. ad c. 19. § 17. Postea tamen probat etiam conjecturam, quam hoc loco proposuit, eamque priori præferendam esse docent plures Mss. illud *ad* servantes, ut et illi, qui τὸ *auri*, ex *ad* vel *a* formatum ab inscitis librariis, exhibent. *Ad* autem pro 'circiter' numeralibus jungi, vidimus hoc lib. c. 17. § 8. Neque sine exemplo esse putemus, eam vocem mediam inter numerum majorem et minorem interponi. Ita enim est apud Senec. Ep. xcv. 'Quatuor pondo et ad selibram fuisse aiebant.'

Id æs redactum ex captivis dicebatur] Ita Gelenius ad verba præcedd. emendavit, ut plerique præferunt codd. et ante eum receperunt edd. Mediolan. 1480. 1505. et forte quædam aliæ: sed *id est reductum ex captivis ducebatur* legit Lov. 4. *id redactum* Lov. 2. *id eas redactum*, transpositis literis, Lov. 3. *idem ad eas redactum* Voss. 2. *idem id eas redactum* Leid. 1. Sed illud *idem* natum videtur ex *id em*, id est *id enim*, ut præfert etiam Harl. atque ita in illis codd. dum diversæ lectiones a librariis junctæ sunt. Tum *ex captivis* ignorat Voss. 2. Hinc *diceretur* legit Flor.

Argenti, quod captum ex urbibus erat, P. M. CCCXXX.] *Argentum quod captum* Leid. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. *argentique captum* Lov. 3. Hinc *ex urbibus* deficit in Lov. 4. Deinde *erat P. M. a. CCCXXX.* Flor. *erat pondo ad M. CCCXXX.* Hearnii Oxon. N. qui *erat pondo auri M.* in margine habet: *erat p. a. CCCXXX.* Klockian. Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. *erat P. ad CCCXXX.* Voss. 2. et Lov. 3. *erat millia CCCXXX.* Lov. 4. *erat pondo CCCXXX.* Lov. 2. *erat pondo CCCXXX. milium* Port. et Hav. *erat pondo trecentorum triginta milium* Gaertn. *erat pondo M. CCCXXX. millium* Hearnii Oxon. B. *erat ad CCCXXX. millia* Harl. et edd. Aldo priores.

§ 6 *Auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum conlatum est*] *Actaque ea invidia est* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad XXI. 61. § 4. *Captaque ea invidia est* Lov. 3. *auctaque invidia est* Leid. 2. *auctaque eo invidia est* Port. Gaertn. et Hav. *auctaque invidia est ea* Harl. et edd. principes usque ad Aldum. Tum *in stipendium collatum est*, omissa media voce, Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. B. et N. in quo tamen ultimo in margine adscripta fuit. *In stip. est collatum* Port. Gaertn. et Hav. *in stip. militum est collatum* Voss. 2. *in stip. collatum est militum* Lov. 3. *conditum in stip. militum collatum est* Lov. 4.

Et militi tum dari ex præda, et stipendium militare præstari potuisset] Mss. *et militdiu dari.* Lego *et militi donativum dari ex præda.* Vide Stewichium ad Vegetii lib. II. c. 7. et c. 20. Pamel. ad Tertull. de Corona Mil. c. 1. num. 2. 4. 6. Adde eundem Tertull. de Præscript. advers. Hæret. c. 12. de Resurrect. Carn. cap. 47. et lib. x. D. de Re Milit. *Klock.* *Et militi dari* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. *et militem dari* Leid. 1. et Lov. 2. *et militibus dari* Voss. 2. et Lov. 3. *et militum collatum est dari* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed voces *collatum est* ex præcedentibus perperam repetitæ sunt. *Et militum collatum dari*

Port. et Gaertn. *et militum collatio dari* Haverk. Neque placet Klockii conjectura *et militi donativum dari*. Vocabulum enim *donativum* posterioris ævi fuisse videtur. Certe a Livio usurpari non memini. Tum *præstare potuisset* Voss. uterque, Leid. 1. Flor. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. *Præstare potius : sed ædem* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Ædem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio*] Hanc a patre ejus votam, ab ipso dedicatam, etiam tradit Plinius VII. 60. Salmasius ad Solin. p. 457. scribit, Papirium Cursorem consulem fuisse, et ædem Quirini dedicasse A. U. C. CCCCLXXV. ac *tredecim* (ita enim in Plinio legit pro *undecim* et *duodecim*, quæ ibi in edd. sunt) annis post Romanos cum Pyrrho bellavisse. In his omnino vel festinanter scribentis, vel operarum typographicarum error est. Non enim ignorare poterat, hunc consulatum Papirii in a. CCCCLX. secundum Fastos incidisse. Nec scio quid sit, quod ad Plinium adnotat Harduinus, non licere divinare quibus auctoribus Salmasius probare queat, bellum cum Pyrrho initum anno modo CCCCLXXV. Nam hoc non dicit Salmasius, verum tredecim annis post A. U. C. CCCCLXXV. cum Pyrrho bellatum esse. *Duk.* Lectio hæc, quæ nunc vulgo circumfertur, Aldum auctorem habet. Ante eum ita edebatur : *Ædem Quirini dedicavit, quam in ipsa dimicatione votam apud nem. auct. vet. inv., neque hercules tam ex. temp. perf. potuisset : ab dict. patre votam filius consul ded., exornavitque host. spoliis.* Hearne hic nihil ex codd. suis notavit : at meorum nullus Aldo consensit, qui contra veterum edd. lectionem tantum non probant, et non nisi in paucis in diversa abeunt. Omnes enim, periodum unam in duas dividentes, legunt *Ædem Quirini dedicavit, quam, &c.* Sed deinde, mutata verborum serie, *veterum invenio auctorem* legunt Voss. 1. et Lov. 1. *veterem auctorem invenio* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *veteR auctorum invenio* Gaertn. *invenio auctorem*, voce *veterem* omissa, Leid. 2. Præterea *Hercule*, ut Aldus dedit, omnes retinent. Vide ad VII. 11. § 11. Denique *sed ab dictatore patre*, addita prima voce, est in Port. Gaertn. et Hav. *sed a dictatore patre* in Lov. 2. Alibi Livium in parvas periodos orationem concidere, quam unica serie continuare, maluisse, videbimus ad XXI. 26. § 4. Neque vocem *dedicavit* paucis interpositis repeti, mirum videbitur post illa quæ notavi ad I. 8. § 9. Fateor tamen, hic, nescio quare, magis placere lectionem Aldi ; quem quum codd. suos secutum esse verisimile sit, in contextu nihil mutavi, et meorum dissensum adnotare satis habui. Ceterum templum hoc Quirini a 'Carvilio' consule dedicatum, et Samnitium spoliis exornatum, auctoritate Livii tradit Marlian. in Topogr. Urb. Rom. III. 6. a 'Papirio dictatore resartum' fuisse refert Borich. in Antiqua U. R. facie c. 9. quos diligentius inspectus Livius docere potuisset 'Papirium consulem dedicasse' templum Quirini. Nuper etiam Montfauconius templum, in honorem Quirini sive Romuli post ejus obitum fundatum, in præstantiorem formam a L. Papirio consule deductum fuisse testatus est in Diar. Ital. c. 14. p. 195.

§ 8 *Tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur*] *Pulcritudo fuit* Lov. 2. Sed male. Non enim 'pulchritudinis,' sed 'multitudinis,' argumentum est, quod non tantum templo et foro in urbe Roma, sed et templis ac locis publicis apud socios et colonos finitimos exornandis suffecerint. Dein *templum forumque tantum his ornaretur* Lov. 3. *templum tantum forum bis ornaretur* Hav. *templum tantum forumque hornaretur* Voss. 2. *templum tantum forumque ornaretur* edd. Rom. 1472. ac Parm.

templum tantum forumque his ornarentur Lov. 4. quod probari posset, si plurium codd. auctoritas accederet. Vide ad I. 31. § 7.

Sed sociis etiam colonisque finitimis] *Locis etiam colonisque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Hinc *finitumis* Flor. Vide ad IV. 3. § 4. Mox, pro *publicorum*, Leid. 1. præfert *supplicorum*: Lov. 2. a m. pr. *supplicium*.

§ 9 *A triumpho exercitum in agrum Vescinum*] *Ab triumpho* Flor. Voss. 1. Port. Gaertn. et Hav. Et ita dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen per errorem *Ad triumpho* scripsit. Hinc *exercitum* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. in quo posteriore etiam voces *A triumpho* et *in agrum Vestinum* tantum in margine leguntur. Deinde *in agrum Vestinum* etiam Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 4. Port. Harl. Haverk. Hearnii Oxon. N. C. et vett. edd. Vide ad hujus lib. c. 20. § 1. *In agrum Vestini in qua regio* Lov. 3. *in agrum Vastinum* Lov. 1.

Regio ea infesta ab Samnitibus erat] *Infestata a Samnitibus erat* Voss. 2. Similiter variant scripti hoc lib. c. 21. § 10. Plura vide ad c. 37. § 2. Sed nihil mutandum. 'Infesta' enim est infestata. Ita XXXIX. 1. 'Itinera ardua, angusta, infesta insidiis:' ubi plura notantur.

§ 10 *In Etruria Troilium primum obpugnare adortus*] *Trossulum* Plinius XXXIII. 2. *Sigon.* *Trossili* meminit Plinius l. XXXIII. c. 2. quod an idem fuerit cum nostro, viderint geographiæ studiosi. *Grut.* *Troilum* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Troillum* Port. et Gaertn. *Toilum* Voss. 2. et Lov. 3. *Trolum* Hearnii L. 1. *Trossulum*, ut Sigonius scribendum conjecit, probat etiam Cluver. Ital. Ant. II. 3. p. 562. *Trossillum* vel *Trossulum* etiam Donjatius legendum conjicit.

Quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos] *Trecentos septuaginta ditissimos* edd. vett. nisi quod Mediol. a. 1480. insuper dederit *dimissos*; sed *quadringentos* primus dedit Aldus; eique consentiunt omnes scripti. Tum *pecunia grandi pactus* Leid. 1. Vide ad XXIV. 49. § 4. Mox *permisit*, pro *dimisit*, Lov. 4.

§ 11 *Ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit*] *Ceterum* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *oppidum ipsum cepit* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Sed vocem *vi* intercepit præcedentis vocabuli litera finalis, quale exemplum etiam habuimus VII. 32. § 7. et XXI. 57. § 13. Contra, perperam additam esse a librariis ob eamdem literam ultimam proximæ dictionis, vidimus ad IX. 31. § 7. Mox *castella quinque*, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti*] Vet. lib. *capta*. Sigon. *Cæsa ibi hominum* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. Vide ad XXIII. 37. § 11. *Cæsi ibi hostium* Gaertn. Hinc *duo millia CCC.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *duo millia trecenta* Gaertn. Tum *minus duobus millibus* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide ad III. 64. § 10. et hoc lib. c. 37. § 3. Salvinius, qui cod. Florent. cum editis contulit, inter variantes lectiones ejus adscripsit, forte deesse vocem *plus*, ut sit *plus minus duo millia*. Male. Ita loco modo laudato hoc lib. cap. 37. 'Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia cæsa.' cap. præc. 'Septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominum:' et XXIV. 17. 'Plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romani minus quadringentis:' et sæpius. Tum *capta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Utrumque in usu fuit. Verisimilius tamen est, librarios *capti*, quod in optimis superest, mutasse in *capta*, quam contra. Vide ad lib.

xxxvii. c. 39. § 12. Neque mirum videri, aut displicere debet, Livium primo dixisse *Cæsa*, mox *capti*. Nam ita et loquitur xlv. 42. 'Cæsa enim ad viginti millia hominum sunt; ad sex millia vivi in potestatem pervenerunt; et vagi e fuga quinque millia hominum capta.' Ceterum *Cæsa ibi hostium duo millia capti*, reliquis omissis, Lov. 2. a m. pr. Sed repetitio τῶν *duo millia* librario errandi caussa fuit. *Cæsa ibi hostium duo millia, trecenti capti* in eodem cod. a m. sec. emendatum erat. *Cæsa ibi hostium duo millia, cccc. capti* præfert Klockian.

Pactus centum millia gravis æris, et stipendium ejus anni] *Et pactus* Voss. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. *et pactus est* Leid. 2. et Port. *pactus centum millibus* Lov. 2. Vide ad xxiv. 49. § 4. Per notas *C. M.* scriptum fuisse videtur, quæ quemadmodum reddendæ forent, librarius adsequi non potuit. Vide ad xxv. 9. § 16. Certe *pactus L̃. gravis æris* est in Lov. 4. *pactus C̃. gravis æris* in Lov. 1. *pactus est mill. gravis æris* in Lov. 3. Sed pro numeri centenarii nota *c̃* scriptum erat *ẽ*, quod librarius vertit in *est*.

§ 13 *Ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus*] *Haud minus clarum* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. in margine: *ut minus clarus* Lov. 2. et Hearnii C. Mox *triumphus fuerit*, pro *fuerat*, Leid. 1.

Cumulo Etrusci belli æquatum] *Æquato* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. Harl. Hearnii Oxon. L. 1. 2. C. et primæ edd. De origine hujus erroris vide ad vi. 3. § 8. *Æquatus* Lov. 2. *æquat* Lov. 3. *æquatum est* Flor. *comparatum* Port. Hav. et Hearnii B. *æquatum* primum adparuit in Ascens. 1513. 1516. Mogunt. Paris. 1529. Frobenianis, et inde semper in recentioribus.

§ 14 *Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia*] Ita constanter edd. sed ex codd. meis solus eam lectionem servat Harl. *trecenta septuaginta millia* Gaertn. et Hav. *CCCLXX. millia* Port. et Hearnii Oxon. B. *CCCLXXX.* ejus N. cum Flor. *CCCLXXX. millia* ejusdem L. 2. et C. cum Leid. 1. Lov. 2. 3. et Klockian. *trecenta octoginta millia* Voss. ambo: *trecenta et octoginta millia* Leid. 2. et Lov. 1. *octoginta* igitur, de quo inter plerosque et optimos convenit, in contextum recepi.

De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit] *Reliquo ære*, sine præpositione, Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. N. ac B. Tum *de manibus* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. *Deis manibus* Gaertn. et Hav. Sed voces *de manubiis* per expositionem præcedentium *de reliquo ære* accipio, quasi dixisset, 'de reliquo ære, id est, de manubiis.' 'Manubias' autem intelligo illam partem prædæ ex hoste devicto partæ, quam imperator pro republica fortiter feliciterque administrata accipiebat, secundum Ascon. ad Cic. in Verr. l. i. capp. 59. et 60.

Prope ædem eidem Deæ, &c. dedicatam] Voss. duo, Rott. Flor. *ejus Deæ*. J. F. Gron. *Eidem Deæ* non alibi iterum, quam in Harl. et quibusdam ex principibus edd. inveni: reliqui omnes, quibus concinunt Hearnii Oxon. N. B. L. 1. et 2. nec non edd. Rom. an. 1472. ac Parm. *ejus Deæ*. Utrumque commode dici potest. Vide ad v. 23. § 7. Æquum itaque est, ut eam lectionem, pro qua tot stant codd. in contextum recipiamus.

Ab rege Servilio Tullo dedicatum] *Ser. Tullio*. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum p. 322. cum multarum ædium Fortunæ a Ser. Tullio dedicatarum meminerit, 'Fortis' tamen 'Fortunæ' ab eo dicatæ non meminit. De ea tamen scriptum est apud Varronem de Lingua Latina lib. v. pag. 47. *Sigon.* Quod scholio suo Sigonius præscripsit, in

nulla obvium fuit ed. ut manus ejus aberrasse, et *Servio Tullo* dare voluisse videatur. Ita enim non tantum lapsi scripsere librarii Leid. 1. Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. ac C. sed et edd. Aldi, Colon. Froben. et aliæ.

§ 15 *Et alterum tantum centurionibus atque equitibus*] Observarunt viri docti, hæc præmia pro portione stipendii dari solita, quod miles simplex, centurio duplex, eques triplex accipiebat. Hoc ex multis locis Livii ostendi potest, in quibus ita diserte scriptum est. Vide XXXIV. 52. XXXVIII. 59. XXXIX. c. 5. et 7. l. XL. capp. 43. et 51. lib. XLI. capp. 7. et 13. lib. XLV. capp. 40. et 43. Nec aliter accipienda videntur ea, ubi nulla centurionum et equitum mentione facta, solis militibus aliquid datum memorat: ut XXVIII. 9. XXX. 45. et XXXI. 20. nam ex eo, quod militi datum dicit, colligi potest, quid centuriones et equites acceperint. Et fortassis idem sentiendum est de his, in quibus vel centuriones, vel equites præterit; illos XXXIV. 46. 'Militibus ex præda divisit, in singulos septenos septuagenos æris, triplex equiti:' hos XXXIX. 7. 'Militibus quadragenos binos denarios divisit, duplex centurioni.' Sed Gronovius priore loco excidisse putat *duplex centurioni:* cujus sententia si placet, posteriori quoque addendum erit *triplex equiti.* Quod autem XXXIII. 37. legitur, 'In pedites singulos dati octingenti æris, triplex equiti centurionique,' singulare est, et corruptum esse arbitror. Nec tamen idem de hoc loco sentio, etsi æque, ni fallor, sine exemplo est, centurionibus atque equitibus *alterum tantum* illius, quod militibus, divisum fuisse; eo quod mihi persuadeo, non multo ante hoc tempus in usu esse cœpisse, ut triumphantes exercitui aliquid ex præda dividerent, et ob id tum nondum certam rationem ac modum horum præmiorum servatum fuisse. Nam primam hujus rei a Livio mentionem puto fieri X. 30. *Duk.* Vocula *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *in centurionibus* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3.

§ 16 *Tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus*] *Tutatus ad pop. non est* Voss. 2. Tum *ejus* deficit in eodem Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. cujus loco *est* præfert Leid. 1.

Dicta die a M. Scantio tribuno plebis] *Dicto die* Port. et Hav. Sed in hac locutione femininum genus masculino præferre Livius solitus est. II. 35. 'Quum die dicta non adesset.' c. 41. 'Invenio apud quosdam, diem dictam perduellionis.' III. 56. 'Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret.' V. 11. 'In eos ab se iram plebis invidiamque die dicta avertunt.' c. 29. 'Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris.' c. 32. 'Die dicta ab L. Appuleio tribuno plebis propter prædam Veientanam:' et innumeris aliis locis. Similiter 'prodicta dies.' II. 61. 'Ante tamen, quam prodicta dies veniret, morbo moritur:' ubi alia exempla vide. Hinc præpositio deest in Flor. prænomen tribuni in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. cui *Caii* prænomen tribuit Harl. Deinde *Caucio tribuno plebis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. *Cantio* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Hav. *Canticio* Voss. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *Mantio* Harl. *Caucio* edd. usque ad Gruterum, qui *Cantio* substituit. Id in *Scantio* mutavit Jac. Gronovius. Videtur in eo secutus fuisse Pighium in Annal. ad a. CDLX. p. 398. qui tribunum plebis hujus anni, a quo Postumius accusatus fuerat, 'M. Scantium' vocat. In ipso Livii alibi vel 'Cantios,' vel 'Scantios,' qui in marmoribus sæpius obcurrunt, referri non memini. Memoratur tamen 'L. Scantinius pontifex' XXIII. 21. et 'L. Cantilius scriba pontificis' XXII. 57.

cujus gentis nomen a 'Cantius' eodem modo formatum esse videtur, ut a 'Quinctius,' 'Quinctilius;' a 'Sextius,' 'Sextilius.' Certe, invitis libris vulgatum mutare hoc loco, mali moris esse puto; quare priorem lectionem revocavi.

Fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium] *Ne fama*, omissa voce *ferebat*, Lov. 4. *ut fama populi ferebat, judicium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Male. Livius II. 61. 'Numquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est.' Præterea Ant. Perizonius ad marginem Livii legendum conjecit *fugerat in legatione*, vel *fugerat legatione*. Priorem lectionem probat Klockian. Mox *actarique magis*, pro *jactarique*, Lov. 3. *jactari magis* Lov. 4.

CAP. XLVII. § 1 *Novi tribuni plebis magistratum inierant*] *Novi tribuni militum* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *inerant* Leid. 1. *inierunt* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Iisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti] Idem de ædilibus plebis dicit XXX. 39. At plebeii magistratus auspicato non creabantur. Quomodo ergo *vitio creati* dicuntur? Hoc expedit Gruchius de Comit. II. 4. in princ. et Respons. ad poster. Sigonii disputationem p. 842. ed. Hanov. *Duk.* *Hisque ipsis* Flor. Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. *his ipsi* Leid. 1. Tum *creati* deficit in Leid. 2. Deinde *duos post dies* Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. et priscæ edd. *II. post dies* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. Aldus primus substituit, quod nunc vulgo circumfertur, eique consentiunt Flor. Leid. 1. et Klockian. quod etiam propter horum codd. auctoritatem servo. Notas numerales *V* et *II* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXXVII. 2. § 4. Voces *quia vitio, &c. Lustrum conditum* deerant in Lov. 3. Insuper *aliis suffecti* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. Sed ultima litera prioris vocis ex alterius initio adsumta est. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 2 *C. Marcio Rutilo*] *Et C. Marco Rutilio* Port. Gaertn. et Hav. *C. Marco Rutilio* Hearnii Oxon. B. Cujus N. et L. 2. *et C. Marcio Rutilio* præferunt. *Cornelio Marcio Rutilio* Lov. 2. *C. Marcio Rutilio* Voss. duo, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. et primæ edd. Primus Sigonius recte *Rutilio* edidit. Vide ad VII. 17. § 6. Paullo ante *τὸ est* aberat a Lov. 2.

Censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo] Et Liviani et epitomarum Mss. libri *septuaginta* habent. *Sigon.* Pighius in Annal. ad a. CDLIX. p. 395. scribendum conjicit *censa civium millia.* Si quid mutandum, legerem *censa civium capita millia*, quia Livius ita plerumque numerum civium, qui censebantur, efferre solitus est. Vide l. III. c. 3. c. 24. et alibi sæpe. Similiter etiam passim auctor Epitom. Vide ad Epit. lib. I. Quum tamen codd. hic nihil mutent, pro *capitum* reponere *civium*, vel *civium capita* temerarium puto; præsertim quum semel Livius ita locutus reperiatur, quemadmodum hoc loco locutus est, IX. 19. 'Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum.' In numero etiam variant admodum codd. Primæ edd. Rom. 1472. et Parm. legunt *millia CCLII. CCCXXI.* Illis proximæ Mediol. 1480. utraque Tarvis. et aliæ *millia CCLII. CCCXXII.* quibus consentit Harl. Postea editum est *millia CCLII. CCCXX.* quam lectionem quum aliæ, tum etiam præferunt Mediol. 1505. Ascensianæ, et Mogunt. Numerus, qui nunc vulgo exstat, primum receptus est ab Aldo: cui concinunt Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 3. neque dissentit Voss. 2. nisi quod, inserta copula, legat *et trecenta viginti duo.* Non multum abeunt Flor. et Klockian. *millia CCLX. CCCXXI.* præferentes. Sed *millia*

ducenta septuaginta duo CCCXXI. Hav. *millia ducenta septuaginta trecenta viginti duo* Hearnii Oxon. C. et L. 2. *millia ducenta septuaginta duo*, omissis tribus sequentibus vocibus, ejusdem Hearnii B. et ex meis Gaertn. *millia CCLXII.* iisdem vocibus omissis, Port. *millia CCLXXX. CCCXXII.* Leid. 2. Denique *millia CCCLXII. CCCXXI.* ejusdem adhuc Hearnii N. quem numerum aperte falsum esse, docet locus modo ex Liv. IX. 19. laudatus. Vulgatum itaque, in quod optimi codd. consentiunt, et quod verum esse etiam Pighius statuere videtur l. laud. servandum puto, nisi si *viginti unum*, pro *viginti duo*, propter Flor. et Klockian. consensum legere quis mallet. At ita a Livio dissentiet auctor Epitomarum. Verum huic difficultati jam respondi ad ipsam Epitom. hujus libri.

Censores vicesimi sexti a primis censoribus] In hanc lectionem consentiunt omnes, qua scripti, qua typis excusi, nisi quod *vicesimus sexti* sit in Flor. *viginti sex* in Hearnii Oxon. C. Attamen Dodwell. de Cyclis Diss. X. § 92. p. 632. vix esse dicit cur dubitet, quin numeri longe majoris finem tantummodo conservarint hodierni librarii. Arbitratur itaque, numerum notis conceptum, atque olim scriptum fuisse *Censores LXXXVI. a primis censoribus*, sed postea duabus prioribus notis mutilatum numerum in verba *vicesimi sexti* transiisse. Primos enim censores institutos esse anno Varroniano CCCXI. inde duo censorum quinquennium juga ad annum Varr. CCCXX. fuisse, quo censuræ tempus octodecim mensium spatio conclusit Æmilius Mamercus secunda dictatura; ita ut singulis trienniis bina fuerint censorum collegia. Ab eo tempore ad annum Varr. CCCCXL. fuisse annos CXX. et proinde eo spatio exstitisse censorum paria octoginta, nempe octodecimestrium, a primis autem censoribus paria octoginta duo. Tum rursus vetus censuræ jus instaurasse Ap. Claudium censorem, atque effecisse ut deinceps essent, quemadmodum antea fuerant, quinquennales. Annis deinde viginti, ad anni Varr. CCCCLX. exitum, quatuor fuisse censorum quinquennalium bigas, quæ superioribus additæ octoginta sex paria censorum in universum efficient: ita tamen, ut Livius primos censores extra numerum reliquerit, quum censores anno Varr. CCCCLX. ineuntes numeraret 'octogesimos sextos a primis censoribus.' Hæc Dodwellus. Verum toto cœlo errat. Licet enim Mam. Æmilius censuram octodecim mensium spatio concluserit, non tamen postea quolibet mense octavodecimo novi censores, adeoque uno triennio duo censorum paria creabantur: sed, quemadmodum antea fieri solebat, quolibet quinquennio semel tantum novi censores eligebantur, verum hac lege, ut post octodecim menses honore abirent, reliquo trium annorum et sex mensium spatio nulli censores in republica forent. Patet hoc ex cavillationibus Ap. Claudii IX. 33. qui contendebat se censorem creatum esse ex formula primæ istius legis, qua primitus censores instituti sunt, iisque imperium quinquenne datum est: similiter etiam reliquos censores post C. Furium et M. Geganium, in quorum censura lex Æmilia lata erat. Ita enim Appius ille prætexere potuit, etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset; non tamen aut se, aut quemquam eorum, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Præterea, si post octodecim menses mox prioribus novi substitui solerent, cur non tempore Appii, exacto eo spatio, novi censores creati sunt, unde Appio censura abeundi necessitas inposita fuisset? Novos autem censores creari Appius

inpedire non potuisset, quia comitiis, quibus censores creabantur, non ipsi censores, sed consules præerant. Insuper adhuc diutissime post Appii censuram censores tantum per octodecim menses, aut certe non per integrum quinquennium honorem obtinuisse, et satis magna quinquennii parte nullos in republica censores fuisse, colligi potest ex Livii XLV. 15. 'Petentibus censoribus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda et ad opera, quæ locassent, probanda anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus intercessit.' Si eo tempore censores per integrum quinquennium magistratum obtinuissent, illud anni et bimensis tempus, per quod censuram sibi prorogari petebant, excurrisset in tempus novorum censorum, adeoque tum quatuor censores uno tempore exstitissent, quod erat inauditum. Aliter quidem hunc locum Livii exposuit Dodwellus, verum expositionem ejus ad illum locum refellere conabor. Tandem iidem illi censores, C. Claudius Pulcher et Ti. Sempronius Gracchus, honorem adepti sunt an. DLXXXIV. ut referunt fasti Capitolini, anno vero proximo, creatis jam novis consulibus, qui a. DLXXXVI. consulatum gererent, sed priusquam magistratum iniissent, petunt anni et bimensis tempus sibi prorogari. Si autem eo tempore censores per quinquennium honorem obtinerent, subfecisset si post triennium id sibi concedi petiissent. Verum nunc eo anno petierunt, quia instabat finis anni et sex mensium, quibus exactis dignitate abituri erant.

Lustrum undevicesimum fuit] In Capitolinis fragmentis hoc *lustrum tricesimum* esse, scriptum est. Varietatis causa est, quod Livius decem lustra ante censores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic censorum negligentiam ejus arguit in tradendis ante censoribus: neque enim, qui ab eo supra editi sunt, hanc summam conficere possunt. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CCCCLIX. p. 395. Ceterum *lustrum vigesimum fuit* Voss. 2. *lustrum undeviginti* Lov. 4. *lustrum inde viginti* Lov. 3. *lustrum iñ XX.* Lov. 1. *lustrum unde XX.* Flor. *lustrum inde vigesimum* Leid. 2. Gaertn. et apud Hearnium Oxon. L. 1. qui *lustrum un vigesimum* invenit in N. *lustrum autem vicesimum* in L. 2. *lustrum quartum vicesimum* in C. Omnia autem hæc verba cum præcedentibus *Censores vicesimi sexti a primis censoribus* deficiunt in Lov. 2.

§ 3 *Coronati primum, ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt*] Vide Lipsium de Milit. Rom. V. 17. *Duk.* *Coronati sunt primum* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *coronati primo* Gaertn. Tum vox *bello* non adparet in Port. Gaertn. et Haverk. Deinde *spectarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *translato egregio more,* pro *e Græcia,* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Flor. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. ac N. in cujus posterioris margine *e Græcia* emendatur. Similiter alibi nonnumquam errasse librarios, constat ex illis quæ Burmann. notavit ad Sueton. Calig. cap. 22. *Translato ex regio more* Voss. 2.

§ 4 *Damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est*] *Pecuniariis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Vide hoc lib. ad c. 23. § 13. Deinde *via Martis scilicet ad Bovillas* Hav. *via Martis silice ad Bovillas* Port. et Hav. *vi armatis silice ad Bovillas* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed ultima litera vocis *via* et præpositio *a* in vicem altera alteram eliserunt. Vide ad V. 52. § 10. et ad XXIII. 8. § 9. *Via Martis scilicet ad Bovillas* Hav. *via Martis silicea Bovillas* Lov. 2. *via Martis silicea ad Bovillas* Lov. 4. De æde Martis

et via a porta Capena ad eam nuper, nunc vero ab ea Bovillas strata vide Duker. ad hujus lib. c. 23. § 13. *Via Narniatis* est in Neapol. Latinii. Tum *prostrata est* Lov. 4. Vide ad IX. 10. § 7. Τὸ *est* non adparet in Lovel. 2. Paullo ante *fecere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 5 *Q. Fabium, Maximi filium, Gurgitem et D. Junium Brutum Scævam*] *Q. Favium Maximi filium Gurgitem* Florent. et Klockian. Vide ad VII. 22. § 2. *L. Quinctium Maximi filium Gurgitem* Leid. 2. *Q. Fabii Maximi Fabium Gurgitem* Portug. Gaertn. et Haverk. *Q. Fabium Maximum filium Gurgitem* Lov. 4. *Q. Fabium Maximum filium Gurgentem* Lov. 2. *Q. Fabium Maximum C. Gurgentem* Lovel. 3. *Q. Fabium Maximum*, duabus proximis vocibus omissis, Voss. 2. *Q. Fabium Maximum T. Fabium Gurgitem* Oxon. B. apud Hearnium, qui *Q. Fabium Maximum, Furium Gurgitem* invenit in C. *Q. Fabium Maximum Gurgitem* in L. 2. *Q. Fabium Maximum filium Gurgitem* in N. Sed nihil mutandum. *Q. Fabium Maximi filium* dictum est eo modo quo IV. 16. 'Nec plures, quam tres, tribunos consulari potestate creavit, et in iis L. Quinctium Cincinnati filium:' et c. 45. 'C. Servilium Prisci filium, quo dictatore Fidenæ captæ fuerant:' ubi plura vide. Tum *et Decium Junium Brutum Suam* Hav. *et Decium Junium Brutum Scævam* Port. *et B. Junium Brutum Scævam* Lov. 3. *et S. Junium Brutum Sævam* Lov. 4. *et Junium Brutum Scævam* Harl. *Junium Brutum Scævam* edd. usque ad Frobenianam 1535. Mox *item Papirius*, pro *ipse Papirius*, Hav.

§ 6 *Ad solatium unius mali, pestilentiæ urentis simul urbem atque agros, subfecit*] *Ad solatium minus mali* Hav. Hinc *pestilentiæ urenti simul* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et Haverk. Sed litera sibilans finalis intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Pestilentiæ virenti simul* Florent. Sed 'urens' ac 'virens' etiam alibi scribæ commutarunt. Vide Bentl. ad Horat. Epod. XVII. 33. *Pestilentia urenti simul urbem* Lov. 2. Pestilentia hic dicitur 'urere,' quemadmodum fames apud Quinctil. Declam. XII. 9. 'Urit iterum fames, et, quod modo ex ore projecimus, conligendum est.' Vox *urentis* deficit in Lov. 4. sed relicta lacuna. Deinde *subficit* Flor. et Leid. 1. Paullo ante vocabulum *lætus* exsulabat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox autem *portento jam similis clades erat* legit Hav. *portentoque jam similis cladis erat* Gaertn. Vide ad XXI. 57. § 14.

Libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur] *Libri additi* Leid. 1. Vide ad IV. 57. § 11. *Libri aditi, finis aut quod remed.* Port. *libri aditi, quinam finis aliter quod remed.* Lov. 3. *libri aditi, quinam finis, aliter aut remed.* Voss. 2. Sed voci *aliter* subjiciuntur stigmata, eam delendam esse indicantia. Hinc *a Diis* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *ab his* Gaertn.

§ 7 *Inventum in libris, Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum*] Τὰ *in libris* non adparent in Lov. 2. *in libris Æsculapii* inepte legit Gaertn. Ceterum *arcessendum*, pro *accersendum*, ex Pall. legendum monuit Gebhard. III. 9. § 13. Vide ad II. 19. § 10. Paullo post *occupati consules bello erant* alio ordine exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *occupati consules erant*, una voce omissa, Lov. 4.

Unum diem Æsculapio supplicatio habita est] *Per unum diem* Hearnii Oxon. L. 1. Sed reliqui omnes codd. præpositionem ignorant; quam etiam addi nihil opus est. Vide hoc lib. ad c. 21. § 6.

LIBER XXI.

Cap. i. § 1 *Liceat mihi præfari, quod in principio summæ totius professi, &c.*] An alios quoque scriptores intelligat, nescio: Thucydidem certe intelligit, qui principio operis sui ait, se sperare, bellum id, quod scribere ingreditur, μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. Et quod Noster caussas affert, cur tale fuerit, ille quoque alter exponit, cur tale fore opinetur. *Muretus*, Varr. Lectt. xix. 17. *Liceat mihi, quod in principio* Lov. 4.

Bellum maxime memorabile omnium, quæ umquam gesta sint] *Maxime omnium mem.* Flor. Cant. Lov. 2. a m. sec. Lov. 3. 4. 5. et Rec. quod admisi. *Gesta sunt* Lov. 2. Ber. Rec. Hav. et edd. priores. Ceterum semel profiteri sufficiat, me semper nomina illa 'Hannibal,' 'Hanno,' 'Hamilcar,' 'Hasdrubal' per adspirationem, quæ etiam plerumque in optimis Livii aliorumque Mstis reperitur, scripsisse; *Karthago* autem et *Karthaginiensis* per literam *K*. De prioribus vide Glarean. ad cap. 4. § 1. et quæ notavi ad Silii i. 39. de posterioribus ad Silii i. 3.

§ 2 *Civitates gentesque contulerunt*] *Civitatesque gentesque contulere* Rec. *contulere* etiam Lov. 5.

Expertas primo Punico conserebant bello] Ed. Gallica Parisiensis, cui præfuit nescio quis Gohorius, *Punico conferebant bello:* vitiosissime, ut passim in illa nihil non mendarum plenum est. *Modius.* Ita tamen etiam Harl. Sed, verba hæc commutari solere, vidimus ad x. 41. § 4. *consecrant bello* Hav.

Ut propius periculo fuerint, qui vicerunt] Id Silius prope ad verbum in poëma suum transtulit, i. 13. 'propiusque fuere periclo, Queis superare datum.' Sed in meo vetere Livio legitur *ut propius periculum fuerint:* idque fortasse rectum est. Livius quidem sæpe hac constructione utitur: ut iv. 17. 'Propius est fidem:' et xxv. 11. 'Propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi:' et xxxv. 10. 'Major gloria Scipionis; et quo major, eo propior invidiam:' et xliv. 9. 'Propiorque gladiatorium armorum usum.' Notum est, et alios primæ classis scriptores sæpe numero ita loqui. Talia enim sunt illa Ciceronis Fragm. Orat. in Pis. 'Proxime Pompeium sedebam:' et pro Mil. 22. 'Proxime Deos accessit Clodius:' et illud Sallustii, 'In dextro latere, quod proximum hostes erat:' ubi tamen vulgo adversus veterum librorum fidem legitur *proximum hostibus.* Sed apud Sallustium quidem hujus generis exemplorum copia est. *Muret.* Varr. Lectt. xix. 17. Muretus Varr. xix. 17. e vetere scripto corrigit *propius periculum.* Certum est, Livium sic gaudere loqui: et complura ejusdem generis ei restituimus. Vide ad xxii. 40. Sed quia in nullo reperiebam, quibus ipse usus sum, recipere cunctabar. At nunc didici, hoc ipsum exstare in optimo Flor. Itaque, cur suum auctori invideamus, causæ nihil est. *J. F. Gron.* De hac constructione vide ad ii. 41. § 11. et quæ notantur ad Silii i. 13. Licet autem neque ipse in ullo codicum, quibus utor, invenerim, nisi Flor. optimo, ejus tamen auctoritate recipere veritus non sum. *Ut prope ejus periculo fuerint* legit Cant. Deinde *qui vicere* Lov. 1. et pleræque edd.

usque ad Jac. Gronov. cui *vicerunt* substituenti favent edd. Rom. 1472. et Parm. atque insuper omnes reliqui codd. nisi quod in Flor. a m. sec. interpolatum sit *vicerint*. Paullo ante alio ordine *fortuna belli* Flor. Tum *anceps Mars fuit* Rec. et Harl. *ancepsque fuit Mars* Lov. 4.

§ 3 *Victoribus victi ultro inferrent arma*] *Inferunt* Harl. *ferrent* Hafn. Paullo ante *certaverunt* Harl. *certavere* Lov. 5. Gaertn. et Rec.

Crederent imperitatum victis esse] Pal. 2. *crederent imperatum esse victis.* Gebh. *Imperatum victis esse* Lov. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. Sed 'imperitare' Livio frequens est. I. 2. 'Cære opulento tum oppido imperitans:' ubi eadem est varietas. c. 17. 'Decem imperitabant.' c. 24. 'Alteri populo cum bona pace imperitaret.' III. 39. 'Vicissitudinem imperitandi sustulerint.' IV. 5. 'Annuis magistratibus parere, atque imperitare licet.' XXII. 41. 'Nam alternis imperitabant:' et eodem cap. 'Dissimiles discordesque imperitare:' et sic passim. Vide ad Silii II. 52. 'Imperare' autem et 'imperitare' etiam alibi in Mss. commiscentur. Vide Cortium ad Sallust. Jug. c. 19. Similiter 'rogare' et 'rogitare' V. 40. § 8. ubi plura hujus generis videri possunt: 'jactare' et 'jactitare;' (vide ad IX. 41. § 9.) 'retinere' et 'retentare;' (vide ad X. 5. § 8.) 'circumspicere' et 'circumspectare;' (vide ad XXI. 28. § 11.) 'polliceri' et 'pollicitari;' (vide Cortium ad Sall. Jug. c. 23.) Τὸ *esse* exsulat a Rec. Paullo ante *Pœnisque superbe* Lov. 5. *Pœnisque quod superbe* edd. Aldo priores, qui, consentientibus reliquis scriptis, τὸ *que* expunxit.

§ 4 *Perfecto Africo bello*] Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienses gesserunt post bellum primum Punicum. Auctor Polyb. lib. I. ult. *Sigon.* Vox sequens *exercitus* non erat in Gaertn. neque in præcedentibus τὸ *est* in Rec.

Tactis sacris jurejurando adactum] Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium III. 12. *Sigon.* Vox *sacris* omittitur in Voss. et Lov. 1.

Se, quum primum posset, hostem fore populo Romano] *Quum primum posset, hostem se fore* Cant. Pronomen *se* delendum esse, Wasse ad oram exemplaris, cui cod. Cantabr. lectiones adscripserat, conjecit; quod tamen codd. reliqui eodem loco, quo edd. agnoscunt. Præterea *hostem fore populi Romani* Lov. 1. 3. 4. Harl. Voss. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. atque ed. Rom. princ. cum Rom. 1472. ac Parm. Id etiam in contextu est apud Aldum, qui recte in erratis alterum revocavit. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

§ 5 *Sicilia Sardiniaque amissæ*] Sicilia amissa est primo Punico bello, Sardinia inter primum et secundum. Auctor Polyb. lib. I. ult. *Sigon.* Voces *Sicilia Sardiniaque amissæ: nam et* omittuntur in Rec. propter *Siciliæ* et *Siciliam* repetitionem.

Nimis celeri desperatione rerum concessam] Vet. lib. *rerum desperatione.* Hæc sententia sumta est a Polybio III. 13. Καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως ἔφερον καὶ τὴν ὑπὲρ Σικελίας ἧτταν· συνεπέτεινε δὲ αὐτῶν τὴν ὀργὴν τὰ κατὰ Σαρδόνα καὶ τὸ τῶν τελευταίων συντεθέντων χρημάτων πλῆθος. Mille autem ducenta talenta imposita tradit. *Sigon.* Notat Sigonius, legi in cod. suo Ms. *rerum desperatione.* Eas minutias in notis nostris, quam fieri potest, non consectabimur. Sic quoque haberi Pal. 2. *ancepsque fuit Mars:* atque in eodem *qui vicerunt* mihi adnotandum fuisset. Ceterum, quod proprie hunc locum adtingit, in vetustissimis binis edd. deprehendi τὸ *rerum* plane abesse. *Gebh.* Solus Rec. Sigonii vet. lib. consentit. Reliqui nihil mutant: *rerum* etiam abest ab ed. Mediol. 1480.

Stipendio etiam superimposito] Flor. *insuper imposito*. Sic et c. 45. 'Tutandique pontis caussa castellum superimponunt.' Put. ac Flor. *insuper imponunt*. c. 34. 'Jugo insuper inminenti.' *J. F. Gron.* Præter Flor. omnes mei vulgatum servant. Verbo autem 'superinponere' utitur etiam Livius XXXVIII. 56. 'Nam et Literni monumentum, monumentoque statua superinposita fuit.' XXXIX. 50. 'Saxum ingens, quo operitur, machina superinpositum est.' Celsus Medic. v. 27. § 6. 'Allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque tritum superinponitur.' Colum. de Re Rust. VIII. 3. 'Ut palis in parietes vehementer actis vimineos qualos superinponant:' ubi tamen codex Sangerm. *superponant*. Plinius XXIX. 6. 'Superinponi oportet splenium e melle decoctum:' ubi etiam Chifl. *Superponi*, quod Harduinus, nescio cur, recepit. Quinctil. Instit. I. 1. 'Neque egebit adjutorio manum suam manu superinposita regentis.' Similibus decompositis 'superincidere,' 'superincubare,' 'superinsternere,' etiam alibi Livius utitur. Vide ad II. 10. § 11. Elegans tamen est Flor. lectio a Gronovio probata *insuper inposito*, quod recte Doujatius exponit ultra summam, quam Romani legibus pacis stipulati fuerant. Virg. Æn. I. 61. 'Molemque et montes insuper altos Inposuit, regemque dedit.' Æn. III. 579. 'Ingentemque insuper Ætnam Inpositam ruptis flammam exspirare caminis.' Hoc modo 'insuper incumbere' est XXII. 2. 'Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant:' 'insuper injicere' XLIV. 5. 'Humusque insuper injiciebatur:' 'insuper inscendere' apud Apul. Met. lib. I. non longe a fine. 'Jubet officialem suum insuper pisces inscendere:' 'desuper inponere' apud Silium I. 349. 'Inponitque globos pugnantum desuper urbi.' Similiter autem, ut hoc loco, etiam alibi variatur in scriptis et editis. Ita apud Plaut. in Præf. Queruli, ubi nunc editur: 'Odoribus insuper infusis, tituloque extra addito;' Gruter. ex Msto Camerarii malebat *odoribus superinfusis:* ita apud Livium II. 10. § 11. *superincidentibus telis* codices servant, pro quo Aldus edidit *desuper incidentibus:* et *superinminere* est in uno cod. hoc lib. c. 34. § 6. ubi reliqui cum vulgatis habent *insuper inminere*.

CAP. II. § 1 *Sub recentem Romanam pacem*] *Sub recente Romana pace* Hearnii N. Vide ad II. 55. § 1. *Subsequente Romana pace* Lov. 3. *super recentem Romanam pacem* quædam ex antiqq. edd. Paullo ante *Afro bello* idem Lov. 3.

Per quinque annos] Malim *per quatuor*. Nam Polybius lib. primo extremo (c. 88.) scribit tribus annis, et quatuor mensibus hoc bellum esse confectum: Τρία μὲν οὖν ἔτη καὶ τέτταράς που μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. *Sigon.* Maluit Sigonius *quatuor* ex Polybio contra omnes codd. Mss. *Gebh.* Nostri codd. *per quinque* constanter servant. Paullo post *ita dein novem annis*, pro *deinde*, Rec. Vide ad III. 3. § 6. *ita deinde se novem annis* Lov. 4. *ita demum novem annis* Hearnii L. 1. Vide ad XL. 22. § 1.

§ 2 *Ut adpareret, majus eum, quam quod gereret*] Vet. lib. *ut appareret omnibus, majus eum*. Sigon. Vox *omnibus* in vetere libro non apparet. *Muret*. Varr. Lect. l. XIX. c. 17. *Omnibus* apud me non alibi, quam in margine Rec. superest; apud Hearnium autem in N. quorum auctoritate, reliquis id ignorantibus, si præferrem, iniquus forem. 'Adparere' ita simpliciter, non addito casu, occurrit IV. 6. 'Adparebat, aut hostibus, aut civibus de victoria concedendum esse:' ubi laudata a Gronov. exempla etiam huc convenire possunt. XXXIII. 1. 'Adparebat, nihil liberæ consultationis concilio relictum.'

Et, si diutius vixisset, Hamilcare duce Pœnos arma Italiæ inlaturos fuisse] Placeret *et, si diutius vixit Amilcar, eo duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse.* Confirmatur hæc lectio loco etiam Polybii, cujus Græca verba, quia in promptu sunt, recitare supersedebimus. *Ursin.* Pal. 1. et vet. ed. *arma Italiæ injecturos fuisse.* Gebh. Quemadmodum Ursinus, etiam conjecit Latinius. Sed cui bono? Vulgatum servant omnes codd. et æque probum est. Deinde, vocem *Italiæ* ab D. et aliquot edd. exsulare, Hearnius auctor est. Sed eam omnes mei agnoscunt. Unus tantum *Italiæ arma* legit Harl. Deinde *injecturos* Lov. 1. 3. Voss. Ber. a m. pr. Gaertn. Hav. et quædam ex vetustissimis edd.

Quæ Hannibalis ductu intulerunt] Pal. 1. et vet. ed. *qui Hannibalis ductu:* et id restat in omnibus libris. *Gebh.* Similiter legebat Latinius. Neque aliter obferunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Rec. Hav. et quas vidi edd. usque ad Froben. qui 1535. *quæ* substituit.

§ 3 *Pueritia Hannibalis distulerunt bellum*] Quod 'pueritiam Hannibalis' dicit, necesse est, Hannibalem moriente patre non minorem octodecim annis fuisse: ut merito credi possit calumniam esse, quod de ipsius impudicitia traditur. *Muret.* Var. Lectt. xix. 17. *Pueritia Hannibalis ductu intulerunt bellum* male Lov. 5. *distulere bellum* Rec. et Gaertn. In verbis præcedd. *Mors Hasdrubalis peroptia*, id est *peroptima*, Gaertn. Male. Vide ad x. 45. § 2.

Flore ætatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus] Hac de re Polybius nihil. Paulo tamen post c. 3. Anno 'florem ætatis,' inquit, 'Asdrubal, quem ipse patri Amilcari fruendum dedit.' *Sigon.* Pal. 2. *uti fertur.* Gebh. Ita et Gaertn. In præcedd. *inter patrem ac filium* Flor. Harl. et Hearnii N.

§ 4 *Gener inde ob altam indolem profectus animi adscitus*] Vet. lib. *ob altam ind. animi profecto ascitus.* In quibusdam etiam libris *profecto* vacat. *Sigon.* Meus liber *profecto animadscitus.* Sigonii *animi profecto.* Lego *provecto annis adscitus*: hoc sensu, Amilcar provectus jam ætate Asdrubalem generum adscivit. Vulgata quidem illa dura, medius fidius, compositio est. *Lipsius*, Epist. Quæst. i. 12. Nostri libri nihil variant. *Modius.* Malim *provectus annis adscitus.* Dicit enim Livius, Amilcarem generum sibi adscivisse Asdrubalem exoletum suum ac ætate provectum, quo olim pro culcita usus sit. *Klock.* Vix patiar mihi eripi, quin illud *profectus animi* e margine in contextum translatum sit ab librario aliquo, qui nihil Livio abradendum arbitrabatur. Lipsius tamen conjicit *provecto annis* Epist. Quæst. i. 12. *Grut.* Perperam Pal. 1. *ob aliam indolem.* In reliquis Pall. tres *profecto animi adscitus.* Unde ingeniosa conjectura Lipsius *provecto annis* emendare instituit. Mihi, quod notant in quibusdam disparere τὸ *profecto*, vel vulgatum *profectus*, non displicet. Ed. Mediol. *gener inde ob altam indolem profectu animi ascitus.* Gebh. Duo postrema vocabula *profectus animi* e margine in contextum ab librariis relata suspicatur Gruterus. Scripti *profecto.* Si non scripsit Livius, debuit scribere, ut conjecit Lipsius, *gener inde ob altam indolem provecto annis adscitus.* Sed ita scripsit: neque aliud quærendum. *J. F. Gron.* Speciosa est Lipsii conjectura, quam magnopere confirmat scriptura unius cod. apud Hearnium *profecto annis.* Nec tamen omnino in ea possum adquiescere; quod non video, cur Livius, tamquam rem memorabilem, aut magnopere ad historiam pertinentem, adnotare voluerit, Asdrubalem 'ob altam indolem' demum 'ab Amilcare jam annis provecto' generum adscitum fuisse. Si

a pluribus libris abesset *profecto*, quod de nonnullis testatur Sigonius, conjici posset *ob altam indolem animi:* nam *animi* videntur habere plerique Mss. et 'indoles animi' non infrequens est apud Livium. Vide l. IX. capp. 4. et 17. et XXIX. 31. Sed quia in plerisque libris est *profecto*, vel *profectus*, hoc quoque vix admitti potest. Veniebat in mentem *provectus* vel *provectior annis*, scilicet Asdrubal: nimirum, quum flos ætatis, quo Amilcari conciliatus fuerat, procedentibus annis jam defloruisset. *Duk.* *Ob aliam indolem*, præter quasdam ex vett. edd. habent codd. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav. et Ber. a m. pr. in quo deinde margo a m. sec. *ob bonam indolem* præfert: quod ultimum etiam habent Rec. Vatic. Latinii, et Hearnii N. *Genere inde ob bonam indolem* Gaertn. 'Alius' et 'altus' sæpe culpa scribarum in membranis antiqq. commutantur. Vide ad XXXVII. 16. § 7. *bonam* autem natum est ex interpretatione τοῦ *altam*. *Ob altam indolem* itaque unice verum puto. 'Alta indoles,' ut 'excelsum ingenium' apud Plin. II. 13. 'Ad hoc ingenium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in caussis agendis:' ubi vide Cortium. Deinde *profectu*, *profecti*, vel *profecto animi* primæ edd. quorum ultimum olim defendebat Gronov. in prima ed. Observ. III. 8. Sed pro eo jam Mogunt. et Aldus in erratis *profectus animi* reposuerunt; quod deinceps plerique editores receperunt. Eamdem lectionem servant multi Mss. aut certe eodem ferunt eorum vestigia. Nam *indolem profecto animi adscitus* legunt Flor. Voss. Vat. Latinii, et Lov. 2. 4. ac 5. *indolem profecto animi accitus* Hav. *indolem profecto ai accitus* Ber. a m. pr. *indolem profecto ai° accitus* a m. sec. *indolem profecto cum accitus* Lov. 3. *indolem animi profecto adscitus* Hearnii L. 1. *indolem profectu animi adscitus* Harl. *indolem profecto jam adscitus* Hearnii D. *indolem profecto annis adscitus* Voss. Cant. Lov. 1. et Hearnii N. *indolem profecto ai aio gratus ascitus* Gaertn. Duplicem lectionem recepit Rec. qui exhibet *ob bonam indolem profectus ejus animo gratus ob aliam indolem profecto animi ascitus*. Non displicet itaque Lipsii conjectura *provecto annis adscitus:* nisi cum Klockio ac Dukero *provectus* aut *provectior annis* præferendum sit. Solent *provectus* et *profectus* plurimis locis a librariis commutari. Vide ad Livii I. 60. § 2. IV. 55. § 8. VIII. 1. § 3. c. 7. § 7. c. 38. § 12. XXII. 20. § 4. XXIII. 34. § 3. XXVII. 47. § 1. XXXV. 26. § 2. Error natus est ex barbara pronunciatione verba præeuntis, qui non distinxit inter *f* et *v*. Ejus erroris alia exempla observat Muret. Varr. XIX. 6. Hinc commutantur 'convectus' et 'confectus;' (vide ad V. 13. § 1.) 'vere' et 'fere;' (vide ad IX. 29. § 1.) 'fidens' et 'videns;' (vide ad XXIV. 40. § 17.) 'ferus' et 'verus;' (vide ad XXVI. 27. § 12.) 'fana' et 'vana;' (vide Broekh. ad Prop. IV. 9. § 34.) 'fovere' et 'vovere;' (vide ad Livii V. 31. § 3.) 'fictus' et 'victus.' Vide N. Heinsium ad Silii VI. 326. Vide etiam Markland. ad Statii Silv. I. 1. 63. Alteram partem conjecturæ Lipsianæ *annis* diserte firmant quidam codd. Quod autem alii ejus loco *animi* vel *animo* præferant, factum est sollemni errore librariorum, qui voces 'annus' et 'animus' passim in Mss. commutarunt. Vide ad XXXII. 5. § 2. Et id etiam, quod quidam codd. *accitus*, pro *adscitus* legant, librariis adscribendum est, qui hæc vocabula sæpe confuderunt. Vide ad XLV. 25. § 12.

Et, quia gener erat, factionis Barchinæ opibusque apud milites plebemque] Ego sic reor emendandum, ut, pro *gener erat*, ponatur *genere erat:* pro *opibusque*, *opibus quæ:* pro *imperio positus*, *imperio potitus*. Valla. 'Barchinæ factioni' libenter spiritum detraxerim, 'Barcinamque' vocave-

rim a 'Barca,' quod Amilcari cognomen fuit. *Muretus*, Varr. Lectt. xix. 17. Ut emendandum censuerat Laurentius Valla, ita restat in Pal. 3. *quia genere erat factionis Barchinæ, opibus, quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud sane voluntate principum, imperio potitus.* Gebh. Τὸ *erat* a m. recenti deletum erat in Hearnii N. *quia genere erat*, ut Valla malebat, præferunt primæ edd. aliæ *quia agere erat*. Frobenius deinde 1531. *quia gener erat* restituit: quod non tantum omnes codd. servant; sed etiam verum esse, sana ratio docet. Præterea *Barchinæ*, vel *Brachinæ*, tantum non omnes Mss. sed *Barcinæ* fere semper aliis locis scribere optimum Put. cod. testatur Gronov. ad xxiii. 12. § 6. Mox *plus quam immodicæ* Lov. 1. sed subficit *modicæ*.

Haud sane voluntate principum in imperio positus] Vet. lib. *imperio potitus*. Sigonius. Vet. *haud sane vol. principium imperio potitus*. *Principium*, ut 'civitatium,' et similia, notata aliis apud alios auctores. *Imperio potitus* autem reponebat etiam patrum memoria L. Valla, quem vide de cetera etiam loci hujus lectione. *Modius*. *Voluntate principium* etiam Lov. 1. Sæpius ita male librarios dedisse, vidimus ad ii. 27. § 12. Adde ad v. 41. § 10. vi. 3. § 4. c. 32. § 3. viii. 23. § 9. ix. 24. § 10. c. 25. § 10. c. 26. § 5. c. 31. § 6. hoc lib. c. 20. § 8. et alibi. Deinde *imperio positus* Hafn. *in imperio positus* præter quasdam edd. etiam Flor. Voss. Cant. Hav. et Hearnii N. *in imperio positus est* Lov. 2. *in imperio potitus* Gaertn. *imperio potitus* reliqui mei cum Latinii Brancal.

§ 5 *Auspiciis regulorum magis*] Sine controversia melius est in veteribus *aucupiis*: ut intelligamus eum regulorum amicitias aucupari solitum esse. *Muret*. Varr. Lectt. l. xix. c. 17. Equidem illud *auspiciis* nullo modo concoquere possum. Quid enim verisimile est vel auspicio vel ductu regulorum eum umquam gessisse? quid quod conciliationis et amicitiæ, non armorum neque belli, hic significatio postulatur? Itaque cum hospitium apud antiquos arctissima necessitudinis lege homines devinciret, et pro sanctissimo fœdere inviolatoque censeretur, sine ampliatione primo cœtu primaque actione non verebor pronunciare legendum *hospitiis* esse. Et profecto perfacile fuit in tam vicinam vocem deerrare, una tantum syllaba differentem. *Turneb*. Adv. xiii. 18. Admisi conjecturam verosimilem Turnebi. Antea erat *auspiciis*: quæ quomodo hic ferri queant, quæro qui me doceat. *Grut*. Turnebus reponendum existimat *hospitiis*. Forte in quodam libro scriptum fuerat *ospiciis*, unde alii vulgatam lectionem extuderunt. Pall. tres *auspiciis magis reg*. Gebh. Libri omnes, quos ante hac vidi, *auspiciis*. Muretus testatur, occurrisse in veteribus sibi *aucupiis*, et eo delectatur. Sed prævaluit conjectura Turnebi Adv. xiii. 18. Et merito: nam et in Flor. *hospitiis* exaratum Gudiana observatione accepimus; et in ejusdem cl. doctissimique Marq. Gudii membranaceo codice his oculis legimus. *J. F. Gron*. *Auspiciis* in omnibus, quibus utor, codd. solo Flor. excepto, superest. Et ita etiam Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui contra auctor est *hospitiis* exstare in suis N. ac D. quod idem et Doujatius in Colbert. meliore invenit. Is tamen putat, *auspiciis regulorum* pro eorum auctoritate accipi posse. Sed recte, me judice, viri docti alterum *hospitiis* probarunt: quod etiam in libris, quibus Ant. Copus in vertendo Livio usus est, superfuisse, Hearnius monet. Sæpius hæc vocabula in Mss. commutantur. Vide ad Livii iii. 42. § 2. viii. 3. § 3. c. 30. § 2. ix. 34. § 19. xxxii. 22. § 11. et Gronov. ad

Senec. Hippol. 853. Et ita in Pacuvio apud Non. Marc. voc. 'Ilico' legendum esse, vir doctus, sed nescio quis, ad marginem Collectionis veterum Trag. existimabat, *Repudio hospitium: regrediundum est ilico:* ubi nunc vulgo *auspicium* circumfertur. Sed et vulgatum ibi ferri posse videtur. Sane quam ambiguæ sunt conjecturæ in parvis his veterum scriptorum fragmentis. Errori librariorum id verisimiliter originem dedit, quod abjecta adspiratione literam sequentem o mutarint in *au*, ut sæpe facere soliti fuerunt. Vide Muret. Varr. Lectt. IX. 11. Casaub. ad Suet. Cæs. v. Broekh. ad Propert. I. 1. 31. et Burmann. ad Ovidii Metam. XII. 46. Insuper *hospitiis magis regulorum* Flor. *auspiciis magis regulorum* Cant. Lov. 3. 4. 5. et Rec. Paullo ante *Et plura consilio*, pro *Is plura*, in Brancal. esse Latinius testatur.

Conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis] Pal. 2. *conciliandisque per amicitias novis gentibus principum*. Pal. 3. *conciliandisque per am. novis gentibus*, extrito illo *principum*. Gebh. *Principium* iterum Lov. 1. Vide modo ad § 4. Tum *bello et armis* Ber. a m. sec.

§ 6 *Nihilo ei pax tutior fuit*] Τὸ *ei* non videtur esse Livii, quia id facile intelligendum omiserat. *J. F. Gron.* Superest tamen in omnibus scriptis. Neque emphasi carere putat Doujatius: ostendere enim, pacem publicam ipsi Hasdrubali tutam non fuisse. Neque aliam expungendi caussam habuisse videtur Gronovius, quam quod hoc § præcesserit *Is*, et sequantur *eum* et *eo*. Verum illud *eum* exsulat a Ber. Ceterum hoc loco legit Hearnii N. *pro nihilo ei pax tuta fuit*.

Palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit] Posteriores duo Pall. exhibent *obtruncat*. Gebh. *Ob iram palam interfecti* Ber. et nonnullæ ex vett. edd. Tum *ob iram interfecit ab eo domini obtruncati* Voss. Lov. 1. Hafn. et Gaertn. *obtruncati* etiam Cant. et Flor. a m. pr. in quo deinde *i* abrasum est, ut sit *obtruncat;* quod idem servant Lov. 2. 4. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii D.

Comprehensusque ab circumstantibus] Ed. vet. *prehensusque a circumst.* Modius. Posteriores duo Pall. *comprehensus a circumst.* Gebh. Ita et Rec. qui etiam mox omittit *fuit*, ac legit *et speciem*, pro *etiam*. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 7 *Cum hoc Hasdrubale, &c. fœdus renovaverat populus Romanus*] Hoc sextum fuit fœdus cum Pœnis ictum, Asdrubale duce. Itaque recte Cato lib. IV. Originum dixit: 'Carthaginienses sextum de fœdere decessere.' Tertii fœderis meminit Livius IX. 43. P. Cornelio Arvina, Q. Marcio Tremulo consulibus. Quarti in Epitome lib. XIII. dum cum Tarentinis et Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius III. 27. confecto primo Punico bello. Sexti cum Asdrubale icti et Polybius III. 27. et hoc libro sæpius Livius. *Sigon.* *Renovarat* Rec. *fœdus renovaverat populi Romani* Harl. *fœdus renovaverat, post vero ut finis* Gaertn. qui ultima verba pessime hoc modo exhibet, *imperii esset omnis Saguntinus, mediisque impia duorum populorum libertas servaretur*. Præterea *imperioque suo jungendis* Flor. et Harl. Τὸ *suo* omittunt Lov. 3. et Hafn.

Cap. III. § 1 *Haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem*] Polyb. III. 13. τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. *Sigon.* Gronov. Obs. IV. 1. p. 17. *Duk.* *Quin prærogativa militaris* Flor. *quin ob prærogativam militarem* Harl.

Quo extemplo juvenis Hannibal intra prætorium delatus] Vet. lib. *in prætorium*. Sigon. Pal. 1. *inter:* reliqui duo *in prætorium*. Gebh. Sigoniano libro consentiunt mei, nisi quod *intra prætorium* sit in Gaertn. et Hearnii N. a m. pr. *inter prætorium* in Voss. *inter portum* in Lov. 1. Sol-

lemnes sunt scribarum aberrationes, quos in et *intra* confudisse vidimus ad VII. 11. § 10. *in* et *inter* ad XXXVIII. 57. § 6. Præterea *quam extemplo* Flor. Mox *scilicet*, pro *etiam*, Gaertn. *sequebatur*, pro *sequeretur*, Flor. Cant. Voss. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hearnii L. 1. et N. (quorum posterior tamen *sequeretur* in margine præfert) et vett. edd. ante Aldum.

§ 2 *Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat*] *Vixdum puberem* appellat juvenem natum annos ad XXII. Id ita esse, apparet ex eo quod Probus tradit in Hannib. 3. imperium Annibali mortuo Asdrubale esse delatum, cum esset minus XXV. annis natus; per triennium antem ante sub imperatore Asdrubale militasse scribit hoc loco Livius. Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione potest. Annibal enim anno ætatis nono cum patre Amilcare in Hispaniam venit, qui per annos novem in ea provincia fuit. His annis, qui XVII. esse concipiuntur, si VIII. quibus successor Amilcaris Asdrubal in Hispania rem gessit, adjunxeris, annorum XXV. summam effeceris: ex quibus triennio detracto relinquuntur anni XXII. quos natus Annibal Carthagine in Hispaniam ad Asdrubalem miles venit. Hæc ex Livii et Polybii verbis omnia collecta sunt. [' Hic vide, quam nititur defendere Livium, et primam Glareani annotationem ad c. 4. § 1. convellere: sed nihil facit.'] *Sigon.* Muretus Varr. Lectt. XV. 14. Livium 'manifeste sibi pugnare, et eum, qui XXIII. annos natum tutore egere' (id est, vixdum puberem esse) 'dicat, ipsum potius curatore indigere videri' scribit. Recte sane, si Romani juris peritum hic ageret, aut de eo responderet Livius; qui, ut alii Latini scriptores alia nomina ætatum, ita et ipse verba *vixdum puberem* laxius sumere potuit, quam jurisconsulti solent. Vide quæ adnotantur ad Florum II. 6. § 10. *Duk.*

Actaque res in senatu etiam fuerat] Pall. 1. ac 3. *actaque res etiam senatu.* Pal. 2. *actaque etiam res in senatu fuerat.* Gebh. J. F. Gronovius in priori ed. nott. monuit, verbum substantivum *fuerat* melioribus abesse, et insuper voces ita transponi: *actaque res etiam in senatu, Barchinis:* atque ita deinde edi curavit, licet, quæ ad hæc verba notarat, in altera ed. omiserit. Postea Jac. Gronov. τὸ *fuerat* in pristinum locum restituit, servata tamen vocum trajectione. Et recte: ita enim præferunt omnes codd. mei.

In paternas succederet opes] Sic quidem omnes libri: sed margo Florentini, 'al. succresceret.' Nec contemnendum est. Sic enim X. 13. 'Et se gloriæ seniorum succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum aspicere.' *J. F. Gron.* Cic. de Orat. l. III. cap. ult. 'Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati.' Vide Scheff. ad Justin. XI. 9. § 3. Si autem hæc lectio vera est, ut credit Crevier. *succederet* ex interpretis expositione natum erit. Omnes tamen reliqui codd. in vulgatum conspirant, nisi quod Hearne *patrias* in margine N. invenerit. Vide hoc lib. ad c. 53. § 4. In eodem etiam cod. vocem *Hannibal* a m. altera deletam esse, idem Hearnius auctor est.

§ 3 *Et æquum postulare videtur, inquit, Hasdrubal*] Vocula *et* non adparet in Rec. adscriptis etiam notis delendam esse indicat librarius Lov. 2. Vide ad II. 44. § 3. Tum *postulare, inquit, videtur Hasdruballem* Ber. in quo tamen a m. altera tres literæ finales vocis ultimæ expunctæ erant.

Quod petit, tribuendum] Pal. 2. offert lectorum oculis: *et ego tamen non censeo, quod petit, ei trib.* Gebh.

§ 4 *Quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit, justo jure eum a filio re-*

peti] *Patri Hamilcari, socero suo fr.* teste Hearnio, Oxon. N. in margine, quod pro glossemate habendum puto. Deinde τὸ *eum*, quod constanter in omnibus meis superest, abesse malebat Ant. Perizonius; quem male habuisse videtur, quum præcesserit 'florem ætatis,' tamen nunc subdi *eum*. Sane sine dispendio sensus abesse potest; at certum etiam est, hanc additionem pronominis Livio familiarem esse. Vide ad xxv. 27. § 1. Paullo ante *Quum ex admiratione* legit Rec.

Juventutem nostram, &c. adsuefacere libidini imperatorum] Vetus editio *adsuefacere lib. prætorum*. Modius. Pall. tres, et vet. ed. *prætorum*. Gebh. Sic *imperatorum* in primo Junta reperi: omnes Mss. Andreas, Beccar. Ascens. Mog. Aldus, *prætorum*. Cic. de Inven. I. 33. 'Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit.' Ad quem Marius Victorinus p. 171. ed. Pith. 'Deinde notare debemus, omnes magistratus et prætores et imperatores appellatos: ut hic, Ei qui sibi ex lege prætor successerat: cum imperatori succedere debeat imperator.' Asconius Pedianus in Verr. I. 14. 'Veteres omnes magistratus, cui pareret exercitus, prætorem appellaverunt. Unde et prætorium tabernaculum ejus dicitur, et in castris porta prætoria, et hodie quoque præfectus prætorio.' *J. F. Gron. Prætorum* probant omnes mei, et Oxon. Hearnii codd. Vide Heindr. Carthag. p. 316. et p. 371. *imperatorum* ante Juntam in erratis probavit Aldus. Præterea *juventutem meam* Hafn. in contextu, altera lectione margini adscripta.

§ 5 *Nimis sero imperia inmodica et regni paterni speciem videat*] Pal. 1. et vetus ed. *spem videat*. Sed corruptus est locus, et ideo legendum e Pal. 2. *et regni paterni spem induat*. 'Induere spem' est dictum, ut Fabio I. 1. 'persuasionem falsam sibi induere scientiæ.' Livius XL. 12. 'Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.' *Gebh.* Lego *induat;* quamquam nihil adfirmo. *T. Faber. Regni patentem spem videat* Gaertn. *regni paterni spem viderat* Hafn. *regni paterni spem videat* Cant. Voss. Ber. Lov. quinque, et Hav. Solent 'spes' et 'species' passim commutari. Vide ad III. 9. § 12. *Spem induat* hic ferri non posse videtur, nisi simul legatur *imperii inmodici*. Nam 'imperia induere' foret capessere imperia. Hannibal autem non capessivit imperium sub Hamilcare militans, sed postea demum, quum ei interfecto dux sublectus est. Servo itaque vulgatam scripturam. Tum *minus sero* Harl. Vide ad XXXVI. 9. § 7.

Et, cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri] Pal. 3. *tamquam hered. sint relicti ex. nostri*. Gebh. Scribe *sunt relicti*. J. F. Gron. Vide etiam Gronov. hoc libro ad c. 21. § 5. *Tamquam hered.* præferunt quoque Rec. et Gaertn. Tum *sint relicturi* Lov. 3. Mox *parum maturo* Gaertn.

§ 6 *Ego, istum juvenem domi tenendum*] Pal. 3. *Istum ego juvenem*. Gebh. Receptus ordo, qui in omnibus meis superest, magis placet. Teste enim Donato ad Ter. Andr. III. 4. 3. 'Semper gravis inceptio orationis, quæ exordium sumit a pronomine ego.' Supra X. 8. 'Ego hanc legem, &c. uti rogas, jubendam censeo:' hoc lib. c. 10. 'Ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos.' XXII. 60. 'Ego non magis istos redimendos, Patres conscripti, censeo, quam illos dedendos Hannibali.' XXXIV. 4. 'Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo.' Mox *docendum* expunctum erat in Flor. a m. sec.

Ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet] *Ne quando* Hav. quomodo etiam variant codd. supra, VIII. 7. § 15. sed *quandoque* est 'quandocumque.' Vide ad I. 31. § 4. Vox *ingens* deficit in Ber. a m. pr. quam

tamen requirit obpositio *parvus ignis.*

CAP. IV. § 1 *Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni adsentiebantur*] Non displicet, quod præferunt Lov. 4. et 5. *Pauci, at ferme optimus quisque.* Solent hæ particulæ passim commutari. Vide ad XXXVI. 35. § 7. Deinde *adsentiebant* Hafn. Ber. Lov. 2. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Vide ad XXXIX. 52. § 1. Puto hic librarios neglexisse notam, qua terminus passivi *ur* indicari solet. Vide ad X. 10. § 1. Mox *vincit* Ber. et Hafn. Vide ad I. 56. § 12.

Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu] Haud abs re multi eximii viri hoc in loco dubitarunt quandonam Livius crediderit Hannibalem in Hispaniam missum. Si enim cum Hamilcare patre in Hispaniam venit, quod Polybius, Plutarchus, aliique authores asserunt: et ipse Hannibal ter apud hunc fatetur authorem; semel libro XXI. c. 43. in oratione ad milites apud Padum; iterum XXX. 37. ad populum Carthaginiensem; tertio ad Antiochum XXXV. 19. quo pacto vera esse possunt, quæ hic aliquot locis tam ambigue ait Livius? alibi, cap. præc. vixdum puberem literis ab Hasdrubale accersitum; alibi infra hoc cap. quinto post patris mortem anno, quippe qui triennio sub Hasdrubale militasse dicatur, anteaquam imperator electus fuerit, cum tum temporis ut minimum XXIII. annorum juvenis esset. Cæterum cum secundum Livii verba c. 1. novem annorum puer admotus altaribus fuerit, ac ipse pater Hamilcar novem deinde annis, Hasdrubal ejus gener octo in Hispaniis administraverint imperium, videndum omnino, quo anno Hannibal accersitus videatur, quo anno venisse in Hispaniam, quo denique anno cepisse imperium. Quod si dicamus, novem annorum puerum Hannibalem cum Hamilcare parente venisse in Hispaniam, ac post nonum parentis in Hispania, octavumque Hasdrubalis in eodem imperio annum, ipsum electum imperatorem, cum haberet jam annum XXVI. omnia tunc loca de Hannibale bene habebunt, et cessabit intempestivum hoc scomma, quo Livius in hac præfatione in hos viros jocatur, cum nec temporum ratio, nec patriæ verecundia, hoc ut verisimile videatur, admittat. Fuere enim viri strenui, quantumvis barbari. Præterea nescio quam longe vehementius viriliusque sonet, si quis omnibus his dictionibus adspiret, 'Hannibal,' 'Hamilcar,' 'Hasdrubal,' 'Hanno:' nec dubito, apud priscos eam fuisse pronunciationem in Punica lingua, deinde per Græcos ac Romanos corrupta, ut pleraque alia barbarorum. Cum nemine tamen ea de re certavero. *Glar.* Vide Sigonium ad cap. præc. § 2. De adspiratione vero in initio vocum illarum Punicarum vide ad c. 1. § 1. Præterea *primo quoque adv. statim omnem* Gaertn. Mox *ad se convertit*, pro *in se*, Lov. 2.

§ 2 *Hamilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere*] Silius I. 185. 'Huic studia accendit patriæ virtutis imago:' ubi tamen *Hinc* legere malim, ut habent membranæ Colonienses; nec hic tantum, sed et sequentibus etiam versibus *Hinc*, pro *Huic*, reposuerim. *Modius.* Perperam Pal. 2. *Amilcarem viv. redd. sibi vet. mil. credidere.* Gebh. Advertit olim me in exemplaris cujusdam margine editum *juvenem*, pro *viventem.* Id præter exspectationem cognosco esse in Flor. Admittatur igitur. Cur enim diceret *veteres milites*, nisi aliquid longioris memoriæ posuisset de Hamilcare? *J. F. Gron.* *Hamilcarem juvenem* etiam Harl. Exc. Pithœi, et unus apud Crevier. quod, jubente Gronovio, in contextum recepi. Etiam alibi librarios ita lapsos esse, vidimus ad III. 37. § 6. Deinde *crediderunt* male Ber. et Hafn. De locutione per infinitivum concepta vide ad I. 50. § 5.

Vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri] Perperam Pal. 3. *liniamenta quæque intueri.* Gebh. *Vim in oculis* Rec. Tum *lineamenta quoque intueri* idem codex cum Lov. 4. 5. et Gaertn. Vide ad v. 27. § 1.

Deinde brevi effecit] Ita priores, quas vidi, edd. pro quo Jac. Gronovius *dein* dedit, consentientibus Flor. aliisque codd. Vide ad III. 3. § 6.

Ut pater in se minimum monumentum ad favorem conciliandum esset] Credo *momentum* esse scribendum. *Valla.* Vet. lib. *ut pater in se.* Sigon. Legendum e Pall. tribus ac vetusta ed. *ut pater in se min. momentum ad fav. concil. esset:* quasi dicat, patris gratiam minimum ponderis ei adtulisse ad conciliandum favorem militum. *Gebh. Ut patri in se minimum momenti* in primo invenio Gryphio. Pressi prius omnes, ut et scripti *pater:* de quo monuimus Obs. I. 6. Justinus XI. 4. 'Qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere.' XIII. 6. Olympias mater Alexandri, 'non mediocre momentum partium.' *J. F. Gron. Ut patri* ante Gryphium receperunt Basil. 1539. et Vascos. *ut pars* inveni in Gaertn. *ut pāt* per compendium in Flor. *ut pater* in reliquis codd. quod et in Oxoniensibus superesse Hearne testatur, et recte viri docti probarunt. Justin. XVII. 2. 'Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset.' Vide Jac. Gronov. ad Livii XXIX. 23. § 2. Tum *minimum monumentum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad v. 51. § 1. *minimum movimentum* Lov. 1.

§ 3 *Haud facile discerneres, utrum imperatori, an exercitui*] Sic quidem libri, sed scribendum *decerneres.* Vide Observ. III. 13. *J. F. Gron.* Vide Burmann. ad Vellei. Pat. II. 118. et quæ notantur ad VII. 9. § 7. *discernēs* legit Hav. *discernentes* Ber. *discernē* Gaertn. Crevier. vulgatum probat, idque contextui reddidit. Tum *imperatori aut exercitui* Lov. quinque, Voss. Harl. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et quædam ex antiqq. edd. Vide ad v. 3. § 7.

§ 4 *Neque Hasdrubal alium quemquam præficere malle*] Pal. 2. *neque alium quemquam Hasdrubal.* Gebh. *Neque Hasdrubalium* Flor. a m. pr. Tum *præficere male* Ber.

Ubi quid fortiter ac strenue agendum esset] Pal. 3. habet *fortiter aut strenue.* Gebh. Ita et Lov. 2. Ber. Rec. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 53. § 3. et mox hoc cap. § 6. Tum *ubi qui fortiter* Lov. 1. *ubi qd' fortiter* Gaertn. Mox *plus* exsulat a Voss.

§ 5 *Plurimum consilii inter ipsa pericula erat*] Pal. 3. *ad ipsa pericula.* Gebh. Vox *plurimum* non adparet in Lov. 1. quasi ex præcedenti repetenda foret. Mox *animus vinci potuit* idem Lov. 1. *animum vinci poterat* Hafn.

§ 6 *Caloris ac frigoris patientia par*] Pal. 2. *Caloris atque frigoris.* Gebh. *Caloris aut frigoris* Hearnii N. Sed alterum exstat in ejus margine. Tum *patientia par erat* Ber.

Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus] Pal. 3. cum vetusta ed. *desiderio naturalius, non voluntate.* Gebh. *Desiderio naturalium, non voluntate* Lov. 1. *non voluntate* etiam Flor. Cant. Hafn. et pleræque edd. vett. Vide ad v. 6. § 3. Tum *modus fuit* Ber. Hafn. et Hav.

Nec die, nec nocte discriminata tempora] *Sucinnata tempora* Lov. 2. in contextu: *disterminata tempora* Ber. et Hav. Solent interdum 'discriminare' et 'disterminare' in Mss. commutari. Vide Nic. Heins. ad Claud. in Rufin. I. 175.

§ 7 *Multi sæpe militari sagulo opertum, &c.*] De hac re ita Silius I. 242. 'primus sumpsisse laborem, Primus iter carpsisse pedes,' &c. *Modius. Militari cum stragulo* Lov. 2. Male.

'Sagulum gregale' vocat VII. 34. *In militari sagulo* Rec. qui paullo ante etiam *molli stractu*, pro *molli strato*, præfert.

§ 8 *Arma atque equi conspiciebantur*] Incerta est distinctio, incertus sensus: neque, Hercules, ego satis explicare possum, nisi dicamus: Siquando arma atque equi conspiciebantur, tum equitum peditumque longe primum fuisse Hannibalem. Sed neque sic satis fit mihi. *Glar.* *Conspiciebantur*, conspicua erant, intellexit: vestitu non differebat a ceteris; armis et equis differebat. Sic alio loco, 'conspectum esse,' pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, si quando arma et equi conspiciebantur, equitum peditumque idem primus erat: quo nihil absurdius. [' Glareanus dubitavit; nihil asseruit; idque ea de causa, ut aliis esset cogitandi occasio. Hanc sanam Glareani curam dissimulans, assertive accipit quæ dubia relicta sunt, ut lector videret illum carpendi studiosiorem, quam ut ingenue doceret. Doceri petit Glareanus, convitiis aspergi odit.'] *Sigon.* Vide Schulting. ad Senecæ Suasor. l. VII. p. 49. *Duk.* *Arma, equi conspiciebantur*, omissa copula, Rec. *s. excellentia arma atque equi conspiciebantur* ex glossa interpretis Gaertn. Τὸ *conspiciebantur* optime Sigonius exposuit. Vide ad IV. 13. § 3. Paullo ante *Vestitu nihil inter æquales excellens* Ber. et Hav. *Vestitus nil inter æquales excellens* Lov. 4.

Princeps prœlium inibat: ultimus, &c.] Elegantissima Hannibalis descriptio olet aliquid ex descriptione Catilinæ Sallustiana. Hanc quidem Livianam Silius carmine pereleganter expressit I. 242. Hoc tamen, quod de Hannibale dixit Livius, eum principem prœlium inire, ultimum confecto prœlio excedere solitum, Silius ad Tagum accommodavit, cui hoc tribuit I. 160. quod fuerit, 'Primus inire manu, postremus ponere bellum.' *Muret.* Varr. Lect. XIX. 17. In codd. Mss. et hic locus variat. Pall. 1. ac 3. monstrant *princeps in prælium ibat*. Pal. 2. *primus in prælium ibat*. Gebh. Pall. Voss. Men. *in prælium ibat*. II. 30. 'Ne ad fugam quidem satis virium fuit, qui curam in prælium ierant.' *J. F. Gron.* *Primus in prælium ibat* Ber. Sed modo præcessit 'longe primus erat.' Reliqui omnes mei Flor. Voss. Lov. quinque, Cant. Hafn. Harl. Rec. et Hav. *princeps in prælium ibat*. Et ita etiam Hearnii D. et N. sed male *princeps in prælium erat* ejus L. 1. Ita 'ire in certamen' III. 39. 'ire in bellum' XXXVIII. 23.

Ultimus conserto prælio excedebat] Vet. lib. *confecto*. Sigon. Habet ed. vetus *conserto prælio*. Modius. Restitui lectionem primogeniam, quam firmant Pall. tres. Post nati reposuerant *confecto prælio*, secuti codicem veterem Sigonii: cui cur erat assentiendum non video. *Grut.* *Confecto prælio* Ber. Hafn. et Hearnii N. quod ex glossa natum puto: *conferto prælio* Flor. errore librarii, qui literas *ſ* et *f* confudit. Vide ad XXII. 28. § 10. De locutione 'conserere prœlium' vide hoc lib. ad c. 8. § 7. *Conserto bello* Recan. Sed vide ad III. 61. § 2.

§ 9 *Inhumana crudelitas, perfidia, &c.*] Sæpe, ut dixi, sententiam pro nomine ponit: ut Sallustius de Catilina c. 5. 'Animus audax, subdolus, varius, cujuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiæ, sapientiæ parum.' *Sigon.* *Inhumana cupiditas* Lov. 4. Male. Passim enim Hannibalis sævitia exagitatur, eamque ex Livio etiam memorat Silius I. 59. 'penitusque medullis Sanguinis humani flagrat sitis:' ubi vide quæ notavi; et adde locum Cic. de Amicit. c. 8. ejusdem criminis eum absolvere videtur Polyb. p. 1382. Paullo ante *Has tantas virtutes viri*

alio ordine Lov. 2.

Nullus Deum metus] Vet. lib. *nullius Dei metus.* Modius. Laudat Modius e suis membranis *nullius Dei metus.* At Pall. tres exhibent *nullus Dei metus.* Vetusta ed. *nulliusque Dei metus.* Gebh. *Nullius Dei metus* Lov. 1. Ber. et edd. quas vidi, Aldina priores: *nullus Dei metus* Voss. Lov. 2. 3. 5. Hafn. Rec. et Hearnii Oxon. quorum librarii monachi Christiani fuisse videntur. Eodem modo laudatur in Servio Fabricii ac Masvicii ad Virg. Æn. I. 665. 'Veri nihil, nihil sancti, nullius Dei metus.' At Silius I. 58. 'Armato nullus Divum pudor:' ubi vide.

§ 10 *Sub Hasdrubale imperatore meruit*] Vet. lib. *sub Hasd. imp. militavit,* non, ut vulgo est, *meruit.* Modius. Vetusta ed. *sub Astrubale imp. militavit,* glossatoris liberalitate τὸ *meruit* interpretantis. *Gebh.* *Militavit* præter edd. antiqq. etiam Ms. Ber. in contextu, altera lectione inter versus a m. sec. adscripta, quam recte primus editorum Aldus recepit, et reliqui codd. firmant. 'Merere' de militibus stipendia facientibus usurpari, vidimus ad Epit. Liv. lib. v.

Quæ agenda audendaque magno futuro duci esset] Pal. 1. *quæ agenda videndaque.* Gebh. Pet. Men. Voss. Pal. *videndaque.* 'Videre' est providere, comparare in futurum res utiles et instrumentum agendi. Cic. de Orat. III. 1. 'Videndum sibi aliud esse consilium: illo senatu se rempublicam gerere non posse:' ad Att. XIV. 21. 'Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria videamus.' Nec ignoro XXXV. 35. Nostri: 'Agenda res est, juvenes, audendaque.' Sed futuro duci plura videnda, quam audenda: cujusmodi sunt illa quæ de Philopœmene Livius ex Polybio XXXV. 28. *J. F. Gron.* Similiter legunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. D. et, ut idem testatur, ed. Rom. princeps. Livius VII. 14. 'Illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet.' Alibi 'audere' et 'videre' in Mss. commutantur. Exemplum babuimus III. 54. § 4. *Agenda audiendaque* Gaertn. Sed et hæ voces a librariis commiscentur. Vide ad XXVII. 16. § 10. Ceterum *nulla res, agenda audendaque quæ magno futuro duci esset* ostendunt Ber. et Hav. *ullo magno futuro duci esset* Hearnii L. 1. Τὸ *esset* non adparet in Harl.

CAP. V. § 1 *Nihil prolatandum ratus*] *Protelandum ratus* Voss. a m. sec. Lov. 1. 2. et Hav. Vide ad VII. 21. § 2. Paullo ante *dux est declamatus* Rec. Tum *Italia provincia ei decreta* alio ordine Ber.

§ 2 *Cunctantem casus aliquis obprimeret*] *Casus animis obp.* Lov. 2. *casus aliquis exprimeret* Hearnii N. et, eodem teste, ed. Rom. princeps: *opprimetur* Gaertn. Tum *bellum inferre* Lov. 4. et Harl.

Quibus obpugnandis haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius, &c.] Vox una deest, quæ maxime sententiam sustinet: ea ex vet. lib. revocanda est. *Quibus oppugn., quia haud dubie Rom. arma moveb.* De Olcadibus Polyb. et Stephanus. *Sigon.* *Quibus expugnandis* typis descripti ante Aldum. Vide hoc lib. ad c. 57. § 6. Particulam autem *quia,* quam habent vett. edd. primus omisit Froben. 1531. majori distinctione interpungens post vocem *movebantur.* Non videtur etiam fuisse in Flor. quam reliqui codd. constanter agnoscunt. Tum *in Orcadum fines prius* Hearnii L. 1. hic et postea semper: *in Olcados fines prius* Rec. *in Olcadum prius fines* Flor.

§ 3 *Rerum serie*] Doujatius, urbis 'Carteiæ' mentione deceptus, Olcades ponit ad fretum Gaditanum, ubi postea Bastuli Pœni ex parte. Deinde, ulterius progressus, propter ingens terrarum spatium inter Carteiam et Saguntum, non hunc, quem Livius

dedit, colorem Hannibalem huic bello quæsisse existimat, sed potius, ut fauces Mediterranei maris occuparet. Verum, præterquam quod Carteiæ mentionem librariis errantibus deberi viri docti docuerint; ipsa etiam Livii descriptio satis ostendit, alio, quam quo Doujatius credidit, loco Olcades sitos fuisse. Si enim ad fretum Gaditanum habitarint, dicere non potuit Livius, eam gentem 'ultra Iberum' fuisse. Patet itaque simul, colorem a Doujatio excogitatum verum non esse. Ceterum *magis in parte* alio ordine Ber.

Finitimis domitis gentibus, jungendoque] Videndum lectori, num hic nomen aliquod substantivum desideretur. Nam illud *jungendoque* quid sit, non intelligo. *Glar.* Vet. lib. *jungendisque.* Sic paulo ante c. 2. 'Solicitandis gentibus imperioque jungendis suo.' *Sigon.* Forte *finitimis domitis gentibus jungendo tractus.* F. Sanctius. Pal. 2. *jungendisque tractus.* Gebh. Lege *quandoque.* T. Faber. Sigonius *jungendisque.* Forte *finitimis domitis gentibus vincendoque.* Non quasi hoc egerit, sed dum fortunam sequitur. *J. F. Gron.* *Jungendoque* non videtur improbare Gronov. Obs. II. 2. *Duk.* Quod Sanctius conjecit, exstat in Lov. 2. Lectio autem, quam Sigonius invenit in suis, superest in Ber. Hafn. et Harl. *jungendo quoque* legit Lov. 5. *jungendaque* Cant. Doujatius ad vocem *jungendoque* subintelligit *proxima quæque;* vel cum Gronovio, cujus loco male Sigonii meminit, legit *vincendoque.* Pari modo *junctus,* sive *iictus,* et *victus* in Mss. sæpius commutari, videbimus ad Epit. Liv. LXVIII.

§ 4 *Carteiam, urbem opulentam, caput ejus gentis*] Carteiæ urbis et nomen et situs varie apud authores habetur. At Olcadum nomen non ferme apud ullum classicum invenias, nisi apud unum Polybium, unde hic noster Livius totam hujus libri historiam prope de verbo ad verbum mutuatus est, eademque secutus Plutarchus. *Glar.* Carteiam Olcadum caput esse ait; cum sit urbs Bastulorum ad Calpen montem, auctore Ptolemæo II. 4. Plinio III. 1. et præter cæteros ipsomet l. XXVIII. c. 30. 'Ad Carteiam classe accessit. Urbs ea in ora Oceani est.' Quare, secutus Polybium III. 13. lego *Altheiam:* in eo enim est Ἀλθίαν. Est autem Olcadum urbs, teste Stephano: Ἀλθαία πόλις Ὀλκάδων· οἱ δὲ Ὀλκάδες ἔθνος Ἰβηρίας πλησιόχωρον Καρχηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος. *Sigon.* Sigonius ex Polybio reponit *Altheiam.* Pall. 1. ac 3. *Carteiam.* Pal. 2. vero *Certhaiam* habet. *Gebh.* Sigonium sequitur Cellar. Geogr. Antiq. II. 1. Alii duas Carteias, alteram mediterraneam, alteram haud procul freto Gaditano statuunt. Vide Wesseling. ad Antonini Itin. p. 406. *Duk.* *Carteiam* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii D. *Carthaiam* Hav. Exc. Pithœi, et edd. principes. *Carthayam* Ber. *Cartheiam* Lov. 5. *Cartaiamque* Hafn. *Cartharamque* Lov. 3. *Cartagiam* Rec. *Cartalam* Flor. et Harl. Lud. Nonius in Hispan. c. 11. vulgatum servat, sed diversam urbem statuit a Carteia ad Oceanum, cujus meminit Livius XLIII. 3. Holstenius ad Stephan. de Urb. in voce Καρπηΐα legendum censet *Carpeiam,* quam in mediterranie Hispaniæ fuisse Carpetanorum urbem, validissimæ gentis, Olcadibus Vaccæisque vicinæ. Potius tamen cum Sigonio legam *Altheiam,* vel magis *Althaiam,* aut *Althæam;* Polybio enim et Stephano Ἀλθαία dicitur. Ita non opus est, ut etiam Polyb. verba emendemus.

Opulentusque præda, Karthaginem novam in hiberna est deductus] *Opulentaque præda* Gaertn. *opulentus præda* Rec. Male. Vide ad VII. 24. § 9. Tum *in Yberia est eductus* Lov. 2. *in Hiberiam est deductus* Hav. *deductus est* Rec.

§ 5 *Stipendia præterita*] Men. et Voss. *stipendio præterito cum fide ex-*

solvendo. Hoc idem elegantius. Vide Observ. II. 18. extremo. Flor. *partiendo prædam, stipendioque præterito cum fide exsolvendo.* J. F. Gron. Lectioni, quæ ante Gronovium vulgo circumferebatur, subscribunt Hafn. Lov. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina, omnesque ea posteriores, nisi quod quædam, sed paucæ, *præterita,* omissa voce *stipendia,* præferant. Contra *stipendio præterito* legunt Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Rec. Hav. et Hearnii D. *stipendio p̃to* Ber. *stipendio prætenio* Harl. *stipendioque præterito* Exc. Pithœi. Vide ad I. 58. § 8. Qui *stipendia præterita* dederunt, ferre non potuere morem Livii, orationem quocumque modo variantis, 'partiendo prædam,' 'stipendio exsolvendo.' Vide ad XXXVIII. 39. § 10. Paullo ante *Ubi large partiendo* Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi largiter partiendo* Hearnii N. 'Large gratiam referre' est XXXVIII. 8.

Cunctis civium suorum sociorumque animis in se firmatis] Vox *suorum* abest a vet. lib. *Sigon.* Monet Sigonius vacare suos libros τῷ *suorum.* Ego vere inveni Pal. 1. *in se* carere penitus. *Gebh.* Vocem *suorum* servant Flor. Hafn. Lov. 2. Rec. Voss. Gaertn. et Hav. eam transponunt *civium sociorumque suorum* Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. ac N. Præterea τὰ *in se firmatis* omittunt Voss. et Lov. 1. quorum prior, ne sensus hiet, *conjunctis,* pro *cunctis,* pro varia lectione exhibet: *cunctisque* est in Gaertn. Mox *Vaccos* Lov. 1. et Ber. *Vacces* Harl.

§ 6. *Hermandica et Arbacala Carthorum urbes*] Pro *Carthorum* quidam *Carteiorum* restituerunt: at hi *Olcadum* melius reposuissent, siquidem Carteia Olcadum caput erat, ut paullo ante dixit Livius. Verum ex Polybio III. 14. clarum evadit, Hermandicam et Arbacalam Vaccæorum urbeis fuisse. Quare hoc loco pro *Carthorum* non *Carteiorum,* sed *illorum,* restituendum erat, ut Vaccæos referat. Idem ostenditur apud Plutarchum in Hannibale. Sed ab aliquo sciolo hoc corruptum temere, ut alia pleraque. *Glar.* Polyb. III. 14. Ἐλμάντικα. Stephanus: Ἐλμαντικὴ πόλις Ἰβηρίας ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ΄. Itaque *Helmandica* lego. Deinde vet. lib. *Arbocala.* Polyb. ibid. Ἀρβούκαλα. Pro *Cartheiorum* vet. lib. *Carthorum.* Polybius eodem loc. *Vaccæorum.* Itaque eandem vocem repono: dixit enim 'in Vaccæos promotum bellum.' *Sigon.* Urbs *Helmandica* ea videtur esse, quæ hodie Salmantica vocatur; quæ gymnasio celeberrima in Hispania floret. *Turneb.* Advers. XIII. 18. Forte *eorum,* aut *Vaccæorum.* F. Sanctius. Pall. duo *Carthorum:* quod vocabulum plane non conspicitur in Pal. 3. Sed Sigonius substituit ex Polybio *Vaccæorum;* ut et *Helmandica et Arbocala:* quod posterius ita quoque urbis nomen concipiunt Pall. *Gebh.* Immo *Vaccæorum,* ut ex Polybio monuit Sigonius. Primæ edd. et scripti *Carthorum.* Menardi et e Pal. unus exterminant dubiam vocem. Possis non incommode *Hermandica et Arbacala horum urbes,* nempe Vaccæorum, de quibus ante sermo. Quæ supersunt literæ, ex cauda vocis præced. natæ. *J. F. Gron.* *Hermandita* Lov. 2. et Ber. Tum *Arbæcala* Hearnii N. *Arbocalia* ejus D. *Arbocola* est in Harl. *Arbochala* in Ber. et Hav. *Arbocala* in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Hafn. et Rec. quod a Sigonio probatum in contextum recepi. Deinde *Carthorum urbes* Voss. Hafn. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. Exc. Pithœi, et edd. antiqq. pro quo Mogunt. *Carteiorum* substituerunt. *Carchorum urbes* Brancal. Latinii. *Cartorum urbes* Flor. Cant. Harl. et Gaertn. Vox *Cartorum* vel *Carteiorum* deest in Lov. 4. et Rec. quam et J. F. Gron. omisit. Neque ea tantum, sed et quatuor sequentes *urbes vi captæ.* *Arbocala* de-

sunt in Hearnii D. cui errori vocis *Arbocala* repetitio caussa fuit. Præterea *virtute et multitudine*, pro *et virtute*, Lov. 4. 5. et Ber. Vide ad II. 44. § 3.

§ 7 *Quum se junxissent, concitant Carpetanos*] Hos ubique Καρπησίους vocat Polybius. *Sigon.* Pall. duo *Carpentanos.* Pal. 3. *Carpedanos.* Gebh. *Carpentanos* Lov. 2. 4. 5. Hafn. Ber. Hav. Brancal. Latinii, Hearnii D. N. et priscæ edd. usque ad Froben. qui a. 1531. *Carpetanos* substituit. Insuper *quum se conjunxissent* Harl.

§ 8 *Haud procul Tago flumine agmen grave præda turbavere*] Pall. tres et vetusta ed. rejiciunt particulam negativam *haud*. Gebh. Rejiciunt etiam Voss. Lov. 2. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii D. et N. (in quo posteriori eam deesse a quopiam notatum est) et nonnulli excusi. Verum sequentia ostendunt, eam hic necessariam esse. Recte igitur Aldus in erratis restituit. Tum voces *flumine* et *præda* exsulant a Ber. a m. pr. *Tago flumine gravem præda turbavere* præfert Hav. Paullo ante *aggressique*, pro *adortique*, Hearnii N. in margine, quod ex alterius expositione natum est. Commutantur etiam hæc verba in codd. Curtii IV. 2. § 24.

§ 9 *Castrisque super ripam positis, quum prima quies silentiumque*] *Castris super ripam positis* Lov. 2. *castrisque sub ripam positis* Lov. 4. *cristisque super ripam positis* Gaertn. Tum *prima quies somni silentiumque* Rec. Sed illud *somni* ex interpretatione vocis *quies* natum puto. Idem codex mox omittit verbum *fuit*. In præcedd. *Hannibal primo prælio*, inserta media voce, legit Lov. 2. Sed mox sequitur 'prima quies.'

Agmen vado trajecit: valloque ita producto] Scripti *amnem*. Seneca de Ira III. 21. 'Gynden late fusum amnem vado transire tentavit.' *J. F. Gron.* Non dubito quidem, quin Latine dicatur 'agmen vado trajicere,' ut VIII. 24. 'Quem quum incerto vado transiret agmen.' Sed vincere debet auctoritas Mstorum. *Duk.* Vulgatum tuetur unus Flor. Quod si placet, 'trajicere agmen' dictum erit, ut 'trajicere milites,' 'copias,' 'exercitum,' 'legionem,' de quibus vide ad II. 11. § 2. At reliqui omnes constanter *amnem* servant; quam lectionem si quis cum Gronovio præferre malit, non adversabor, præsertim quum *agmen* modo præcesserit, et mox sequatur. Solent autem hæ voces sæpius in Mss. confundi. Vide ad VIII. 24. § 13. XXXV. 30. § 7. et viros doctos ad Flori I. 1. § 3. Præterea *vallo itaque producto* Voss. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Brancal. Latinii; *valloque itaque producto* Ber. a m. pr. Mox *invadere eo transeunte*, pro *eos transeuntes*, Lov. 5.

§ 10 *Adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos ante quadraginta disposuit*] Non vereor, ne vox *ante* mendosa sit, pro *ad*: siquidem Polybius III. 14. ait, καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν id est, *Et elephantis, quos ad quadraginta habuit.* Sic alibi docebo ex *ad ante* factum esse. *Sigon.* Ed. Moguntina, *in ripa elephantes quadraginta disposuit.* Modius. Sigonius censet, præpositionem, sive adverbium potius *ante* mendosum esse loco τοῦ *ad*. Pal. 1. *ut cum ingr. aquam viderent, adorirentur: peditum agmen in ripa elefantos autem quadr. disponit.* Pal. 2. *ut cum regressos aquam viderent, adorirentur peditum agmen in ripa: elefantos autem quadr. disponit.* Pal. 3. *ut cum ingressos aquas viderent, adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos XL. disposuit.* Vetusta quoque ed. *in ripa elephantes quadraginta disponit.* Ego delevi omnino τὸ *ante*. Gebh. Illud *peditum agmen* non hostium, sed Hannibalis est, eoque revocandum ad periodum sequentem. Sed et τὸ *ante* turbat. Sigonius pro eo facit *ad*, quia Polybius τοῖς θηρίοις,

οὖς εἶχε περὶ τετταράκοντα. Voss. duo Pall. et plerique pro eo habent *autem*, dein *disponit*, ut et libri Mureti. At Flor. *elephantos XL. autem erant disponit*. Sic et Gudianus, nisi quod *disposuit*. Lege igitur, *peditum agmen in ripa et elephantos* (*quadraginta autem erant*) *disponit*. Polybius de illorum opera III. 14. Τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβάσεις παραγενομένων τῶν θηρίων παρὰ τὸ χεῖλος καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἀεὶ προκαταλαβόντων. *J. F. Gronov.* Facile probari potest scriptura, quam vulgatæ præfert Gronovius. Neque tamen in hac valde turbare videtur *ante*, si quis id pro 'in fronte' positum putet: ut XXVII. 18. et XXVIII. 33. ubi Gronov. XXII. 5. 'Fors conglobat, et animus suus cuique ante et post pugnandi ordinem dabat.' *Duk. Adorientur peditum agmen: in ripa autem elephantes quadraginta disponit* Hav. *adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos autem quadraginta disponit* Hearnii N. *adhortarentur. Peditum agmen in ripa, elephantos aut quadraginta disposuit* Ber. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos aūt quadraginta disposuit* Lov. 2. et Gaertn. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos autem quadraginta disposuit* Lov. 3. *adorirentur: peditum agmen in ripa elephantos quadraginta autem disposuit* Cant. et Exc. Pithœi. *adorirentur peditum agmen: in ripa elephantos* (*quadraginta autem erant*) *disposuit* Harl. *disponit*, pro *disposuit*, etiam præferunt Lov. 1. 4. 5. et Hearnii D. Gronovii conjectura, quam et Pithœo in mentem venisse Hearne auctor est, non displicet. Minus tamen ab optimorum codd. lectione nos discessuros puto, si legamus *adorirentur. Peditum agmen in ripa elephantosque* (*quadraginta autem erant*) *disponit*. Ut copula *que* intercepta sit a syllaba initiali vocis *quadraginta*. Vide ad XXIII. 48. § 12. Præterea paullo ante *ingressos aquas*, pro *aquam*, est in Rec. et Gaertn.

§ 11 *Oleadum Vaccæorumque centum millia fuere*] Polybius item III. 14. Πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. *Sigon. Olcandum* Lov. 1. *Olcardum* Gaertn. *Oleadum* Hav.

Invicta acies, si æquo dimicaretur campo] Pal. 2. *dimicarent*. Gebh. *Iuicta acie* Gaertn. Sed sane ultima litera τοῦ *acies* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tum *si æquo dum dim. campo* Harl.

§ 12 *Quod metu cessisse credebant hostem*] *Qui metu cessisse* Gaertn. Vide ad III. 58. § 7. *Hostes* Ber. et Hearnii D. Male. Vide ad V. 50. § 2. In præcedd. *Itaque ingenio*, omissa media vocula, Rec. In seqq. *quam cuique proximum erat* quædam edd. *qua cuique proximum erat* aliæ.

§ 13 *Et ex parte altera ripæ vis ingens equitum in flumen inmissa*] Τὸ *Et* ignorat ed. vetus, et potest abesse. *Modius.* Si sensum consulas, abesse potest; at si Mss. non debet. Servant enim omnes omnino. Deinde *vis ingens militum* Lov. 2. Hav. et Ber. a m. pr. Vide ad X. 29. § 10. Tum *in flumen missa* Lov. 4. *in flumen inmissa est* Hearnii N. *in flumine omissa*, vel *ommissa*, edd. antiqq. Mox *medioque agmine*, pro *alveo*, Lov. 4.

§ 14 *Vel inermi equite, equo temere acto, perverti posset*] Vet. lib. *vel ab inermi equite*. Sigon. Pal. 2. *vel ab inermi equite*. Gebh. Sigonius e scripto *ab inermi*. Bene: sic et Flor. Gud. Pal. unus. *J. F. Gron.* Ita et Lov. 5. Hafn. Harl. Gaertn. Hearnii D. N. et Crevier. tres: quod eorum fide, præeunte eodem Crevier. in contextum admisi. *Ab inermi equite*, omissa vocula *vel*, Lov. 3. et Ber. *inermi equite* Rec. qui etiam *equo tamen acto* præfert. Paullo ante *aut vix vado*, pro *ac vix*, Lov. 2. in contextu. Vide hoc lib. ad c. 53. § 3.

§ 15 *Verticoso amni delati in hostes*] *Juxticoso* Lov. 5. *vertico* Lov. 4. *verticoso* Flor. Hafn. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et edd. antiqq.

Vide quæ notavi ad Silii III. 475. Tum *amne* Lov. 2. et Ber. Vide ad XXXII. 10. § 8. Paullo ante *flumine assumta* Lov. 1. Ber. et Hav. Vide ad IX. 17. § 17.

§ 16 *Postremi, quibus ingressus in suam ripam tutior fuit*] Vet. lib. *Postremis, quibus regressus in suam ripam tutior fuit.* Egregie: ut sit, Postremis Annibal fugam ex ripa fecit. *Sigon.* Gronov. nusquam videtur invenisse *postremis:* nec scio, quam recte dicatur 'fugam alicui facere.' Livius aliis locis genitivum addit: XXII. 24. 'Late cædem fugamque hostium palatorum fecit.' Sic l. XXVI. capp. 4. et 6. Alibi sine casu dicit. Infra capp. 52. 55. et 56. et l. XXII. c. 13. De 'quadrato agmine' adcurate contra Lipsium de Milit. Rom. V. 12. disputat Schelius ad Polyb. capp. 11. 12. *Duk.* Omnes mei constanter *postremi.* Tum *ingressus*, quod est in edd. ante Sigonium, unus servat Hav. *egressus* in ed. postremam admisit Gruterus. Sed *regressus* habent omnes reliqui.

Priusquam tanto ex pavore reciperent animos] Refert Pal. 1. cum 3. et veteri ed. *priusq. tanto pavore recip. animos.* Pal. 2. *priusq. ex tanto pavore recip. animos.* Gebh. *Tanto pavore*, omissa præpositione, Lov. 1. 2. 4. Voss. Hafn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. *pavore tanto* Ber. *in tanto pavore* Recan. *ex tanto pavore* Flor. Lov. 5. Harl. et Gaertn. *tanto ex pavore* primi dederunt Moguntini. Memini eorum quæ notavi ad II. 19. § 8. hic tamen ordinem, quem plerique et optimi codd. indicant, recepi.

Hannibal, agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit] *Hannibale agm. quadr. amnem ingresso fugam ex ripa fecerunt* Ber. ex emendatione, at eadem manu, et Hearnii N. ut 'facere fugam' hic accipiatur pro fugere, quemadmodum VIII. 9. 'Consternatæ cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt.' Contra in vulgata scriptura 'facere fugam,' est efficere ut alius fugam capiat, aliquem in fugam conjicere, fugare: ut hoc lib. c. 52. 'Ingentem terrorem, cædemque ac fugam ad castra stationemque hostium fecere.' XXII. 13. 'Ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius Numidæ fecerunt.' c. 24. 'Late cædem fugamque hostium palatorum fecit.' XXVI. 4. 'Fugam stragemque eorum usque ad portam fecerunt.' Auctoritas codicum in vulgatum conspirantium efficit ut id verius esse existimem. Præterea *agmine quadrato agmen ingressus* Hav. *agmine quadrato ingressus* Lov. 2.

Vastatisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit] Voss. *inter.* Vide ad I. 10. *J. F. Gron.* Ita et Lov. 1. 2. ac Gaertn. Supra II. 27. 'Victor tot intra paucos dies Romanus.' Vocabula *inter* et *intra* passim in Mss. confundi, vidimus ad V. 22. § 2. Tum *vallatisque agris* Gaertn. Hinc *in ditionem* idem cod. Vide ad XXVI. 21. § 17.

§ 17 *Et jam omnia trans Iberum*] *qz jam omnia* in solo est Gaertn.

CAP. VI. § 1 *Jam belli causa certamina cum finitimis serebantur*] Ex prava interpretatione compendiosæ scripturæ *belli cā* concepit Pal. 3. *jam bellica certamina.* Gebh. *Ferebantur* Harl. et quædam ex vett. edd. Vide ad X. 43. § 4. Supra II. 1. 'In aliena urbe cum Patribus serere certamina.' Vocula *jam* non adparet in edd. antiqq.

Maxime Turdetanis] Pal. 1. scribit *cum Tudertanis:* vet. ed. *Turdentanis.* Gebh. *Maxume* est in Flor. a m. sec. Vide ad III. 17. § 5. Tum *Tudertanis* Lov. 3. et Ber. *Trudentanis* Hav. *Tundentanis* Lov. 4. *Turdentanis* Lov. 5. et Hafn. *Tardentanis* edd. Rom. 1472. et Parm. *Turditani* in multis Mss. vocantur c. 12. § 5.

§ 2 *Quos quum adisset idem, qui litis erat sator*] Vet. lib. *Quibus cum adesset idem, qui litis erat sator.* Sensus

est, Annibalem, qui litem inter Turdetanos et Saguntinos serebat, Turdetania affuisse contra Saguntinos. *Sigon.* Non recte fecerunt, qui hæc ita interpolarunt, cum, ut Sigonius de suis testatur, nostri quoque vet. lib. habeant *quibus cum adesset idem,* quod valet, Quibus cum patrocinaretur Annibal. *Modius.* *Quibus quum adesset* proba lectio est, constans quoque in Pall. 1. ac 3. et casca ed. Nihilominus gestat Pal. 2. *quibus cum audisset.* Gebh. *Quos quum adisset* servant Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *quibus quum adisset* Lov. 1. 2. 4. et Hav. *quo quum adisset* Hafn. *quo quum adesset* Ber. *quibus quum adsis* Gaertn. *quibus quum adesset* reliqui omnes scripti, et edd. Aldina priores. Recte. Supra vi. 38. 'Dictator intercessioni adero:' ubi quædam vide. Ovid. Her. vi. 151. 'Quod si quid ab alto Justus ades votis, Jupiter, ipse meis:' et xvi. 18. 'et cœpto non leve numen adest.' Præterea *litis esset sator* Hafn.

Legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubie inminens orantes. Consules tunc erant P. Cornelius Scipio et T. Sempronius Longus] Dissentit Livius a Polybio, quem maxime tamen in hoc bello tradendo sequitur, de rebus ab Annibale in Hispania gestis; de anno quo Saguntus oppugnata est, et quo legati ad Annibalem missi sunt. Quia vero multo verisimilius et planius hæc omnia Polybius explicat, ea, quemadmodum apud ipsum disposita sunt, prius demonstrabo; tum demum, quæ Livius tradiderit, subjungam. Sic igitur Polybius. P. Cornelio, M. Minucio consulibus: 'Annibal, mortuo Asdrubale imperator in Hispania declaratus, in Olcadum fines transgressus Altheiam capit, et Carthaginem in hiberna recedit.' L. Veturio, C. Lutatio consulibus: 'Annibal vere primo in Vacceos ducit, Arbocalam et Helmandicam eorum urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulsi Romam legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hispaniam venientes ab Annibale Carthagine Nova, dum in hybernis esset, auditi sunt. Bellum Annibali indictum, nisi Sagunto abstineret: ab iisdem idem Carthagine factum.' M. Livio, L. Æmilio consulibus: 'Annibal Carthagine Nova profectus Saguntum oppugnat, et intra octo menses capit: et in hyberna reversus omnes milites domum ad suos revisendos misit. Legati alteri Carthaginem missi ad deposcendum Annibalem, rupti fœderis auctorem, et, nisi traderetur, bellum aperte indicendum: indictum est.' P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo consulibus: 'Annibal, motis Carthagine Nova castris, trajecto Ibero, Ilergetes, Bargusios, Ausetanos et cæteros Hispaniæ populos usque ad Pyrenæos montes subigit: iisque superatis per Galliam ad Alpes venit: et in Italiam quinto mense, quam Carthagine moverat, transgressus P. Cornelium consulem ad Ticinum, Ti. Sempronium consulem ad Trebiam fundit.' Hæc Polybius: cui assentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hispania ab Annibale gestas scribit. Livius autem ita: L. Veturio, C. Catulo consulibus, Annibal Altheiam Olcadum capit, et in hyberna Carthaginem Novam revertitur. M. Livio, L. Æmilio consulibus, Arbocala et Helmandica Vacceorum, et Carpetani subacti, Saguntus oppugnari cœpta. P. Scipione, Ti. Longo consulibus, Legati Saguntini, qui, antequam Saguntus oppugnaretur, profecti erant, his consulibus Romam perveniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Bæbius Tamphilus in Hispaniam ad Annibalem, Saguntum oppugnantem, cum venissent, et ab eo non admissi, Carthaginem profecti. Saguntum octavo mense, quam

cœptum erat oppugnari, captum: inde in hyberna Annibal secessit: quinto deinde mense, quam ex hybernis profectus est, in Italiam venit. 'Quæ si ita sunt,' inquit, 'fieri non potuit, ut P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et in principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere; aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum.' Hæc Livius c. 15. Non intelligit autem, si capta Sagunto Annibal in hyberna concessit, et primo vere in Italiam, superatis Alpibus, venit, Saguntum ne initio quidem consulatus Scipionis et Longi potuisse capi: siquidem inierunt Idibus Martiis; (quo tempore illum ex hybernis moventem transitum in Italiam parasse verisimile est,) sed captum esse Livio Æmilioque consulibus. Quod si ita est, ne legati quidem Saguntini, qui, aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti sunt, Scipione et Longo consulibus Romam pervenire potuerunt: præsertim vero cum legati Romani, quos serius miserunt, Annibalem Saguntum etiam oppugnantem invenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liviana tractatio, in quæ miror illum incidisse, Polybio præsertim hæc omnia diligentissime explicante. *Sigon.* Pall. duo, 1. et 2. *legati introducti ad* (Pal. 1. *cum*) *consules in curiam a Sag. Romam missi.* Gebh. *Legati a Sag. Romam missi, introducti cum consules essent in curia* Cant. *legati introducti cum consules in curia a Sag. Romam missi* Voss. et Lov. 1. ac 2. *legati introducti a consulibus in curiam a Sag. Romam missi* Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii N. in quo posteriore tamen voces interpositas *introducti a consulibus in curiam* delendas esse, alia postea manus notavit. Eas sane pro lemmate olim margine adscriptas fuisse, verisimile est; quæ postea, ut sæpe factum, in ipsum contextum migrarunt. Vide ad VII. 40. § 4. Deinde *auxilium jam ad bellum* alio ordine Lov. 1. et 2. τὸ *jam* deest in Cant. et Gaertn. Præterea *bellum jam haud dubium imminens* Harl. Vide ad XXXIV. 43. § 5. Unum tamen codicem audire, periculosum puto. Paullo ante *nec certamen jus, sed vim quæri adparet* Lov. 1.

§ 3 *T. Sempronius Longus*] Polybius III. 40. Τιβέριον Σεμπρώνιον nominat. Eutropius III. 8. *Tiberium:* itemque Probus in Hannib. c. 4. et plerique vetusti libri. Filius etiam hujus in Capitolinis tabulis TI. F. TI. N. LONGVS scribitur. *Sigon.* Recte Pal. 2. *Tiberius Sempr. Longus.* Gebb. Τιβέριον Σεμπρώνιον Λόγγον etiam vocat App. Alex. de Bell. Hisp. 262. Vide Pighium in Annal. ad a. DXXXV. p. 148. Pronomen autem *Tiberius* sæpius librarii in *Titus*, sive *Ti.* in *T.* commutarunt. Vide ad XL. 44. § 12.

Mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas] Sic Polybius III. 15. πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσπιπτόντων. *Sigon.*

§ 4 *Et Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis, sociis populi Romani, abstineret*] Prima vocula exsulat a Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. Tum *a Saguntinis* Lov. 1. 4. Ber. Rec. Gaertn. et edd. antiqq. Hinc *pop. Rom. sociis* Lov. 4. 5. et Harl. Deinde *abstinerent* Hafn.

§ 5 *Omnium spe celerius Saguntum obpugnari adlatum est*] *Omnium spe cel. iturum Sag.* Hav. *iterum a Sag. celerius Sag.* Hearnii N. in margine. Paullo ante *nedum decreta*, pro *necdum*, Ber. a m. sec.

Tunc delata ex integro res ad senatum] Pal. 3. *de integro.* Infra cap. 8. 'Acrius de integro obortum est bellum.' *Gebh.* Flor. et Gud. *Tunc relata de integro.* Notissimum 'referre

ad senatum.' Τὸ *de integro* etiam Pal. et habes hujus libri capp. 8. 18. 21. 59. *J. F. Gron.* Sic quoque Ms. Cantab. Videtur autem pergendum ulterius, et scribendum, *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias, &c.* II. 22. 'Relata re ad senatum adeo gratum fuit Patribus.' *Jac. Gron.* Vulgo ita distinguitur, ut 'deferri ad senatum' dicatur res quæ ei significatur; 'referri,' de qua consulitur. Vide Torren. ad Val. Max. I. 1. 3. Quod si verum, *relata* hic præferendum erit. Quam lectionem, insuper in uno suorum repertam, Crevier. ejusque exemplo ego quoque in contextum recepimus. Passim 'deferre' et 'referre' in Mss. commutantur. Vide ad IV. 13. § 8. V. 38. § 8. c. 50. § 6. VII. 5. § 4. XXIV. 24. § 4. XXV. 23. § 12. XXXVII. 57. § 12. XXXIX. 14. § 3. c. 44. § 2. Torren. ad Val. Max. II. 9. § 8. et sæpe alibi. Similiter pleraque verba cum *de* et *re* composita confundi, dictum est ad IX. 10. § 6. Tum *de integro,* ut XXII. 6. 'Nova de integro pugna exorta est.' XXIII. 16. 20. 26. et sæpissime. Similiter non modo 'ex inproviso,' sed etiam 'de inproviso' in usu fuit. Vide ad VI. 33. § 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 11. Solent etiam particulæ *de* et *ex* permutari a librariis. Vide ad II. 35. § 2. VI. 39. § 8. VII. 13. § 10. XXVII. 4. § 1. et ad Epit. Liv. CXVI. Omnes tamen codd. mei, præter Flor. et Cant. a Gronoviis laudatos, vulgatum *delata ex integro* servant. Quod autem Jac. Gronovius orationem Livii intercisam connectens legendum conjicit, *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias,* me non adsentientem habet. Vide hoc lib. ad c. 26. § 4. Refellit etiam hanc conjecturam plerorumque codicum in verbis seqq. lectio. Quin et *Tunc relata est ex integro res* legunt Lov. 2. et Harl. a m. pr.

§ 6 *Alii, provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes*] Ed. vetus *Et alii provincias.* Modius. Pal. 3. cum Pal. 2. assensu *Et alii provincias.* Gebh. *Et alii* etiam Flor. Cant. Lov. 2. 4. 5. Ber. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. Aldina priores. Præterea *consul. provincias Hisp. atque Africam dec.* Hav. *cons. Hisp. atque Africam provincias decern.* Ber.

In Hispaniam Hannibalemque intendebant bellum] Pall. 1. et 2. *intenderant bellum.* Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Hafn. Hav. et Hearnii D. et N. *intenderent* Gaertn. *in Hispaniam Hannibalemque mittendum bellum* Hearnii L. 1.

§ 7 *Non temere movendam rem tantam*] *Novandam rem tantam* Gaertn. Vide ad XXIII. 30. § 12.

§ 8 *Q. Bæbius Pamphilus*] Vet. aliquot lib. *Q. Bæbius Tamphilus.* Ita Capitolini ubique lapides, nummi argentei BAEBIVS TAMPILVS. *Sigonius.* Pall. tres et vetusta ed. *Q. Fabius Pam.* Gebh. Ita et Flor. Cant. Voss. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. Exc. Pithœi, et edd. antiqq. *Q. Fabius,* omisso cognomine, Brancal. Latinii. *Q. Fabius Panphilus* Lov. 2. *Q. Fabius Flaccus Pamphilus* Lov. 3. *Q. Fabius Tamphilus* Rec. *Q. Fabius* quoque Lov. 1. 4. 5. Sed nomini minus noto *Bæbius* librarium sibi notissimum *Fabius* subposuisse patet. Recte autem Sigonius emendavit *Tamphilus.* Vide etiam ad XXXI. 49. § 12. et XL. 18. § 1. Adde Torren. ad Val. Max. I. 1. § 12. et II. 5. § 1. Prioris legati cognomen *Flaccus* exsulabat a Ber.

Si non absisteretur bello] *Si non absisteret* Lov. 4. Vide ad X. 10. § 1. *si non abstinerent* Rec. *si non abstineretur* Lov. 2. 4. Hafn. Ber. et Hearnii L. 1. Male. Infra XXXVII. 36. 'Nuncia meis verbis, bello absistat.' XLIV. 19. 'Ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.' Plura vide ad XXIV. 20. § 15. Solent autem 'absistere' et 'abstinere' in Mss. permutari. Vide ad XXXI. 17. § 10. Mox *ad ducem illum,* pro *ipsum,*

Lov. 2. Vide ad XXI. 41. § 17.

CAP. VII. § 1 *Dum ea Romani parant consultantique*] *Parabant consultabantique* Lov. 2. Ber. et Hav. *parant consuluntique* Lov. 3. Mox *firma vi*, pro *summa vi*, edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Sita passus mille ferme a mari*] Sic Polybius III. 17. ὡς ἑπτὰ στάδια. *Sigon.*

Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea] Silius Italicus noster scriptus I. 288. 'Mox profugi ducente Noto advertere coloni, Insula quos genuit,' &c. *Modius.* *A Sagunto insula* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii N. ac D. *Zagunto* Lov. 1. Librarii iterum vocem notiorem *Sagunto* minus notæ *Zacyntho* substituerunt.

§ 3 *Qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt*] Pal. 3. *soloerunt.* Gebh. *q, fidem socialem* Lov. 2. *qua quidem fidem* Lov. 5. Vox *suam* exsulat ab editis ante Aldum. Tum *coluere* est in Gaertn. Paullo ante *disciplinæ sanctitate* alio ordine Flor. et Harl.

§ 4 *Pervastatis passim agris, urbem tripartito adgreditur*] *Vastatis passim agris* Gaertn. Sed composito sæpissime Livius usus est. Exempla habemus VIII. 19. X. 37. XXII. 4. XXXV. 21. XXXVII. 18. XLIV. 10. pluribusque locis. Tum *tripertito* Lov. 1. et Flor. Vide ad IV. 59. § 2. *tripartito aggreditur loco* Rec.

§ 5 *In planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens*] *Potentioremque* Lov. 3. Vide ad VIII. 12. § 4. *in planiore patentioreque loco, quam cetera circa vallem, vergens* Ber. a m. sec. *in planiorem patentioremque partem, quam cetera circa vallum, vergens* Lov. 4. Sed ita mutarunt librarii, quod non adverterent *circa* hic sine casu poni, de quo vide ad I. 4. § 6. et IX. 2. § 7. Tum *urgens* Hav.

Per quas aries mœnibus admoveri posset] Pal. 3 exhibet *per quas arietes mœnibus admovere possent.* Gebh. In præcedd. *agere instituit vineas*, transpositis vocibus, Lov. 3.

§ 6 *Sed ut locus procul muro satis æquus*] Pal. 1. *procul muros.* Pal. 2. *procul muris.* Pal. 2. *Sed uti locus.* Gebh. *Procul muros* Flor. Harl. et edd. antiqq. litera sibilante ex principio vocis seq. perperam in fine præced. repetita. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Mendosam hanc lectionem emendaturi alii dederunt *procul muris;* quæ lectio superest in Lov. 2. Ber. a m. sec. et Hearnii N. *procul muro* primus Ascens. 1513. recepit.

Postquam ad effectum operis ventum est] Reperi in Pal. 3. *perventum est.* Gebh. *Ventum est operis* vett. edd. Primus Aldus ordinem dedit, qui nunc obtinet.

§ 7 *Supra cetera modum altitudinis emunitus erat*] *Supra modum*, omissa media voce, Lov. 3. qui etiam legit *munitus:* at *etiam munitus* Hafn. 'emunire' verbum est Livianum. Infra XXIV. 21. 'Locus, saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur.' XXVI. 46. 'Nam neque opere emunitus erat.'

Ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur] Pall. tres *plurimum per. ac timoris.* Gebh. In quatuor scriptis reperisse memini *ac timoris.* Et sic Aldina. Sic quoque Flor. et Gud. *J. F. Gronov.* Ita etiam Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii N. D. et tres a Crevier. consulti. Codicum consensum video; ne tamen eorum lectionem probare audeam, id inpedit, quod Livius passim 'periculum' et 'laborem' jungere soleat. Ita IV. 35. 'Eo inpendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur.' XXV. 6. 'Asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus.' XXVI. 18. 'Ultima pericula ac gravissimos labores perpessi.' XXIX. 1. 'Ea militia multos labores, magna pericula adlatura videbatur.' XXXIII. 39. 'Ro-

manos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhausisse.' XLV. 36. 'Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.' Aldus etiam sententiam mutavit. Quum enim in contextu *periculi ac timoris* edidisset, *ac laboris* in erratis revocavit.

Ibi vi majore obsistebant] Vet. lib. *obsistebat*. Sigon. Ita et Harl. atque Hearnii D. Sed male. 'Juventus obsistebant,' ut III. 27. 'Juventus discurrit ad vallum petendum: sumsere, unde cuique proximum fuit.' IV. 56. 'Omnium populorum juventus Antium contracta, ibi castris positis hostem opperiebantur.' VII. 2. 'Imitari deinde eos juventus, simul incompositis inter se jocularia fundentes versibus, cœpere.' Val. Max. III. 2. § 7. 'Quo facilius juventus reliquias imperii tuerentur.' Ita quidam præferunt codd. at nunc editur *tueretur*. Præterea *ibi majore vi*, immutato ordine vocum, Lov. 2. *ibi virtute forti* Hearnii N. in margine.

§ 8 *Ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium*] *Et*, pro *etiam*, præfert Ber. a m. sec. sed a m. pr. *ad erumpendum etiam stationes operaque hoīum:* ubi *in* eliditur a vocis præced. litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. 'Hoīes' autem, vel 'homines,' et 'hostes' sæpe confunduntur. Vide ad XXIII. 37. § 11. Paullo ante *tutum satis* Lov. 1.

§ 9 *Haud ferme plures Saguntini cadebant*] Τὸ *ferme* deest in Rec. eamque vocem delendam esse, manus sec. in Hearnii N. notavit. Tum *Saguntini cedebant* Gaertn. et Hav. Vide ad VI. 13. § 3.

§ 10 *Dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit*] Adhuc Silius I. 538. 'Inde inter nubes ventorum turbine cæco Ultrix injusti vibravit lancea belli, Ac femore adverso librata cuspide sedit:' sive, ut habet manu exaratus mens Silius, *Ac femine adverso*. Medius. *Incautus subiit* Lov. 2.

Tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset] *Tanta cita fuga* Hav. *ac trepidatio* Gronov. edidit 1679. consentientibus scriptis, quum antea vulgatum fuisset *atque trepidatio*. Præterea *fuit, dum vulnus ducis curaretur, ut non* Ber. *fuit, ut, dum ducis vulnus curaretur, non* Hav. Sed quatuor additæ voces ex principio cap. seq. huc retractæ sunt, et in iisdem codd. ibidem omittuntur.

CAP. VIII. § 1 *Ab adparatu operum ac munitionum nihil cessatum*] *Ac seditionum* Lov. 4. Tum *nihil cessatum est* Ber.

§ 2 *Acrius de integro obortum est bellum*] Flor. et Gud. *coortum*. J. F. Gronov. Ita et Cant. Cæsar. B. Gall. III. 7. 'Subitum bellum in Gallia coortum est.' Ita 'certamen coortum' I. 6. 'seditio coorta' V. 12. ubi quædam vide. Omnes tamen reliqui servant *obortum*, nisi quod *ortum* legat Gaertn. Præterea *acrius deinde obortum est* Lov. 3. Mox *pluribus partibus*, pro *pluribusque*, Ber. et Hav.

Vix accipientibus quibusdam opera locis] *Locis vel muris* Hearnii N. Sed duæ postremæ voces a manu altera deletæ sunt. Mox *moverique*, pro *admoverique*, Ber. a m. pr.

§ 3 *Ad centum enim quinquaginta millia*] Vet. lib. *ad centum enim et quinq*. Sigon. Inmittit Sigonius *et quinquaginta*. At Pal. 2. *ad centum enim quadraginta millia*. Gebh. *Ad centum enim et quinq*. Ber. Τὸ *enim* exsulat a Flor. et Cant.

Habuisse in armis creditur] Flor. auctior voce *hab. in armis satis cred*. J. F. Gron. Non negligendum puto *satis creditur*. Livius XXIX. 37. 'Id vectigal commentum alterum ex censoribus, satis credebant.' Ter. Andr. IV. 1. 50. 'Satis credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.' Et Eun. V. 9. 21. Sic 'satis sperare' Liv. XXVIII. 35. *Duk.*

Placet Flor. lectio, quam et optimi suorum fide Crevier. recepit. Non male. Ita hoc lib. c. 26. 'Vixdum satis credens Hannibalem superasse Pyrenæos montes.' XXXIX. 35. 'Satis credens, ipsum etiam juvenem aliquid momenti facturum:' *πάνυ ἐπέπειστο*, ut Polyb. id exprimit in Exc. Legat. num. XLIV. p. 1191. Illud *satis* Livio in deliciis fuisse, eumque id variis locutionibus junxisse, videbimus ad XXVI. 51. § 2. Pariter in sollemni locutione 'satis constat' eadem vox *satis* omittebatur l. XXXVI. cap. 35. § 8. ubi etiam vide. Tum *in armis habuisse*, trajectis vocibus, Ber.

§ 4 *Ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte distineri cœpti sunt*] Pall. tres *detineri*. Gebh. Flor. cum Gud. quod miror, *ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri*. Sed et uterque cum Men. Pet. Pal. *quassatæque*. J. F. Gron. *Tuenda obeundaque* Ber. et editi usque ad Aldum. Deinde 'multimodis' adverbialiter sæpe Lucret. adhibuisse novi; at quis hujus ævi scriptor adjectivo 'multimodus' usus sit, quæro. Id scio, alibi apud Livium non obcurrere. Id efficit, ne displiceat cod. Flor. lectio *multifariam*, quam etiam servat Cant. et unus Crevier. Ea autem voce Livius etiam utitur XXXIII. 18. 'Omnibusque ex præsidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis.' Præterea *detineri* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Rec. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. pro quo Ascens. 1516. *distineri* reposuit. Et recte. Vide ad v. 19. § 4.

§ 5 *Et non subficiebant: jam enim feriebantur arietibus muri. Quassatæ quoque multæ partes*] Pal. 2. *quassatæque multæ partes erant*. Gebh. Aliquis hic nodus: non enim percussi ariete muri justa causa cur oppidani parum suffecerint. Præterea in tribus scriptis [immo in quinque. Vide ad verba priora] reperi *quassatæque*. Scribe: *Et non sufficiebant (jam enim fer. ar.) muri, quassatæque multæ partes erant*. J. F. Gron. In vulgata scriptura non videtur obscurus sensus esse, si verba *et non sufficiebant*, ad oppidanos referantur. Nempe oppidani non sufficiebant ad omnia tuenda atque obeunda; quum aliis locis muri adhuc integri ariete ferirentur, aliis quassati ruinam minarentur, aliis jam dejecti ruinis urbem nudassent. 'Sufficere' κατ' ἔλλειψιν nominis vel alterius partis. Livius XXXVI. 45. 'Quoad sufficere remiges potuerunt.' Suet. Aug. c. 43. 'Pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent.' Virgil. Æn. IX. 515. 'Nec jam sufficiunt.' *Duk.* *Non sufficiebant. Itaque jam fer. ar. muri, quassatæque multæ partes erant* Flor. et Cant. *quassatæque* etiam Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Vide ad v. 27. § 1. *Quassatæque jam multæ partes erant* Lov. 5. *quassatæ multæ partes erant* Voss. et Lov. 1. Puto Gronovium optime locum constituisse; cujus emendationem recepi.

Una continentibus ruinis nudaverat urbem] Pal. 2. *et una cont. ruinis nudaverant urbem*. Pal. 3. autem *una concurrentibus minis*. Gebh. Ita et Branc. Latinii. Vide ad XXI. 8. § 5. *Nudaverant* autem Hearnii D.

Tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat] *Tres deinde turres* Lov. 4. Tum *quantumque intererat muri* Lov. 3. Mox *prociderunt* Ber. Lov. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 6 *Qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque*] Ant. Perizon. ad oram Livii conjicit *cum, velut si pariter*. Tum *utrosque muros texisset* Flor. Lov. 2. et Gaertn. *utrosque murus tetigisset* Rec. Hinc *utramque in pugnam* Gaertn. Paullo ante *captumque oppidum*, pro *captum*, Flor.

§ 7 *Quales, &c. per occasionem partis alterius censeri solent*] Pall. tres *con-*

sciri solent: vetusta ed. *conseri solent*. Gebh. Quid est 'censeri pugnas?' Immo *conseri*, ut edd. vetustæ: nam calamo exarati etiam corrupte habent *consciri*. Lib. xxv. c. 11. 'Cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri.' xxviii. 2. 'Et singuli biniqne, velut cum paribus, conserere pugnam cogebantur.' Video tamen offirmare codd. in tenendo τῷ *consciri*. Incipio id ferre: 'Bellum consciverant' dixit x. 18. et 'qui bellum in his provinciis conscivissent' xli. 8. et 'haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum conscisset' l. xxxiii. c. ult. Brutus ad Ciceronem Epist. xvi. 'postquam illud conscivi facinus.' *J. F. Gron. Consciri solent* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. cui lectioni adstruendæ exempla quædam hic adtulit Gronov. quæ tamen non evincunt quod voluit; quia dubium est, utrum *consciverant* aliaque in illis obvia sint a verbo 'conscio, conscire,' an a 'conscisco, consciscere' declinata: neque alibi 'conscire bellum' me observare memini. *Conciri solent* est in Lov. 3. Nihil propius autem esse videtur, quam ut probemus *conseri solent*, quod in reliquis Mss. ex quibus nulla varietas notatur, fuisse verisimile est. Ita loquitur Livius xxii. 48. 'Jam et in sinistro cornu Romano consertum prœlium erat.' xxvi. 39. 'Conserebant ex propinquo pugnam.' xxxviii. 40. 'Inordinatum simul pluribus locis prœlium conseritur.' xlii. 65. 'Alios adscensum undique tentare jubet, et cominus prœlium conserere.' c. 66. 'Consul anteveniens extemplo prœlium conseruit.' Τὸ *censeri* primum, errore sine dubio operarum, adparuit in ed. Curionis: quamvis autem interim *conseri* reduxerit Sigonius, nemo tamen ante Gronovium ei auscultare voluit. Præterea paullo ante *Tumultuariæ pugnæ nihil simile erat*, inmutato ordine verborum, Hav. Tum *in obpugnatione urbium* Ber. *in obpugnatoribus urbium* Rec.

Sed justæ acies, velut patenti campo] Vet. ed. cum Pall. *sed junctæ acies*. Gebh. Ita et Lov. 2. 4. Harl. Rec. et edd. Moguntina priores. *Sed utræque acies* Lov. 3. *sed justæ acies velut, velut pat. campo* Hav. *impatenti campo*, id est *in patenti campo*, Lov. 4. Mox *modico distante intervallo* Brancal. Latinii: *modico distanti intervallo* edidit Sigonius, sed, ut puto, operarum errore: in ea enim, quæ post mortem ejus cum ipsius scholiis a. 1592. prodiit, *distantia* repositum est.

§ 8 *Pœno cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente*] *Pœno jam cepisse urbem* Lov. 1. Tum *si paullum adnitatur* Flor. et Lov. 2. *si paullo adnitatur* Harl. Sed omnia hæc verba neglegentia scribæ exsulabant ab Hav. Paullo ante *animos irritabat* Ber.

Ne relicto a se loco hostem inmitteret] Flor. *ne in relictum a se locum hostem inmitteret*. J. F. Gron. Ita et Cant. Τὸ *ne* abest a Lov. 3. *hostem* a Voss. et Lov. 1.

§ 9 *Itaque quo acrius et confertim magis utrimque pugnabatur*] Flor. cum Gud. Voss. Pet. *pugnabant*. Scribe, *Itaque quo acrius et conferti magis utrimque pugnabant*. J. F. Gron. *Itaque quo acrius conserti, magisque utrimque pugn*. Lov. 3. *Itaque quo acrius et confercti magis utrimque pugnabant* Lov. 4. *pugnabant* etiam Lov. 1. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii N. quæ omnia conjecturam Gronovii adstruunt, ac veram præstant. Alibi autem adverbia et adjectiva per copulam jungi, vidimus ad viii. 19. § 2. Ut autem *pugnabant* in *pugnabatur* librarii mutarent, caussa fuisse potuit, quod mox sequatur 'vulnerabantur,' et mutatio activæ locutionis in passivam ipsis displiceret. Ita tamen sæpe Livium locutum esse, dictum est ad viii, 34. § 9. vel compendii

notas *pugnabãt*, id est *pugnabant*, et *pugnabaĩ*, id est *pugnabatur*, confuderunt. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Insuper *utrique* Voss. Vide ad VI. 31. § 8. Mox *vano intercedente telo* Harl. et Ber. eodem errore, quo 'cadere' et 'cedere' confunduntur; de quo vide ad VI. 13. § 3. *Telo intercidente vano* Lov. 4. *vano telo intercidente* Lov. 5.

§ 10 *Falarica erat Saguntinis, missile telum*] Festus: 'Falarica genus teli missile, quo utuntur ex falis, id est locis exstructis;' vel, ut ait Nonius, 'ex turribus ligneis dimicantes.' *Sigon.* Italicus I. 350. 'Armavit clausos, nec portis arcuit hostem Librari multa consueta falarica dextra, Horrendum visu robur, celsisque nivosæ Pirenes trabs lecta jugis.' *Modius.* Telum hoc inlustravit Lipsius Poliorc. v. 5. Vide etiam quæ notavi ad Silii VI. 214. Ceterum *Phalari erant Saguntinis* Flor. a m. pr. pro quo interpolatum est recenti manu *et phalarica erant Saguntinis*. *Erant* etiam est in Lov. 1. 2. 4. et Harl.

Hastili oblongo] Liber meus *hastali ab ligneo*. Tentabam, *missile telum fala ab lignea*. Sed pœnitet. Si enim Sagunti turres ligneæ, quare Pœni ariete, quam igne, pugnabant? *Klock.* Syll. Epist. a Burm. editarum tom. I. p. 393. Pall. 1. ac 3. *hastili abligneo*. Pal. 2. *astili ligneo*. At vetus ed. *hastili ligno oblongo*. Gebh. Vix ullus sic scriptus; inter editos primus Magontiacensis. Pet. *hastili alligato*. Men. *hast. abligno*. Pal. *astili ligneo*. Ascens. et Savet. *hastili ligno*. Denique Flor. Voss. Gud. duo Pall. *hast. abligneo*: et sic Romæ datum, et Mediolani, et Tarvisii, et bis Venetiis, et haud scio ubi Becharius: sic denique et Aldus expressit, *oblongo* ex Mag. ingerens in corrigendis. Fortasse volunt, quod Muretus e vet. lib. adscripsit, *hastili iligneo*. J. F. Gron. Vides insignem indignamque hæsitationem. *Iligneum hastile* satis refutat ipsa ligni ejus gravitas, inepta missili telo: dein Silius, dum ait I. 352. 'Celsisque nivosæ Pyrenes trabs lecta jugis.' At in Pyrenæis montibus nullæ nascuntur ilices. Itaque miramur, nec alios, nec Lipsium Poliorc. v. 5. (quum didicisset in melioribus libris legi *abjegno*,) id ausos amplecti. Nullo modo *oblongum hastile* potest defendi eo, quod Livius postea memoret ferrum trium pedum, ut sibi objiciebat Lipsius. Ms. Cantab. plane *abjegno*, et notæ sunt ex antiquis sagittæ *abjegnæ*. Jac. Gron. *Hastili oblongo* Ber. et Rer. *hastili ligneo* Hearnii L. 1. in margine, et ed. Ascensii 1516. *hastili ligno* Hearnii N. et edd. Ascensii 1513. ac Paris. 1529. *hastali abligneo* ed. Mediol. 1505. *hastili a ligneo* Harl. *hastili ab ligneo*, vel *abligneo*, præter Flor. et Voss. a Gronovio memoratos, Lov. 1. 3. 4. 5. Hafn. Hav. Gaertn. et Hearnii D. cum vetustioribus edd. nisi quod *hastile* sit in Rom. 1472. et Parm. *hastili abjegno*, cum Cant. Jac. Gronovii, etiam Lov. 2. Exc. Pithœi, et duo a Crevier. consulti: unde id ejus exemplo recepi. Mox *et cetreo tereti* Lov. 2. *et cetero tereti* Flor. Hafn. Voss. Ber. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscæ edd. pro quo Ascensius 1513. *et cetera tereti* recte substituit. Vide ad XXXVII. 7. § 15.

Quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice] Pall. 1. et 3. *liniebant pice*. Pal. 2. *liniebantque pice*. Gebh. *Stupa* unica *p* Voss. Lov. quinque, Ber. Harl. Gaertn. et Hav. Sed vide Pierium ad Virg. Georg. I. 309. Tum *circumlitigabant* Flor. a m. pr. *circumligabatur* Ber. a m. sec. Deinde *liniebantque pice* Flor. Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et Ald. ed. in contextu. Id quidem in usu fuisse Vossius existimat Gramm. v. 35. Potius tamen, Mss. neglectis, vulgatum *linebantque* hoc loco servandum, et

probanda censeo quæ Burm. notavit ad Quinctil. Decl. XIII. 5. Paullo ante *sicut in filo*, id est *prælio*, pro *pilo*, Lov. 2.

§ 11 *Ferrum autem tres in longum habebat pedes*] Est incestus sermo: ac plane confictus ab iis, qui τὸ *ferrum* acceperunt primo casu, quum sit quartus, et oratio omnis pendeat a præcedente 'Falarica.' Scribendum ex Ms. Cantabr. omissa præpositione: *Ferrum autem tres longum habebat pedes.* Ita perpetue Livius. Hoc lib. c. 28. 'Ratem unam ducentos longam pedes.' VIII. 10. 'Signum septem pedes altum.' XL. 29. 'Lapidem arcæ octenos ferme pedes longæ, quaternos latæ.' XXXVII. 40. 'Gladios tenues longos quaterna cubita.' Unde eodem lib. c. 37. ex Ms. Thuaneo corrigendum est *fossam sex cubita altam*, pro vulgato *cubitis*. Jac. Gron. Præpositio hic omnino melius abest. Alibi non magis incestum sermonem esse puto *in longum*, quam *in latum*. Mela I. 17. 'Reliqua extendit in latius.' Et I. 20. 'Obliqua tunc regio et in latum modice patens.' *Duk.* Emendationem Gronovii in contextum recepi, quia eam etiam Flor. et alter a Crevier. excussus firmant. Infra hoc lib. c. 61. 'Raro unquam nix minus quatuor pedes alta jacuit.' XXVI. 4. 'Septena jacula, quaternos longa pedes, data.' Mox *transigere corpus posset* Lov. 2. 3. et Hav. *transigere posset corpus* Berolin. Ita Silius meus locutus est XIV. 481. 'Transigitur valida medius, dum se adlevat, alni Cuspide Marmarides Scyron.' Vide etiam quæ notavi ad Silii XIII. 166. Verum, ita Livium loqui, non memini. Contra 'transfigere' ita utitur II. 20. 'Valerium ex transverso quidam adortus transfigit.' XXIII. 9. 'Per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est.' XXXVII. 41. 'Cuspides habebant, quibus, quidquid obvium daretur, transfigerent.' Præterea τὸ *maxime* exsulat a Ber. a m. pr. cujus loco *missile* legit Hafn.

§ 12 *Multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat*] *Ignem inferret* Lov. 5. Dein *arma amitti* Lov. 1. Ita sæpe peccant librarii. Vide ad III. 38. § 11. c. 63. § 1. V. 16. § 11. VII. 34. § 9. VIII. 27. § 11. IX. 12. § 2. et alibi. *Arma dimitti* Cant. et Exc. Pithœi. Doujatius, vulgarem loquendi formam vocem activam potius desiderare existimat *emittere cogebat*. Sed sine caussa.

CAP. IX. § 1 *Quum ergo diu anceps fuisset certamen*] Flor. ignorat τὸ *ergo*: nec pondus addit orationi. *J. F. Gron.* Deest etiam in Cant. et uno Crevier. qui similiter illa voce hic nihil opus esse judicat. Non dubito igitur, quin sit particula illa ex numero earum, quibus male diligentes librarii orationem Livii, suo arbitrio male biantem, melius connectere conati sunt. Ejusdem generis etiam esse συνώνυμον *itaque*, videbimus ad XXVII. 28. § 7. *Dein anceps fuisset* legit Gaertn. *anceps fuisset diu* Harl.

Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset] Hearnius *Pœnusque* invenit in D. *et Pœnus* in margine N. Mihi vero *Pœni, quia non vicisse pro victis essent* obvium fuit in Ber. Sed *Pœnus*, ut 'Romanus' III. 2. § 11. et 'Samnis' VII. 33. § 15. ubi plura dicta sunt. *Pœnus* librario displicuisse videtur, quod præcedat 'Saguntinis.' Sed hanc numeri mutationem sæpe Livio placuisse, videbimus ad XXXV. 40. § 6. Verbum *esset* non adparet in Hav.

§ 2 *Inde impeditum trepidantemque exturbant*] Pall. 2. ac 3. *inde impetu trepidantem exturbant*. Gebh. Eamdem lectionem inveni in Lov. 3. Insuper *illinc impeditum* in Gaertn.

Postremo fusum fugatumque in castra redigunt] *Inde postremo* Ber. Hav. et Hearnii D. atque N. Verum recte manus altera in ultimo cod. notavit, τὸ *inde* delendum esse. Deinde *re-*

dicunt Flor. a m. pr. quæ ansa fuit Salvinio conjiciendi legendum esse *reducunt*. Male. Nihil aliud commisit librarius, quam quod literas *C* et *G* confuderit; de quo vide ad VI. 25. § 6. 'Redigere,' ut XXVI. 12. 'Mulcati virgis, manibusque præcisis, Capuam rediguntur.' XXXVII. 43. 'Turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant.' Justin. IX. 4. 'Alios in exilium redegit, bonaque omnium occupavit.'

§ 3 *Quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent*] *Quibus obv. ad mare missis* Hearnius reperit in D. pro quo ipse *missi sunt* legendum conjicit. *Quibus obv. ad mare missi ab Hann. dicerent* obfert Lov. 1. Paullo ante *venisse legatos* Lov. 2.

Nec tuto eos adituros, inter tot tam effrænatarum gentium arma] Vos emendatis *effrenatarum*: ego *efferatarum* emendo. *Valla*. Vet. lib. *efferatarum*: probo. Porro autem Polybius III. 15. hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. *Sigon*. Valla emendarat *efferatarum gentium*. Et recte meo animo. Interim Pall. tres et prisca ed. vulgatum tuentur. *Gebh*. Non mutant libri. Probabile tamen Vallæ *efferatarum*. l. VIII. c. 14. 'Cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent.' X. 10. 'Accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat.' XXXVII. 54. 'Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, jamdudum efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes.' *J. F. Gron*. *Ne tuto eos adituros* Lov. 3. *nec tuto eo adituros* Lov. 5. *nec tutos eos adjuturos* Gaertn. Vide ad XXIV. 35. § 4. Deinde *tot tamque* Lov. 5. et Gaertn. Nihil opus. Supra V. 54. 'Tot tam valida oppida:' ubi quædam dicta sunt. Denique *efferatarum gentium* Lov. 2. Ber. a m. sec. Vatic. Latinii, et Hearnii N. in margine. *Effrenatarum* est in edd. Rom. 1472. et Parm. *efferatarum* in reliquis, quas vidi, Aldina prioribus. Similiter Crevier. invenit in cod. Victor. eamque lectionem non displicere testatus est. Ita Livius loquitur II. 29. 'Efferatus hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus.' XXIII. 5. 'Moribus inmitem ferumque insuper dux ipse efferavit.' XXXIII. 29. 'Efferavit ea cædes Thebanos.'

Nec Hannibali tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire] Ita primum exstitit in Gruteri ed. ultima, eamque lectionem reliquæ postea secutæ servarunt. Olim vulgatum fuit *in tanto discrimine*. Atque ita legunt Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. quod restitui. Tum *opus esse* Lov. 2. et Ber. neque aliter Hearnii N. in contextu. Male. Non intellexerunt librarii *operæ esse* hic poni pro 'vacare.' Supra IV. 8. 'Neque consulibus operæ erat id negotium agere:' ubi plura vide. V. 15. 'Caussatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle.' IX. 28. 'Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum.'

§ 4 *Ut præpararent suorum animos*] *Suorum animos* cur præparare jubet Annibal, an non satis præparatos, qui ipsi omnia suppeditabant tum? Legendum verius *ut præpararent senatorum animos*, quomodo Livium res ipsa scripsisse indicat, et quod mox addit 'adverso senatu,' erat enim is a factionis principibus præparatus. *Barthius*, Advers. XIV. 10. Codd. nihil mutant, nisi quod *præparent* sit in Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina prioribus. *Pararent* in Flor. a m. pr. Neque etiam aliquid mutandum puto. 'Sui' hic sunt homines, senatores suarum partium. Vide ad IV. 9. § 5. Iis autem recte obponuntur 'pars altera:' cujus obpositionis vis perit, si pro *suorum* reponamus *senatorum* cum Barthio. Paullo ante *Karthaginem protinus ituros* Flor.

Ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset] 'Gratificari pro aliquo' ulibi se legere, non meminit Doujatius, nisi subintelligamus Saguntinis gratificari, ut *pro Romanis* idem sit ac 'Romanorum caussa.' Eamdem difficultatem in hac locutione Ant. Perizonium invenisse, verisimile est; unde ad marginem Livii conjecit vel *gratificari Romanis*, vel *gratificari populo Romano:* quarum conjecturarum posteriorem alteri præfero. Audacius enim videtur, invitis codd. scriptis, præpositionem *pro* ex contextu ejicere. At contra *Po. Ro.* vel *P. Ro.* id est *populo Romano* librariorum ignorantia in *pro Romanis* mutari potuit. Præterea Ber. qui modo scripserat *præpararent*, hic etiam legit *possit*.

CAP. X. § 1 *Præterquam quod admissi auditique non sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit*] Adeone feroces igitur aut barbari Carthaginienses, ut nec legatos audirent? falsum: et statim infra scribitur c. 11. 'Multo infensius arguebant locutum Hannonem, quam Valerium Flaccum legatum Romanum.' Ergo admissi, auditi, ac dimissi. Et omnino tollenda negatio, legendumque *præterquam quod admissi auditique sunt.* Sensus est: Ea quoque legatio tam vana fuit et irrita, quam illa ad Annibalem: nisi tamen quod hic admissi sunt et auditi. *P. Rubenius*, Elect. I. 18. Ejeci negativam, quæ antea injurie heic se ostentabat; neque reperiebatur aut in Pall. aut in primariis edd. *Grut.* Animadvertit vitiosam scripturam eruditissimus Rubenius: non enim verum est, legatos Carthagini non admissos, verum autem ab Annibale ad Saguntum. Legit ergo *præterquam quod admissi auditique sunt*, extrita negatione. Ego vero Livium scripsisse puto, *Itaque, præterquam quod admissi auditique tum sunt, ea æque vana atque irrita legatio fuit.* Certe par effectus iis quæ egerant ad Saguntum. Hæc autem scriptura non paullo Livio dignior. *Barthius*, Advers. XIV. 10. Pal. 2. *vana et irrita*. Gebh. Vocula *non* deest tantum in Lov. 4. et Hav. In Flor. autem a recenti manu linea subscripta notata erat. Hearnius etiam monuit, eamdem a se inventam tantum esse in D. et N. et quidem in eorum posteriori a m. sec. deletam fuisse. Quod autem ad edd. adtinet, in quibus eam non reperiri Gruterus auctor est, adfirmo antiquiores non modo, quas vidi, verum etiam numero plures eam servare, quam omittere. Si vero *ea æque*, pro *ea quoque*, cum Barthio legere placet, τὸ *non* aliquo modo defendi potest, ut nempe verba intelligantur de legatis ad Hannibalem missis, qui admissi auditique non sunt. Præstare tamen videtur ut deleatur. Indocti enim librarii non videntur capere potuisse, quemadmodum legatio Romana admissa et audita nihilominus vana et irrita fuerit. Novi quam anceps sit hoc emendandi genus, et quam latam fenestram scriptoribus antiquis corrumpendis aperiat negationis vel additio, vel detractio: quantopere hac in re olim in Juris Romani libris peccatum sit, docuit Ant. Augustin. Emend. I. 2. et 3. Dantur tamen loca, ubi talis emendatio necessaria est. Ita, negationem addendam esse credunt viri docti mox ad § seq. et ad XXIII. 23. § 6. contra tollendam esse, ubi perperam a librariis addita erat, hoc lib. c. 22. § 1. XXVII. 13. § 7. et aliis locis. Id itaque et hic faciendum, ac negationem tollendam esse, verius puto.

§ 2 *Hanno unus adverso senatu caussam fœderis rupti*] Tres omnes Pall. omittunt τὸ *rupti*, necessarium sententiæ. *Gebh.* Postrema vox exsulat omnibus scriptis. *J. F. Gron.* Si unum Rec. excipias, exsulat etiam omnibus meis. Hearnius autem, qui ultimam vocem, præeunte Gronovio,

expunxit, postquam monuisset, eam in edd. Rom. principe, et Sigonii exstare, silens de codd. Oxon. indicasse videtur eos Gronovio adsentiri. Neque video, quid Gebhardum permovere potuerit, ut crederet eam sententiæ necessariam esse. Ceterum *averso senatu* Lov. 4. Utrumque ferri posset, quemadmodum, Deos tam 'aversos,' quam 'adversos,' recte dici vidimus ad VII. 3. § 2. Ipsa igitur ratio vult, ut et plurium et meliorum codd. lectionem probemus. Voces illas sæpius a librariis commutari, dictum est ad II. 31. § 6.

Propter auctoritatem suam cum adsensu audientium] Itane, cum assensu? Atqui paullo ante narrat, 'adverso senatu' dixisse. Et paullo post cap. seq. 'Nemini omnium certare oratione cum Hannone necessum fuit, adeo prope omnis senatus Annibalis erat;' et quæ plura in hac refragatione subtexuntur. Quid agam? quomodo traguiam hanc dejecero? Audendum est, (nam, ut ille vere scribit, 'Timidus in rebus dubiis, nauci non erit':') et reponendum, *propter auct. suam, non assensum aud.* Hanno, inquit, silentio caussam egit Romanam, non quod assentirentur; sed quia inveterata viri auctoritas hoc saltim juris apud eos obtinebat. *P. Ruben.* Elect. I. 18. Quis non videt, illud *cum assensu audientium* interpretationem esse aselli alicujus bipedis ad verba, *magno silentio?* Grut. Turbatum sensum Rubenius visus animadvertere. Legit igitur *propter auctoritatem suam, non assensum audientium.* Sed ut illam lectionem recipiamus, quæso, quid est agere propter auctoritatem suam Hannonem, non propter assensum audientium? an Hanno saltim loco suo tuendo agebat, certus assensum non secuturum? Alia res est. Ille enim maximopere rem ad suam sententiam ducturum sperabat. Ego vero sensum hic olfacere videor non absurdum. Senatum adversatum de industria Hannoni, non item alios audientes, quibus magna erat ipsius auctoritas. Sic nihil intolerabile in hac scriptura. . Credibile certe et confirmatum historicis, multos Carthagini fœdifrago Annibali male cupivisse, rem futuram præspicientes. Tantam Hannoni, ait, fuisse auctoritatem, ut etiam adverso senatu plurimi audientium illi sint assensi. Atque hæc ita sint. *Barthius*, Advers. XIV. 10. Placet P. Rubenii conjectura, *magno silentio propter auct. suam, non adsensum audientium, egit:* quam plumbeo pugione oppugnans vir doctus nihil agit. *Audientium* vult esse aliorum præter senatum. Quinam vero illi? Certe apud milites quoque et plebem factionis Barcinæ plus, quam modicas opes, fuisse, testis ante Livius. Nec τὰ *cum adsensu audientium* interpretatio sunt τῶν *magno silentio*, ut credidit Gruterus. III. 72. 'Quum Scaptium non silentio modo, sed cum adsensu, audiri animadvertissent.' *J. F. Gron.* Mihi quoque rem acu tetigisse Rubenius videtur, quamvis plerique et optimi mei, omnesque Hearnii Oxon. vulgatum tueantur. In solis enim Voss. et Harl. *non adsensum* fuisse videtur, si eorum excerptis (ipsos enim non vidi) fidem habere possum. Ne Barthius Rubenii conjecturam probaret, inde factum puto, quod per errorem omiserit voces *magno silentio.* Non enim interrogare debuerat 'quid est agere propter auctoritatem suam,' &c. sed 'quid est agere magno silentio propter auctoritatem suam?' atque ita vidisset non convenire quæ subjungit. Aliud itaque hic habemus exemplum, negationem perperam a librariis omissam esse, de quo ad § præc. egimus.

§ 3 *Per Deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se, ne Hamilcaris, &c.*] Hæc poëta Silius sic extulit in persona item Hannonis, II.

285. 'anxia rupi Pectora, ne castris innutriretur et armis Exitiale caput moneni, et, dum vita, monebo, Ingenitum noscens virus, flatusque paternos:' ac mox vs. 296. 'Exagitant manes juvenem furiæque paternæ.' *Modius.* [Vid. Lectt. Varr.] Vossiano concinit Lov. 1. At Hearnius testis est, Oxon. N. in margine a Flor. non dissonare, nisi quod *obtestantes*, pro *obtestans*, habeat, et *monuisse* omittat. *Per Deos fœderum arbitros memini prædixisse me* præfert Lov. 2. Voces *ac testes* exsulant etiam a Gaertn. *monuisset, prædixisset* est in Lov. 4. Pronomen *se* omittitur in edd. ante Aldum, quod intercepit vocis præced. syllaba finalis. Vide ad xxxiv. 11. § 7. Mox *subsit*, pro *supersit*, habet Gaertn. Scriptum primo fuerat per compendium *supsit*, inde, omissa nota, *supsit*, et mox *subsit*.

§ 4 *Juvenem flagrantem cupidine regni*] Silius II. 299. 'Ille novi cæcus caligine regni Externas arces quatit.' *Modius.* Vox *regni* exsulat a Lov. 3. Mox *succinctis armis legionibusque vivat* Gaertn. *succinctus armis legionibus usque vivat* Lov. 1. Τὸ *vivat* non adparet in Cant.

Velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis] *Velut victoriam igni præb.* Cant. *velut materiam igitur præb.* Lov. 5. Tum *ad exercitum misistis* Lov. 2. et Harl. *ad exercitum infestis* Gaertn. Mox *aluistis igitur hoc incendium*, pro *aluistis ergo*, idem Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 40. § 6. *Aluistis enim hoc incendium* Harl. *aluistis ergo hoc incendium, quo nunc Saguntum*, omissa una voce, Lov. 2.

§ 5 *Saguntum vestri circumsident exercitus*] *Nostri circumsident* Lov. 3. et 4. *nostri nunc circumsident* Ber. *nostri circumsedent* Rec. *nostri circumsedeat* Gaertn. unde suspicio nasci posset legendum esse *circumsedeant*. *Vestri circumsedunt* Hav. a m. pr. *circumsidunt* a m. sec. *circumsedunt* Flor. a m. pr. *circumsedent* a m. sec. quod superest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et antiqq. edd. Vide ad IX. 2. § 8. Et ita mox *circumsedebunt* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Rec. Harl. Gaertn. et Hav. cum iisdem edd.

Ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti] *Ducibus hiis iisdem Diis* Lov. 2. *ducibus Diis iisdem* Lov. 1. et edd. usque ad Aldum. Deinde *priore anno* Lov. 4. Hinc *fœdera ulti sunt* Hav.

§ 6 *Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis*] Pal. 2. *Utrum hostes.* Pal. 3. *Utrum vos, an hostes, an fort. utriusque pop. ignoratis?* Gebh. *Stulti, utrum hostes* Hearnii D. Verum dubium non est, quin vox *stulti* perperam a librariis repetita sit ex præcedentibus 'sunt ulti.' *Utrum hostes, an nos* Ber. a m. pr. *Utrum vos, an hostem, an fortunam populi utriusque ignoratis* Harl. *utriusque populi bello rupto ignoratis*, duabus vocibus insertis, Lov. 5.

Legatos, ab sociis et pro sociis venientes] *Et legatos a sociis* Lov. 5. *Legatos a sociis* Gaertn. Lov. 2. 4. Hav. et edd. ante Aldum. *Legatos pro sociis et a sociis ven.* Ber. Mox *imperator noster* Gaertn. Sed vulgatum præstat. Ut ita clam indicet Hanno, eum Barcinæ factionis imperatorem esse, non suum, quem ne senatus ad exercitum mitteret, antea monuerat.

Pulsi ad vos veniunt, res ex fœdere repetunt] Pal. 1. *res ex fœdere repetuntur, de re repetuntur:* (adscriptum *queruntur*) *publica fraus absit.* Pal. 2. *res ex fœdere repetuntur, de re queruntur publica. Publica fraus absit.* In Pal. 3. quoque adnotatum vacuæ membranæ *et de re queruntur.* Gebh. Annotavit in ora pater: Voss. *res ex fœdere repetuntur: de re repetuntur.* Gud. *repetunt: de re queruntur.* Ego etiam in Cant. inveni *repetuntur: de re repuntur.* In Oxon. vero *de re queruntur.* Nisi credimus sphalma esse scribentis, vide an Livius fecerit *Res*

ex fœdere repetunt; jure queruntur. Hoc est, quod Florus II. 5. et Livius I. 14. dicebat 'jure gentium agunt.' III. 26. 'Legati ab Roma venerunt questum injurias, postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.' *Jac. Gron.* *Pulsi ad nos venerunt* Flor. et Cant. Deinde *res ex fœdere repetuntur: publica fraus* Rec. Lov. 2. Gaertn. et edd. usque ad Vascos. *res ex fœdere repetunt: de re publica fraus* Hav. *res ex fœdere repetuntur: de re publica fraus* Voss. (ita enim, non, ut Gronov. refert, in excerptis meis inveni) et Lov. 1. *res ex fœdere repetunt, de re queruntur: publica fraus* Lov. 3. *res ex fœdere repetuntur, de re repetuntur: publica fraus* Flor. *res ex fœdere repetuntur, de re queruntur: publica fraus* Lov. 4. Harl. et Hearnii N. in quo tamen posteriore tres voces *de re queruntur* a manu altera deletæ sunt. *Res ex fœdere repetuntur, de re queruntur publica: publica fraus* Hafn. Insignis lectionum varietas persuadet verba illa a librariis addita, ac vulgatum verum esse.

Publica fraus absit, auctorem culpæ et reum criminis deposcunt] Ant. Perizonius in marg. Livii volebat *ut publica fraus absit.* Sane facile particula illa elidi potuit ab ultimis literis vocis præced. *repetunt*, vel *repetūt.* Vide ad XXXVII. 24. § 13. Quum tamen a codd. constanter absit, iis invitis hic aliquid mutari necesse non est. Potest enim commode subintelligi τὸ *si*, quæ vocula sæpe reticetur. Infra hoc lib. c. 44. 'Parum est, quod veterrimas provincias meas, Siciliam et Sardiniam, adimis. Etiam Hispanias? Et inde cessero, in Africam transcendes.' Vide Sanctii Minerv. IV. 7. p. 702. Gronov. Obs. IV. 20. p. 315. Broekh. ad Tibull. I. 7. 43. et Cortium ad Plinii I. 12. 4. Tum *ductorem culpæ et reum criminis* Gaertn. Vide ad XXVIII. 28. § 11. *auctorem culpæ et rerum criminis* Lov. 2. et 5. Similem errorem habuimus IV. 44. § 7. Vide ad XLV. 37. § 8. Deniquè *exposcunt* Rec. Male: 'deposcere' enim est ad pœnam poscere. Liv. hoc lib. cap. 18. 'Hannibalem, tamquam suo consilio Saguntum obpugnantem, deposcebatis:' et mox, 'Hannibal et insimulabatur, et deposcebatur.' lib. XXXVIII. c. 33. 'Legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis.' Vide ad II. 13. § 7. Plenius *ad supplicium deposcere* dixit hoc lib. c. 44. 'Ad supplicium depoposcerunt me ducem.'

§ 7 *Quo lenius agunt*] *Levius* Lov. 2. 5. Gaertn. Hav. et primæ edd. quod deinde ab insequentibus repudiatum Aldus revocavit. Inter errata tamen sententiam mutans *lenius* restituit. Et recte. Supra III. 50. 'Leniter agentibus responsum non redditur.' VII. 21. 'Si leniter agendo parum proficerent.' Quibus locis vide quæ notantur. Tum *perseverantius* Lov. 4. Sed vide ad IX. 13. § 1.

Ægates insulas Erycemque ante oculos proponite] Mirum hoc nomen tam varie scriptum inveniri, alibi *Ægadas*, alibi *Ægates*, *Ægusam* etiam apud Græcos, ut Polybium, qui I. 44. eam insulam mediam inter Carthaginem ac Lilybæum ponit. In eodem tamen libro paulo post cap. 60. ait, non longe a Lilybæo abesse, atque ita etiam posuit Ptolemæus III. 4. L. autem Florus in sua Epitome II. 2. 36. de pugna Carthaginiensium cum Luctatio consule ait, Carthaginiensium 'rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuisse,' ut Ægates inter has duas insulas esse significaret. *Glarean.* Vet. lib. *insulam.* Sic Polybius τὴν Αἴγουσαν et τὰς Αἴγας appellat. Ad Ægates autem insulam priore bello navali prœlio victus est Amilcar, idemque in fœderibus jungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præsidia deducere jussus est: auctor Polybius lib. I. *Sigon.* Silius II. 309. 'Respice, pro demens, pro pectus inane Deorum,

Ægates, Libyæque procul fluitantia membra.' *Modius.* Unitatis numero censet legendum Sigonius ex Polybio *insulam*. Pal. 2. *Hegatis*. Pal. 3. *Ægatis*. Andreæ ed. *Ægadas insulas*. Gebh. *Insulas* antiqq. edd. Glareanus deinde adnotationi præscripsit *insulam*, quod postea Sigonius ex vet. lib. firmavit, sed in nullo meorum codd. inveni. Omnes enim servant *insulas*, nisi quod Flor. *Ægatis insula Sericemque ante oculos proponite* legat, eademque lectio supersit in Cant. præterquam quod *proponit* præferat; in quibus ultima litera vocis *insulas* inde divulsa adhæsit voci sequenti. Sane *Ægusam* vocari unam trium insularum contra Lilybæum ac Drepanum, sed omnes tres ex ejus nomine *Ægades* adpellari, docet Cluverius Sicil. Antiq. II. 15. unde sequeretur *insulas*, non *insulam*, legendum esse. Vide etiam ad XXII. 56. § 7. Ceterum potius *Ægates*, quam *Ægades*, ut edd. ante Moguntinam præferunt, legendum esse, docui ad Silii I. 61. *Ponite* est in Ber.

Quæ terra marique per quatuor et viginti annos passi sitis] Ant. Perizonius conjicit in margine Livii *quæque terra marique:* unus autem Hav. *et quæ terra marique* obfert. Livium tamen innumeris locis copulas neglexisse, quas passim librarii addiderunt, sæpius ante observavimus. Insuper *quæ per quat. et vig. annos terra marique passi sitis* Lov. 4. *possidistis*, pro *passi estis*, Gaertn.

§ 8 *Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar*] *Nec hic puer dux erat* Ber. Deinde *sed pater ipsius* Ber. a m. sec. et Hearnii N. in contextu. *Sed pater ejus* Rec.

Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus] Hoc de Tarento apud neminem authorem invenio: sed Messana, Mamertinorum urbe, non abstinuere Carthaginenses, quæ urbs principium fuit, aut caussa potius primi belli Punici. Porro bello Tarentino cum Carthaginensibus quarto fœdus renovatum est, ut idem Florus in Livii Epitome lib. XIII. fatetur. Mamertinis autem auxilio venere, apud eundem lib. XIV. et lib. XVI. quo facto ab iis fœdus violatum est. Sunt autem Mamertini urbis Messanæ injusti occupatores, quibus Romani non satis decore auxilium tulere, ut author est Polybius I. 10. *Glar.* Vet. lib. *sed tunc Tarento et Italia.* Cæterum hic est locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Pœnos auxilio venisse numquam accepit. At in Epit. lib. XIV. 'Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab iis fœdus violatum est.' Orosius IV. 3. 'Tarentini, Pyrrhi morte comperta, nova arma sollicitant adversus Romanos, Carthaginiensium auxilia poscunt atque accipiunt.' *Sigon.* Pal. 1. pro *tum* repræsentat *idem*. Pal. 2. *tunc Tarento, id est Italia, non abstinueramus.* A Pal. 3. omnino abest *tum*. Gebh. Τὸ *tum* non est in Pal. uno, nec Men. Gudianus *volunt: tunc Tarento atque Italia:* sed ita, ut appareat, et pro *tunc*, et pro *atque*, aliud primum fuisse, quod erasum est. Talem oportet fuisse, ex quo Sigonius, *sed tunc Tarento atque Italia.* Flor. Voss. Petav. Pal. alter, *sed Tarento, id est, Italia, non abstinueramus ex fœdere.* Eodem tendit Pal. 3. ex quo annotatum *idem*. Sine dubio recte et eleganter *Tarento, id est, Italia.* Quod eam vim habet, ac si dicerem *Italia.* Et hoc ideo, quia eam vocem significat in fœdere expressam. Philinus scripsit fuisse inter Romanos et Pœnos συνθήκας, καθ' ἃς ἔδει Καρχηδονίους ἀπέχεσθαι Ἰταλίας ἁπάσης. Adversus quem etsi disputet Polybius III. 26. tamen, quasi fuissent, sive revera, sive interpretando hic loquitur Hanno. Ejusmodi est Flor. IV. 2. 'De successione Cæsaris senatus, id est, Pompeius, agitabat.' *J. F. Gron.* *Sed Tarento in Italia* Hearnius se invenis-

se testatur in L. 1. et D. *sed tunc Tarento atque Italia* in N. in cujus tamen margine *sed tunc Tarento in Italia* emendatur: *sed Tarento et Italia* Ber. a m. pr. *tunc Tarento et Italia* a m, sec. *tunc Tarento atque Italia* Lov. 2. *tum Tarento atque Italia* Lov. 5. *tum Tarento et Italia* Hav. *sed tunc Tarento, id est Italia* Gaertn. *sed Tarento, id est Italia* Cant. et Harl. quod a Gronovio recte probatum in contextum recepi. Eamdem lectionem firmat codex Lov. 1. *sed Tarento, idem Italia* præferens. *Idem* et *id est* passim in Mss. commutari, vidimus ad x. 8. § 10. Hinc *abstineamus* Voss. Lov. 1. et Hav. *abstinebamus* Harl. Voces *ex fœdere, sicut nunc Sagunto non abstinemus* desunt in Hav.: cui errori vocis *abstinere* repetitio caussam dedit. Vide ad IX. 11. § 11. *Sagunti non abstinemus* Voss. et Cant. *Saguntinum abstinemus* Lov. 1.

§ 9 *Id, de quo verbis ambigebatur*] Vide Gronov. ad v. 34. *Duk.* *Nobis ambig.* Rec. et Hav. *verbis ambigebant* Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Mox *et victoriam dedit*, pro *ei*, Harl.

Unde jus stabat] Vide Gronov. Obs. IV. 2. p. 194. *Duk.*

§ 10 *Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovit*] Silius I. 302. 'nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros Oppugnat, Karthago, tuos, teque obsidet armis.' *Modius.* Pall. tres *admovet.* Non longe post Pal. 3. *cum Romanis habendum est.* Gebh. Τὸ *nunc* omittit Lov. 2. Deinde *turres vineasque* legit Lov. 3. *admovet* autem est in omnibus meis, idque jam Gronov. admisit.

§ 11 *Dedemus ergo Hannibalem? dicet aliquis*] *Dedamus ergo Hann.*, interrogatione amota, Rec. et Hearnii L. 1. et N. in margine. *Dedendum ergo Hann.* Lov. 4. Sed interrogatio hic necessaria est, et vulgatum mutari nequit. Mox *levem meam esse in eo auct.* Lov. 4. et 5. *meam in eo levem esse auct.* Ber. Τὰ *in eo* desunt in Lov. 1.

Hamilcarem eo periisse lætatus sum: quod si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus] Primo τὸ *eo* deest in Ber. et Hearnii N. sed utrobique a m. sec. Deinde *perisse* Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav. cum multis, quas vidi, edd. Aldina prioribus; quod recepi. Vide ad v. 8. § 3. Insuper, quemadmodum huic adnotationi præmittitur, vulgo optimæ atque ultimæ edd. distinguunt, quum interpungendum sit *lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum.* Dicit enim *eo*, id est 'ideo,' (vide ad v. 16. § 3.) se morte Hamilcaris gavisum esse, quod, si diutius vixisset, jam antea belli cum Romanis auctor exstitisset: odii vero in Hannibalem hanc caussam esse, quod belli Romani furia ac fax sit. Ad hæc τὸ *jam*, in quo tamen emphasis est, non adparet in Lov. 3. *bellum cum Rom. jam hab.* legunt Lov. 4. et 5. *bellum jam hab. cum Rom.* Flor. Mox etiam *facemque ejus belli odio ac detestor* Rec. *facemque hujus belli odio ac detestor* Harl. *et facem hujus belli odi ac detestor* Ber. *facemque hujus odi belli ac detestor* Lov. 3. *facemque hujus belli odi et detestor* Gaertn.

§ 12 *Nec dedendum solum ad piaculum rupti fœderis*] Ab Aldo invaluit: nam Andreas, Tarvis. Ven. Beccar. Asc. Mog. *id piaculum:* hoc est, ipsum Hannibalem, ut sit pro piaculo. Malunt namque veteres in talibus epexegesi uti, quam præpositionem interponere, ut vulgo facimus. Lib. VI. c. 21. 'Auctores defectionis ab Romanis metu, ne soli crimini subjecti piacula iræ Romanorum dederentur.' IX. 10. 'Ipsum se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculaque pro populo dare Romano.' XXII. 22. 'Ibi obsides totius Hispaniæ fama erat custodiri. Id unum pignus animos morabatur.' *J. F. Gron.* Ante Aldum *ad piaculum* jam datum est in Mediol. ed. 1505. Eadem autem lectio superest in Lov. 1. 2. Ber.

Hafn. et Hearnii L. 1. ac D. Nihilominus cum Gronovio *id piaculum* præfero. Supra VIII. 9. ' Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, sicut cœlo missus, piaculum omnis Deorum iræ.' Solent autem *ad* et *id* in Mss. commutari. Vide ad Epit. Liv. II. circa finem, ad II. 11. § 5. III. 3. § 5. c. 67. § 5. VI. 20. § 10. VII. 48. § 8. 14. VIII. 27. § 9. aliisque locis. Mox *si nemo deposcit*, pro *deposcat*, Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. a m. pr. et Gaertn. Et ita Aldus in contextu edidit, qui tamen inter errata *deposcat* restituit.

Ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere] An non potius *accidere?* Lib. XXVII. c. 50. ' Tam sollicitæ ac suspensæ civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienses,' &c. XXVIII. 7. ' Inde quum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum.' XXXII. 30. ' Posteaquam fama accidit, alterum consulem Boiorum urere agros.' Hoc ipso libro inferius c. 61. ' Priusquam certa hujus cladis fama acciderit.' *J. F. Gron.* Lib. XXVII. c. 29. ' Quia repente fama accidit, classem Punicam adventare.' XLV. 28. ' Postquam fama accidit, trajecisse jam mare decem legatos.' Ita ' clamor,' ' vox,' ' sonus accidere' dicuntur, de quibus vide ad XL. 32. § 2. Omnes tamen codd. constanter *accedere* servant. Verum sæpissime librarii ' accidere' et ' accedere' confuderunt in Mss. Vide ad Livii II. 2. § 10. c. 45. § 9. c. 50. § 7. IV. 3. § 17. c. 33. § 9. V. 2. § 9. X. 5. § 2. c. 41. § 7. XXV. 32. § 3. ad Epit. Liv. LV. viros doctos ad Suet. Cæs. c. 20. et Cort. ad Sall. Jug. c. 107. Pari modo confunduntur ' incidere' et ' incedere.' Vide ad IX. 24. § 10. Præterea *et ablegandum eo* Ber. *ablegandum eo* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Ald. in contextu, altera lectione *ablegandumque* in erratis revocata. Tum *nec* deficit in Lov. 4. Deinde *nomen ullum famaque* est in Ber.

Nec sollicitare quietæ civitatis statum possit] Plenius Flor. *neque ille soll. quietæ civ. statum possit.* J. F. Gron. *Non soll.* Lov. 5. *neque soll.* Cant. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Hafn. Harl. Hav. ac primæ edd. quod postea mutatum Gronovius revocavit. *Neque ille sollicitare* etiam unus apud Crevier. Vide ad IX. 9. § 14. *quietum civ. statum* Harl. et Gaertn. *quietæ statum civ.* Lov. 2. Ber. et Hav.

§ 13 *Ego autem ita censeo*] Disparet in Pall. omnibus *autem*. *Gebh.* *Ego ita censeo*, sine τῷ *autem*, non modo Flor. sed et Gud. Voss. tres Pall. Mureti libri. *J. F. Gron.* Nullus etiam meorum codd. ut nec Hearnii Oxon. hanc vocem agnoscunt. Vide hoc lib. ad c. 3. § 6. Est autem hæc particula ex numero earum, quas passim librarii orationi Livianæ interponere soliti sunt. Vide hoc lib. ad c. 40. § 11. Mox *a Sagunto* Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. vett. Insuper *ex fœdere dedant* Ber. a m. pr. *dedant* deest in Lov. 2. Mox *res Saguntinas* edd. antiqq. Eamdem lectionem exhibet contextus Aldi, qui tamen in erratis mutata sententia *Saguntinis* probavit.

CAP. XI. § 1. *Quum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo*] *Quum hæc Hanno* Gaertn. Tum *certare orationes cum eo* Lov. 1. *certare cum oratione eo* Rec. *certare cum eo*, voce omissa, Ber. a m. pr. Mox *senatus omnis* Harl. et Ber. Deinde *arguebat*, pro *arguebant*, Gaertn Male. Livianum enim est *senatus arguebant.* Vide ad IV. 58. § 4.

§ 2 *Responsum inde legatis Romanis est*] Τὸ *est* abest a Pal. 2. *Gebh.* *Resp. insuper legatis* Rec. Tum *Romanis legatis* Harl. et edd. Aldina priores: τὸ *est* autem non adparet etiam in Cant. Mox *a Saguntinis* cum edd. Aldina antiquioribus, Lov. 1. Ber. Rec. et Gaertn. quorum posterior etiam *ē*,

sive *est*, pro *ἔτι*, sive *esse*, perperam præfert.

Populum Romanum injuste facere] Pal. 2. præfert *populum injuste facere*, excluso τῷ *Romanum*: ut et in sequentibus. Pal. 3. *præponat*. Gebh. *Præponat*, quod Pal. 3. præferre Gebhardus testatur, superest non tantum in omnibus editis, sed et in scriptis, nisi quod Hearne in D. invenerit *præponant*. De eo vide ad x. 18. § 11. Vox autem *Karthaginiensium* deficit in Rec. Tum *præponat societati*, inverso ordine, Harl.

§ 3 *Paucorum iis dierum quietem dedit*] Iterum Pal. 2. *paucis his diebus quietem dedit*. Gebh.

Animos eorum nunc ira in hostes stimulando] Etsi me deserat antiqua manus, ausim tamen *interim an. eorum nunc ira in hostes stimulanda, nunc spe præm. accendit*. J. F. Gron. Si hanc conjecturam recipimus, eadem erit locutio ac 'divendenda præda,' de qua vide ad I. 53. § 3. Verum neque codd. mei aliquid mutant, nisi quod *nunc animos eorum*, transpositis vocabulis, legat Lov. 2. et *animos aliorum nunc* Rec.

§ 4 *Pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore*] *In concione* Ber. *per concionem* Hav. Tum *captæ urbis prædam* Ber. Deinde *militibus fore* Hearnii D. Mox *adeo omnes accensi sunt* Lov. 3. *accensi adeo omnes sunt* Harl. Tandem *resisti posse videretur* Ber.

§ 5 *Ut a præliis quietem habuerant, non lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies*] Hujus loci mentem non cepere, qui *lacessiti* putant poni pro 'sunt lacessiti,' ac post *dies* ponunt τελείαν στιγμήν. *Vossius*, Gramm. VII. 62. Quinam tamen sint, quos Vossius carpat, me nescire profiteor. Ceterum *ut* deficit in Lov. 1. *habuerunt* est in Lov. 4. qui et mox similiter præfert *cessarunt*, pro quo est *cessarant* in Lov. 5. *cessaverunt* in Harl. et contextu Hearnii N. Insuper *aliquos dies* Flor. a m. pr. et Rec. Vide ad VI. 37. § 8. In verbis seqq. *et ita non nocte, non die* Lov. 3. *ita non die non nocte* Hearnii N. in margine. Eo ordine est VI. 4. 'Laborque continuus non die, non nocte remissus.' XXXII. 15. 'Obpugnatio continua non die, non nocte remissa.' XLII. 54. 'Oppidanos diem, noctem, eosdem tuentes mœnia continens labor conficiebat.' Sed et altero ordine est III. 27. 'Quid quæque nox aut dies ferat, incertum esse:' et alibi. *Ita nec nocte, nec die* Lov. 4. et 5. quorum codd. librariis copulam omissam esse displicuisse videtur; at ita Livium plerumque malle, quædam ex laudatis exemplis probant. Et ita *non cedendo, non modestia* Livius inquit XL. 15. § 5. ubi plura vide.

§ 6 *Obpugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante*] Pal. 1. exhibet, *oppugnatio eos aliq. acrior, quam ante, aderta est*. Gebh. *Quam antea* Ber. a m. pr. Mox τὸ *aut* non adparet in Lov. 1. Deinde *premerent*, pro *streperent*, Hearnii D. Infra XXII. 14. 'Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum.' XXV. 25. 'Quum omnia terrore ac tumultu streperent.'

§ 7 *Ipse Hannibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis superans*] Pal. 2. *Inde Annibal, qua turris mobilis*. Gebh. *Qua turris nobilis* Flor. Vide ad X. 20. § 8. De mobilibus turribus vide Lips. Poliorc. II. 4. *Quadam turri mobili* Lov. 4. Mox *ortator aderat* Rec. *orator aderat* Lov. 2. eodem errore, quo *hortans* et *orans* confundi solent; de quo vide ad XXX. 7. § 7. *hortatur, aderat* Lov. 5.

Muros defensoribus nudasset] *Custodibus* edd. antiqq. pro quo Aldus dedit *defensoribus*, consentientibus omnibus scriptis. Deinde *denudasset* Hearnii N. cujus tamen margo alterum *nudasset* obfert. Et recte. Lib. IX. c. 39. 'Ne nudentur propugnatoribus signa:' hoc lib. c. 8. 'Saguntinis pro nudata mœnibus patria cor-

pera obponentibus.' c. 14. 'Nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem.' XXXII. 39. 'Ut eo quoque præsidio Philippum nudaret.' XXXVII. 6. 'Jam enim magna parte nudata mœnibus erat.' XXXVIII. 27. 'Nudati omnibus rebus oratores de pace ad consulem miserunt.' XL. 6. 'Nudatis omnibus præsidiis patefactisque bello ad Pydnam refugit.' Scripsi etiam cum duplici liquida *ballistisque*, non tantum ob cod. Flor. auctoritatem, sed quia id jubet vocis origo. Vide Voss. in Etymol. ea voce, et Dausq. in Orthogr. parte 2. in voce 'Ballistarius.' Adde Lipsium Poliorcet. III. 3.

§ 8 *Structuræ antiquæ genere*] *Antiquæ structuræ genere* Ber. *structuræ antiquo genere* Lov. 5. ultima vox non adparet in Lov. 2.

§ 9 *Itaque, antequam cæderetur, ruebat*] Pall. tres *Itaque latius, quam cæderetur, ruebat*: quod verissimum est. *Gebh.* Ridiculum. Quanto verius tres Pall. *Itaque latius, quam cæderetur, ruebat*. Eadem nempe labes continentia dissolvebat, et trahebat in suam ruinam. Ammianus XXIV. 4. 'Sternitur altior turris, latere coctili firmissime structa: cujus ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit.' *J. F. Gron.* Lectioni, quæ ante Gronovium obtinuit, adhærent Voss. Lov. 1. Hav. et Exc. Pithœi. *Itaque latius, quam cæderetur* est in Cant. Harl. Lov. 2. Rec. et Hearnii L. 1. D. ac N. Neque multum hinc abeunt reliqui. *Itaque ante latius, quam cæderetur* Lov. 3. *Itaque ante latius, quam crederetur* Hafn. *Itaque latius, quam crederetur* Lov. 4. 5. et Ber. *Itaque latius, quam qui cæderetur* Flor. *Ita ante latius, quam crederetur, ruebat. Itaque, etiam antequam cæderetur, ruebat* Gaertn. 'Cædere,' vel 'cedere,' (ita enim neglecta diphthongo ascribebant,) et 'credere' sæpe commutantur. Vide ad III. 21. § 3.

Perque patentia ruinis] *Per quæ patentia* Lov. 4. Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit vel *perque patentes ruinas*, vel *perque patentia ruinarum*: quod posterius eo modo dictum foret, quo 'tarda nominum.' Vide ad VII. 21. § 8. *Perque patentia nimis* Hav. Sed similitudo partim literarum *ru* et *ni*, partim *in* et *m* librarium in errorem perduxit. De prioribus vide ad II. 29. § 9. de posterioribus ad XXXVI. 6. § 4.

§ 10 *Locum quoque editum capiunt: conlatisque eo catapultis ballistisque*] *Locumque editum* Ber. Vide ad V. 27. § 1. Tum *eo* deest in Lov. 1. Male. Vide ad VII. 30. § 15. Deinde *catapultis, lagiptis, ballistisque* Hearnii D. et N. a m. pr. pro quo *sagittis* scribendum conjecit, quod ipsum superest in Lov. 3. et Gaertn. An tamen hic admitti debeat, admodum incertum puto. Mox *circumdabant*, pro *circumdant*, Cant. Dein *ab non capta urbis parte* Rec. *ab nondum captæ urbis parte* Ber. et Gaertn. *ab nondum capta parte urbis* Flor.

§ 11 *Utrimque summa vi et muniunt, et pugnant*] *Utrumque* Lov. 5. et Gaertn. *Utrique* Lov. 2. Ber. et Hav. Vide ad VI. 31. § 8. Deinde *summa vi muniunt* Ber. Vide ad II. 44. § 3.

Minorem in diem urbem Saguntini faciunt] Credo legendum *in dies*, ut in Elegantiis. *Valla.* *In dies* quidem emendavit Valla, secutusque Andreas. At Pall. tres *in diem*. Gebh. Valla Elegant. III. 69. ita inter *in diem* et *in dies* distinguit, ut illud plerumque cum verbo 'vivit,' aliquando, sed raro, cum alio jungatur verbo; *in dies* autem idem sit quod 'quotidie,' sed proprie cum quodam incremento, ideoque plerumque cum comparativo. Quod quum verum esse crederet, inde sequebatur, hic legendum esse *in dies*, quæ lectio apud me non superest, nisi in Hav. et forte Lov. 1. Reliqui omnes *in diem* ser-

vant. 'Mutabiles in diem causæ' Livius dicit XXXI. 29. Similiter variunt codd. inter *in diem* et *in dies* ad VII. 38. § 7.

§ 12 *Simul crescit inopia omnium*] *Inopia rerum omnium* Ber. quod quin ex interpretis glossa natum sit, quum codd. additam vocem respuant, dubium non est. Vide ad XXXVII. 18. § 1. Mox *alienæ opis*, pro *externæ*, idem cod. ex eodem fonte.

Quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent] Pal. 1. *cum jam procul Romani*. Pal. 3. *cum jam procul Romana unica spes*. Gebh. *Quum jam procul* Voss. Lov. 1. 3. 4. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii D. prono librariorum errore, qui sæpius has voces inter se commutarunt. Exempla vide ad II. 45. § 11. III. 28. § 8. V. 54. § 5. VI. 21. § 2. c. 26. § 7. VIII. 6. § 12. IX. 2. § 4. X. 19. § 7. XXIII. 22. § 4. XXIV. 42. § 9. XXV. 37. § 13. XXVI. 12. § 15. XXXV. 8. § 3. XXXVIII. 31. § 4. XL. 35. § 14. Adde Nic. Heinsium ad Nason. Her. III. 67. et quæ notavi ad Silii XIV. 427. Quod vero *Romana unica spes* dederit librarius Pal. 3. apud Gebhard. inde factum est, quoniam hæc per adpositionem dici non intelligebat. Tum *erant*, pro *essent*, Gaertn.

§ 13 *Profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque*] *Horetanos Carpetanosque* Voss. *Horetanos Carpentanosque* Lov. 3. et 5. *Orentanos Carpentanosque* Lov. 2. et Ber. *Oretanos Carpentanosque* Cant. et Hav. *Horentanos Carpentanosque* Lov. 4. et Gaertn. quorum posterior etiam *Paullisper tum adfectos*, pro *tamen adfectos*, obfert. In seqq. *compressi celeritate*, pro *oppressi*, Hearnii D.

CAP. XII. § 1 *Maharbale Himilconis filio*] Pal. 1. *Maharmale Hilmiconis filio*. Gebh. *Mahermale Hamilconis filio* Flor. a m. pr. *Hemilconis* a m. sec. In reliquis varie admodum hæc nomina scribuntur, et prius quidem *Mahermale*, *Maharmele*, *Mahgrmale*, *Maharnale*, *Maherbale*, *Mabarmale*, in *Aharmale*: posterius autem *Hymilconis*, *Hilmiconis*, *Hilmilconis*, *Hamilconis*, *Amilconis*, *Hamachonis*, *Humichonis*. Sed 'Maharbal' et 'Himilco' inter Pœnos nota sunt nomina. In principio cap. *Nec Saguntini oppugnatio* Ber.

Quem præfecerat Hannibal] Flor. *eum* ἀντὶ τοῦ *quem*. Scribe *Maharbale Himilconis filio* (*eum præfecerat Hannibal*) *ita impigre rem agente*. J. F. Gron. Lectionem a Gronovio probatam firmat Cant. quare eam recepi.

§ 2 *Tribus arietibus aliquantulum muri discussit*] *Aliquantulum* præferunt edd. antiqq. *aliquantum* deinde substituit Froben. 1531. quod, a secutis editoribus servatum, iterum ejecit Gronov. priori lectione revocata. Hinc in animum inducere non possum *aliquantulum* incuria operarum in edd. Gronovianas irrepsisse: sed potius credo, Gronovium ita dedita opera vulgasse: præsertim quum id, nisi excerpta mea fallant, in plerisque supersit codd. et *aliquantum* tantum exstet in Ber. et forte Flor. Sæpius ita variant librarii. Vide ad VII. 36. § 5. Hic caussam non video, cur, reliquis omnibus spretis, paucorum auctoritatem sequerer. Vide hoc lib. ad c. 28. § 11. Deinde legendum videtur *decussit*. Ita Tarquinius Superbus 'summa papaverum capita dicitur baculo decussisse' I. 54. Vide Oudendorp. ad Front. I. 1. ex. 4. Similiter quæcumque fulmine icta ejus vi a reliquo corpore avelluntur, dicuntur 'decuti.' Infra XXV. 7. 'Muri turresque quædam Cumis non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ.' XXVI. 23. 'Victoria, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quæ in ante fixis erant, hæsit.' XL. 45. 'Muri pinnæ aliquot locis decussæ erant.' Quin et ipsa, quæ hic obcurrit, locutio, ut muri dicantur 'decuti arietibus,' sæpius apud Livium obvia est.

Ut XXXII. 17. 'Postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati.' XXXIII. 17. 'Multis simul locis aut subruti, aut ariete decussi ruebant muri.' XXXVII. 6. 'Multis tamen locis murus decussus erat.' XLIV. 8. 'Pinnas mœnium decussas reponit, ab omni parte muros firmat.' Solent autem 'decutere' et 'discutere' a librariis confundi. Vide Scheff. ad Jul. Obseq. de Prodig. cap. 71. et Broekhus. ad Prop. IV. 1. 141. Et ita passim pleraque verba, quæ cum *de* et *di* vel *dis* componuntur. Vide quæ notavi ad Livii VII. 23. § 6. Paullo ante *Isque prœlia*, pro *Is et prœlia*, Lov. 3. 4. 5.

§ 3 *Tentata deinde per duos exigua pacis spes*] Pall. 1. ac 2. *per duos est exigua pacis spes*. Pal. 3. vero *Tent. est inde per duos exigua pacis spes*. Gebh. Quemadmodum Gebhardus in duobus Pall. deprehendit, Jac. Gronovius edidit: eamque lectionem tantum non in omnibus meis codd. inveni, nisi quod alio ordine *tentata est deinde per duos* supersit in Harl. In præcedd. *Ita ad ipsam arcem*, pro *Itaque*, Cant. *Itaque ad ripam arcemque* Harl. Deinde *atrox prœlium*, pro *atroxque*, idem Harl. In seqq. *Calorcum* hic et mox § 6. Cant.

§ 4 *Alcon, inscius Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus*] Pal. 3. cum 1. ut et prima ed. habet *Alcon in conscius*. Gebh. Inferius, ubi in oratione Alorci hoc nomen repetitur, notavit pater ex Flor. *Alco*, et in exemplari literam *n* induxit, ut videatur id prætulisse. Me quoque illic notasse cerno ex Cantabr. *Alco*, hoc loco præterito: utrobique tamen id reor usurpatum ab Livio. *Jac. Gron.* So etiam hoc loco *Alco* in vet. lib. invenisse, Sigonius in prima Scholiorum ed. monuit, itaque edidit. Verum quum postea operarum errore in seq. ed. *Alconsciis Saguntinis* excusum esset, in ultima tandem id totum Scholion omissum est, licet eadem lectio *Alco* in contextu servata sit. Ceterum licet Flor. et Cant. cap. seq. *Alco* præferant, eosdem tamen hic *Alcon* legere, excerpta eorum, quibus utor, fidem faciunt. Si tamen *Alco* præferendum quis existimet, id eodem modo formatum putabo, quo *Agamemno*, pro *Agamemnon*, de quo consule J. F. Gronovium ad Senec. Agamemn. vs. 514. Adde quæ notantur ad XXXIV. 61. § 10. Præterea *consociis Saguntinis* Cant. *commotus insciis Saguntinis* Ber. *inde consciis Saguntinis* Hearnii L. 1. *inconsiis Saguntinis* Lov. 1. *inconsciis Saguntinis* Lov. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hearnii D. N. in margine, et vett. edd. quod ex duarum lectionum, *insciis* et *consciis*, conjunctione natum esse videtur: quomodo XXII. 20. § 5. 'inconjuncta' dedisse librarios videbimus. *Insciis Saguntinis* primus edidit Sigonius, et quidem, ut in omisso Scholio testatur, ex vet. cod. quomodo etiam reliqui mei servant. At unus Hearnii N. in contextu legit *inscientibus Saguntinis*. Quod, si plurium ac graviorum codd. auctoritas accederet, non displiceret, et, tamquam minus obvium, ab indoctis librariis in notius *insciis* mutatum crederem: præsertim quum *insciens* etiam obcurrat VII. 5. 'Inscientibus cunctis cultro subcinctus ad M. Pomponium tribunum pergit.'

Conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur] Pall. tres *ab irato auctore*. Gebh. *Conditionesque tristes ab irato*, omissa vocula *ut*, Lov. 2. Male. Vide ad X. 43. § 15. Tum *ab irato auctore* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl. *ab auctore irato* Rec. Vide ad cap. 43. § 5. pro eo deinceps *ab irato actore* datum est in Lov. 2. et Gaertn. Paullo ante *et postquam*, addita vocula, Cant.

Moriturum adfirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret] *Confirmans* Ber. Hinc vocula *his* deficit in Lov.

4. Deinde *agebat* est in Gaertn.

§ 5 *Postulabatur autem, redderent res Turdetanis*] *Postulabant autem* Voss. sed penultimæ literæ adscripta est nota, qua librarius aliquid delendum esse indicare solet, ut voluerit *Postulabat autem*, nempe Hannibal; quod ipsum exstat in Gaertn. Tum *ut redderent* Ber. Rec. et Hearnii D. atque N. a m. pr. Reliqui voculam *ut* omittunt, quæ etiam non necessario requiritur. Vide ad III. 45. § 10. Deinde *Tudertanis* Rec. *Turditanis* Flor. Voss. Lov. 2. et Gaertn. Vide ad cap. 6. § 1.

Traditaque omni auro atque argento] *Omni auro et argento* Pal. 3. *Gebh.* *Omnium auro atque argento* Rec.

§ 6 *Vinci animos, ubi alia vincantur*] Quæ *alia?* Forte *ubi arma vincantur*. J. F. Gron. *Ut alia vincantur* Ber. a m. sec. Roganti autem Gronovio quæ *alia?* respondet Doujatius, intelligi muros, munimenta, arces: non itaque necesse esse rescribi *arma*. Similiter etiam Cuperus Livium in margine exemplaris, quo uti solebat, exposuit: quorum etiam sententia vera videtur.

Se pacis ejus interpretem fore pollicetur] *Sese pacis* Lov. 4. et 5. Tum in margine Flor. pro varia lectione adscriptum erat *profitetur*. Mox *Erat autem tunc miles* Lov. 2. Sed *τὸ tum* exsulat a Ber.

§ 7 *Ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus*] *Et ipse prætor ita jubebat* Lov. 2. et Hafn. Vox addita est ex glossa interpretis, qui tamen erravit; non enim ipse prætor, sed ipse Alorcus intelligendus est. *Et ipse ita videbat* Harl. Vide ad XXVII. 5. § 18. Τὸ *est* non adparet in Gaertn.

§ 8 *Senatus Alorco datus est*] Nescio unde evenerit, ut *Alorci* sit in Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. apertissimo errore. Paullo ante *omnis concursus generis hominum* Lov. 4. et 5. quorum posterior etiam *fretus* legit, pro *factus*.

Cap. XIII. § 1 *Conditiones ab Hannibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter*] *Conditiones retul.* mediis omissis, Ber. a m. pr. Tum *item*, pro *iter*, Gaertn. In initio autem cap. *Si civis ipse Alcon* præferunt edd. antiqq. pro quo Aldus dedit *civis vester*, consentientibus omnibus scriptis, nisi quod male *civis nr* sit in Gaertn. Alorcus enim non erat civis Saguntinus, sed iisdem amicus et hospes. Insuper *sicuti ad pacem* etiam priscæ edd. pro quo Gruterus substituit *sicut:* quod servant codd.

Nec transfuga ad vos venissem] Præstans ille Cant. *nec transfugasset ad.* Apparet fuisse *nec transfuga sic ad vos venissem.* Jac. Gron.

§ 2 *Quum vero ille, &c.*] Τὸ *vero* deficit in Pall. 1. et 2. *Gebh.* Mss. *Quum ille,* non *Quum vero ille.* Itaque adversativam delevimus, sed præeunte patria manu. *Jac. Gron.* Eamdem particulam, si unum excipias Gaertn. nullus meorum codd. agnoscit, quam etiam ab suis exsulare refert Hearnius. Passim soliti fuerunt librarii hanc similesque particulas connectendæ orationi Livianæ interponere. Vide ad I. 5. § 7. II. 54. § 5. VI. 4. § 1. et VII. 40. § 12. Adde quæ notantur ad X. 39. § 4.

Si metum simulavit, sua; vestra, si periculum est apud vos vera referentibus] Τὸ *sua* a m. pr. deerat in Flor. Postea manu alia *et sua si metum simulavit* subpositum est: *sua, si culpa metum simulavit* Gaertn. *sua, si metum simulavit* Ber. et Rec. Deinde *ad vos verum referentibus* primæ edd. usque ad Aldum, vulgatæ lectionis auctorem, cui scripti concinunt.

Ego, ne ignoretis, esse aliquas et salutis et pacis vobis conditiones] Vet. lib. *ne ignoraretis.* Sigon. *Ergo,* pro *ego,* Flor. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Tum *ignoretis* Lov. 1. 2. Rec. et Flor. a m. pr. in quo a m. recent. repositum est *ignoraretis,* quod superest in

reliquis scriptis et edd. usque ad Froben. qui demum a. 1531. *ignoretis* dedit. Præterea *et pacis* non adparet in Lov. 4.

§ 3 *Neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis*] *Nondum vestris viribus* Lov. 5. Hinc *auspicia ab Rom.* Lov. 4. *auxilia a Rom.* Ber. Rec. Gaertn. et edd. ante Aldum. Tum *superastis* Cant. obvio scribarum errore. Vide ad VI. 2. § 12. et X. 6. § 11. In præcedentibus, *Vestra autem caussa me, nec eum ullius alterius loqui* Cant. *Vestra autem caussa, nec me ullius alterius loqui* Ber. at τὸ *me* non adparet in Harl.

§ 4 *Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est*] Pall. 1. ac 3. *ulla est spes.* Pal. 2. *ulla est vobis spes.* Gebh. *A Romanis* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores. Deinde *ulla est spes* Flor. Ber. et Harl. Insuper *mentionem feci. Postquam, &c. nec vestra jam*, et mox vocula *vos* desunt in Cant. *Nec vestra jam, &c. ita aliqua spes est* in Gaertn. Præterea *nec vestra vos jam aut arma habent* Flor. et Harl. qui insuper *pacem defero* legunt, pro *affero;* ita tamen, ut prima syllaba *de* addatur in Flor. a m. recentiori. Sed 'adferre pacem,' ut 'adferre bellum' III. 1. et similia passim.

§ 5 *Quemadmodum ut victór fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis*] Lege *audietis.* J. F. Gron. Utroque loco voculam *ut* omittit Ber. reliqui omnes recte servant, nisi quod pro ea priori loco sit *et* in Gaertn. ubi eamdem Aldo vetustiores typis descripti negligunt. Contra, vocula addita, *sic vos et ut victi audiatis* est in Rec.

Si non id, quod amittitur] *Et si non id* Lov. 4. Sed conjunctione facile carere possumus. Solet enim Livius τὸ *si*, non addita simili copula, in eadem periodo repetere. Vide ad III. 17. § 3. *sic non id, quod amittitur* Lov. 3. Sed solent hæ particulæ confundi. Vide Bentl. ad Horat. III. 24. § 5. *sed non id, quod amittitur* Flor. Cant. et Harl. Sed et hæ particulæ in Mss. commutantur. Exemplum habuimus v. 52. § 12. Vide etiam ad XXIII. 60. § 4. *si non, quod amittitur* Lov. 1. Sæpe pronomen demonstrativum omitti, videbimus ad XXIII. 15. § 4. Hic tamen temerarium foret unum codicem audire. *Si non id quidem amittitur* Gaertn. *si non id, quod dimittitur* Lov. 2. Mox *victoris sunt*, pro *sint*, Gaertn. Deinde *sed si quidquam relinquitur* Lov. 2. *sed quidquid delinquitur* Ber.

§ 6 *Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit*] Pal. 3. *Urbis vobis, quam magna ex parte dirutam.* Gebh. *Urbem jam vobis* Gaertn. Contra τὸ *jam* in verbis proximis omittit Ber. a m. pr. Præterea *diruptam* vel *dirruptam* est in Lov. 1. Rec. Ber. et Hav. Vide ad IX. 45. § 17. Tum *captam totam fere habet, adimit* Ber. *captam habet, adimit* Harl. *captam fere totam habet, adimitque* Hav.

Aurum argentumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri] *Aurum et argentum omne* Flor. *aurum argentum omnium* Gaertn. Dein *publicum et privatum* edd. Aldina priores: *ad se jubet adferri* Hearnii D. 'Deferre' et 'adferre' etiam confundebantur hoc cap. § 4.

§ 7 *Conjugum vestraque corpora ac liberorum vestrorum*] Cantabr. *corpora vestra, conjugum ac lib.* qui ordo decentior est, et ita servatur ab Livio, ut interdum inverti satis agnoscas. *Jac. Gron.* Non aliter etiam Flor. Sane ordinem hunc magis naturalem esse, omnino confiteor; utrum tamen verior sit, dubito. Primo enim magis Livianum videtur, ut in conjungendis tribus duæ potius conjunctiones adhibeantur, quam una; et quidem primo *que*, tum *et*. Vide ad II. 31. § 1. et ad v. 17. § 8. Quamvis autem etiam aliter interdum Livius loquatur, ubi tamen hanc compositionem orati-

onis in Mss. invenio, eam haud temere, tamquam a librariis profectam, mutandam censeo. Præterea decentiorem ordinem non ubique Livius observavit. Certe decentius esse videtur, ut uxor præcedat liberos, et ante eos memoretur, quemadmodum etiam fit hoc loco, et IV. 28. At contrarium observatur III. 47. 'Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare:' et c. 50. 'Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse.' Ita 'equi virique' hoc lib. c. 27. § 5. 'pedites equitesque' XXXIV. 27. § 2. Vide etiam ad XL. 10. § 5. Ceterum *vestrorum* exsulat a Ber. *ac liberorum vestrorum* a Lov. 4.

Si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sagunto exire] Non dubito legere *cum privis vestimentis*. Nam aliquot lineis cap. præc. in iisdem conditionibus est, 'traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis.' Restituo hanc vocem in Quadrigario apud Nonium 'Reticulum:' 'Claud. lib. I. 'Privisque ductoribus indit reticula galearia.'' Vulgo *prius hisce auctoribus inde*. Lipsius, Epist. Quæst. I. 9. Lipsii correctionem nullus Ms. codicum Pall. agnoscit, nisi quod Pal. 2. pro *exire* ostentet *abscedere*. Gebh. Voce *privus* utitur etiam Livius VII. 37. 'In præsentia singulis bubus, binisque privis tunicis donati.' XXX. 43. 'Ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent.' Ad priorem autem locum docui librarios vocem hanc minus obviam sæpius corrupisse. Similiter *privis vestimentis*, pro *binis*, Lipsius Valerio Max. reddere conatus est in notis ad IX. 6. ex. ext. 2. quod tamen Periz. ibi displicet, qui contendit Valerium, si id voluisset, dicturum fuisse *unis vestimentis*: quomodo etiam Donjatius, si quid mutandum, hic legere malebat. Vide tamen num potius vulgatum servandum, ac conjiciendum sit Hannibalem, quum videret Alconem dictas pacis leges tantopere abnuisse, Alorco Saguntum abeunti mandasse, ut pro singulis bina vestimenta obferret, et rerum Turdetanis reddendarum, quod ab Alcone etiam exegerat, nullam mentionem faceret: insuper etiam promitteret si has leges probare vellent, fore ut sua, conjugumque ac liberorum corpora inviolata haberent. Fateor tamen, ex Livio vix probari posse Alorcum conscio Hannibale Saguntum abiisse, aut antea ea de re cum Hannibale conlocutum esse; nisi eo referre velis verba cap. præc. 'se pacis ejus interpretem fore pollicetur:' licet hoc cap. prætexere videatur 'se nec oratorem Hannibalis, nec transfugam ad Saguntinos venisse:' quæ tamen verba et aliter accipi possunt. Præterea *velitis a Sagunto exire* Lov. 1. 2. 3. Ber. Rec. et Hav. *a Sagunto velitis exire* Lov. 4. et edd. usque ad Jac. Gronov. *ab Sagunto velitis exire* Lov. 5. *velitis Sagunto exire* Gaertn.

§ 8 *Hæc victor hostis imperat. Hæc, quamquam sint gravia*] *Hoc victor hostis* Rec. Posterius autem *Hæc* deficit in Lov. 3. Deinde *quamquam sunt gravia* Flor. Lov. 1. 4. Ber. et Gaertn.

Haud despero, quum omnium potestas ei a vobis facta sit] Exsulat ab tribus omnibus Pall. *a vobis*, ut paullo ante *vestra* a Pal. 3. *Gebh.* Τὰ *a vobis* exsulant omnibus scriptis. Velim autem *quum omnium potestas ei facta erit*. Vel *potestatem ei feceritis*. J. F. Gron. *Haud spero* Lov. 1. 3. et Hav. Tum *omnium ei potestas* Lov. 2. Denique τὰ *a vobis* exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. et omnibus Crevier.

§ 9 *Sed hæc patienda censeo potius, quam trucidari*] *Sed vel hæc pat. censeo potius* Flor. id est, etiam hæc patienda. Quod recepi. Vide ad XXIV. 22. § 7. *Potius* autem non adparet in Ber. cujus loco *prius* est in Lov. 4. Vide ad IX. 14. § 16.

CAP. XIV. § 1 *Permixtum senatui*

esset populi concilium] Pal. 2. *senatui foret*. Gebh. *Senatui populi conc. esset* Ber.. *populi cons.* Lov. 5. Gaertn. et quædam edd. antiqq. Male. Vide Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Mox *priores*, pro *primores*, Lov. 4. Vide ad XXXVII. 41. § 10. Tum *daretur responsum* Ber.

Argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum conlatum] *Aurum argentumque omne* Lov. 3. *argentum aurumque ēē*, id est *esse*, Gaertn. Vide ad v. 50. § 6. Tum *in forum* deficit in Lov. 1. Mox *raptum*, pro *raptim*, Lov. 5.

Eodem plerique semet ipsi præcipitaverunt] Ita Mss. optimi, non *semet ipse*. J. F. Gron. Inter optimos ita præferentes sunt Flor. et Cant. Vide ad II. 19. § 5. Præterea *eos plerique* Gaertn. Tum *præcipitarunt* Lov. 4. *præcipitaverant* Harl.

§ 2 *Pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus*] *Pavor et trepidatio* Gaertn. *pavor atque trepidatio* Ber. Vox autem *insuper* neglegebatur a librario Lov. 1.

Quum signum imperator dedisset] Credo legendum *imperatori*. Valla. Ut emendandum censuit Valla, imitata est prima edd. Cæterum Pall. tres *imperator*. Gebh. Vallæ emendationem probo. Alterum tamen superest in Flor. Lov. quinque, Voss. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. cujus posterioris margini tamen *imperatori* adscribitur.

§ 3 *Esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal*] Pal. 3. *urbem esse non cunct. in tali occasione esse: Hannibal ratus*. Gebh. *Urbem esse* etiam Lov. 2. Mox *viribus totis* Harl. Deinde *occiderentur*, pro *interficerentur*, Lov. 4. et 5. *interficerent* Harl. Vide ad x. 10. § 1.

Necessarium cognitum in ipso eventu est] Flor. et Gud. præpositione carent. *J. F. Gron.* Carent etiam Cant. et unus Crevier. Horum itaque codicum auctoritate expunxi.

CAP. XV. § 1 *Captum oppidum est*] *Captum est oppidum* Ber. Sed τὸ *est* exsulat ab edd. Aldina antiquioribus, quæ eædem etiam mox legunt *a dominis*. Ber. autem *de industria a dominis corrupta fuerant*.

§ 2 *Tamen ex pretio rerum venditarum*] *Tamen et ex pretio rerum* Pall. tres. *Gebh.* Flor. et Gud. *tamen et ex pretio*. J. F. Gron. Similiter Cant. Lov. 4. 5. Rec. et Hearnii Oxonienses. In reliquis conjunctio excidit ob similitudinem sequentis *ex*. Vide ad XLIV. 43. § 3. Certe contrario errore *tamen et pretio* erat in Ber. Vide ad v. 32. § 4. *tum ex pretio* legit Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Mox voces *et multam pretiosam sup. vestemque missam Karth.* desunt in Lov. 5. *multum pretiosam* legunt Lov. 4. et Harl.

§ 3 *Octavo mense, quam cœptum obpugnari, captum Saguntum, quidam scripsere*] Polybius III. 17. τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. *Sigon.* *Octavo mense cœptum oppugnari* Rec. *Octavo mense, quam cœptum oppugnare* Hav. Deinde *captam Saguntum* Ber. quod probum esse posset. Vide ad c. 21. § 1. Verum ita etiam dicendum *quam cœpta obpugnari*. Reliquis igitur codd. nihil mutantibus adsentior. Ceterum omnia hæc verba cum duobus seqq. *inde Karthaginem* omittuntur in Lov. 2. et Gaertn. cespitantibus scribis ob vocis *Karthaginem* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

Quinto deinde mense, quam a Karthagine profectus sit, in Italiam pervenisse] Polybius item III. 56. Τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος. *Sigon.* *Quinto dein mense* Gaertn. Vide ad III. 8. § 6. Deinde *ab Karthagine* edidit Jac. Gronovius, concinentibus Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Harl. Hafn. et Hav. Tum *in Italiam venisse* Cant. et Ber.

§ 4 *Ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint*] Sigonius ediderat *et Ti. Sempronius*, quod reliqui servarunt usque ad Jac. Gronovium, qui

copulam *et*, in nullo etiam cod. a me visam, expunxit. Vide ad xi. 17. § 1. et mox h. cap. ad § 5. *T. Sempronius Longus consules fuerint* legit Ber. sed cognomen, quod in collega Cornelio omittebatur, a librario additum est; quemadmodum eamdem ob caussam ab eo potius, quam a Livio, omissum est ejusdem prænomen in Lov. 2. Paullo ante *Quod si ita est* legunt Lov. 4. et Hearnii L. 1.

Ad quos et in principio obpugnationis legati Saguntini missi sint] Pall. tres τὸ *in* omittunt: *ad quos et principio oppug*. Gebh. *Ad quos et in principio* in prima exstitit ed. Aldina, idque unus servat Harl. Edd. ante eam præferunt *ad quos in principio*. Sed *ad quos principio* inveni in Gaertn. *ad quos ēt principio*, id est *etiam*, in Ber. Vide ad xxii. 47. § 9. *ad quos et principio*, quod J. F. Gronovius recepit, in reliquis omnibus Mss. Vide ad xi. 30. § 14. Deinde *missi sunt* Lov. 4. 6. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antiqq. Mox in verbis seqq. *ad Ticinium* Ber. Harl. et Hav. Tum *ad Trebiam pugnaverunt* Lov. 2. et 3. *ad Trebiam oppugnav'e*, id est *oppugnavere*, Ber. a m. pr. *pugnavere* a m. sec.

§ 5 *Quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt*] *In quo P. Corn.* Hav. Deinde hic iterum *et Ti. Sempronius* Sigonius edidit, ac similiter J. F. Gronovius particulam *et*, quam vetustiores edd. ignorant, et unus tantum codicum meorum Ber. agnoscit, expunxit: attamen et Lov. 3. *Titusque Sempronius* habebat: at Sempronii prænomen omittebatur in Hearnii D. Deinde *fuerint* Flor. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. In precedd. *breviora aliquanto fuerunt* Ber. in seqq. *non captum obpugnari, sed captum est*, trajectis vocabulis, Rec. et edd. ante Aldinam omnes, quas vidi.

§ 6 *Excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii et Flaminii non potest*] Notavi ex Cantabr. *et conflamini*, ex Oxon. *et cons. flam.* idemque in Voss. vidit pater. Quæ eo ducunt, ut cum Flor. et Gud. scribendum censeamus *Cn. Servilii et C. Flaminii*. Jac. Gron. *Et C. Flaminii* etiam, præter codd. memoratos a Gronovio, legunt Lov. 3. 4. Ber. Hafn. et optimi Crevier. *et Caius Flaminii* Hav. *et T. Flaminii* Lov. 5. et Gartn. *Cn. Servilius et Cons. Flaminius* Hearnii N. in cujus margine *Cn. Servilii et G. Flaminii* emendatur. Si Gronovius priores edd. consuluisset, Flaminii prænomen demum a Grut. in ed. ult. omissum esse invenisset, atque iterum contextui reddere non dubitasset, quod exemplo Crevier. feci. Ad hæc *C. Servilii* Lov. 3. Vide ad vii. 8. § 3. *Cornelii Servilii* Lov. 4. *consulis Servilii* Lov. 5. et Rec. *consules Servilii* Gaertn. Tum *Flaminii consulum non potest* Hearnius in L. 1. *Flaminii cons. non potest* in D. invenit. Τὸ *non potest* præfert Gaertn. qui in principio hujus § legebat *Non excessisse*, pro *Nam exc.* Antiquiores edd. corruptissime habent, *Nam excessisse pugna ad Trebiam T. Sempronius in annum M. Servilii et C. Flaminii non potest;* quod primus Aldus in erratis emendavit, substituens id quod nunc exstat.

Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus ab Ti. Sempronio consule] *Flam. cons. iniit Arimini* Hav. *cons. iniit Flam. Arimini* Hafn. *Flam. Arvumi cons. iniit* Gaertn. Sed vox *Arimini* deficit in Voss. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Deinde *creato T. Sempr. consule* Lov. 4. *creatus Titus Sempr. consul* Lov. 5. Harl. et Hav. *creatus est Sempr. consul* Gaertn. *creatus T. Sempr. cons.* Lov. 1. et 2. *creatus. Et Sempr.*, omissa voce sequenti, Rec. *creatus T. Sempronio consule* quædam edd. antiqq.

Cap. xvi. § 1 *Et Sagunti excidium nuntiatum est*] Ita hic et mox § 5. edidit Clericus contra codd. et vett. edd. auctoritatem, qui uno ore *excidium* legunt, nisi quod *exercidium* sit

in Lov. 5. Vide ad v. 15. § 9. Paullo ante *ab Carthagine* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Tum *Romam redierunt* Cant.

§ 2 *Tantusque simul mœror Patres, misericordiaque sociorum peremtorum indigne*] Vocem *simul* edd. ante Aldum omiserunt; quæ ideo primis editoribus displicuisse videtur, quod semel tantum ponatur. Id tamen Livio frequens esse, videbimus ad XXXIII. 12. § 2. Præterea *Patres* exsulat ab edd. vett. quam vocem primi restituerunt Moguntini. *Miseria sociorum* Rec. *et misāq; sociorum* Gaertn. *unaq; sociorum* Hav. *misericordiaque peremtorum sociorum indigne* edd. Aldina priores: *misericordia soc. indigne per.* Rec. Mox in *Carthaginiensem* Ber. et edd. vett. Tum *summa rerum accepit* Lov. 3. Deinde *veluti si jam ad portas hostis esset*, pro *velut*, Ber. *velut si jam ad portas hostis essent* Gaertn.

Trepidarent magis, quam consulerent] Vet. lib. *consultarent.* Sigonius. Temere mutavit Sigonius: quippe Pall. tres et vetusta ed. *quam consulerent.* Gebh. *Consultarent* ab unico Sigonii libro: cæteri, ut olim editi, *consulerent.* Quod non intellexit qui mutavit. Est enim, 'quam rem bene gererent,' 'consulto agerent.' Terentius in Heaut. v. 2. § 9. 'Ubi te vidi esse animo omisso, et suavia in præsentia Quæ essent, habere, neque consulere in longitudinem.' Sallustius ad Cæsarem de Rep. Ordin. I. 1. 'Id evenit, quia plerique rerum potentes perverse consulunt.' Cato Orig. v. apud Gell. VII. 3. 'Mihi magnæ curæ est, quod hæc res tam secunda processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat.' *J. F. Gron.* Nulli etiam meorum codd. adsentiuntur Sigonii vet. lib. cujus librarius more sollemni 'consulere' et 'consultare' confudit. Hujus erroris, qui in membranis frequens est, alia exempla vide ad II. 57. § 2. v. 25. § 8. IX. 3. § 1. XXIII. 35. § 3. XXVI. 10. § 2. XXXV. 47. § 2. et ad Epit. Liv. l. LIV.

§ 3 *Hostem acriorem bellicosioremque*] Restat in Pal. 2. *Nam neque hostem acriorem esse bell. secum congressum.* Gebh.

§ 4 *Histros atque Illyricos*] *Istros atque Illyrios* Capit. Triumphi. Nominat bella, inter primum et secundum Punicum bellum gesta cum Sardis, Corsis, Istris, Illyriis, et Gallis, de quibus triumphi aliquot acti sunt. *Sigon.* Pal. 3. *Sardos, Corsosque; atque Istros et Illyricos.* Gebh. Recte Sigonius *Istros et Illyrios.* De priori vide ad XLI. 1. § 2. de posteriori ad Epit. Liv. lib. XX. Quod tamen Fast. Capit. Triumph. testes advocet, ad solos Illyrios pertinere potest. Illa enim pars, qua triumphi de Istris referuntur, hodie periit.

Tumultuatum magis, quam belligeratum] Pulcre Flor. *et cum Gallis tumult. verius, quam bellig.* præsertim quum τὸ *magis* proxime præcedat. Vide ad IV. 33. Lib. v. c. 25. 'Nihil de collatione dicere stipis verius, quam decimæ.' XL. 27. 'Ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus justis, Romanum exercitum obsideri.' XLI. 18. 'Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.' *J. F. Gron.* Similiter etiam Cant. et Voss. Supra II. 26. 'Tumultus enim fuit verius, quam bellum.' Infra XXII. 19. 'Tentata verius pugna, quam inita, in fugam averterunt classem.' Vide etiam Gronovium ad XXII. 28. § 3.

§ 5 *Pœnum, hostem veteranum, trium et viginti annorum militia*] Lege *XVIII. annorum*, non *XXIII.* ['Hic omittit v. annos belli Africi pudendo errore: rite igitur legitur *XXIII.* non *XVIII.*'] Amilcar enim novem imperavit annos, Asdrubal octo, unum Annibal, auctore Livio: si quidem intelligendum est, octavum annum Asdrubalis primum esse Annibalis. Error ex notis natus. *V.* enim in *X.* mutatum est. *Sigon.* Sigonius *XVIII.*

vel *duodeviginti*: Amilcarem enim novem imperasse annis, Hasdrubalem octo, Hannibalem uno. Scilicet hæc imperia illorum ducum in Hispania sunt. At Livius Pœnum militem veteranum tot annorum vocat, quot intersunt inter bellum Punicum primum et secundum. Vult enim nos cogitare, partem earumdem legionum bellum Africum, quod pacem Romanam statim secutum est, confecisse. *J. F. Gron.* *XXIII. annorum* Ber. *trium et triginta annorum* Lov. 2. Fateor notas numerales *V.* et *X.* adeoque *XVIII.* et *XXIII.* facile commutari potuisse. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Conjecturam tamen Sigonii probare nequeo. Ex iis enim, quæ ipse notavit hoc lib. c. 6. § 2. patet, vel secundum Livii calculum hunc non primum sed tertium annum Hannibalis esse, qui, additi novem Hamilcaris, et octo Hasdrubalis annis, efficiunt viginti annos.

Semper victorem, &c. adsuetum] Vellem aliquis liber haberet *vincere*. Lib. IV. c. 31. ' Mœsta civitas vinci insueta.' X. 6. ' Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci.' XXIII. 40. ' Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci adsuetis, fecerunt.' XXVII. 39. ' Nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti.' *J. F. Gron.* Lib. X. c. 41. ' Per aliquot jam annos vinci adsueti.' Sed et nostri omnes *victorem* servant.

Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale] Horum omnium nec vola nec vestigium in Flor. Voss. Gud. Men. membranis. *J. F. Gron.* Desunt eadem in Cant. Lov. quinque, Ber. Hafn. Hav. omnibus Crevier. et Hearnii L. 1. ac N. in cujus tamen postremi margine adscripta visuntur. Præterea *duci acerrimo adsuetum*, pro *duce*, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Ber. Hafn. Hav. et codd. Crevier. Verum, si verbis præcedd. *vincere*, pro *victorem*, quis probet, is vulgatum *duce* hoc loco tueri debet; at, qui ibi *victorem* præfert, et a manuscriptis omissa delenda putat, hic utrumvis *duce* vel *duci* admittere potest: Livium enim utroque modo locutum esse, videbimus ad XXXI. 35. § 3. Verisimilius tamen videtur, *duci*, quam *duce*, a manu librarii esse. Præterea *recenter ab excidio*, pro *recentem*, Lov. 4. Denique perperam iterum *excidio* Clericus. Vide ad § 1.

§ 6 *Trahere secum tot excitos Hispanorum populos*] Vocula *tot* deerat a m. pr. in Ber. Tum *exercitus Hisp. populos* legit Gaertn. *excitos Hispanos populos* Ber. qui cum Gaertn. mox alio ordine *semper avidas* exhibet.

Bellum gerendum in Italia ac pro mœnibus] *Belligerandum* Lov. 3. quod librarii esse puto, cujus memoriæ illa vox adhuc inhærebat ex præcedentibus verbis hujus cap. ' Tumultuatum verius, quam belligeratum.' Certe nulli codd. alii consentiunt. Tum *in Italia pro mœnibus* Ber.

CAP. XVII. § 1 *Tum sortiri jussi. Cornelio*] Et hic suspicor fecisse Livium, *erant: tum sortiri jussis Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.* J. F. Gron. Vide ad III. 22. § 3. Ceterum *P. Cornelio* Ber. *T. Cornelio* Hearnii N. in margine. In verbis præcedd. *Nominatæ jam ante*, pro *antea*, Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad XL. 12. § 3. In seqq. autem *cum Sicilia venit* Hafn. et Lov. 3.

§ 2 *Et sociorum quantum ipsis videretur, et classis*] Pall. 1. et 2. *et sociûm*. Gebh. Similiter Flor. Cant. Voss. a m. pr. Lov. 1. 4. Harl. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. in margine. Et amat hanc contractionem Livius. Infra XXII. 27. ' Sociûmque et Latini nominis auxilia diviserunt:' ubi unus etiam *sociorumque*. c. 40. ' Legioni Romanæ et sociûm peditum equitumque duobus millibus præficiunt.' XXVI. 15. ' Tribunis militum ac præfectis sociûm imperavit.' Vide etiam

ad lib. XXIII. cap. 24. § 8. XXVII. 41. § 7. XXXII. 38. § 4. Et ita in aliis etiam vocibus contrahere Livius amavit. Vide ad XXII. 22. § 5. ubi se ex suis sociûm dedisse Gronovius testatur. Tum *videtur* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde vocula *et* secunde loco deest in Ber. *et classi quanta parari posset* Lov. 3. *et classe quanta parari posset* Lov. 4. *et classis quantum parari posset* quaedam ex vett. edd.

§ 3. *Sunt scripta, mille et octingenti equites*] Ab omnibus libris abest τὸ *mille*. Gebh. Abest etiam a Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. Exc. Pithoei, et edd. antiqq. Primus Aldus in erratis id adscivit, legens *mille et octingenti*, quod deinceps servatum est usque ad Jac. Gronov. qui substituit *et mille octingenti*. Numerus millenarius omnino est necessarius. Legio enim Romana constabat ex quatuor millibus peditum et trecentis equitibus. Vide quæ notantur ad VIII. 8. § 14. et ipsum Livium mox hoc ipso cap. § 5. Hoc autem anno scriptæ erant sex legiones, ut Livius modo dixit; eæ vero efficere debent viginti quatuor millia peditum, et mille octingentos equites. Reliquis igitur corruptior est Lov. 5. qui non modo *mille* omisit, sed etiam pro *Dece* legit *Decē* sive *decem*: qui error ex ductuum similitudine natus est. In plerisque autem codd. τὸ *mille* excidit, quod forte scriptum foret hac *M*. vel hac ∞ nota, quam librarius non intellexit, et ideo omisit. Vide ad XXXIX. 42. § 3. Sane in Flor. exstat *et* ∞ *DCCC. equites*. Unde patet, idoneo satis auctore Jac. Gronov. ordinem verborum mutasse. Præterea *subscripta*, pro *sunt scripta*, Voss. Lov. 2. 3. et Hafn. At *subsunt scripta*, utraque lectione juncta, Gaertn. Tὸ *sunt* deficit in Flor. et Cant. Insuper in verbis præcedd. *millia peditum Romanorum*, trajectis vocibus Gaertn.

Sociorum quadraginta quatuor peditum, et quatuor equitum millia] Quantis copiis primo Punici secundi belli anno Romani dimicarint, adhuc male traditum est. In sociorum numero non conveniunt scripti cum editis. Flor. *sociorum XL. peditum IIII. et CCCC. equites:* ubi duo numeri ita sunt pronunciandi, ut addas *millia*. Pet. *sociorum LIIII. millia peditum, et quadringenti equites*. Gud. *sociorum quadraginta millia peditum, quatuor millia et quingenti equites*. Vera est omnino Florentina lectio. Nam infra hoc cap. ubi de Cornelii copiis agit, pro eo, quod editur *equitibus mille ducentis*, Flor. Voss. Gud. Pet. *equitibus mille sexcentis*. Edd. antiquæ ab Andrea usque ad Moguntinos, *equitibus sexcentis*. Aldus quoque *equitibus mille sexcentis*. Sed in corrigendis, inito scilicet quem putabat numero, *mille ducentis:* idque primus expressit Juntas. Quod autem Manlius dicitur habuisse *quatuordecim millia soc. peditum*, Aldo debetur. Andreas, *duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta soc. peditum*. Retinuerunt Mediolanensis et Tarvisina. At duæ Venetæ, Ascensius, Moguntini, Saveterius, *duas legiones Romanas et quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta soc. peditum*. Becharius, *quatuordecim millia et sexcentos soc. peditum*. Hæc omnia ludibria sunt lascivientium ingeniorum. Flor. *duas legiones Romanas et CCLCC. sociorum peditum*. Voss. *et CCICC. soc. ped.* Gud. *et CCCCL. soc. ped.* en fontem illorum *quadringentorum quinquaginta*. Pet. *CCLX. sociorum peditum*. Ea monstra genuit ignoratio Latinorum numerorum. Nam Flor. et Voss. significabant *CCIↃↃ*. hoc est decem millia. Jam collige numeros. Dictum est in universum fuisse sociorum quadraginta millia peditum, equitum quatuor millia quadringentos. Ex his Sempronius habuit pedi-

tum 16000. Cornelius 14000. junctim 30000. adde decem millia Manlii: conficiuntur quadraginta millia. Equitum Sempronius habuit 1800. Cornelius 1600. qui sunt 3400.: adde Manlianos mille: existunt quatuor millia quadringenti. *J. F. Gron.* *Sociorum quadr. quatuor peditum, et CCCC. equites* Lov. 2. 5. Gaertn. Hafn. et Hearnii D. ac N. *sociorum quadr. quatuor millia peditum, et CCCC^{ti} equites* Ber. At Flor. consentiunt Cant. Harl. et Exc. Pithœi. Gronovii libris suos consentire, Crevier. monuit. Probo itaque sententiam Gronovii, scribentis *sociorum quadr. millia peditum, quatuor millia et quadringenti equites.* Hanc scripturam firmant non parum Voss. Lov. 1. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. qui, licet corrupti, omnia hæc vocabula, consentiente ed. Rom. 1472. omiserunt: quod accidit, quia proxime præcedens vox eadem erat atque ultima hujus periodi. Vide ad IX. 11. § 11. Hæc autem omissio non ita facile accidere potuisset, si ultima vox hujus diversa fuisset ab ultima præced. periodi. Posset tamen etiam τὸ *millia* priori loco omitti. Vide quæ notantur ad XXXVI. 14. § 1.

Naves ducentæ viginti quinqueremes, celoces viginti deductæ] Flor. *naves CCXXV. remes quinque, celoces viginti deducti.* Cant. etiam *deducti.* At *naves quinq. CCXX.* Rec. *naves ducentæ et viginti quinq.* Ber. Deinde *calones viginti* Lov. 3. *celotes viginti* Lov. 4. quomodo iidem codd. etiam mox legunt § 5. De celocibus vide Scheff. de Mil. Nav. II. 2.

§ 4 *Latum inde ad populum, vellent, juberent, populo Karthaginiensi bellum indici*] Hanc elegantissimam formulam commutant Pall. duo, quorum Pal. 1. *juberent quoque.* Pal. 2. *juberentne.* Gebh. *Latum deinde ad populum* Ber. et Hav. Hinc *vellent et juberent* Hearnii N. in margine: *vellent jubere* Lov. 3. *vellent juberentne* Ber. Sed recte Gebhardus censuit, nihil mutandum esse. Vide Brisson. de Form. l. II. in princ. Deinde *populo Carthaginiensium* Hearnii D. Vide ad XLV. 23. § 15.

Adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret] *Adorti Dii* Hav. Tum *bene feliciterque* Ber.

§ 5 *Ea quaterna millia erant peditum, et trecenti equites*] Hic numerus unius est legionis, non duarum. Itaque scribendum, *eæ* (puta singulæ) *quat. millia habebant ped., et trecenos equites.* Aut *ea octo erant millia peditum et sexcenti equites.* Nam et infra L. Manlio in Gallia, cui duas item legiones, sexcentos assignat equites: et 24000. peditum, 1800. equites Romani sic fuerunt descripti inter Sempronium, Cornelium, Manlium, ut singuli 8000. peditum, sexcentos equites haberent. *J. F. Gron.* *Ea* est etiam in Lipsio de Milit. Rom. II. 5. hunc locum citante. *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod, trajectis vocabulis, *millia peditum erat* legat Lov. 4. tum *et equites trecenti* Harl. et Gaertn. Ultima itaque Gronovii conjectura longius a Mstorum lectione abit, quam ut probari possit. Neque etiam caussam satis justam habere potuit, cur τῷ *erant* subponeret *habebant.* Livius enim, ut hoc loco, etiam locutus est XXXIII. 4. 'Macedonum vero phalangem, &c. mansuram invictam. Decem et sex millia militum hæc fuere.' Minori mutatione Doujatius ita legi posse opinatur: *eæ quaternûm millium erant peditum, et trecentorum equitum,* caussatus, facile errari potuisse, siquidem numeri per notas plerumque scribebantur. Id non nego; verum ita tamen ex *equites* faciendum erit *equitum.* Vide igitur num minori adhuc mutatione legendum sit *eæ quaterna millia erant peditum, et treceni equites:* ita secundum vim numeri distributivi Livius dicet, quamque duarum legionum fuisse quatuor millia peditum, et trecentos equites. Sæpissime vero librarios numerum

distributivum in cardinalem mutasse, videbimus ad XXXII. 28. § 11. Similiter et Crevier. conjecisse animadverto. Quamvis autem Gronovii conjectura *eæ* pro *ea*, quam etiam Doujatius probavit, non displiceat, puto tamen Clericum malo exemplo, et contra fidem in præfatione datam, eam in contextum admisisse, non monito lectore.

Sociorum sedecim millia peditum, equites mille octingenti] *Et sociorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. Primus deinde Aldus copulam omisit; quam loco restitui, et verba proxima per parenthesin dicta accipio hoc modo: *Sempr. datæ legiones duæ, (eæ quaterna millia erant peditum, et treceni equites) et sociorum, &c.* Insuper *et equites mille* Gaertn. et Hearnii N. in quo posteriore tamen τὸ *et* iterum a m. sec. deletum est.

§ 6 *Consul alter satis esset*] *Consulum alter* Lov. 1. Ita sæpissime Livium locutum esse, dictum est ad IX. 32. § 2. Hic tamen reliquorum codd. in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Paullo ante *Cum terrestribus*, omissa media voce *his*, Rec.

§ 7 *Quia L. Manlius prætor et ipse cum haud invalido præsidio in Galliam mittebatur*] Meminit hujus prætoris etiam Polybius III. 40. Ceterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Æmilius, C. Atilius Serranus prætores a Livio memorantur: L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Æmilius Siciliam, C. Terentius urbanam jurisdictionem obtinuisse videtur. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. DXXXV. p. 149. Ceterum Q. *Lutius Manlius* legit Lov. 3. *quia Manlius* Rec. Deinde *ipse secum haud inv. præ.* Voss. Lov. 1. 2. 3. Hafn. et Gaertn. At syllaba prima τοῦ *secum* perperam ex voce præced. est repetita. *Ipse secum haud inv. præs. et ipse secum mittebatur* Ber. a m. pr. pro quo postea datum est *ipse cum haud.* Paullo ante addita voce *Cornelio Scipioni minus copiarum* Rec.

§ 8 *Cornelio numerus deminutus*] Ita semper edidit Gronovius in Livio; quem secutus Hearnius observat *diminutus* esse in suo N. Ipse etiam id in plerisque Mss. reperi. At *deminutus* exhibet optimus Flor. Similiter XXII. 60. § 15. et alibi. Vide ad II. 1. § 7. Adde Gebhard. ad Cic. IV. ad Fam. IV. 5. Burmann. ad Suet. Cæs. capp. 5. et 11. et ad Aug. c. 41.

Aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant] Aliquot libri veteres non habent vocem *belli*, nec necessaria ea est. *Sigon.* Id est, eo genere belli. Sigonius notat, aliquot libros veteres non habere *belli*, nec necessariam eam vocem esse. Aliter judicavit Livius: a quo hoc ipso libro habes c. 22. 'Classis præterea data est ad tuendam maritimam oram, quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat.' Iterumque c. 41. 'Equestri prælio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est.' XXII. 19. 'Navibus prope terram, exercitum in littore ducebat, paratus confligere, quacumque parte copiarum hostis occurrisset.' Rursum c. 44. 'Locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat.' l. XXIII. c. 26. cum dixisset, Cn. Scipionem terra, Publium navibus rem gessisse, 'Hasdrubal, Pœnorum imperator, neutri parti satis fidens.' Justinus VI. 2. 'Inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe superior sit.' Tacitus in vita soceri c. 25. 'Classe quæ ab Agricola primum assumpta in partem virium sequebatur.' *J. F. Gron.* Hoc lib. c. 53. 'Gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse.' c. 54. 'Primum omnem equitatum ferox ea parte virium, &c.

eduxit.' XXII. 16. 'In prœlium rediit, omni parte virium inpar.' XXXVII. 18. 'Per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse. Ex nostris unus Rec. libris Sigonii adsentitur. Præterea *putabant* edd. antiqq.

Equitibus mille ducentis] Gron. hoc cap. ad § 3. ex quatuor Mss. quibus et suos concinere Crevier. testatur, *equitibus mille sexcentis* optime emendavit: quod insuper apud me superest in Lov. 2. 5. Ber. a m. sec. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Proxime accedit Hafn. *equitibus mille sexingentis* præferens, ut et Lov. 3. in quo est *equitibus inde DC.* ubi notam millenarii numeri *M.* non adsecutus est librarius, sed ex ea, in literas duas in dissoluta, et ex superaddita nota fecit *inde*: quem eumdem errorem etiam in litera *M.*, prænominis *Marci* nota, commissum esse, vidimus ad IV. 52. § 4. *equitibus sexcentis* edd. antiqq. omissa numeri millenarii nota, quam operæ typographorum non intellexerunt. Vide ad XXXIX. 42. § 3.

§ 9 *Duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta sociorum*] Vera et sincera lectio est, quod Polybius plane demonstrat, *Duas leg. Rom. et quatuordecim millia sociorum.* Sabell. Hinc intelligere est, lectionem, quæ vulgo adhuc apud Livium circumfertur, ex Sabellici conjectura receptam esse. *Et ducentos et X. in sociorum* legit Hafn. *et CCL. sociorum* Voss. Lov. 2. ac 3. *et CCCL. sociorum* Lov. 4. et Hearnii N. quorum posterior in margine habet adscriptum *et quadringentos quinquaginta sociorum*, atque *et CCLXX. sociorum*: quæ ultima lectio etiam exstat in Harl. et Hearnii D. *et CCLCC sociorum* Cant. quomodo etiam Gronovius hoc cap. ad § 3. se in Flor. invenisse monuit, unde emendabat *et* ↀCIↃↃ *sociorum*; quod in Exc. Pithœi superesse, Hearne auctor est, nisi quod interpretationis caussa *X̄.* adjectum habeat. Sane *et X. M. sociorum* inveni in Lov. 5. et Ber. a m. sec. quod iterum in contextum recepi, inde ejecta Sabellici conjectura, nullius cod. testimonio comprobata. Insuper *Et duas legiones* legit Flor.

Mille equites socios, sexcentos Romanos] Post *mille*, *quadringentos quinquaginta* ponit Polybius; quo apparent utrobique librariorum incuria Livianam lectionem depravari contigisse. Erit id facilius judicatu, si quis Romanæ militiæ sit vel mediocriter peritus. *Sabell.* Sabellici mentem non intellexerunt, qui primis edd. quas adnotationes ejus exhibent, præfuerunt. Vult enim voces *quadringentos quinquaginta* hic post τὸ *mille* inserendas; *mille quadringentos quinquaginta equites socios*: at illi in superioribus post *millia* inseruerunt, edentes *quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta sociorum peditum.* Insuper neque Sabellici conjecturam probandam, sed receptam lectionem genuinam esse, evincit Gronov. hoc cap. § 3.

Galliæ provincia eodem anno versa in Punicum bellum] Pall. tres, Andreæ et Petri Justini Philelfi Mediolanensis ed. *Gallia prov. eodem versa in Pun. bel.* Gebh. Omnes scripti deficiunt τῷ *anno*. Nec minus Andreas, Tarvis. Ven. Ascen. Beccarii: in prima invenio Moguntina. Sed suppleverunt qui τὸ *eodem* leviter corruptum esse non animadverterunt. Scribendum *Gallia provincia, nondum versa in Punicum bellum habuit*; hoc est, priusquam eo adducerent ambo consules copias suas Hannibali opponendas: priusquam ea sedes et campus belli Punici fieret. *J. F. Gron.* In nullo etiam meo τὸ *anno* inveni: quod etiam abesse ab suo N. Hearnius monuit, quæ reliquorum codicum lectio fuerit silens. Quamvis autem Gronovii conjectura non displiceat; puto tamen, Clericum eam pessime

exemplo, præsertim nihil monito lectore, in contextum recepisse.

Cap. xviii. § 1 *M. Livium, L. Æmilium*] Hic 'M. Livius' is, qui postea 'Salinator' dictus est, esse non potest, quod consul esset tum, cum hæc legatio missa est, vel reus, vel damnatus, ut lib. xxix. apparet. [' Glareanus omnino putat, Salinatorem fuisse.'] *Sigon.* Vocem *Livium* in D. τὰ *L. Æmilium* in L. 1. deesse, Hearne monuit.

Q. Bæbium] Pal. 1. *Qu. Bebinium.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. *Q. Bellium* Ber.

Ad percunctandos Karthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum obpugnasset] Pal. 2. *expugnasset*. Gebh. Solent illa verba commutari. Vide hoc lib. ad c. 57. § 6. Præterea *ad percunctandum Karth.* Lov. 3. Hafn. et Rec. Vide ad xl. 49. § 1.

§ 2 *Si, id quod facturi videbantur, faterentur*] *Facturi videb.*, *facerent* Flor. quod, adposito signo, sibi non displicere Salvin. testatus est. Ego tamen vulgatum præfero.

§ 3 *Unus princeps: Vana, Romani, inquit, et prior legatio fuit*] Pall. 1. cum 2. *unus præceps.* Cæterum omnes *Vestra, Romani*: perperam. *Gebh.* Sic primus Ascensius. Priores omnes *Vestra*: quod et Aldus retinuit, sed in erratis jubet pro eo restitui *Vana.* *Princeps* est a Mediolanensi. Pro eo Andreas Romæ, Flor. Voss. Gud. duo Pall. *præceps*. Denique τὸ *inquit* arcent Flor. et Gud. Quibus auctoribus scribo: *tum ex Carth. unus: Præceps vestra, Rom., et prior legatio fuit*: quid enim *præceps* aliud, quam 'temeraria,' 'inconsiderata?' *J. F. Gron.* *Unus princeps: vestra, Romani, inquit, et prior legatio fuit iniqua* Ber. et Brancal. Latinii: *unus princeps: vestra, Romani, iniqua et prior legatio fuit* Hafn. *præceps*, pro *princeps*, etiam Lov. 4. 5. Hearnii N. in contextu, et edd. Rom. 1472. ac Parm. at tota ea voce caret Lov. 3. Deinde *vestra*, pro *vana*, insuper Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. ac N. Denique *inquit* omittitur in Lov. 3. sed eo transposito *inquit, Romani*, Harl. *Tum ex Karth. unus: Præceps vestra, Romani, et prior legatio fuit* Cant. Quare Gronovii, ita ex Flor. emendantis, lectionem non tantum probavi, sed etiam in contextum admisi, quam eamdem etiam Crevier. suorum fide firmatam recepit. 'Præceps' et 'princeps' passim in Mss. confunduntur. Vide ad ii. 46. § 4. iv. 33. § 7. vii. 1. § 9. hoc lib. c. 35. § 3. et xxxvii. 20. § 10. Recte autem *præceps* exponit 'temeraria,' 'inconsiderata.' Supra ix. 24. 'Aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset.' xl. 10. 'Præceps in provinciam abiit; ubi inconsultius, quam venerat, se gessit:' et eodem cap. 'In provinciam æque ac prius præcipiti celeritate abit.' Præterea 'inquit,' 'ait,' 'dicit,' et similia, quæ Livius omittere solet, sæpe numero a librariis perperam addita fuisse, videbimus ad xxiii. 45. § 6. Doujatius edidit *ex Carth. unus: Præceps, Romani*, omissa voce *vestra*, atque ita meliores codd. et antiquissimas edd. habere notavit. Vellem, vel unum eorum codd. aut edd. nomine indicasset. Certe in meorum nullo eam lectionem observavi. Quare in hanc veni opinionem, eum ex præcipiti festinatione, qua Gronovium consuluit, in illum errorem incidisse.

§ 4 *Hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior*] Τὸ *adhuc* exsulat a Ber. quam vocem transponens Crevier. malebat *verbis lenior est, re adhuc asp.* Deinde *levior est* Lov. 4. Harl. et Hafn. Vide ad xxxvi. 31. § 8. Verbum autem *est*, quod codd. constanter servant, non adparet in ulla ante Aldum ed. Paullo ante *uno consilio*, pro *suo*, Hafn. *consilio suo* Ber.

§ 5 *Nunc ab nobis et confessio culpæ exprimitur*] *Nunc ab vobis* Hearnii N.

a vobis Hav. et quædam vett. edd. pro quo aliæ præferunt *a nobis*, ut in multis etiam codd. superest. Jac. Gronovius demum dedit *ab nobis*. Sequens *et* abest a Lov. 4. Vide ad II. 44. § 3. ejus loco *aut* obfert Gaertn.

§ 6 *Non, privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit, quærendum censeo*] Pall. tres et duæ edd. *quær. censeam*. Geb. *Quærendum censeo* a Moguntino accepimus. Priores *censeam*. Quod quia sanciunt Flor. Gud. Voss. tres Pall. revocandum judico. *J. F. Gron.* Idem sanciunt Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. et codd. Hearnii. Deinde *non privato publicove* Voss. Lov. 3. 4. Ber. a m. pr. Hav. et Hearnii L. 1. *non publico privatove* edd. Aldina priores: *non an privato publicove* Ber. a m. sec. *num privato publicove* Lov. 2. *non privato an publico* Harl. et Hearnii N. Mox *sed* deest in Lov. 2. Verum *vel utrum jure, vel injuria* exhibet Lov. 3.

§ 7 *Atque animadversio in civem nostrum est; nostro, an suo fecerit arbitrio*] Pall. 1. et 2. *quod nostro aut suo fec. arb.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *quid nostro, aut suo fec. arb.* Flor. et Cant. *quod nostro, an suo fec. arb.* Lov. 2. *idne nostro, an suo fec. arb.* Ber. et Hav. *id scilicet nostro, an suo fec. arb.* Rec. Præterea *et animad. in civem nostrum est* Harl. *atque animad. est in civem nostrum* Ber. Insuper *Vestra enim hæc quæstio*, pro *Nostra*, in præcedentibus Lov. 3. quod commodum sensum habiturum non nego, si periodo addatur interrogatio: vulgatum tamen reliquorum consensu firmatum præfero. Ceterum voces *nostro an suo fec. arb. Vob. una disc. est* culpa librarii desunt in Lov. 5. *Vob. una vel disc. est*, addita media voce, legit Lov. 1. *Et vobiscum una disc. est* Flor. a m. sec.

§ 8 *Nobis vobiscum fœdus est a Luctatio consule ictum*] *Lutatio* scribe: sic enim lapides Capit. sic Græci, sic plerique veteres libri. *Sigonius.* Flor. *ac Lutatio*. Scribe *a* C. *Lutatio*. J. F. Gron. Ex ea lectione *ab Lutatio* scribendum esse, Salvinius conjecit. *A consule Lutatio* est in Ber. Consulis nomen *Lutatius*, ut monuit Sigonius, non *Luctatius*, scribendum esse, vidimus ad Epit. Liv. lib. XIX. Paullo ante *consilio publico* alio ordine Ber.

In quo cavetur utrorumque sociis: nihil] Cant. *in quo cum cav. utr. sociis, nihil de Sag. &c.* Quæ scriptura non lævior. *Jac. Gron.* *In quo caveretur* Voss. *in quo cum caveretur* Flor. Ber. et Hafn. Et ita præferunt mea cod. Cant. excerpta. 'Cavetur' et 'cav'etur,' id est 'caveretur,' ac similia passim commutari, probabimus ad XL. 14. § 2. Cum autem, vel *quum*, post *quo* facile excidere potuit. Codicum itaque illorum lectionem recepi. Mox *nil de Saguntinis* (*needum erant socii vestri*) *cautum est* Lov. 4.

§ 9 *Adversus quod nihil ego dicturus sum*] *Nihil* deest in Hav. *ego* in Hearnii N. iis transpositis *ego nihil dicturus sum* legunt Flor. Lov. 2. Harl. Ber. et Gaertn. *nihil eo dicturus sum* Lov. 1. Paullo ante *At enim fœdere* edd. Aldina priores, quæ prima dedit *At enim eo fœdere*, consentientibus scriptis.

§ 10 *Primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate*] *Fœdus jecit* Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. in margine, qui omnes codd. simul cum Cant. et Hav. pariter legunt hoc cap. § seq. De ipsa locutione vide ad I. 25. § 1. Deinde *nec auctoritate* Lov. 4. 5. et Gaertn. forte quia sequitur 'nec populi jussu.' Sed male. Vide ad IX. 9. § 14.

Itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est] Senatus Rom. non stetit conditionibus iis pacis, de quibus inter Lutatium imperatorem et Amilcarem convenerat; verum decem legatos in Siciliam misit, ex quorum sententia auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum est: auctor

Polybius I. 68. *Sigon.* *Ita aliud* Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. *Item aliud* Gaertn. Tum *ab integro* Lov. 3. et Hafn. quorum auctoritas non tanta est, ut me ad vulgatum mutandum inducat. Vide hoc lib. ad c. 6. § 5.

§ 11 *Nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta*] Vet. lib. *nisi aut ex auct. aut jussu vestro icta.* Hæc autem de fœdere disceptatio apud Polybium est multis verbis III. 21. *Sigon.* Intrusit Sigonius *nisi aut ex auct.* contra omnes libros quos vidi. *Gebh.* Nullus etiam meorum Sigonii vet. lib. consentit. Plerique eorum in vulgatum conspirant. Sed *nec ex auct. aut jussu* habet Gaertn. *nisi ex auct. jussu* Lov. 5. *nisi ex auct. vel jussu* Harl. et Rec. In præcedentibus etiam *fœdera vestra* alio ordine Flor.

Ne nos quidem Hasdrubalis fœdus] *Nec nos quidem* Lov. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. ac N. a m. pr. et edd. vett. plures. Sed vide ad I. 10. § 3. Ber. qui proxime præcedentem vocem *icta* omisit, hic præfert *ita nec nos.* Mox *pro nobis insciis,* addita præpositione, Lov. 1.

§ 12 *Et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat*] Hoc a Cicerone sumptum, qui dixit in Antonium Orat. Phil. II. cap. ult. 'Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.' *Sigon.* *Diu parturiit* Hearnii D. *diu pertulit* Recan.

§ 13 *Tum Romanus, sinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum et pacem portamus*] Sic Polybius III. 33. Ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐντεῦθεν καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔφη καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν. *Sigon.* Poëta Silius II. 384. 'Bellum se gestare sinu pacemque professus,' &c. *Modius.* Vide Salmas. ad Flor. II. 6. 7. Aliter autem nonnullos hanc historiam retulisse patet ex illis quæ notat Dausq. ad loc. laud. Silii. Ceterum *In id, inquit, vobis bellum et pacem portamus* Rec. *Hic, inquit, bellum et pacem portamus* Hav. *Hic, inquit, vobis pacem et bellum portamus* Ber. Mox *datur, utrum vellet,* pro *daret,* Cant. *darent, utrum vellent* Hearnii D.

Cap. XIX. § 1 *Quum ante, tum maxime Sagunto excisa*] *Tum ante, cum maxime* Lov. 1. *tum ante, tum maxime* Voss. Lov. 3. Vide ad VI. 23. § 3. *quum autē tum maxime* Gaertn. Vide ad XXVII. 35. § 7. Deinde *Sagunto exciso* Lov. 3. et 4. Vide ad c. 21. § 1. In initio cap. *Hæc decreta percunctatio,* pro *directa,* Flor. lapsu librarii. Vide ad XL. 30. § 1. *Hæc direpta percunctatio* Lov. 4. Vide ad XXXVII. 31. § 5.

§ 2 *Quod fœdus Hasdrubalis cum Lutatii priore fœdere commutatum est*] Pal. 3. et edd. priscæ *permutatum est.* Gebh. Hæc suspecta sunt. Non enim fœdus Asdrubalis commutatum est cum Lutatii priore fœdere, quod irritum fuit, sed successit in locum posterioris, ab Lutatio cum Hamilcare icti, decem legatis cum auctoritate Roma missis superstitibus. Deinde Pet. Men. Voss. *comparandum erat,* absque particula negandi. In veteribus editis nihil opis: differunt tantum eo, quod habent *permutatum.* Aldus primus dedit *commutatum.* At præclare Flor. et Voss. *nam si verb. discept. res esset, quid fœdus Hasd. cum Lut. priore fœdere, quod mutatum est, comparandum erat?* Sic illi omnibus partibus: interpunctionem nos addidimus. Si verbis contendere voluissent Romani, ne sic quidem causa Poenorum erat æquior. Non enim, perinde ut Romani olim improbarant mutarantque prius C. Lutatii fœdus, sic nunc Pœni poterant improbare, aut non habuisse ratum se dicere fœdus Hasdrubalis. Nam in Lutátii fœdere expressum erat, id ita ratum fore, si Romæ placuisset, quale nihil in fœdere Hasdrubalis: et Romani statim re recenti declararant sententiam suam; at fœdus

Hasdrubalis decem annorum silentio Pœni satis confirmarant. Quod autem sequitur, 'etsi priore fœdere staretur,' accipies non de priore fœdere, quod mutatum est, sed eo, quod validum fuit. *J. F. Gron.* Si in vulgatam lectionem codd. consentirent, difficultas, cujus hic meminit Gronovius, unius dictionis transpositione tolli posset, hoc modo, *nam si verb. discept. res esset, fœdus Hasd. cum Lut. priore fœdere, quod commutatum est, comparandum non erat.* Nunc vero varietas in codd. obvia persuadet Gronovium veram Livii scripturam ex Mss. reduxisse. Nam *quid fœdus Hasdr. cum Lut. priore fœdere comparandum erat?* tribus vocibus, *quod mutatum est*, omissis, obfert Hav. neque aliter Ber. a m. pr. nisi quod editam lectionem *quod fœdus Hasdrubalis* servet. Præterea *comparandum erat* sine negatione legunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Quod vero Gronov. Flor. et Voss. codicum consensum in eamdem lectionem memoret, in eo, ne manus ejus aberrarit, admodum vereor. In meis enim Voss. excerptis nihil aliud notatur, nisi deesse particulam negandi *non:* quod solum etiam ipse Gronov. antea notarat. Suspicor igitur codicem Florentino consentientem non Vossianum, sed alium, et forte Gudianum fuisse. Ceterum lectionem a Gronovio in Mss. repertam in contextum recepi, quemadmodum etiam fecit Crevier.

§ 3 *In Hasdrubalis fœdere nec exceptum tale quidquam fuerit*] Pal. 3. *foret.* Gebh. *Quidquam tale* Rec. *fœdere* autem, quasi id ex præcedenti § hic repetendum sit, omittitur in Gaertn. Paullo ante *additum est*, pro *esset*, legit Flor. Vide ad XXII. 36. § 4. In seqq. autem *eo vivo* Ber. *silentio vivo comprobatum sit fœdus, ut mortuo* Lov. 2.

§ 4 *Etsi priore fœdere staretur*] Notat ad hæc verba Donjatius usitatius esse *fœderi stare.* Si antecessor Parisiensis addidisset usitatius esse jurisconsultis suis, non haberem quod reprehenderem: in eorum enim fragmentis non numquam obcurrunt locutiones 'stare voluntate,' 'stare eo quod postulaverunt,' 'eo quod convenit,' similesque; at in iis longe usitatius est 'stare conventioni,' 'divisioni,' 'emtioni,' 'jurijurando,' 'rei judicatæ,' 'religioni,' 'sententiæ,' 'transactioni,' 'voluntati,' ut ex Brisson. de Verb. Signif. patet. Verum quum hæ locutiones, quas Donjatius usitatiores vocat, vix alibi, quam in scriptis JCtorum, reperiantur, a sententia, quam tulit, provoco ad legitimos hujus rei judices, viros linguæ Latinæ peritos. Et quidem jam ad VII. 6. § 6. quædam ex Livio exempla laudavi, ut probarem Livium dixisse 'stare aliqua re:' quod ut ipsi usitatissimum fuisse constet, adde nunc VIII. 40. 'Nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.' XXIV. 1. 'Societas eo jure staret, ut Pœnus Locrensem, &c. juvaret.' XXXIV. 22. 'Staturus eo, quod plures censueritis.' Similiter locutus est Cic. pro Cluent. c. 47. 'Censor censoris opinione standum non putavit.' Ovidius Met. II. 818. 'Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, isto.' Curtius X. 6. 'Eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur.' Quinctil. Instit. V. 6. 'Alieno jurejurando stari, quam suo, maiit.' Declam. CCCXXVIII. 'Vis enim, accusator, mea voce stari:' et Decl. CCCXXXVI. 'Stari voce mea ait æquum conventione pactorum.' In hac autem locutione per ellipsin subintelligi præpositionem *in*, constat ex Cic. ad Att. II. 6. 'Si in eo, quod ostenderat, non stat; mihi maxime placet, ea, quæ male emta sunt, reddi.'

Iis, qui tunc essent: nec, ne qui postea adsumerentur] *Qui nunc essent* Cant. Verum ita potius dicendum erat *qui nunc sunt.* Refero ergo inter errores scribarum. Vide ad XXXVII.

4. § 9. quemadmodum etiam quod *hisne, qui tunc essent, an qui postea asscriberetur* legatur in Lov. 5.

§ 5 *Aut sua sponte desciscentes reciperentur*] *Sua sponte se trahentes* Hearnii N. cujus margini adscribitur *descientes* et *desciscentes*. Similiter *descientes* præfert Rec. *desciscentem* Ber. Tum *reciperent* Hav. Vide ad x. 10. § 1. Paullo ante *qui æquum censeret*, pro *quis*, Lov. 5. Præterea *tantum cautum, ne* Lov. 4. Sed mediam vocem a scriba additam esse, scriptura codicis Harl. *tantum scil. cautum est, ne* ostendit. At Livius putavit, ex præcedentibus satis commode hic repeti posse 'tantum additum erat, ne.' Denique *ad defensionem*, pro *ad defectionem*, Lov. 5.

§ 6 *Ut adirent civitates, ut in societatem perlicerent, aut averterent a Pœnis*] Pal. 3. *ut avert. a Panis*. Gebh. Videtur fuisse *in Hispaniam, ut ad. civ., et aut in soc. pellicerent, aut avert. a Pœnis, trajecerunt*. J. F. Gron. Pal. tertio consentit Harl. secundum *ut* exsulat a Cant. *ut adirent civitates, et in societatem perlicerent, aut averterent* Lov. 3. *Et* atque *ut* commutari solent. Vide hoc lib. ad c. 28. § 8. Sed nec vulgatam displicet: in Hispaniam trajecerunt, ut civitates adirent; adeundi autem caussa erat, ut in societatem Romanorum perlicerent, aut certe efficerent ne Pœnis opem ferrent. Solere autem Livium hac ratione τὸ *ut* geminare, dictum est ad I. 17. § 11. *Aut averterentur a Pœnis* Gaertn. Vide ad xxxix. 22. § 8. Conjecturam Gronovii præfert Crevier. Donjatius nullo sensu edidit *ut aut ad. civ., ut in soc. pellicerent, aut averterent a Pœnis.* Videtur emendationem Gronovii recipere voluisse, sed τὸ *aut* alieno loco inseruisse.

§ 7 *Ad Bergusios primum venerunt*] *Ad Barcusios* Hav. *Ad Argusios* Lov. 5. *Ad Artusios* Hearnii L. 1. Vide c. 23. § 2. Tum *primo venerunt* Lov. 2. 4. 5. *primum pervenerunt* Rec. *primum pervenere* edd. vett. Mox *ad cupiditatem novæ fortunæ*, pro *ad cupidinem*, Ber. Alibi hæ voces commutantur. Vide ad XXVII. 27. § 1.

§ 8 *Ad Volscianos inde est ventum*] *Ad Voltianos* Hav. et edd. antiqq. *Ad Volcianos* reliqui, si non omnes, certe plerique codd. mei, et Hearnii N. Postea Paris. 1573. hic quidem *Volcianos*, at mox hoc cap. § 11. *Volscianorum*, sine dubio scribarum errore, ediderunt; quam scripturam mox Francof. ed. 1578. et hic et ibi recepit; ex quo tempore recentiores editores id utrobique servarunt, et Marca etiam in Marc. Hisp. II. cap. ult. de hoc populo agens, similiter *Volscianos* vocavit. Quum autem 'Volsciani' æque ac 'Volciani' incogniti sint, priori nomine, quod nuper demum natum est, ejecto, posterius restitui, donec major nobis lux oboriatur. Utrum vero cum Donjatio *Ad Vescitanos* reponendum sit, non adsentientibus codd. nihil definio. Tum *inde ventum est* Gaertn. In sequentibus vox *Romano* exsulat ab Harl.

§ 9 *Quæ verecundia est, vos, Romani, postulare*] Pal. 3. *vos, o Romani*. Gebh. *Quæ ver. est, Romani, post. vos* Flor. et Cant.

Uti vestram Karthaginiensium præponamus amicitiæ] *Ut vestram* Ber. et edd. vett. Vide ad XXXVII. 46. § 10. *Utrum vestram* Gaertn. Tum *præp. Karth. amicitiæ* Rec. *Karthag. amicitiæ præp.* Flor. et Cant. Atque hoc ordine vocabula illa edidit Jac. Gronovius. Ceterum Hearnii N. totam hanc periodum ita in margine concipit: *uti vestras Carthag. præp. amicitias, quum vos feceritis Saguntinis crudelius, quam Pœnus hostis, qui eos interfecit? vos socii prodideritis.* Similiter fere *quum vos feceritis Saguntinos crudelius, quam Pœnus hostis ante interfecit eos* Ber. *quum, qui id fecerunt Saguntini* Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl.

Rec. Gaertn. et Hearnii N. in contextu. Tum *Pœnus hostis prodidit* Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. *Pœnus hostis interfecerit* Hav. Tandem *socii perdideritis* Rec. Vide ad x. 19. § 2.

§ 10 *Ibi quæratis socios, censeo, ubi Saguntina clades*] *Et ibi quær. socios censeo* Rec. *ibi quæratis socios, ubi Sag. clades* Lov. 2. Mox *docum. ruinæ nunc* Gaertn. *docum. Saguntinæ ruinæ erunt* Hearnii D. quod aures respuunt, præsertim reliquis codd. dissentientibus.

§ 11 *Ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora verba tulere*] Pal. 3. *ab nullo deinde consilio Hisp. benig. verba retulere.* Gebh. *A nullo deinde consilio Hisp. benigniori verba tulere* Gaertn. *consilio* etiam Lov. 5. Verum intelligitur conventus cujusque Hispaniæ populi, qui *concilium*, non *consilium*, vocatur. Vide Gron. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Itaque, nequidquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt. In his nova terribilisque] Cum dicit *in Galliam*, statimque subjungit *In his*, videri potest syllepsis et genere et numero esse: quamquam etiam nomen alicujus populi omissum fortassis est; quippe qui post aliquot versus subnectat, 'Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque.' Sed judicet lector. *Glar.* Excidit hoc loco nomen ejus populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt: ut enim in Hispania 'Bargusios' et 'Volcianos' aditos dixit, sic in Gallia præcipuos quosdam nominabat populos, præsertim vero cum dicat, 'In his nova terribilisque species visa, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt.' Non enim totius Galliæ hic erat mos, sed præcipue eorum, quos primum adierunt; et post subjungat cap. seq. 'Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaque.' Qui vero populi fuerint, ne divinare quidem possum. Ita tamen legendum existimo, *Ita nequicquam peragrata Hispania, in Galliam ad .... transeunt. In his nova, &c.* Idem sentit etiam Glareanus. *Sigon.* Pal. 2. *transierunt.* Glareanus et post hunc Sigonius, populi nomen deesse, conjiciunt; quod ex nostris libris restitui non potest. *Gebh.* Glareanus et Sigonius excidisse nomen populi, quem primum adierunt Romani legati, existimant. Lacunam ita agnoscit Sigonius, *in Galliam ad * * transeunt.* Qui vero populi fuerint, negat posse divinare. Arvernos fuisse licet colligas ex XXVII. 39. 'Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere: non enim receperunt modo Arverni eum, deincepsque aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes.' Num fuit ergo? *In Arvernis nova.* J. F. Gron. Nisi aliud obstaret, facile admitterem syllepsin cum Glareano. Eam enim frequenter apud Livium obcurrere, docebimus ad XXXVII. 29. § 11. At nunc verba, quæ Sigonius ex cap. seq. laudavit, ostendunt concilii vel populi alicujus nomen latere. Patris conjectura displicuit Jac. Gronovio, qui in Diss. Epist. ad Livii loca quæd. Geogr. ep. II. p. 15. scribendum conjicit *in Galliam transeunt. Ruscinone terribilis species visa est.* Quod iterum examinavit, et refellere conatus est Jasitheus in Apolog. pagg. 11. et 33. neque tamen sententiam, quemadmodum locum Livii constituendum credat, interposuit. Crevier. *Ruscinonis* mentionem feliciter a Jac. Gronov. restitutam existimat, in eo tamen ab illo dissentiens, quod, voce *nova* servata, legat *Ruscinone nova terribilisque species visa est.* Mihi tutius videtur, silentibus omnibus Mss. manum abstinere. Alteram tamen rationem Sigonii, ob quam populi alicujus Galliæ nomen excidisse putabat, nempe non totius Galliæ morem fuisse ut armati in concilium veniant, haud male falsi arguit idem Jasith. testimonio Nic. Damasc. in Exc. Peiresc. p. 518. Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κατὰ

πόλιν πράττουσι· *Celtæ ferro succincti reipublicæ negotia tractant.* Cui addi potest locus Cæsar. Bell. Gall. v. 54. 'Armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati convenire coguntur.' Unde tamen colligendum videtur, Gallos non semper armatos in concilium venisse; sed tantum, si de bello consultandum esset. *Ita*, pro *Itaque*, ut Sigonius legit, etiam est in Flor. a m. pr. Lov. 4. et Rec. Tum *nequidquam* omittunt Cant. et Lov. 1. Tandem *transierunt*, pro *transeunt*, Hafn. Gaertn. et Rec.

CAP. XX. § 1 *Species visa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt*] *Visa est species* Lov. 4. et 5. Seqq. omnia vocabula deerant in Ber. a m. pr. adscripta autem fuere a manu altera, sed alio ordine in his *mos erat gentis*. Præterea *erat* omittitur in Lov. 1. Tum *in consilium venerunt* Lov. 5. Male. Vide ad cap. præc. § 11. *In concilium venire* Gaertn. qui dare voluisse videtur *venere*.

§ 2 *Quum, verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent*] Τὸ *verbis* omittitur in Ber. qui etiam alio ordine præfert *gloriam ext. virtutemque*: at *ext. virtutem gloriamque* omnes edd. usque ad Jac. Gronov. qui verba trajecit, ut nunc eduntur. Et ita legunt omnes reliqui, quos consului, codd. Deinde *ac magnit., petissent*, omissa voce, Cant. *petiissent* Hafn. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Mox *ne Pœno bello*, pro *bellum*, Lov. 1.

§ 3 *Tantus cum fremitu risus*] Voce perperam addita, *tantus autem cum frem. risus* Ber.

§ 4 *Adeo stolida inpudensque postulatio visa est, censere*] Videtur supervacaneum esse et exterendum τὸ *censere*. J. F. Gron. Doujatius quidem judicat absque τῷ *censere*, quod Gronovius delet, orationem magis perspicuam fore: simul tamen etiam vulgatum ita intelligi posse existimat, quasi Livius dixisset 'postulatio, ut' Galli 'censerent.' Sed Gronov. adsentitur Crevier. Mox, trajectis vocibus, *Galli transmittant* Lov. 4. et 5.

Ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere] *Id advertere* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hafn. Male. Vide ad I. 40. § 7. Tum *agros suos* Flor. Deinde *pro alienis depopulandos* Lov. 4. quod etiam voluisse videtur librarius Lov. 5. qui tamen per errorem dedit *deplorandos*. Sed neque in his codd. satis auctoritatis est, ut vulgatum mutem. Vide ad II. 61. § 2.

§ 5 *Sedato tandem fremitu, responsum legatis est*] *Sedato tamen frem.* Voss. *Sed. tamen hoc frem.* Lov. 3. Solent hæ voces a scribis confundi. Vide ad XXII. 2. § 11. Tum *legatis responsum est* Lov. 2. et Hav. Τὸ *est* autem exsulat a Flor. Mox *ob quæ pro Romanis*, una voce neglecta, Gaertn.

§ 6 *Gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli*] Flor. *agro finibusque in Italia pelli*. J. F. Gron. Duplicis cod. Flor. excerpta habeo: in utrisque autem notatum tantum video *agro finibusque Italiæ*. Præterea τὸ *suæ* a Colbert. abesse Hearnius monuit. Paullo ante *Contra audire sese* Lov. 3. et edd. vett. usque ad Aldinam, quæ recte substituit *Contra ea audire sese*. Et ita est in reliquis scriptis. Vide ad XLI. 24. § 8.

Stipendiumque pendere, et cetera indigna pati] Vetustæ duæ edd. *stipendiumque facere*. Pal. 1. *stipendiumque petiendi*. Pal. 2. *pendi*. Pal. 3. *impatiendi*. Gebh. *Stipendiumque peti* Lov. 2. Ber. Hav. et Brancal. Latinii: *stipendiumque peciendi* Lov. 1. *stipendiumque penendi* Voss. in contextu, sed *pendi* in margine, quod etiam superest in Flor. Cant. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. *stipendiumque faciendo* Lov. 3. *stipendiumque faciendi* Rec. *stipendiumque facere* edd. vett. pro quo Aldus *stipendiumque pendere* restituit.

Tum *etiam cetera indigna pati* Lov. 2. *et cetera indigne pati* Rec.

§ 7 *Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque*] *Conciliis audita* Lov. 2. *conc. dicta auditaque sunt* Ber. Mox *venere*, pro *venerunt*, edidit Jac. Gronovius. Et ita est in omnibus scriptis.

§ 8 *Ibi omnia, ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita*] Si sic distinguas, possis hæc tolerare, ut sit sensus intellexisse ibi omnia Romanos, quippe quæ socii Massilienses diligenter et fideliter inquisivissent. Et est genus sermonis, quale notavimus II. 9. 'Salis vendendi arbitrium in publicum omne sumptum, ademptum privatis.' Etsi commodius foret *Ibi omni re ab sociis inquisita cum cura ac fide cognitum*. J. F. Gron. Idem in pr. ed. nott. conjecerat scribendum *Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide: cognitum*. Ber. habet *a sociis*: neque aliter edd. Aldo priores. Insuper *cum cura et fide* Lov. 2.

Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse] Flor. *præoc. jam ante ab Hann.* Habet et Gud. litera auctum *antea*. Lib. XL. cap. 4. 'Ad multo ante præcogitatum revoluta facinus.' Et c. 28. 'Legati jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent.' *J. F. Gron.* *Præoc. jam ante ab Hann.* etiam Cant. Trium itaque codicum auctoritate in contextum recepi. A librariis neglecta fuisse videtur vocula *ante*, quia propter præcedens *præoccupatos* supervacua esse, ac tuto omitti posse videbatur. Verum ita et alibi Livius locutus est. Infra XLII. 47. 'Ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint.' Talia sunt 'prior prævenire,' 'ante præparare,' 'prius præcipere,' 'ante præcavere,' 'prius præmeditari,' 'ante præscire,' 'ante prævidere,' 'ante prædicere,' apud Livium et alios scriptores usitata. Supra IX. 23. 'Quo quum prior Romanus exercitus magnis itineribus prævenisset.' X. 41. 'Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt.' XXI. 32. 'Quamquam fama prius præcepta res erat.' XXXVI. 17. 'Satis undique provisum anteque præcautum est:' quibus locis vide quæ notantur. XXXVIII. 3. 'Nihil, ne bellum haberent, prius, quam pene in conspectu hostis erat, præmeditati.' Ter. in Andr. I. 5. 2. 'Uxorem decrerat dare sese mi hodie: nonne oportuit Præscisse me ante?' Tacit. Annal. XI. 7. 'Nihil a quoquam expeti, nisi cujus fructus ante prævidérit.' Colum. VII. 13. 'Manu non sunt vellendi, ne, ut et antea prædixeram, faciant ulcera.' Justin. XXXIX. 2. 'Grypus, prædictis jam ante insidiis, velut pietate cum matre certaret, bibere ipsam jubet:' ubi non audiendus est Scheff. lectionem hanc mutans, quod perperam etiam tentavit Rhenanus in laud. Taciti loco. Ejusdem generis sunt προδραμὼν ἔμπροσθεν, apud D. Lucam c. XIX. Euang. vs. 4. et 'præferri præter castra,' de quo vide ad Livii VI. 29. § 2.

Ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi conciliarentur] A novissimis est Gruteri: nam priores editi *conciliantur*: ut et scripti, in quibus omnium optimus Puteanorum fratrum, qui a posteriori syllaba τοῦ *cujus* orditur. *J. F. Gron.* *Concilientur* etiam omnes mei. Præterea *ni subinde auri cupidine, cujus avidissima* Ber. *ni subinde auri cupidine avidissima* Hearnii Oxon. N. in cujus tamen margine emendatur, ut vulgatum est. Tum *principium animi* Hav. et ed. Ald. in contextu. Vide ad II. 27. § 12. et hoc lib. ad c. 2. § 4. Paullo ante *sed nec illi quidem ipsi* Hearnii Oxon. N. a m. pr. *sed ne illi ipsi quidem* Lov. 2. et Hav.

§ 9 *Civitatem omnem in expectationem belli erectam*] *In expectione belli* Flor. Lov. 4. 5. Ber. et Rec. cum Hearnii N. In præcedentibus *Itaque peragratis Hispania et Gallia populis*

Hearnii L. 1. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. *Ita peragratis Hispaniæ Galliæ populis* Lov. 1.

Jam Iberum Pœnos transisse] Liber optimus *transisisse*. Lib. XL. c. 41. 'Præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit.' *J. F. Gron.* Lib. XXI. c. 51. 'Nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram.' XXII. 20. 'In Ebusum insulam transmissum.' XXX. 24. 'Onerariæ naves in Africam transmiserunt.' XXXI. 7. 'Si Philippus in Italiam transmisit.' Puto autem *transisse* ex glossemate interpretis receptum esse. Similiter errabatur in quibusdam codd. hoc lib. c. 30. § 8. c. 52. § 4. et alibi.

CAP. XXI. § 1 *Sagunto capto*] Capite tamen 19. dixit *Sagunto excisa*. Jac. Gronov. Id non persuadet, alterutro loco, certe hoc, ubi omnes codd. vulgatum servant, aliquid mutandum esse. Similiter enim hoc lib. c. 15. 'Octavo mense, quam cœptum obpugnari, captum Saguntum quidam scripsere:' et c. 18. 'Privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit.' Et his locis vulgata lectio consensu Mstorum omnium probatur, nisi quod eorum priori unum cod. *captam Saguntum* præferre ibi vidimus. Similiter variat etiam Silius Ital. quum enim dixisset I. 332. 'Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto, Servata cecidisse fide:' et III. 178. 'Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos.' Postea dicit XVII. 329. 'Quid vos, quis claro deletum est Marte Saguntum, Exhortor?' ubi vide quæ notavi.

Seque non ducem solum, sed etiam caussam esse belli] Τὸ *que* exsulat a primis edd. Cæterum Pal. 3. *seque non ducem belli solum, sed caussam esse.* Gebh. Primæ, quas vidi, edd. *se non ducem solum, sed caussam esse belli.* Aldus deinde edidit ut nunc vulgo exstat. Neque inde abeunt ulli codd. nisi quod *esse* exsulat a Gaertn.

§ 2 *Partitis dividendisque reliquiis prædæ*] Credo *divenditis*. Valla. Ut Valla emendavit, ita receptum Joanni Andreæ et Petro Justino Philelfo, qui, ut ipse in fine libri fatetur, tris Livii decadas recognovit, imprimente Mediolani Antonio Zarotho, impensis Joannis Legnani decimo Kalendas Novembres anno a natali Christi millesimo quadringentesimo octogesimo. Pall. 1. et 2. *dividendisque*. Pal. 3. *divisisque*. Gebh. *Partiendis dividendisque* Lov. 5. *partitis dividentisque* Flor. a m. pr. *partitis dividendisque* a m. sec. Et ita est in Lov. 2. 3. 4. Hafn. Gaertn. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *partitis divisisque:* quod ultimum servant etiam ejus L. 1. Ber. Harl. Rec. Hav. Brancal. Latinii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *partitis divendendisque* Voss. *partitis divenditisque* Hearnii D. et, ut videtur, Lov. 1. ac Cant. unde nihil in excerptis notari video. Verba *divendere* et *dividere* in Mss. commutari, vidimus ad I. 53. § 3. Mox autem *ultro*, quod in omnibus Mss. exstat, omissum fuit in plerisque prioribus edd. Recte itaque Moguntini et ante eos Parm. ed. id in contextum receperunt. Hinc *milites convocavit*, pro *convocat*, Lov. 4.

§ 3 *Credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cernere*] Pal. 2. *Credo ergo vos*. Gebh. De hoc librariorum errore vide ad XXXVII. 53. § 11. *Credo ego vos, inquit, ipsos, socii, cernere* Lov. 2.

Aut finiendam nobis militiam, exercitusque dimittendos esse] Put. *nobis*. J. F. Gron. Ita etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Harl. Hafn. et Rec. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Recte igitur Gronov. hanc lectionem in contextum recepit. Præterea *finiendum* Lov. 1. 4. 5. et Rec. invitis melioribus. Mox *terras* deficit in Lov. 2. et 4.

§ 4 *Hæ gentes non pacis solum, sed etiam victoriæ bonis florebunt*] *Hes*

gentes Gaertn. *hæc gentes* Ber. a m. pr. *et gentes* a m. sec. Tum *florebant* Lov. 5. et Hav. Mox *quæramus* Hearnii N. sed pro eo in margine emendatur *quæremus*.

§ 5 *Quando domos vestras, et quæ cuique ibi cara sint, visuri sitis*] Flor. *sunt*. Rectius: non est enim dubium quin *sint*. Sic et c. 3. lego, 'Cujus regis genero hereditarii sunt relicti exercitus nostri:' non *sint*. J. F. Gron. Vulgata lectio, quam tamen firmant omnes reliqui mei, primum adparuit in ed. Ald. *et quæcumque ibi sunt cara* priores exhibent: *et quæcumque ibi cara sint* Gaertn. *et etiam cuique ibi cara sint* Lov. 5. *sunt* etiam in Putean. invenit, ac probavit Crevier. Paullo ante *a domo instet* Lov. 1. et edd. Aldina vetustiores: *ab domo distet* Brancal. Latinii. In sequentibus *si quis vestrum, &c. edico, adsitis* desunt in Harl. culpa librarii ob vocum *sitis* et *adsitis* repetitionem. *Visere*, pro *invisere*, præferunt edd. vett.

§ 6 *Primo vere, edico, adsitis; ut, Diis bene juvantibus*] *Dico adsitis* Lov. 4. Sed prima litera intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. Mox hoc cap. *edictum* vocat. Tum *ut* omittitur in Lov. 2. Deinde *Diis bene nunciantibus* Gaertn. De formula *Diis bene juvantibus* vide Brisson. de Form. l. I. p. 79. Paullo post *ingentis prædæ gloriæque* alio ordine Ber.

§ 7 *Grata erat, et jam desiderantibus*] *Quanta erat* Gaertn. *grata fuit* Ber. Tum *et etiam desid. suos* Lov. 3. *nam desid. suos* Hav. Τὸ *suos* non adparet in Cant.

§ 8 *Inter labores, aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animosque*] Pal. 1. *inter labores aut inexhaustos*. Pal. 3. *inter labores aut etiam exhaustos*. Statim alio ordine Pal. 2. *corpora animosque renovavit*. Gebh. *Aut etiam exhaustos* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *aut et jam exhaustos* Hearnii D. et N. Deinde *aut mox hauriendos* Lov. 4.

§ 9 *Vota exsolvit: novisque se obligat votis*] Ant. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, se malle *votis* abesse, quod etiam apud me in uno deest Rec. Viro docto ideo ea vox displicuisse videtur, quod *vota* præcesserit. Sed vide quæ notantur ad I. 3. § 9. Paullo ante *omnia auxilia gentium* Lov. 5. Ber. Rec. et Hav. *omnium gentium auxilia* Flor. et Harl.

Si cetera prospera evenissent] Vet. lib. *prospere*. Sigon. Pal. 3. *prospere evenissent*. Gebh. Sigonius *prospere*, ut alibi sane Livius, et lib. IX. libroque XXII. Sed nostri plures tenent alterum, defenditque Sallust. in Catil. c. 26. 'Quoniam, quæ occulta tentaverat, aspera fœdaque evenerant.' *J. F. Gron*. Liv. l. XXIX. c. 18. 'Nec tamen illi umquam postea prosperi quidquam evenit.' Vide ibi Gronov. *Duk*. *Prospere evenissent* Rec. *prospere venissent* Flor. 'Prospere evenire' recte dici, vidimus ad IX. 19. § 10. Hic tamen ob reliquorum, vulgatum defendentium, auctoritatem nihil mutandum puto. Infra XXVIII. 42. 'Quæ prospera tibi et populi Romani imperio evenere.' XXXVII. 47. 'Ut ea res prospera et læta eveniret.' XLII. 28. 'Quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret.' Adjectiva sæpe pro adverbiis poni, videbimus ad XXII. 12. § 7. Ceterum *prospera eveniunt* Hearnii D.

§ 10 *Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli*] Pall. 1. et 2. *ad inferendum atque arcendum bellum*. Gebh. Magno consensu scripti *inferendum atque arcendum bellum*. Lege *partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum*. Phædrus l. III. c. 8. 'Dulcemque in ambos caritatem partiens.' Lib. XXII. c. 7. 'Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant.' Ta-

citus Histor. III. 58. 'Curam delectus in consules partitur.' *J. F. Gron.* Lectionem, quam magno consensu scriptos præferre Gronovius monuit, inveni in Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. invenit etiam Crevier. in suis: neque multum abit Voss. *inferendum atque parcendum bellum* exhibens, aut Hearnii D. qui *inferendum atque partiendum bellum* ostentat. Ea persuadent, recte Gronovium conjecisse *in inferendum atque arcendum bellum*: ut præpositionem *in* interceperit vocis seq. syllaba initialis. Vide ad VIII. 38. § 6. Aldus in contextu dedit *in ferendum atque arcendum bellum*; sed inter errata priorem lectionem revocavit.

Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret] Vel *dum petit*, vel *quum peteret* legendum videtur. Vide ad I. 40. § 7. Deinde *terrestris* Lov. 5. Tum *per Hispaniam Galliamque* Rec. et Hearnii D. Male. Infra c. 23. 'Ut fauces, quæ Hispanias Galliis jungunt, in potestate essent.'

Valido præsidio eam firmare statuit] Put. *præsidio firmaret eam statuit.* Scribe *firmare et eam.* Neque enim ausim *firmare Metagoneam*; quod posset alicui in mentem venire ex Polybio III. 33. τῶν δὲ προειρημένων τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ' εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα κατέταξαν. Sed frustra opinor. *J. F. Gron.* Si præcessisset Hannibalem in Hispania præsidium reliquisse, τὸ *et* locum habere posset. Nunc vero, ubi nihil tale præmittitur, minus commodum videtur, et *firmaret* ab integerrimi codicis librario aberrante, pro *firmare*, scriptum puto. Quin insuper, licet darem Livium forte *firmare et eam* scripsisse, Gronovium tamen incertam hanc conjecturam in contextum ed. 1665. admisisse, eamque recentiores editores servasse, displiceret. Recte tamen Gronovius ex ejusdem codicis auctoritate voces transposuit; nam *firmare eam statuit* legunt etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Ber. Harl. et Rec.

§ 11 *Petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa*] *Petivit* Lov. 3. quomodo *redivisse*, pro *rediisse*, vel *redisse*, erat in uno cod. VIII. 26. § 6. Tum *in Hispaniam, et in Africam* Lov. 3. et 5. *Afri in Hispania, in Africa Hispani* Flor. et Cant. Mox *a domo* Ber. Gaertn. et edd. antiqq. Tandem *mutuis pigneribus* Flor. et Lov. 1. Vide ad III. 38. § 12.

§ 12 *Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos*] Sic Polybius III. 33. πεζοὶ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. *Sigon.* *Octingentos septuaginta pedites* Lov. 3. 5. et Hafn. at *quinquaginta* emittitur in Cant. quum tamen Polyb. plane vulgatæ lectioni consentiat. Ceterum *cætratos* per diphthongum scribendum esse, monui olim ad Silii III. 278. eamque orthographiam Nic. Heinsius in optima ed. Virgilii recepit Æn. VII. 732. Ex Flor. hic nihil notatur; infra vero XXIII. 26. ubi hoc vocabulum iterum obcurrit, corruptum quidem exstat, sed ita, ut diphthongus tamen prima syllaba supersit. *Pedites creatos* est in Hav.

Et funditores Baleares octingentos septuaginta] *Baliares* Gaertn. Reliqui fere omnes *Baleares*, etiam Put. et Flor. qui tamen alibi modo *Baliares*, modo *Baleares* scribunt; quod de Putean. mihi adfirmavit αὐτόπτης Sallier. Βαλιαρεῖς vocantur Polyb. III. 33. et alibi. Vide ad Silii III. 365. Præterea *octingentos LX.* Ber. reliqui in numero nihil mutant. Polybius vero Baliarium numerum non exprimit. Ceterum omnia hæc verba neglegentia librarii omittuntur in Lov. 3.

§ 13 *Has copias partim Karthagini præsidio esse*] *Has tamen copias* Lov. 4. Edd. Aldina priores, quæ ignorant vocem præcedentem *ducentos*,

hic ejus loco *Et has copias* præferunt. Præterea *Karthagini esse* Hav. *Karthagini esse præsidio* Lov. 5. Mox *conquisitionibus in civitates missis* Voss. et Lov. 1. *conquisitoribus in civitatem missis* Gaertn. *conquisitoribus missis*, reliquis neglectis, Lov. 2.

Quatuor millia conscripta delectæ juventutis] *Conscripti* Cant. quod, si locus distinctione adjuvaretur, et hæc majori interpunctione a sequentibus dividerentur, quemadmodum Aldus in contextu edidit, id postea tamen inter errata mutans, probari posset exemplo eorum, quæ notantur ad l. XXXVII. c. 39. § 12. Quum tamen reliqui codd. nihil mutent, vulgatum probandum, et hæc atque sequentia uno complexu, et quasi per adpositionem dicta puto. *Descripta* edd. vett. pro quo Aldus recte *conscripta*. Tota vox aberat a Lov. 2. Mox in verbis seqq. *eosdem* non adparet in Harl. Præterea *Karthaginem duci* alio ordine edd. Aldo priores.

CAP. XXII. § 1 *Atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitum*] Dele, quantum potest, prius *haud*. Integra enim sententia est, *Neque Hisp. neglig. ratus*, (*atque ideo minus, quod haud ignarus erat, circ. ab Rom. legatis ad soll. principum animos*) *Hasd. fratri, &c.* J. F. Gron. Non negari potest, ingratam esse in tam brevi intervallo iterationem τοῦ *haud*, et sententiam videri postulare, ut primo loco tollatur. Quia tamen scripti Gronov. et Hearn. id habent, et apud alios quoque nonnulla hujus generis inveniuntur, in quibus altera particula negans abundat, non facile quidquam movendum puto. Vide ad Flor. III. 17. extr. Varro de Re Rust. I. 55. 'Nec hæc non minima caussa, quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus.' Colum. de Re Rust. I. 8. 'Nec non nihil esse etiam parvo vehi.' Casaub. ad Suet. Claud. c. 1. de triplici negatione apud Græcos, 'Possem,' inquit, 'sexcenta his similia Græcorum scriptorum adferre, nec pauca etiam Latinorum.' *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod *aut*, pro *haud*, priori loco præferant Lov. 1. et 5. solito scribarum errore. Vide ad XXVIII. 2. § 11. Eosdem autem librarios, sensum scriptoris non adsecutos, ejus verba negationem inmittendo interpolasse, vidimus hoc lib. c. 10. § 1. An tamen ita hic peccarint, ob illa quæ Duker. monuit, dubium videri potest. Ceterum *atque ideo quod haud minus* Harl. *atque ideo et haud minus* Gaertn. Præterea *circuitum* Lov. 2. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed vide ad III. 6. § 9. Paullo ante *neglegendam* Flor. et Lov. 1. Vide ad II. 11. § 4.

§ 2 *Firmatque eum Africis maxime præsidiis*] Aldus in contextu Livii edidit *firmatque eum Afr.* ut ita in Mss. suis invenisse verisimile sit, quod etiam in nonnullis meorum superest. Certe ita etiam est in edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad X. 7. § 8. At idem Aldus rectius inter errata *eum* revocavit; quod deinde omnes editores servarunt, uno Clerico excepto; quem in errorem, ut iterum *eum* ederet, illud induxisse videtur, quod in quibusdam exemplaribus editionis Gronov. 1679. quam secutus est, vix dijudicari possit, utrum prior hujus vocula litera *c* an *e* foret. Talia certe me vidisse adfirmo. Præterea *Afris maxime præsidiis* Ber. Male. Silius XVI. 180. 'animo jam tum Africa bella capessit:' ubi vide quæ notantur.

Peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus: ad hæc equitum auxilia] In Polybio ita legitur III. 33. 'Pedites autem ex Africa XI. millia octingentos quinquaginta, ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingentos.' Quare hic distinguendum et post *quinquaginta*, et post *trecentis*. Deinde post *Balearibus* addendum *quingentis*, tollendaque distinctio post

Liguribus, ut totus locus ita legatur: *Firmatque eum Africis maxime praesidiis, peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta: Liguribus trecentis, Balearibus quingentis.* In elephantorum ac Libyphœnicum numero etiam discrimen est; sed fieri potest, ut Livius non ubique sit secutus Polybium. *Glar.* Harum copiarum summa ad verbum sumpta est a Polybio, qui ita ait III. 33. πεζοὺς Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγουστίνους τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex hujus verbis perspicue apparet, in Livianis libris deesse vocem *quingentis:* ut sit *Balearibus quingentis*, atque ita hunc locum esse legendum et distinguendum: *peditum Afrorum XI. millibus DCCCL. Liguribus CCC. Balearibus D. Ad hæc.* Nota numeri *D.* creavit errorem, præsertim vero cum sequeretur *ad*: eaque excidit. *Sigon.* Vox *quingentis* etiam in omnibus meis deest, quam viri docti ex Polyb. recte restituisse videntur. *Baliaribus* autem hic præfert Flor.

§ 2 *Equites Libyi Phœnices (mixtum Punicum Afris genus) CCC. et Numidæ*] Hujus quoque loci lectorem admonendum duxi, quandoquidem omnes fere Liviani codd. divisis dictionibus id habeant: quum *Libyphœnices* sit dictio uno spiritu enuncianda. *Sabell.* Quia totus hic locus a Polybio desumptus, scribe, *CCCCL. Numidæ Maurique.* Sic enim ille III. 33. ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακοσίους πεντήκοντα: nec absurdum est, *cl* transisse in *et.* Confirmat conjecturam nostram, quod in Flor. et Gud. plane est *CCCC.* J. F. Gron. Eamdem scripturam servant etiam Cant. et Harl. Conjecturam Gronovii in contextum recipere voluit Clericus, sed primo neglegentia summa dedit *CCCL. Numidæ, Maurique,* pro *CCCCL.* Deinde ejus rei lectorem monere oportuerat, quemadmodum se facturum in præfatione promisit. Quin insuper dubium est, utrum Gronovii emendatio, licet admodum ingeniosa, tamen vera sit: quum ne sic quidem inter Polyb. et Livium conveniat. Ea enim recepta quadringenti et quinquagenta equites secundum Livium erunt *Libyphœnices,* secundum Polybium *Libyphœnices et Libyes* vel *Afri.*

Et Numidæ Maurique accolæ Oceani ad MDCCC.] *Et Numidæ decem, Maurique* Lov. 5. Tum *ad tria milia DCCC.* Lov. 3. Sed numerus vulgatus convenit ei, quem edit Polyb. III. 33. Νομάδων δὲ, Μασσυλίων, καὶ Μασσαιλίων, καὶ Μακκοίων, καὶ Μαυρουσίων, τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν, χιλίους ὀκτακοσίους. Præterea *ad mille octingentos* pleræque edd. *ad mille octingenti* paucæ: per numerum demum Paris. 1573. et inde recentiores omnes. Ceterum omnia hæc vocabula desunt in Hearnii D.

Parva Ilergetum manus ex Hispania, ducenti equites] *Illergetum* Ber. *Lergetum* Lov. 2. *Isergetum* Lov. 5. *Vergetum* Lov. 3. 4. et Harl. *Vegetum* Voss. et Lov. 1. Vide cap. seq. § 2. Polyb. id exprimit III. 33. Λεργητῶν δὲ τριακοσίους: ad quem locum nihil monuerunt interpretes. Sed videtur omnino legendum esse Ἰλουργητῶν. Quæ etiam sententia fuit interpretum Polybii, qui, teste Ortel. in Thes. Geogr. voce 'Lorgitæ,' reddiderunt *Ilergetes,* licet ipse Ortelius populum potius Africæ indicari putet, et Casaub. in Latina interpretatione *Lorgitas* servarit. De Ilergetibus vide Marcæ Marcam Hispan. II. 26. Quod autem ad numeri Polybiani et Liviani differentiam adtinet, uter ex utro emendandus sit, sine ope librorum constitui nequit.

Ne quod terrestris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim] Vereor ne legendum sit *XXI.* nam Polybius III. 33. edit ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα. *Sigon.* Sigonius ex Polybio suspicatur legendum *XXI.* contra omnes li-

bros, sicut et ante *Balearibus D.* Gebh. In numero nihil etiam mutant mei, nisi quod *elephanti XXIIII.* sit in Lov. 5. Insuper *ne quid* edidit Jac. Gronovius, quod inter errores operarum referri posset, nisi superesset in Flor. Cant. et tantum non omnibus reliquis.

§ 4 *Classis præterea data est ad tuendam maritimam oram*] Voss. et Men. *data ad tuende maritime ore.* Sed in Voss. secunda manu factum *tuenda.* Voluit *classis præterea data ad tuenda maritimæ oræ.* Ea scilicet, qua dabatur facilis appulsus navium. Quædam enim ipso litorum ingenio aut munitis urbibus castellisque tuta erant. Nisi malis *Classis præterea data est tuendæ maritimæ oræ.* J. F. Gron. *Classis præterea parata ad tuendam maritimam oram* primæ edd. pro quo Aldus reposuit *classis præterea data ad tuendam maritimam oram:* id autem obtinuit usque ad Gruterum, cujus edd. præferunt, addita voce *classis præterea data est ad tuendam, &c.* Sed verbum interpositum ignorant plerique Mss. Superest enim tantum in Ber. et Hearnii N. at transponitur *classis præterea est data* in Lov. 1. Suo igitur merito expunxi. Major est varietas in altera parte horum verborum. Vulgatum servant Harl. Ber. Rec. et Hearnii D. *ad tuendum mar. oram* Lov. 2. *ad tuenda maritumæ ora* Flor. *ad tuenda maritimæ oræ* Gaertn. *ad tuenda loca maritimæ oræ* Hearnii L. 1. *ad tuenda maritimæ oram* ejusdem N. *ad tuitionem maritimæ oræ* Hav. *ad tuendæ maritimæ oræ* Cant. et Lov. 1. *tuendæ maritimæ oræ* Lov. 3. 4. 5. et Hafn. Si quid judico, aut hoc, aut vulgatum verius est. Mox in verbis seqq., *ea inde quoque*, pro *ea tum quoque*, Hearnii D. Deinde *quadriremes duæ et triremes quinque*, interposita copula, Ber.

Sed aptæ instructaque remigio] Hoc ait Polybius III. 33. πληρώματα ἔχουσαι. Ceterum in numero navium non discrepant. *Sigon.* Hæ voces cum octo sequentibus non exstant in Lov. 2. 4. et Ber. a m. pr. omissæ negligentia librariorum ob repetitionem dictionum 'triremes quinque.' Vide ad IX. 11. § 11.

§ 5 *Ab Gadibus Karthaginem ad hiberna exercitus rediit: atque inde*] *A Gadibus* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Hav. et editi usque ad Aldum. Deinde *ubi ad hib. ex. rediit* Lov. 3. *ad hiberna rediit* Lov. 4. et Ber. Tum τὸ *atque* exsulat a Rec.

Profectus præter omissam urbem ad Iberum maritimamque oram ducit] Quidam restituerunt *Etovissam urbem.* In Ptolemæi codice II. 6. *Etobessa Edetanorum urbs* hoc itinere legitur. *Glar.* Ptolemæus II. 6. nominat Ἠτοβήσαν, statuitque inter Ἐδετανούς. *Sigon.* In loco Ptol. vulgo editur Ἠτόβημα, pro quo codex scriptus Coislin. Ἠτόβησα, quemadmodum scribendum esse viri docti apud Cellar. Geogr. Antiq. l. II. c. 1. p. 84. conjecerunt. In hoc Livii loco *præter omissam urbem*, cum edd. Frobeniana 1531. antiquioribus, legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Gaertn. *propter .. missa urbe* Hearnii N. *præter Oboissam urbem* ejusdem D. *præter Obmissam urbem* Harl. *præter Anissam urbem* Lov. 3. *juxta ommissa urbe* Lov. 5. *omissa urbe* Hav. et Hafn. qui ambo deinde *præter maritimam oram* legunt. *Maritimam oram* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii N. In recentioribus autem edd. locus ita interpungitur, *profectus præter Etovissam, urbem ad Iberum, maritimamque oram ducit*: quod primum in Heinsii Elzevir. obvium fuit: ab ea priores edd. a Curione usque ad Elzev. non differunt, nisi quod minorem distinctionem post *Etovissam* omittant. Hinc sequitur, Etovissam a Livio ad Iberum poni, unde tamen remotam fuisse viri docti existimant. Hinc Jac. Gronov. Dissert. Epist. in

Livii loca quæd. Geogr. ep. 3. p. 22. ita distinguit, et ex vestigiis Mstorum τὸ *que* expellentium, emendat *profectus, præter Etovissam urbem, ad Iberum maritima ora ducit.* Verum si Hannibal, ut ibi inquit, maritima ora ab Karthagine ad Iberum duxit, Etovissa urbs maritima esse debet, quam tamen Ptolem. inter urbes mediterraneas Edetanorum recenset, superius p. 39. ubi ejusdem populi oram litoralem describit, nullam Etovissæ mentionem faciens. Verius itaque Cellarius Geogr. Antiq. II. 1. p. 84. *maritimamque oram* servans, tantum interpunctionem mutat. Prava interpunctio Doujatio fraudi fuit, atque effecit ut quæreret, quæ urbium hodie ad Iberum sitarum Etovissa Livii foret.

§ 6 *Neque usquam a se deflecteret oculos*]. *Nec usquam a se* Ber. *neque unquam a se* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 31. § 5. *neque usque ad se* Harl. et Exc. Pithœi. Paullo ante *ducem in Italia*, pro *in Italiam*, Rec. et Hearnii N. in marg.

§ 7 *Agitante animo temperare animo nequisse*] Vos emendastis *temperare animum*. Ego reor sic emendandum, *agitaret, animo temperare omnino.* Valla. Nec lectio, quæ huic Vallæ adnotationi præfigitur, neque alterutra ab ipso in adnotatione memorata, in ullo codice vel ed. mihi obvia fuit. Typis descripti constanter præferunt, ut nunc editur. At *agitaret animo, temperare animo oculis* legunt Voss. et Lov. 1. ac 3. *agitaret animo, temperare oculos* Lov. 2. *agitaret animo, temperare oculos oculis* Harl. Sed vulgatum præstat. De locutione 'agitare animo' vide ad XLIV. 18. § 1. *Temperare oculis* autem est oculos cohibere: ut 'temperare iræ' XXXIII. 20. 'temperare manibus' XXXII. 20. Vide ad IV. 3. § 6. Denique *nequiisse* Gaertn. *nequisse*, ut adnotationi Vallа præscripsit, Lov. 5. Rec. et Hav. Vide ad v. 10. § 10. Paullo ante τὰ *aut respicientem* scribarum culpa omittuntur in Lov. 1. et 3. Hinc *se secutum* habent edd. antiqq. usque ad Aldum, qui, consentientibus omnibus scriptis, τὸ *se*, ex prima syllaba vocis seq. perperam repetitum, primus omisit. Postea *caussa humani ingenii*, pro *cura*, Lov. 5. Vide ad IX. 29. § 1. *Cura ingenii humani* Flor. *more ingenii humani* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Ant. Perizonius.

§ 8 *Tum vidisse, post se serpentem mira magnitudine, &c.*] Poëta Silius III. 185. 'Cum subitus circa fragor, et vibrata per auras Exterrent sævis a tergo sibila linguis,' &c. Ceterum Val. Max. elegantissime hoc idem (quod tamen Polyb. III. 48. ut fabulam irridet) tradit I. 7. ex. ext. 1. Cic. vero longe aliter hæc narrat de Divin. I. 24. *Modius.* *Eum vidisse* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 35. § 7. Deinde *post sese* edidit Gronov. quomodo præfert Flor. pronomen omittitur in Hearnii D. Sed interceptum est a vocis proximæ syllaba initiali. Vide ad XXIX. 21. § 7. Hinc *serpentem miræ magn.* Ber. et Rec.

§ 9 *Audisse: Vastitatem Italiæ esse: pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque*] *Audivisse* Lov. 3. Tum *pergere porro ire* Harl. *pergeret porro iret* Hearnii N. a m. pr. *pergeret porro, id nec ultra inq.* Lov. 2. *pergent porro ire, nec ultra inquirent, sinentque* Gaertn. Voces *porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse* desunt in Hav.

CAP. XXIII. § 1 *Hoc visu lætus*] *Hic visu lætus* Gaertn. *Hoc jussu lætus* Lov. 1. Vide ad IX. 24. § 4. Mox *traducendus exercitus esset* Ber. in quo etiam *exercitus* omittebatur a m. pr. *traducendus erat exercitus* legunt Lov. 4. et 5.

Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit] Sic Polybius III. 35. πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ

διςχιλίους· καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. *Sigon.*

§ 2 *Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Aquitaniam*] Sic Polybius III. 35. Τὸ τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους. Quos vocat Livius *Ausetanos*, eos Ptolemæus II. 6. Αὐσητανοὺς nominat. *Sigon.* *Ilergotes* Gaertn. *Lergetes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. et Hav. *Illergetes* Ber. *Ilergentes* Hearnii N. in contextu, *Ilergethes* in margine. *Vergetes* ejusdem L. 1. Vide ad cap. præc. § 3. Tum *deinde* Ber. Vide mox hoc cap. § 4. Hinc *Bargutosque* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et N. ac quædam edd. quum aliæ *Barguntosque* præferant. *Bargutesque* Lov. 2. *Barbutosque* Hafn. *Bargusiosque* primum obviam fuit in Mogunt. ed. Vide c. 19. § 7. Verum hos Bargusios ab illis ibi memoratis diversos statuit Marca Marcæ Hispan. II. 28. Postea *Ausitanos* Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii L. 1. *Ausevanos* Rec. *Ansetanos* Hafn. *Amsetanos* Cant. *Auxetanos* Lov. 2. *Auxitanos* Lov. 3. De Ausetanis Livii vide Marcæ Marcam Hisp. II. 9. quos ab Ausetanis Plinii diversos fuisse docet ibid. c. 21. et 22.

Et Aquitaniam, quæ subjecta Pyrenæis montibus est, subegit] 'Aquitania' pars est Galliæ circa Pyrenæos montes. Hispaniæ autem oram Livius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam trajecerat. Vox autem corrupta est. Hanc oram Ptolemæus vocat Ἀκηταvίαν, Plutarchus Λακηταvίαν, Strabo III. 161. Ἰακκητανίαν. Sic enim inquit: Συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα, γνωριμωτάτου δὲ τοῦ Ἰακκητανῶν λεγομένου· τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρωρίας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. Id est: *Hæc ora compluribus incolitur gentibus, e quibus nobilissima Jaccetana dicitur. Hæc a Pyrenes radicibus inchoans in campo latius extenditur.* Et post Livius c. 60. 'Cn. Scipio cum, Pyrenæos montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Iberum flumen Romanæ ditionis fecit.' Et Sallustius in Epistola Pompeii in Fragm. Hist. cap. 3. 'Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam.' *Sigon.* Quomodo subegerit Galliæ partem Hannibal qui nondum in Galliam trajecerat, quæro hic cum Sigonio. Pal. 3. cum vet. ed. Mediol. Justini Philelfi habet *Equitaniam.* Mihi videtur quoque legendum *Lacetaniam.* Martialis I. 50. de Hispaniæ locis, 'Aprica repetes Tarraconis litora, Tuamque Lacetaniam.' *Gebh.* Edd. ante Sigonium *Aquitaneam, Æquitaniam, Equitaniam, Aquitaniam* præferunt. *Equitaniam* etiam Ber. Hav. et Hearnii L. 1. *Aquitaniam* Flor. Cant. Harl. Gaertn. Lov. 3. 4. 5. et Hearnii D. ac N. *Aquitaneam* Hafn. *Acquitaniam* Lov. 2. *Acquetaniam* Lov. 1. Cujus librarius indicasse videtur se in alio codd. *Aquetaniam*, in alio *Acetaniam* invenisse. Unde Sigonii conjectura *Lacetaniam* admodum verisimilis redditur, et simul patet qua ratione ea vox in tot lectionum monstra abierit. Sigonii conjecturam probat etiam Marca Marcæ Hisp. II. 23. ubi late de hoc populo agit. Præterea *montibus est, subigit* Flor. a m. pr. et Ber. qui a m. pr. ignorat τὸ *est*. Id verbum cum sequenti *subegit* exsulat a Cant.

Quæ Hispanias Galliis jungunt] *Gallis* Voss. Ber. Hav. et multæ ex vett. edd. quod ea ratione dictum esse posset, qua 'per Volscos Falernumque agrum' VII. 20. § 9. ubi plura notantur. Sed, quum optimi et reliqui omnes codd. vulgatum servant, verius videtur, eos, qui *Gallis* dederunt, pari modo errasse, quo illi, qui *regis* scripserunt pro *regiis*, *reliquis* pro *reliquiis*, *collegis* pro *collegiis*; de quibus vide ad XXXVI. 19. § 2. *Galliis* autem, ut c. 21. 'Dum ipse ter-

reatri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret.'

§ 3 *Decem millia peditum Hannoni*] *Tredecim millia* Lov. 3. Male. Polyb. III. 35. Ἀπεμέρισε δὲ καὶ τῆς δυνάμεως, ἧς εἶχε, τῷ μὲν Ἄννωνι πεζοὺς μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους. Mox vocula *et* exsulat a Ber. a m. pr.

§ 4 *Postquam per Pyrenæum saltum traduci exercitus est cœptus*] *Postquam Pyr. saltum* Ber. a m. pr. Deinde *est cœptus* Jac. Gronovius, pro *cœptus est*, primus edidit: cui consentiunt Flor. et Cant.

Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt] Τὸ *inde* deficit in Lov. 2. et Hav. Forte *iii* vel *inde* intercepit nota numeri millenarii *M.* Vide ad X. 20. § 6. Ejus loco *jam* est in Lov. 5. *deinde* in Harl. Vide ad XXXVI. 24. § 10. et modo hoc cap. § 2. Hinc *Carpentanorum peditum* Lov. 2. 4. Ber. et Hav. *Charpentanorum peditum* Gaertn. Vide ad c. 5. § 7. *Carpetanorum equitum* Harl. errore librarii. Vide ad XXXVII. 40. § 10. Paullo post *insuperabili Alpium transitu* Hav. *insuperabilique transitu Alpium* Lov. 4. et 5.

§ 5 *Revocare aut vi retinere eos*] Τὸ *vi* exsulat a Voss. et Hav. *eos* a Ber. a m. pr. *aut retinere eos vi* transponunt Lov. 4. et 5.

§ 6 *Supra septem millia hominum domos remisit*] *Sup septem millia hominum* Gaertn. Vide ad XXIII. 36. § 6. Tum *domum remisit* Lov. 4. Ber. et Hearnii N. in contextu; in margine enim emendatur *domos*.

Quos et ipse gravari militia senserat] Lego *militiam*: quod genus, passim corruptum, restituimus et Statio in Diatr. p. 132. pluribusque ad Senecæ Tragœdias in Thyeste 106. Sed et Muretus *ipsos*. Placet. Scribe igitur, *quos et ipsos gravari militiam senserat*. J. F. Gron. Adde Torrent. ad Suet. Tiber. c. 50. et Interpr. Justini ad XX. 2. *Duk.* De ea locutione vide quæ notavi ad Silii II. 598. et adde Cortium ad Plinii III. 18. § 6. Similiter loquitur Quinctil. Instit. Orat. I. 1. 'Præcipienda sunt quatuor; quæ si quis gravabitur, non rationi defuerit, sed homini:' ubi Burmann. etiam hic *militiam* probat, eamque locutionem pluribus illustrat. Lib. IV. c. 5. 'Quod quum audivit judex, cetera, tamquam supervacua, gravari solet.' Præterea *quos et ipsos* etiam conjiciunt vir doctus ad marginem ed. Curion. et Ant. Perizon. ad oram Livii sui. Omnes tamen quos consului Mss. et *ipse* et *militia* servant.

Carpetanos quoque ab se dimissos simulans] *Sarpetanosque* Gaertn. *Carpentanos quoque* Lov. 2. 5. Ber. et Hav. *Carpetanos quóque absimulans* Voss. et Lov. 1. *Carpetanos quoque a se dimissos assimulans* edd. antiqq. usque ad Aldum: *a se divisos simulans* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 45. § 19.

CAP. XXIV. § 1 *Ne mora atque otium animos sollicitarent*] *Mora atque otio* Gaertn. *mora atque otium animos sollicitaret* Flor. Lov. 3. Harl. et Ber. Utrumque ferri potest. Livius enim duobus substantivis singularibus nunc verbum singulare, nunc plurale addere solet. De priori vide ad XXXVII. 29. § 6. de posteriori ad I. 31. § 7.

Ad oppidum Illiberim castra locat] *Ilybirrim* vocat Strabo IV. 182. Ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης δ', τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλλυβίρρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. De 'Ruscinone' paulo post Livius. *Sigon.* Strabo *Illibirrim* vocat. Ceterum Pall. duo, totidemque vett. edd. *Illiberum*: Pal. 1. vero *Hiliberrum*. Mox c. 25. idem *ad Iliberrim*. Gebh. Flor. *Iliberri*. Et mox *propius Inliberri accederent*. Superposita tamen *l* literæ *n*. Mela II. 5. *Eliberri*. Sic quoque Priscianus VI. 682. notat ex Trajani primo Dacicorum: 'Inde Berzobim, deinde Aixi processimus.' Noster XXIII. 49. 'Iliturgi obsidione liberato ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti.' *J. F. Gron.* *Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. Hav. et Hearnii D. et N. *Ili-*

berum Lov. 4. 5. Harl. et Gaertn. *Illiberrum* Voss. *Iberum* Hearnii L. 1. *Liberi* Lov. 1. *Illiberi* Cant. quod Jac. Gronovius hic et § 3. in contextum recepit, quum § 5. *Illiberim* servarit, ubi Hearnius etiam *Illiberi* substituit. Hac terminatione in vicina Hispania plura oppida obcurrunt. Præter *Illiturgi* et *Intibili* hic memorata, *Illici* est apud Plinium Hist. Nat. III. 3. Eadem tamen etiam per *is* efferri, statuere videtur Gronov. ad Livii XXI. 60. § 7. Deinde *apud oppidum* Lov. 5. Similiter variant scribæ v. 7. § 1.

§ 2 *Ruscinonem aliquot populi conveniunt*] *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Rusticonem* Hearnii D. *Rustionem* Harl. Deinde *aliquod populi* Flor. errore verba præeuntis. Vide ad VI. 24. § 2. In præcedentibus *Transpyrenæos Hispanos* edd. ante Aldum.

§ 3 *Et vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem processurum*] Τὸ *et* abest ab Harl. et Gaertn. Tum *Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *Iliberum* Lov. 5. et Harl. *Inliberum* Gaertn. *Inliberi* Voss. et Lov. 1. *Inliberim* Flor. sed ultima litera postea est erasa. Vide hoc cap. ad § 1. Deinde *Ruscionem* Harl. *Rustionem* Voss. *Ristionem* Lov. 1. Paullo ante *bellum timens* edd. Rom. an. 1472. et Parm. Tum, transpositis vocabulis, *eorum reguløs* Lov. 3. et *colloqui semet ipsum cum iis velle* Flor. et in sequentibus *facilior congressus* Rec.

§ 4 *Hospitem enim se Galliæ, non hostem, advenisse*] Ovidius Her. XVII. 10. 'Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras.' Pal. 3. *hospitem enim se, non hostem, Galliæ advenisse.* Gebh. *Hospitem esse se Galliæ, non hostem advenisse* Lov. 2. Paullo ante *accepturum eorum in castra sua se lætum* Gaertn. Τὰ *se lætum* desunt in Lov. 1. In seqq. *quam Italiam veniat*, pro *in Italiam*, Lov. 2. Sed præpositio vel intercepta est a litera finali vocis præced. (vide ad X. 13. § 3.) vel, si per compendium ĩ scripta fuerit, a litera initiali sequentis. Vide ad Epit. Liv. l. LXXXV. Deinde *per nuncium quidem hæc* Rec. sed 'oratores' Hannibalem misisse Livius modo dixit.

§ 5 *Castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate*] *Ad Iliberum* Lov. 1. et Harl. *ad Iliberrium* Gaertn. *ad Illiberum* Voss. Lov. 2. Ber. et Hav. *ad Iliberrim* Flor. Tum *haud gravanter* Flor. quod adposito signo sibi non displicere indicavit Salvinius.

Præter Ruscinonem oppidum transmiserunt. In Italiam interim] Omnes libri *transmis. in Italiam. Interim.* Gebh. Ita etiam Lov. 3. Ber. et Hav. Sed voces *In Italiam* non agnoscit Hearnii N. et etiam abesse posse videntur. In eadem enim hac periodo sequitur 'Romam perlatum erat.' Sed reliqui omnes agnoscunt; quare ad præcedd. has voces refero: in quod etiam edd. vett. consentiunt. Interpunctionem primus mutavit Frob. 1531. *Transmiserunt in Italiam*, id est, transmiserunt per regionem suam, ut Italiam adire possent. Insuper *per Ruscinonem oppidum* Hearnii N. in margine sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXVIII. 42. § 3. *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Ruscionem* Harl. Vide ad § 2.

CAP. XXV. § 2 *Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum*] Hæ coloniæ deductæ sunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, pridie Kal. Jan. auctore Pædiano in Pisonianam in principio. Nec dissentit Polybius III. 40. Hac de re etiam in Epitome libri vigesimi. *Sigon.* Si verum est, quod Ascon. apud Sigonium dicit, colonias illas deductas esse pridie Kal. Jan. eorumque deductio Gallos Cisalpinos permovit, ut, quod Livius aliique narrant, antequam Hannibal Alpes transisset, a Romanis deficerent, coloniæ deductæ esse non possunt P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, qui Kal. Martiis magistratum inierunt. Iis enim consulibus, occidente sidere Virgiliarum, id est incipiente

hieme, Hannibal Alpes transcendit. Vide c. 35. quin et, quum secundum cum Hannibale prœlium in Italia, sive ad Trebiam, committeretur, erat brumæ tempus. Vide c. 54. Verius itaque est deductas esse pridie Kal. Januarias ejus anni, quo adhuc eorum decessores M. Livius et L. Æmilius consulatum gerebant. Et in hunc sensum accipi potest Polyb. qui refert, P. Cornelio et Ti. Sempronio consulibus, quum Hannibalem Iberum trajecisse Romam adlatum esset, Romanos studuisse ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν τὰ κατὰ τὰς ἀποικίας. Et forte pr. Kal. Jan. M. Livio et L. Æmilio adhuc consulibus, lex de coloniis his deducendis lata fuit, ac coloni conscripti sunt; sed demum coloniæ deductæ sunt, quum jam novi consules magistratum occepissent, et Hannibalem Iberum transiisse nunciatum foret. Ceterum *in agrum Gallicum* Flor. Paullo ante vero *ob veteres imperatorum iras*, pro *ob veteres in populum Romanum iras*, Lov. 3. *ob veteres imperii iras* edd. ante Moguntinam. Scriptum fuerat per compendium *in P. R. iras*, quod librarii adsecuti non sunt. Ita contra ex *impp.* id est *imperatoribus*, fecerunt *in populo* v. 12. § 7.

§ 3 *Tantum terroris ac tumultus fecerunt*] *Tantum terroris hoc tumultu fecerunt* Hearnii N. in margine. *Terroris tantum hoc tumultu fecerunt* Lov. 2. Paullo ante *armis acceptis*, pro *arreptis*, Gaertn. Male. Vide ad v. 47. § 4. In sequentibus vero *convenerant*, pro *venerant*, idem Gaertn.

C. Lutatius, A. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est] Lib. xxx. c. 19. ubi hi ex captivitate liberantur a consule Cn. Servilio hujus 'Auli' filio, legitur *Caius* etiam, ut patris ac filii idem fuerit prænomen. Sed placet magis *Aulus* hoc loco. *Glar.* De his ita Pædianus loc. laud. 'Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, C. Papirius Maso, Cn. Pompeius, sive Cn. Cornelius Scipio.' Porro autem in vulgatis Livianis libris erat *A. Servilius*. Scripsi tamen *C. Servilius*, quia hic pater est 'C. Servilii,' consulis a. DLVII. auctore Livio, qui in consulatu Capitolino *C. F.* scribitur. Polybius III. 40. C. Lutatium consularem et duos prætorios nominat. *Sigon.* *C. Servilius* legendum censuit primo Glareanus, cui secundas fert Sigonius. Pall. et vett. edd. vulgatæ lectioni adstipulantur. In reliquis vero *M. Annius*. Pal. 3. *M. Amnius*. Gebh. *Quintus Lutatius* Lov. 3. Cn. *Luctatius* Hearnii D. Verum, ut Sigonius observat, Polybio vocatur Γάϊος Λουτάτιος, καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν εἰληφώς: ut verisimilius indicetur ille Lutatius, qui biennio ante consul fuit, et Γάϊος Λουτάτιος vocatur Zonaræ Annal. VIII. 20. *Lutatius* autem, non *Luctatius*, scribendum esse, dictum est ad Epit. Liv. l. XIX. Deinde omnes codd. mei cum Hearnii N. ac L. 1. et Exc. Pithœi *Aulus* vel *A. Servilius* hoc loco, et mox § seq. *pro Aulo* vel *pro A. Servilio*, nisi quod in Lov. 1. sit *Paulo Servilio*. Verum non contemnendum est argumentum Sigonii, quo Servilium non *Auli*, sed *Caii*, prænomen habuisse docuit, nisi statuere velimus Livium et Fastos Capitolinos in eo dissentire. Sigonii itaque sententiæ adstruendæ illud addimus, vel neminem, vel quam paucissimos in gente Servilia *Auli* prænomine usos fuisse. Qui enim IV. 21. *A. Servilius* dictator vocatur, potius *Q. Servilium* dicendum esse, ibidem viris doctis adsensus sum, eorumque opinionem novis argumentis adstruxi; licet tamen vulgatam lectionem in contextu servandam existimarim. Tandem *T. Anius* Lov. 2. *T. Amnus* Hav. *C. Annius* Lov. 3. *M. Annius* Cant. Lov. 5. Ber. Harl. Rec. et Hearnii N. D. L. 1. cum priscis edd. *M. Annilus* Flor. *Mannius* Lov. 4. Prænomen omittit Gaertn. Aldus demum *T. Annius* substituit.

§ 4 *Pro C. Servilio et T. Annio, Q.*

Acilium et C. Herennium habent] Pal. 3. habet *pro A. Servilio et M. Annio, Q. Attilium et G. Her. habent*. Gebh. Voces *et. T. Annio* desunt in Flor. Voss. Lov. quinque, Hafn. Ber. et Hav. Sed in Voss. margine *pro Cn. Annio* additur: *et M. Annio* Harl. et Gaertn. Deinde *quem Acilium* Voss. in contextu, et Lov. 1. *que Acilio* Flor. unde factum est *que Acilium* m. sec. *Q. Attilium* Ber. et Hav. *Attilium*, omisso prænomine, Lov. 3. *Q. Acailium* Hearnii D. et edd. vett. usque ad Froben. 1531. Denique *Cn. Herennium* Lov. 3. *C. Herenium* Lov. 2.

C. Papirium Masonem] *Q. Papirium* Lov. 3. et Hafn. reliquis omnibus invitis. Tum *Nassonem* Flor. *Nasonem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. ac D. et vett. edd. *Nazonem* Hafn. Demum Froben. an. 1531. *Masonem* recte substituit. *Maso* enim, non *Naso*, Papiriorum cognomen fuisse, ex Fast. Capit. et aliunde constat. Præterea, si verum est, quod Polyb. retulisse modo vidimus, horum triumvirum unum tantum Lutatium consularem, reliquos duos prætorios fuisse; inde etiam refelli potest fides annalium, quos hic memorat Livius, siquidem ex fastorum conditoribus constet, C. Papirium Masonem tredecim, P. Cornelium Asinam tribus annis ante consules fuisse.

§ 5 *Id quoque dubium est, legati, ad expostulandum ad Boios missi, violati sint, an in triumviros*] Pal. 1. *alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Nasonem: id quoque dubium est: legati ad expostulandum missi ad Boios violati sint, incertum:* et ita Pal. 2. et vett. edd. Sed Pal. 3. *alii P. Cornelium Asinam et G. Papirium Nasonem: id quoque dubium est: legati ad postulandum missi ad Boios violati sint, incertum.* Gebh. Omnes scripti, omnes editi ante Frobenium, *violati sint incertum an in triumviros.* Sed præcessit *Id quoque dubium est*: ergo alterum supervacaneum. Concedo; sed non, quod illi voluerunt. Videtur enim scripsisse Livius, *Id quoque, legati ad expost. missi ad Boios violati sint, incertum, an in tr. agrum metantes impetus sit factus.* Hoc enim quoque ordine verborum Flor. Gud. tres Pal. *J. F. Gron.* Alios facit legatos, alios triumviros. Polyb. III. 40. nullos legatos memorat, sed triumviros Mutinæ clausos, quum colloquium a Boiis postulassent, ad eos fide accepta egressos, eaque violata comprehensos scribit. Et Livius ipse XXVII. 21. non legatos, sed triumviros circa Mutinam, et XXX. 19. ad vicum Tanetum a Boiis captos tradit. *Duk.* *Legati ad post. ad Boios missi* Voss. *legati ad Boios ad post. missi* Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. in contextu: *legati ad Boios ad expost. missi* Gaertn. *legatine ad expost. ad Boios missi* Hafn. *legatine ad Boios postulandum missi* Hav. *legatine ad hoc postulandum missi ad Boios* Ber. *legati ad expost. missi ad Boios* Lov. 3. 4. 5. Harl. et edd. ante Aldinam, in qua datum est *legati ad Boios ad expost. missi.* Vocabula vero in eum ordinem digesta, quo in hujus annotationis capite inveniuntur, primum vidi in ultima ed. Gruteri: quare optimos in hac re codd. secutus sum. Præterea *violati sint, incertum, an in triumviros* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. In quo aliquid mendæ superesse etiam Aldus animadvertit, ideoque locum asterisco notavit; quem deinde in erratis ita emendavit: *et C. Papirium Nasonem. Id quod dubium est. Legati ad Boios ad expost. missi violati sint, incertum; an triumviros:* et id proximi editores servarunt. Gronovius voces *dubium est* ejiciendas censet; in quo nullus codicum ei adsentitur. Contra *incertum* non adparet in Cant. Lov. 1. et Rec. Certe in excerptis meis ex iis nihil notatur. Horum auctoritate fretus, recte Frobenium eam vocem expunxisse arbitror. Mox *factus sit* Ber.

§ 6 *Ad militaria opera segnis intactis adsideret muris*] *Militaria ad opera* Ber. Tum *intactis muris ads.* Gaertn. *intactis ins. muris* Rec. Mox *simulare coeptum*, pro *simulari*, Ber. *simularet coeptum* Lov. 1.

§ 7 *Nisi obsides sibi rederentur, eos dimissuros*] *Nisi obsides sibi Galli redd.* Lov. 1. *nisi obsides sibi mitterentur* Lovel. 4. *nisi obsides sibi redderent* Hearnii N. in margine. Tum *eos se dimissuros* Gaertn. et edd. usque ad Jac. Gronovium, qui τὸ *se* expunxit, quod etiam reliqui codd. ignorant. Vide ad I. 23. § 5. Τὸ *se* tamen, sed ex edd. fide, probat Crevier.

§ 8 *Quum hæc de legatis nunciata essent*] Pal. 2. *Quum hæc accessisse legatis nunciata essent.* Gebh. Mox *et Mutinæ præsidium in periculo esset* Ber. *et Mutinæ præsidiumque in periculo essent* Hearnii N. in margine. Deinde *L. Manlius imperator*, pro *prætor*, Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi usque ad Aldum. *L. Manlius P. R.* Cant. Vide ad XXXI. 10. § 4.

§ 9 *Silvæ tunc circa viam erant, plerisque incultis*] Vet. lib. *plerisque locis incultis.* Polybius III. 40. τοὺς ὑλώδεις τόπους vocat. *Sigon.* Quod inculcat Sigonius *plerisque locis incultis*, refellit eum calamo pictorum et cusorum librorum consensus. *Gebh.* *Locis plerisque incultis* Lov. 3. Ber. et Hafn. cum Brancal. Latinii: *plerisque locis incultis* Hav. *plerisque incultis locis* Lov. 5. Reliqui additam a Sigonio vocem ignorant. Illorum autem, qui servant, dissensus in loco ei tribuendo indicare videtur ex margine a librariis ibi, ubi melius convenire credebant, insertam esse.

Præcipitatus, multaque cum cæde suorum ægre in apertos campos emersit] Dele copulativam, ut fit, *ibi inexplorato profectus, in insidias præc. multa cum cæde suorum, &c. ægre emersit.* Sic Andreas, Tar. Ven. Bec. Ascens. Moguntina. Justinus XXXII. 1. 'Dum suos in prœlium revocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppressus est.' Nisi malis *præcipitatur*. J. F. Gron. *Multa cum cæde* unus Rec. Præterea *explorato profectus* Lov. 4. Sed prima syllaba per compendium ī scripta a vocis præced. litera ultima intercepta est. Vide ad XXXV. 8. § 9. Tum *ægre imperatos campos*, literis transpositis, Lovel. 4. Deinde *submersit* Gaertn.

§ 10 *Quamquam adcisas res satis constabat*] Mediolani confictum. Andreas Romæ *quamquam cecidisse satis constabat.* Men. *ad cladisse*: Voss. *accedisse.* Flor. *adcecidisse.* Videtur excidisse numerus. Gud. *ad C. cecidisse.* Sed hoc parum pro illo *multa cæde.* Forte *ad D.* Mox pro *octingentos* iidem scripti *DCC.* J. F. Gron. *Cecedisse s. c.* edd. Rom. 1472. et Parm. *adcecidisse satis constabat* Cant. et Exc. Pithœi: *accedisse satis constabat* Lov. 1. 5. et Hearnii D. *accidisse satis constabat* Lov. 4. et Rec. *occidisse satis constabat* Hearnii L. 1. *accessisse satis constabat* ejusdem N. cum Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. Numerum militum cæsorum excidisse conjicienti Gronovio fidem habeo. Et quidem ex numeri nota *C*, quæ in Gudiano reperitur, si quis *ad D. cecidisse*, quemadmodum opinatur, legere malit, non adversabor: potest tamen etiam substitui *ad* ꟾↃ *cecidisse.* Nam et alibi numeri ꟾↃ et *C* inter se commutati sunt. Vide ad XXXIII. 43. § 7.

§ 11 *Necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum adparuit hostis: ubi*] Ego *nec dum* duas esse dictiones existimo, et tollendum illud *cum* ante *apparuit*; ut sit sensus: Hostem, quamdiu in patenti loco agmen Romanum ducebatur, non visum; sed, ubi rursus silvæ intratæ, tum Gallos rursus adortos Romanos: quod et sequentia deinde verba satis indicant. Notanda autem significatio verbi 'in-

tratæ.' *Glar.* Sensus docet legendum esse, *nec, dum per patentia loca duc. agmen, apparuit hostis, ubi rursus silvæ intratæ, tum postremos adorti*: ut sit: hostes non apparuisse interea, dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret; ubi silvas intraverit, extremum agmen esse adortos: potest etiam vulgata lectio retineri, hoc sensu: neque adhuc per satis patentia loca ducebatur agmen; ubi silvæ intratæ sunt, vehementius se intulit. *Sigon.* Pall. 1. et 2. *per impatientia loca.* Pal. 3. *per impatentia loca.* Forte 'impatens' valde patens. Ceterum nec *cum* hinc eximendum est, neque τὸ *necdum* divellendum. *Gebh.* Recte Sigonius, *nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis*: quod et conjecerat Glareanus. *J. F. Gron.* *Necdum* et *cum adparuit* præferunt omnes quos adhibui; et nihilominus virorum doctorum emendationem, invito etiam Gebhardo, veram puto. Illud *cum* autem ex eo forte natum est, quod librarius in alio cod. *comparuit* invenerit, et duplicem hanc lectionem jungere voluerit; quemadmodum sæpissime factum est. Illud autem *com* deinde in *cum* mutatum esse, mirum videri nequit post illa exempla quæ notavi ad IV. 24. § 7. Præterea *per impacientia loca* Lov. 1. 2. *per impactentia loca* Voss. *per impatentia loca* Lov. 3. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. et Gaertn. quod et ipsum errantium est scribarum. Livium enim 'impatens' pro valde patens usurpasse, mihi persuadere nequeo. Paullo ante *Iter demum de integro*; pro *deinde*, Voss. et Lov. 1. Vide ad XL. 22. § 1. *Item inde de integro* Gaertn.

§ 12 *Octingentos milites occiderunt*] *Septingentos*, vel *DCC. milites* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Hafn. Rec. et Hav. Vide Gronov. ad § 9. *CCC. milites* Hearnii D.

§ 13 *Finis et Gallis territandi, et pavendi Romanis fuit*] Vet. lib. *Finis inde et Gallis territandi.* Sigon. Et τὸ *inde* intrusum a Sigonio respuunt libri Mss. omnes, ut et antiquissimæ edd. Interim Pall. 1. ac 2. *Finis et Gallis interritandi.* Gebh. Sigonius præter necessitatem e libro infido particulam *inde* allinit hisce. *J. F. Gronov.* *Finis inde et Gallis territandi* ex meis solus Hav. ex Hearnii Oxon. solus N. Alibi etiam librarios hanc vocem interpolasse, videbimus ad XXXIX. 49. § 12. *Finis et Gallis interritandi* Lov. 3. 4. et Gaertn. *Finis et Gallis intentandi* Ber. Hafn. et Rec. Deinde *et pavendi fuit Romanis* Flor. Mox autem *e saltu* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Harl. et Hav.

Cannetum, vicum propinquum Pado, contendere] Quod de vico Canneto ait, propinquum eum Pado flumini, bene congruit etiam Mutinæ. Nam lib. XXX. c. 19. dicturus est, Canneti hos legatos captos, cum alii Mutinæ captos credant, in qua opinione est etiam Polybius III. 40. *Glar.* Vet. lib. *Tannetum.* Polyb. III. 40. Τὴν Τάννητος καλουμένην κώμην. Ptolemæus III. 1. Τάνητον. Livius XXX. 19. ubi de eadem hac re loquitur, *Tanetum* edit. *Sigon.* Pal. 1. *Tannetum.* Pal. 3. *Tanetum*, quod videtur verissima esse lectio, agnoscente quoque Ptolemæo Τάνητον. *Gebh.* *Gãnetum* Gaertn. *Canetum* Ber. et Lovel. 2. *Cannetum* Haverk. et Hafn. *Tannetum* Lovel. 1. 2. 4. Florent. et Vossian. qui *Cannetum* inter versus adscriptum habet. *Tannetum* etiam Hearnii N. in cujus margine præterea *Tanetum*, *Gannetum* et *Cannetum* adscriptum exstat. *Tanetum*, Latinii Vatic. *Tatinetum* Lovel. 3. Sed, *Tanetum* vel *Tannetum* legendum esse, monuit etiam Cluverius Ital. Antiq. I. 28. 274. et 275. Tum *propinquum pago*, pro *Pado*, Lov. 1. Paullo ante *apertis portis*, pro *locis*, Lov. 4.

§ 14 *Brixianorum Gallorum auxilio*] Pal. 1. *Brixianorum in Gallorum.* Pal.

2. *Brixianorum etiam Gallorum.* Pal. 3. *Brixianorum et Gallorum.* Gebh. Flor. et Gud. *Brixianorum etiam Gallorum.* J. F. Gronov. *Brisianorum in Gallorum* Lov. 1. *Brixianorum et Gallorum* Lov. 5. Harl. Ber. a m. pr. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. usque ad Aldum, qui mediam voculam *et* in erratis expungendam primus monuit. *Brixianorum etiam Gallorum* Lov. 4. Paullo ante *ibique se*, pro *ibi*, Rec. et in sequentibus *tuebantur*, pro *tutabantur*, Lov. 4. Vide ad XXVIII. 20. § 1.

CAP. XXVI. § 1 *Est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallicum bellum auctum Patres acceperunt*] Ita scriptum est in codice Regis, quod emendare debueratis *Punicum supra Gallicum*: vel *Punicum insuper Gallico.* Valla. Pal. 3. *Romam est allatus, et Punicum insuper Gallico bello auctum percepere.* Vulgatæ quoque edd. *percepere.* Cæterum Pal. 1. *et Punicum insuper Gallicum bellum actum Patres acceperunt.* Gebh. *Et Punicum insuper Gallicum bellum* Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. *et Punicum insuper Gallicum bello* Voss. *et Punicum insuper et Gallicum bellum* Lov. 2. et Harl. *et Punicum etiam super Gallicum bellum* Lov. 5. *et Punico insuper Gallicum bello* Ber. *et Punicum insuper Gallico bellum* Flor. Sed vulgatum mutandi caussam non video. Præterea τὸ *est* non adparet in Ber. a m. pr. *actum*, pro *auctum*, legunt etiam Lov. 2. a m. pr. et Gaertn. Vide hoc lib. c. 61. § 4. Denique *perceperunt* vett. edd. pro quo primus Aldus *acceperunt* substituit.

§ 2 *C. Atilium prætorem*] Nomen prætoris non affert Polybius III. 40. Cætera ab eo sumta sunt. *Sigon.* *C. Ancilium* Hearnius in D. *Cornelium Atilium* in N. se invenisse monuit. *Quintum*, vel *Q. Acilium* est in Lov. 3. et Hafn. *G. Attilium* in Lov. 2. et Hav. *C. Attilium* in Gaertn. Sed Atiliorum nomen unica litera *t* scribendum esse, Sigonius docuit ad v. 13. § 3. Vox autem *prætorem* non adparet in Harl. lacuna tamen relicta est. Mox *una cum legione Romana* legit Lov. 4. *cum una legione Romanorum* Hearnii L. 1.

Delectu novo a consule conscriptis] Pal. 1. *dilectu novo a consulis.* Pal. 2. *a consulibus.* Gebh. *Dilectu novo consulis* Lov. 1. *delectu novo consulis* Voss. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. *dilectu novo a consulis* Flor. a m. pr. *a consulibus* a m. sec. quod posterius præfert etiam Cant. *delectu novo a consule ibi scriptis* Gaertn.

Sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tannetum pervenit] Pal. 2. *absc. enim hostes*, excluso τῷ *metu.* Gebh. *Absc. et metu hostes* Gaertn. *absc. enim hostes* edd. vett. Vocem *metu* demum addiderunt Moguntini. In voce autem *Tannetum* eodem modo variant codd. quo cap. præc. § 13.

§ 3 *Quæ missa cum prætore fuerat, transcripta legione nova*] Polybius III. 40. ἄλλα δὲ στρατόπεδα συνάγειν καὶ καταγράφειν. *Sigon.* *Quæ amissa* Cant. quod si Gebhardus in codd. suis invenisset, per 'dimittere,' 'ablegare,' exposuisset. Vide ad IV. 12. § 9. et VII. 36. § 10. mihi vero inter errores librariorum referendum videtur. Tum *fuerat* deficit in Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. nisi quod Ber. a m. sec. legat *quæ missa erat cum prætore*; Lov. 5. *transcripta legione fuerat*, voce *nova* omissa; Gaertn. vero *transcripta legione nova fuerat.*

Sexaginta longis navibus, præter oram Etruriæ] Polybius III. 41. ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. *Sigon.* *Item longis navibus* Gaertn. Tum *per oram Etruriæ* Ber. et Hearnii N. Vide ad XXVIII. 42. § 3.

Et inde Salyum, mox pervenit Massiliam] Hoc quid sit *mox*, exponit Polybius III. 41. πεμπταῖος, id est, *quinto die.* Sigon. Pall. 1. et 2. ut et edd. vetustæ, *et inde Salvium montis perve-*

nit Massiliam. Pal. 3. *et Menasloium montis pervenit Massiliam.* Gebh. Duo Pall. Men. Voss. et primæ edd. pro *mox* habent *montis.* Scribe *præter oram Etruriæ, Ligurumque et inde Salyum montes, pervenit Massiliam.* Sic XXXIV. 8. 'Prætervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum.' *J. F. Gron.* *Montis* etiam omnes mei et Hearnii codd. nisi quod *montem* sit in Ber. At in nomine præcedenti varie peccatur. *Salvium* est in Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Hav. et edd. vett. *Salvii* in Lov. 5. *Saluium* in Hearnii N. et *Salivi* in margine, quod etiam superest in Lov. 3. *Salinii* legit Gaertn. *Alpium* Harl. Sed vide ad v. 34. § 7. et c. 35. § 2. Præterea *Ligurum et inde* Harl. *Ligurumque inde* Ber. a m. pr. *Ligurumque in* Lov. 4.

§ 4 *Ad proximum ostium Rhodani*] Polybius III. 41. πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. *Sigon.* Τὸ *ad* deest in Lov. 1. ejus loco *id* præfert Gaertn.

Pluribus enim divisus amnis in mare decurrit] Pal. 3. exhibet *in mare defluit.* Gebh. *Plurimis enim divisus* Harl. Tum *in mare decurritur* Hearnii D. De hoc errore vide ad XXXIX. 22. § 8. *in mare recurrit* Hav. literis *D* et *R* perperam commutatis, de quo vide ad IX. 10. § 6. 'Decurrere' in hac re sollemne verbum est. Infra XXXVIII. 13. 'Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens.' Phædr. I. 1. 'A te decurrit ad meos haustus liquor:' ubi vide Burmann. unde patebit ea verba etiam alibi a librariis confundi, et *in mare defluit*, quod Gebh. in uno Pal. reperit, ex interpretis glossemate adsumtum esse.

§ 5 *Trecentos interim delectos equites*] CCCC. *interim* Harl. Sed τριακοσίους τῶν ἱππέων missos esse etiam Polyb. tradit III. 41. Mox *duabus Massiliensibus auxiliariis Gallis* Ber. a m. sec. Polybius l. l. tradit, Scipionem adsumsisse συναγωνιστὰς Κελτοὺς, οἳ παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἐτύγχανον μισθοφοροῦντες. Hinc, si Livius superstitiose Polybium reddidisset, conjici posset *ducibus Massiliensium auxiliaribus Gallis* scripsisse. *Auxiliariis* etiam Gaertn. Pariter 'alaris' et 'alarius' in Mss. promiscue obcurrunt. Vide ad X. 40. § 8. Utrumque 'auxilaris' et 'auxilarius' Livius usurpavit: hic vero, ob codicum in vulgatam lectionem conspirantium auctoritatem, eam servandam puto. Perperam etiam vocem *Gallos* in Rec. deesse, laudata Polybii verba docent. Tum *videndoque*, pro *visendoque*, est in Ber. Paullo ante *jactatione maritima* legit Flor. Vide ad VI. 31. § 5.

§ 6 *Metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum*] Polybius III. 41. Τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. *Sigon.* *Metu pacatis aut pretio*, mutata dictionum serie, Rec. Deinde *jam in Vulgarum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. vett. *jam Vulgarum* Hearnii N. *jam Vulgorum* Gaertn. *jam in Algurum* Hearnii L. 1. *jam in Vulganium* ejusdem D. In seqq. *utramque ripam fluminis Rhodani*, una voce interjecta, Hav. Verum ea rectius a reliquis exsulat.

Et diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse] Vet. lib. *sed diffisi.* Sigon. Ita et Flor. Cant. Voss. aliique. Sæpissime scribæ voculas *et* ac *sed* perperam commutarunt. Vide ad I. 23. § 2. IV. 23. § 3. V. 22. § 4. IX. 2. § 6. XXII. 5. § 3. c. 60. § 9. XXXVII. 32. § 12. XXXVIII. 37. § 2. XL. 58. § 1. et alibi. Præsertim autem id facile accidere potuit, si vox præcedens litera *s* finiret. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. nam indocti librarii *set* pro *sed* scribere solebant. *Se diffisi* Lov. 5. ubi ultima litera τοῦ *sed* excidit ob primam vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *et Romani diffisi* Lov. 3. Deinde *cit. quoque agro arceri* Lov. 3. *cit. aceri* Harl.

Ulteriorem ripam amnis obtinebant] Flor. *amnis armis obt.* Utrum varia lectio est, an scribendum *amnis armati obtinebant?* J. F. Gron. Livius xxx. 19. 'Non in eo esse Carthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant:' et cap. 20. 'Omnia circa Carthaginem obtineri armis.' *Duk.* *Amnis armis obtinebant* recepit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus; neque aliter fuisse videtur in Cant. Voss. et Lov. 1. Sed potius variam lectionem esse, ac librarios duplicem scripturam *amnis* et *armis* in codd. suis obviam hoc modo junxisse existimo; de quo vide ad III. 44. § 4. Et quidem *armis* potius, quam *amnis*, a Livio profectum videtur. Infra xxv. 30. 'Omnia Romanis ibi obtineri armis.' Consentit Hearnius qui *ripam armis obtinebant* edidit. Paullo ante *Rhodanum trajectis*, pro *trans Rhodanum*, Rec. Sed vide ad Præfat. Livii § 11. et infra ad xxv. 14. § 4.

§ 7 *Et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant*] Vet. lib. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerat.* Polybius III. 42. φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Recte autem *quorum sedes tenuerat*, quia subdit, 'simul et ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum multitudine cupiebant.' *Sigon.* Pal. 1. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant.* Pal. 2. *et eos ipsos, quos sedes retinuerant, simul pellicet donis.* Pal. 3. vero et binæ edd. *et eas ipsos, qui ipsas sedes tenuerant.* Gebh. *Et eos ipsos, quorum sedes tenuerat* profectum ab Sigonio, quum esset olim, *et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant.* Ut et scripti fere, nisi quod τὸ *ipsas* ignorant. Neutri tamen lectioni acquiescere potest animus. In optimo libro erat hiatus ab ultimis c. 21. ad postrema c. 29. Pal. unus et Andeg. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant.* Placebatque, ut esset, quos eorum ipsorum, nempe Volcarum, non traxerat insania popularium in ulteriorem ripam ad resistendum Hannibali, sed detinuerat οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Lib. v. c. 54. 'Adeo nihil tenet solum patriæ? nec hæc terra, quam matrem appellamus?' Confirmat hæc, et multo evidentiora reddit adjecta voce Flor. in quo est, *et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant.* Gud. quoque, *et ipsorum eorum quos sedes suæ tenuerant.* Lib. XXIII. c. 12. 'Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.' *J. F. Gron.* *Et eos ipsos, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. sec. Gaertn. at Rec. *et eos ipsos, qui sedes tenuerant* Lov. 5. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerant* Lov. 3. 4. Ber. et Hafn. Similiter Hearnii L. 1. nisi quod *tenuerat* habeat. *Et eorum ipsorum, qui sedes tenuerant* apud Doujatium Reg. quomodo Gronov. in prima ed. nott. conjecit, et exposuit, 'qui eorum ipsorum, nempe Volcarum, non deseruerant citeriorem Rhodani ripam, neque trajecerant cum aliis gentis suæ. Cæteros, ait, præter Volcas, et ex Volcis ipsis, qui eorum remanserant.' *Et eorum ipsorum, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. pr. *et eorum ipsorum quos sedes tenuerant* Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii N. et, teste Doujatio, Colbert. *et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant* Cant. et Harl. quod Crevier. sibi etiam in omnibus suis obvium fuisse testatur, nisi quod duo careant τῷ *suæ*. Si cum Gud. apud Gronovium *ipsorum eorum* malis, videnda sunt quæ notantur ad Livii II. 48. § 4. Mihi tamen *eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant* propter codicum eam lectionem præferentium fidem probandum videtur. *Eorum ipsorum quos* pro *quos eorum ipsorum.* De locutione 'qui eorum' vide ad VIII. 37. § 8. ubi etiam *filius eorum cujus*, pro *filius cujus eorum*, ex inscriptione antiqua laudavi. Præterea non magis 'aliquis tenere locum' dicitur, quam 'locus aliquem tenere,' qui in eo moratur. Ovidius Her. XVI.

293. 'Casta tamen tum sis, quum te mea Troja tenebit.' In præcedentibus *Ceteros* deerat in Cant. Mox autem *pervertit donis*, pro *perlicit*, Ber. a m. pr. Nihil muto. Vide ad VIII. 28. § 3. Tum *pertrahendas fabricandasque* Cant. Sed male.

Levarique quam primum regionem suam tantam omnium urgente turba] Legendum est *tanta hominum*. Valla. Ut Valla emendat, legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *tanta omnium urgente turba* Flor. *tanta urgente omnium turba* Voss. et Lov. 1. Sed sæpissime voces 'omnes' et 'homines' in Mss. commutantur. Vide ad III. 54. § 6.

§ 8 *Ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum*] 'Vicinalis usus' quid sit, obscure intelligitur. Perottus Polybium vertens hoc loco *quotidianum usum* traduxit. Vellem videre Græca, quæ ad manum nobis defuere. *Glar.* *Vicinalem* dixisse videtur Livius, pro *vicinitatis*. Hoc sic expressit Polybius III. 42. Ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τότε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει, διὰ τὸ ταῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορείαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥοδανόν. Usum viciniæ expressit in mercibus ultro citroque devehendis. *Sigon.*

Novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus] His verbis vocem expressit Polybii III. 42. μονόξυλα. *Sigon.* *Cavant* Ber.

§ 9 *Quibus se suaque transveherent, raptim faciebant*] Ita Jac. Gronovius edidit. In prioribus excusis alio ordine fuerat *raptim faciebant, quibus se suaque transv.* Et ita legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *raptim, quibus se suaque transv., faciebant* est in Flor. Voces *raptim faciebant* non adparent in Voss. Lov. 1.

CAP. XXVII. § 1 *Terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis virisque obtinentes*] Pal. 2. *hostis, omnem ripam equites utrimque obtin.* Pal. 3. *currebant ex adv. hostes, omnem ripam equites virique obt.* Et ita fere edd. priscæ, nisi quod loco τοῦ *terrebant*, Andreæ *deterrebant*, Justini *timebant*. Gebh. Adeo usitatum, ut in proverbium abierit *equis virisque*, nec Livio nusquam adhibitum. Sed hic omnes scripti et Andreas cum Tarvis. et Ven. et Aldina (nam aliæ jam mutant) *equites virique obtinentes*. Nec pejus videtur. Cæsar Civ. II. 39. 'Capti homines equitesque producebantur.' *J. F. Gron.* 'Viri' sunt pedites. Vide Ferrar. ad Cic. Phil. VIII. 7. et Dion. Vossium ad Cæs. B. Gall. V. 10. *Duk.* *Equites virique* etiam Hearnii Oxon. Donjatii Colbert. omnesque mei, nisi quod *equitesque virique* sit in Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. *equites viribus obtinentes* in Hav. Utrumque *equis virisque* et *equites virique* ferri poteat. Non tantum enim 'equis virisque,' sed etiam, ut hoc loco, 'equis virisque obtinere' dixit Liv. V. 37. 'Equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci.' Ut vero 'equites virique,' ita etiam Silius IX. 559. 'Magna voce trahens equitemque, virosque, feræque Turrigeræ molem, tormentorumque labores.' Insuper *terrebant ex adverso hostis* Voss. Lov. 1. ac 2. *terrebat ex adverso hostis* Flor. Hav. et ed. Aldina. *Timebant ex adverso hostis* edd. principes: *timebatur ex adverso hostis* aliæ, donec *terrebant ex adverso hostes* dederint Mogunt. et Aldus in erratis, *cernebant ex adverso hostes* Gaertn. Paullo ante *Jamque satis omnibus comparatis* Lov. 3. *Jamque omnibus satis paratis* edd. Aldina priores, quæ demum *comparatis* reposuit, comprobantibus omnibus scriptis.

§ 2 *Quos ut averteret, Hannonem Hamilcaris filium*] Polybius III. 42. *Bomilcaris filium* habet; quod eo magis placet, quia Hannibalis fratrem in Hispania potius, quam alium Hannonem, relictum crediderim. *Sabell.*

Hamilcaris filium Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et codd. quibus Latinius usus est. At *Bomilcaris filium* præter Polyb. defendit Flor. Et potius videntur librarii minus obvium nomen *Bomilcar* in notissimum *Hamilcar*, quam contra, mutasse. Præterea *quos ut adververent* Rec. *quos ut adverteret* Lov. 1. et 4. sollemni scribarum errore. Vide ad VI. 23. § 8. Mox *averso flumine* contrario peccato præfert Lov. 4. et quædam ex editis. Livius XLV. 35. 'Adverso Tiberi ad urbem est subvectus.' Virg. Æn. VIII. 58. 'Adversum remis superes subvectus ut amnem.' Silius Ital. XVII. 44. 'Fertur prona ratis, (ventos inpellere credas) Contraque adversas ducentem prævenit undas.'

§ 3 *Ubi primum posset, quam occultissime trajecto amni*] Ita primus edidit Jac. Gronovius. Priores omnes præferunt *primo*. Quin et ultima Gruteri antiquiores constanter *possit*. Et quidem *primum* est in Flor. et Cant. quare servandum puto: at *possit* legunt idem Flor. a m. pr. Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod quum etiam præstare videatur, in contextum revocavi. Insuper *amne* Lov. 2. 4. Ber. et Rec. quos non audiendos arbitror. Vide ad XXXII. 10. § 8.

Ut, quum opus facto sit, adoriantur ab tergo hostem] Ita iterum primus vulgari jussit Jac. Gronov. quum priores præferrent *facto opus sit*. Verum et hic adsentientem habet Flor. Præterea *et quum* Voss. et Lov. 1. Vide ad cap. seq. § 8. Tum *a tergo* Lov. 4. Ber. et edd. ante Aldum.

§ 4 *Ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque et viginti ferme*] Apud Polybium III. 42. ducenta stadia leguntur, quod idem est, siquidem stadium unum 125. passus continet, autore Plinio II. 23. Cæterum, quæ continuo sequuntur verba, et male distincta sunt, et obscurum habent sensum: quæ quia plana facere diffisi sumus, sat erit lectorem admonuisse, si fortassis, correctiorem codicem nactus, ipse medicam manum adferre queat. Multa enim ejusmodi sunt, præsertim in hac decade, quæ mutila ac temporum injuria corrupta dicere non dubito: quale etiam illud statim de Hispanis, 'Ipsi cetris superpositis incubantes.' *Glar.* Polybius III. 42. ἐπὶ διακόσια στάδια. *Sigon.* Videt Glareanus, hic esse aliquid et vitii, et ex vitio obscuritatis, idque fatetur se planum facere diffisum. Oritur illud cum ex distinctione turbata, tum ex superfluo verbo *educunt*, quod a mala manu est. Lege, *Ad id dati duces Galli, inde millia quinque et viginti ferme, supra parvæ insulæ circ. amnem lat., ubi div., eoque m. lato al., tr. ostendere.* Duces, inquit, cum Hannone et parte copiarum profecti, loco a castris quinque et viginti ferme millibus distante, supra insulam, (quum, ubi divisus circumfluere amnis incipit, manat latior, et propterea minus profundus, neque abruptis it ripis) ostendere commodum satis transitum. Ovidius Met. XV. 739. 'Scinditur in geminas partes circumfluus amnis: Insula nomen habet, laterumque a parte duorum Porrigit æquales media tellure lacertos.' Fast. II. 194. 'Hic ubi discretas insula rumpit aquas.' Cicero de Legibus, II. 3. 'Ventum in insulam est: hac vero nihil est amœnius. Ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit.' *J. F. Gron.* His a patre annotatum recenter video. Flor. *duces Galliæ edocent.* Præterea numerum hunc XL. 30. quo significari credo hæc verba, 'Celtiberi millia duo ferme inde posuerunt castra.' Ex his conjicio, futurum fuisse, ut hic locus ab eo nunc ita componeretur: *Ad id dati duces Galli edocent, inde millia quinque et vig. ferme supra, parvæ insulæ circ. amnem, lat. ubi div.,*

eoque minus alto alveo, trans. ostendere. Quomodo prorsus ab Livio scriptum opinor, ut τὸ *ostendere* sit præsens infinitivum, non tertia pluralis perfecti indicativi. XXII. 18. 'Edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum.' *Jac. Gron.* J. Clericus, pro *educunt*, legendum opinatur *eductis*, et hunc ordinem verborum constituit: *trans. ostendere eductis inde millia quinque et viginti, ferme supra parvæ insulæ circ. amnem lat., ubi div., eoque minus alto alveo.* Mihi cod. præstantissimi Flor. lectio verissima visa est, in eo autem pro *duces Galliæ edocent*, ut Gronov. ex eo laudavit, manus altera, erasa diphthongo, emendavit *Galli:* quod, quum in vulgato commodus sensus non sit, in contextum recepi, quemadmodum etiam fecit Crevier. qui docet, etiam cod. unum sibi inspectum *edocent* exhibere. Alibi sæpe 'edocere' et 'educere,' 'doctus' et 'ductus' in Mss. commutantur. Vide ad IV. 39. § 9. VII. 38. § 9. XXIV. 4. § 5. Adde Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Getic. 492. ad Nason. Her. XXI. 182. eumdem ac Burm. ad Her. XX. 212. et ad Valer. Flacc. I. 122. Ceterum *milibus quinque et viginti* Lov. 2. *millia quinque et XXX.* Lov. 5. Sed, numerum vulgatum a Polybio firmari, Glareanus observavit.

Supra parvæ insulæ circumfusum amnem] Polybius III. 42. πρός τινα τόπον, ἐν ᾧ συνέβαινε περί τε χωρίον νησίζον περισχίζεσθαι. *Sigon.*

§ 5 *In quibus virique et alia onera trajicerentur*] Vos sic emendatis *equi virique;* quasi consuetum sit, equos viris anteponi. Ego vel non emendandum reor, perinde ac si scriberetur, *in quibus et viri et alia onera:* vel sic emendandum, *in quibus equique et alia onera*, vel *viri equique et alia onera.* Valla. Nota est emendatio Vallæ. A Pall. 1. et 3. abest τὸ *equi:* ut et ab ed. Justini Mediolanensi. Ceterum Pal. 3. *in quibus virique et alia onera traducerentur.* Gebh. Si omnes scripti vocem *equi* ignorarent, expositio Vallæ omnino admittenda foret. Illam enim compositionem orationis, *virique et alia onera*, pro *et viri et alia onera*, Livianam esse, patet ex illis quæ notantur ad X. 30. § 2. Verum ea vox tantum abest a Voss. Lov. 1. et Hav. Reliqui omnes, ut illi quos culpat Valla legerunt, præferunt *equi, virique, et alia onera.* Et ita etiam est in edd. Parm. Tarvis. utraque, aliisque recentioribus, quum in vetustioribus, quas vidi, *equi* similiter omitteretur. Neque est, quod Valla offendatur ordine verborum *equi virique.* Ita enim passim Livius loquitur III. 70. 'Conficerent equos virosque.' V. 37. 'Equis virisque longe ac late fuso agmine inmensum obtinentes loci.' XXII. 52. 'Præter equos virosque, et si quid argenti, omnis cetera præda diripienda data est.' XXIII. 5. 'Legiones, equitatus, arma, signa, equi, virique, &c. perierunt.' XXVI. 4. 'Quibus plurimis in equos virosque passim conjectis permultos vulneraverunt.' XXXI. 42. 'Fatigatos enim equos virosque habebat.' XXXV. 11. 'Equi hominesque paulluli et graciles.' XXXVI. 19. 'Multis in ipso itinere cæsis captisque, non equis virisque tantum, sed etiam elephantis.' Ludovicus Dorleans ad Tacit. Ann. IV. p. 487. Vallæ conjecturam *viri equique et alia onera* probabat; quam non necessariam esse, evincunt quæ dicta sunt. Ceterum *et omnia onera* Rec. Tum *trajecerunt* Hearnii D. Paullo ante *cæsaria*, pro *cæsa materia*, male Cant.

Ipsi cætris superpositis incubantes flumen tranavere] Quidam *suppositis* malunt, quidam in nominandi casu *superpositi.* Sed lectoris judicio hæc relinquo. *Glar.* Vet. lib. habent *suppositis.* Quam vocem sententia quoque desiderat. *Sigon.* Lectionem, quam Sigonius probavit, eum secuti

editores receperunt. Eamdem etiam probarunt Voss. Lov. 1. Hafn. Gaertn. et Brancal. Latinii. Reliqui omnes, et inter eos optimi, *superpositis* servant. Erroris caussa fuisse videtur, quod librarii se per compendium, *sup'positis*, vel *suppositis*, id est *superpositis*, scriptum invenisse crederent: qui in his similibusque sæpissime ita peccarunt. Vide ad xxv. 7. § 4. *Superpositi* in uno est Lov. 4. Doujatius *cætris superpositis* exponit, cætras utribus inflatis superpositas fuisse. Insuper *cæteris* vel *ceteris* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et Brancal. Latinii, cum edd. vett. pro quo Mogunt. et Aldus in erratis *cetris* dederunt. Præterea edd. tantum non omnes *transnatavere*; neque aliter plerique scripti. At Jac. Gronovius ei supposuit *tranavere*, quod firmatur auctoritate Flor. et Cant. *Tranatavere* habet Lov. 4. Ita 'enare' est xliv. 28. 'In Erythream enarunt.' 'Tranare,' vel 'transnare,' et 'tranatare,' vel 'transnatare,' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad Epit. Liv. l. ii. ad Livii ii. 10. § 11. c. 13. § 6. hoc lib. c. 47. § 4. xxvii. 47. § 9. viros doctos ad Val. Max. iii. 2. ex. 23. atque Oudendorp. ad Front. Strateg. i. 4. 7. similiter 'nare' et 'natare' cap. seq. § 5. 'adnare' et 'adnatare' xxviii. 36. § 12.

§ 6 *Ratibus junctis trajectus*] *Ratibus junctis transvectus* edd. vett. *ratibus paratis trajectus est* Ber. *ratibus junctis trajectis* Lov. 5. *ratibus peractis* Hearnii N. in margine. Mox *circa flumen positis* Gaertn. Hinc *unius diei quiete* alio ordine Ber. Tandem *ad concilium optime exseq.* Gaertn. 'Opportune' et 'optime' etiam aliis pluribus locis librarii commutarunt. Vide ad xxxvii. 7. § 10.

§ 7 *Profecti ex loco, prodito fumo significant, se transisse*] Pall. tres *prodito fumo significante transisse*: neque aliter biga priscarum edd. *Gebhard.* Non videntur sana. Quid enim hi magis *ex loco* profecti, quam quivis alii undecumque discedentes? Placeret satis si legeretur, *Postero die profecti, ex loco propinquo fumo significant, se transisse, et haud procul abesse.* J. F. Gron. Clericus conjicit, *profecti, ex loco edito, fumo significant*: quæ lectio ad vulgatam propius accedit, quam Gronoviana. *Profecti ex loco debito* legit Lov. 5. *profecti ex loco prodicto* Ber. a m. sec. Deinde *fumo significante transisse* Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antiqq. *fumo significant transisse* Flor. Cant. et Voss, quod ferri posse, docent quæ notantur ad i. 23. § 5. Mox *ne tempore deesset*, pro *tempori*, Hearnii N.

§ 8 *Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres*] Pal. 2. *Jam aptatas paratasque.* Pal. 3. vero cum duabus edd. *Jam paratas aptasque habebat pedes lintres.* Catullus Epigr. 28. 'Aptis sarcinulis et expeditis.' *Gebh.* *Jam aptatas paratasque habebat lintres pedes* Ber. *Jam paratas aptasque habebat pedes lintres* Lov. 1. et 3. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Ita fere c. 22. 'Sed aptæ instructæque remigio triginta et duæ quinqueremes erant.' Verum quum alii, et inter eos optimi Mss. *aptatasque* servent, aliorum *aptasque* refero ad illos scribarum lapsus, de quibus egi ad x. 37. § 2.

Eques fere propter equos nantes navium agmen, &c.] *Equites* habent vet. lib. Hinc ego legendum suspicor, *equites fere præter equos nantes.* Est enim hic sensus: Navium agmen, ad excipiendum adversi fluminis impetum equites præter equos nantes superiore fluminis parte transmittens, tranquillitatem lintribus, quibus pedites inferiore parte trajiciebantur, præbebat. Inquit autem *præter equos nantes*: nam non omnes equi in naves impositi fuerant, verum magna pars loris a puppibus trahebantur. Sic

prope etiam Polybius III. 43. [' Recte quidem Polybius: at vide quæ hic sit constructio ' equites transmittens.' '] *Sigon.* Sigonius male, et animadvertit Glareanus, *equites*. Pal. 1. *eques ferre propter equos nantes*. Pal. 2. *equites ferre propter*: vetustæ edd. cum Pal. 3. *eques fere propter equos*. Gebh. Sigonius e scripto correxit *equites*, quod habet etiam Pal. unus. Id deridet Glareanus, rogitans quæ sit constructio ' equites transmittens.' Sed ridiculus est hominis boni lapsus, qui non vidit τὸ *equites* quarta forma plurativa, sive accusativo casu, poni; et ' agmen navium,' quod transportabat equitem, præbuisse lintribus peditum tranquillitatem dici, fracto impetu fluminis. Transportabat autem equitem *fere propter equos nantes* (id est, prope magnam partem equorum) qui natabant, non vehebantur. Nam *propter* omnes scripti, non *præter*, quod voluit idem Sigonius. *J. F. Gron.* Lectio, quæ ante Sigonium obtinuit, superest in Flor. Lov. 1. 5. Ber. et Hav. neque inde differunt Lov. 3. 4. et Harl. nisi quod eorum primus pro *eques* legat *equos*, secundus *ferre*, tertius *ferme*, pro *fere*. Sed *equites ferre propter equos nantes* habent Gaertn. et Hearnii N. quorum tamen posterior *ferre* omittit a m. sec. et *eques* emendat in margine. *Equites ferri per equos nantes* est in Lov. 2. *equites fere prope equos nantes* Hearnii D. Ex reliquis nihil notari video, ut eos lectionem a Gronovio probatam servasse verisimile sit, quam etiam veriorem puto. Librarii non advertentes *equites* hic casu quarto, ut Gronovius monuit, accipiendum esse, id ideo forte in *eques* mutarunt, quia modo præcesserat *pedes*. At, Livium ita numerum mutare solitum fuisse, videbimus ad XXXV. 40. § 6.

§ 9 *Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur*] Poëta (Silius III. 458.) ' Fluminea sonipes religatus ducitur alno.' *Modius.* *Equorum magna pars* Ber.

Quos instructos frenatosque] Scribe cum Flor. et Gud. *instratos*. Infra c. 54. ' Armatos deinde, instratisque equis signum exspectare.' XXVIII. 14. ' Armatus eques frenatos instratosque teneret equos.' *J. F. Gron.* Lib. XXXIV. c. 7. ' Equus tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita?' Solent autem ' instratus' et ' instructus' in Mss. commutari. Infra XXI. 54. § 5. Similiter ' stratus' et ' structus.' Vide Pierium ad Virg. Æn. I. 700. Nic. Heinsium ad Nas. Met. III. 569. et Torren. ad Val. Max. II. 6. ex. 8.

Imposuerunt in naves] Vet. lib. *imposuerant*. Sigon. Ita et omnes mei, nisi quod præferat Ber. *in naves posuerant*. Male.

CAP. XXVIII. § 1 *Galli occurrunt in ripam*] *Ripa*, opinor. *J. F. Gron.* Ita est in Harl. *in ripis* in Gaertn. Reliqui nihil mutant. Nihil etiam mutandum censebat Jac. Perizon. qui ad hæc verba in margine adscripsit, ' nempe ex castris.'

Cum variis ululatibus cantuque] Polybius III. 43. τῶν βαρβάρων παιανιζόντων. *Sigon.* Vide ad X. 26. § 11.

§ 2 *Quanquam et ex adverso terrebat tanta vis navium*] Vocula *et* non adparet in Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii N. a m. sec. quam etiam recidendam conjicit Crevier. *Ex averso ferebatur tanta vis* est in Gaertn. *ex adverso terrebat tanta vi* in Flor.

Et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis] Pall. tres, binæque cusæ edd. *et clamore vario naut. militum, et qui nit.* Gebh. *Et clamore naut. vario mil. et qui nit.* Flor. *et clamore vario navitarum et militum, qui nit.* Lov. 1. *et clamore vario navitarum et mil., et qui nit.* Voss. *et clamore vario navitarum mil., et qui nit.* Lov. 2. *et clamore vario nautarum, mil. etiam, qui nit.*

Lov. 2. *et clamore vario nautarum militumque, qui nit.* Lov. 4. et 5. *et clamore vario nautarum militumque, qui mittebantur* Gaertn. *et clamore vario nautarum mil., qui nit.* Ber. *et clamore vario nautarum militum et qui nit.* Hav. et Hearnii N. Tum *prorumpere* Lov. 4. 5. et Hav. Vide ad IX. 43. § 15. Ceterum omnia hæc verba deerant in Harl. et Hearnii D. cui omissioni caussam dedit repetitio vocis 'fluminis.' Vide ad IX. 11. § 11.

§ 3 *Et e navibus tanta vis armatorum in terram evadens, et a tergo inprovisa premebat acies*] Pal. 1. habet *et navibus tanta vis arm. in terram ev. a tergo impr. premebant acie.* Gebh. Incredibile quantum accedet elegantiæ, si leges *premens,* ut superiore membro *evadens:* ut per epexegesin τοῦ 'anceps terror' ista dicantur. Vix aliter Livius. Sed tamen tres codd. *acie:* quod quid sibi vellet, haud intellexi, antequam monstraret legendum Flor. *anceps terror circumstabat, et e navibus tanta vi arm. in terram evadente, et ab tergo impr. premente acie.* Et sic prorsus et Gud. nisi quod *a tergo improvisa;* uterque autem *terra.* J. F. Gron. *Evadens a tergo impr. premebant acie* Voss. Lov. 1. et 4. nisi quod ultimus *ab tergo* habeat. *Evadens a tergo impr. premebat acie* Lov. 2. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *evadens a tergo impr. premebant acies* Lov. 3. *impr. premebant acie* etiam Lov. 5. in quo verba *adortus clamor, &c. et ab tergo* culpa scribæ omittebantur ob τῶν *ab tergo* repetitionem. *Impr. premebat acie* quoque Hearnii L. 1. *evadens et ab tergo impr. premente acie* Cant. unde non modo lectionem, quam Gronovius ex Flor. laudavit, veram esse judicavi, sed eamdem etiam in contextum admisi. Præterea *et navibus* Voss. (qui tamen *e navibus* a m. sec. præfert) Lov. 1. 4. Hafn. Harl. et Hav. *e navibus,* τῷ *et* omisso, Gaertn. Tum *in terra* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. Crevier. etiam Gronovii emendationem probabat, testatus unum e suis ab ea parum dissentire.

§ 4 *Galli, postquam, ultro vim facere conati, pellebantur*] Omnino nimis tarda, me judice, venit hæc periodus. Non enim tum demum Galli dici possunt ultro vim facere conati, quum jam viderent circumstantem ancipitem terrorem, sed ante cognitum Hannonis transitum. Mirificus est, sed verus tamen, si quid video, liber Cantabr. hoc loco exhibens *postquam utroque vim facere conati pellebantur:* hoc est partim in eos qui Rhodanum transibant, partim in illos qui castra incenderant. Non enim credibile est Gallos, nuspiam tentata fortuna et impetu facto, statim diffugisse. *Jac. Gron.* In aliis intelligo esse *postquam vim facere conati ultro pellebantur;* in quo non incommoda sententia est, si *ultro* pro 'insuper,' 'non exspectantes' accipias. Liv. v. 37. 'Galli postquam acceperunt, ultro honorem habitum violatoribus juris humani.' Sueton. Tib. c. 11. 'Ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum.' Vide Serv. ad Virg. Æn. II. 145. Eadem significatione *ultro,* pro *ultor,* legit Is. Vossius in Catullo Carm. 116. sed nondum persuadet. *Duk.* Primus, ut vulgo exstitit, edidit Jac. Gronov. priores alio ordine exhibent *Galli, postquam vim facere conati ultro pellebantur.* Et ita erat in Lov. 3. *Galli, postquam vim facere conati sunt, ultro pellebantur* in Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et edd. vett. *Galli, postquam vim facere conati sunt, et ultro pellebantur* in Lov. 5. Credo tamen Gronovium etiam in ordine vocabulorum Cant. suum secutum esse, præsertim quum in Flor. repererim *Galli postquam ultroque vim facere conati pellebantur;* unde etiam ejus *utroque,* pro *ultro,* firmari videtur. De quo vide etiam ad VIII. 29. § 7. Et ita Ovidius Her. x. 19. 'Nunc

huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro.' Codicis a Gronovio adlati lectionem *utroque* non adspernandam esse, eamque unum e suis tueri, Crevier. testatur. Nondum tamen video necessitatem vulgatam lectionem *ultro* mutandi, neque eam censura viri celeberrimi dignam esse credo. 'Ultro vim facit' qui hostem primus adgreditur. Jam autem indicat Livius Gallos non exspectasse donec Pœni invaderent: sed sive copias Hannibalis in terram evadentes, sive Hannonis aciem ab tergo prementem adgressos esse; postquam autem pellebantur, qua potuerunt, perrupisse et diffugisse. Accedit in Flor. ultimam syllabam τοῦ *ultroque* additis notis expunctam esse. Ordinem itaque a Gronovio mutatam probo, sed simul etiam *ultro* servandum judico.

Qua patere visum maxime iter] *Qua parte devexum max. iter* Lov. 2. *qua parte revisum max. iter* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. vett. usque ad Ascens. qui vulgatum substituit a. 1513. *Qua parte visum max. iter* Flor. et Lov. 5. Id autem non displicet, quia vulgatum in nullo cod. nisi in Voss. margine invenerim. Mox *trepideque*, pro *trepidique*, Hearnii D. et N.

§ 5 *Certe variata memoria est actæ rei*] Vet. lib. *certe varia mem. est.* Sigon. Pall. *Elefant. varia consilia traj. fuisse credo, certe variata memoria actæ rei.* Gebh. *Certe varia memoria est actæ rei* male Sigonius, cum omnes scripti meliores et editi *variata memoria actæ rei.* Cicero longa illa ad Quintum I. 1. 7. 'Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conservetur æquabilis:' de Finib. II. 3. 'Cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri, voluptatem.' Vide ad XXXV. 41. *J. F. Gron.* Vulgatum recte Gronovius contra Sigonium defendit. Id enim et nostri et Hearnii codd. constanter retinent. Justinus VIII. 4. 'Sic variato responso, securis omnibus, Thermopylarum angustias occupavit.' Librarius vet. lib. apud Sigonium *varia* scribens, eodem modo lapsus est, quo id hominum genus sæpius lapsum esse notavimus ad X. 37. § 2.

Tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum refugientem in aquam natantem sequeretur] Vet. lib. *cum ref. eum in aquam.* Rectorem autem intelligit. *Sigon.* Intrusum provocabulum *eum* fastidiunt tum Mss. codd. tum impressi, unanimo consensu exhibentes, *cum ref. in aquam natantem seq.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] *Tradunt quia ferocissimum* Voss. et Lov. 2. ac 3. Tum *agitatum ab rectore* Hafn. *irritatum a rectore* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et edd. usque ad J. F. Gronov. qui a. 1665. consentientibus reliquis codd. dedit *ab rectore.* Præterea *eum* unus apud me Ber. servat, unus etiam apud Hearnium N. sed a manu interpolatrice. Deinde *nantem* Flor. Cant. Lov. 1. 3. et alii. Vide ad cap. præc. § 5. Veram lectionem adseruit Gronov. jam supra ad X. 35. § 9. Paullo ante *ad ripas*, pro *ad ripam*, male Lov. 5.

Ut quemque timentem altitudinem destitueret vadum, &c.] Credo *destituerat.* Valla. Quidam *vado* emendaverant, sed nihilominus obscuro manente sensu. At ea omnia prosequi neque possum, neque videtur operæ pretium. *Glar.* Sensus, quem elicere Glareanus non potuit, hic est: Elephantem a rectore suo irritatum, cum eundem in aquam sequeretur, traxisse gregem impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente, prout quisque eorum, altitudinem aquæ timens, a vado destituebatur. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *ut quemque timentem alt. destitueret vado.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] *Ut quemquam timentem* Lov. 4. Tum *destitueret vado* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L.

1. D. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *destitueret ludo* Lov. 4. *destituerat vado* Lov. 1. et Rec. quod ex edd. ante Tarvisinas habuit Mediol. quemadmodum id, quod editur, ante Juntam exstitit apud Aldum in erratis. In optimis aliisque codd. *destitueret vado* datum puto, quod non adsequerentur scribæ significationem præcedentis *ut* hoc loco; ideoque nec *destituerant vada* cum Gronovio legendum puto; sed potius servo, quod editur ex emendatione Vallæ.

Inpetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente] Τὸ *fluminis* exsulat a Lov. 1. Tum *in altam ripam* legunt Voss. et Lov. 2. quæ lectio omnino ex neglecta nota scripturæ compendiariæ, quum forte *alt'am* datum foret, orta est. Eodem modo et peccatur hoc lib. c. 36. § 5. Ita *altius*, pro *alt'ius*, sive *alterius*, idque pro *alt'nis*, sive *alternis*, datum esse, vidimus IV. 53. § 11. Plura alia similium errorum exempla vide ad Epit. Liv. LVII.

§ 6 *Ita, acta re, ad fidem pronius est*] Pal. 2. *ita aptare ad fid. pronius est.* Gebh. Verbum *est* non adparet in Harl. Paullo ante autem verba *magis constat* Gronov. in prima nott. ed. de explicatione alicujus in contextum inrepsisse arbitrabatur, quia non modo sine illis sententia constat, sed etiam per illa multum perdit rotunditatis. Iis deletis verba penderent ex præcedenti 'credo.' Verum quum duo illa vocabula in omnibus supersint codd. sententiam mutasse videtur, ideoque conjecturam in iterata ed. omisisse. Et recte.

§ 7 *Ratem unam, ducentos longam pedes*] Vox *unam* deest in Lov. 2. et Ber. a m. pr. Tum *ducentos pedes longam* legit Lov. 1. Paullo post *in amnem perrexerunt*, pro *porrexerunt*, Lov. 4. et Gaertn. Interdum ita peccarunt librarii. Exemplum habuimus IX. 20. § 9.

Pluribus retinaculis validis parte superiori ripæ religatam] Polybius XIII. 46. longe plures rates ponit, duas a terra in amnem, duas a parte ripæ retinaculis religatas ad arbores parti ripæ superiori eminentes: denique duas solutu faciles ab aliis, ac longe majores. Difficultas intellectus, quare et quomodo, quæ a terra erant, ligabantur: quæ in amne prorsus, non ligabantur, cum haud dubie majore fluminis vi deferri poterant. Sed talia multa a nobis indiscussa studiosis lectoribus consideranda relinquimus. *Glar.* Jac. Gronovius edidit *pluribus validis retinaculis.* Et ita præferunt Flor. Cantabr. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Ber. Paullo ante *ne secunda aqua auferretur* Lov. 4. *ne secunda aqua deferret* Rec. Vide ad X. 10. § 1. Vox *aqua* autem exsulat ab Harl. In sequentibus *humo conjecta constraverant* edd. vett. *humo conjecta constraverunt* Lov. 2. et Hav. *humo conjectam constraverunt*, et *constituerunt* in margine, Hearnii N. *humo injectam constraverunt* Flor. *humo junctam constraverunt* Lov. 3. *humo constraverunt injecta* Ber. a m. pr. *injectam* a m. sec. *humo injecta constravere* Gaertn. Difficultatem Glareani in loco Polybii nondum intelligo, aut quas rates non ligatas dicit. Si ita vocet illas, quas *solutu faciles* dixerat, sive quibus εὐδιαλύτους εἶναι τοὺς δεσμοὺς inquit Polyb. sane ligatas fuisse patet: verum non tanta cura, qua ceteræ. Et rei ratio aperta est; illis enim trajiciendi erant elephanti, ideoque vincula, quibus adligatæ erant aliis ratibus, facile solvi posse debebant. Reliquæ rates solutæ dici nequeunt, quas Polybius vel ipsi terræ vel arboribus in ripa consitis firmissime adligatas fuisse refert.

§ 8 *Ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est*] *Ad trajic. flumen acta* Harl. et Gaertn. lapsu librariorum sollemni. Vide ad XL. 13. § 6. Verbum *est* non adparet in Hearnii D. in ejusdem autem N. tantum a m. sec. adjectam est. Vide ad XXXVII. 51. § 3.

Et quum elephanti, per stabilem ratem] *Ita tum elephanti* Lov. 5. *ut quum elephanti* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. antiqq. pro quo Ascens. 1513. *ut ibi tum elephanti* edidit: *et quum elephanti* Mogunt. primi, hinc Aldus in erratis, et alii: *ut quum elephanti* primitus etiam exhibuit Hearnii N. at manus altera voculam *quum* delevit. Et ea lectio, si plures ac meliores codd. ei consentirent, ferri posset, si *ut* acciperetur pro 'simul ac.' Et huc facit lectio codicis Ber. *ubi elephanti.* Præstare tamen videtur, ut credamus librarios lapsu passim obvio *ut quum*, pro *et quum*, dedisse. Sæpissime autem *et* atque *ut* commutari solent. Exempla vide ad I. 54. § 2. II. 11. § 6. c. 20. § 5. c. 27. § 8. III. 59. § 2. c. 65. § 10. c. 69. § 5. IV. 6. § 2. c. 9. § 14. c. 32. § 11. V. 8. § 13. c. 11. § 9. c. 15. § 10. c. 30. § 8. c. 33. § 3. c. 36. § 4. c. 53. § 1. c. 54. § 6. et innumeris aliis locis. Adde J. F. Gronovium ad Livii XXIX. 34. § 2. XLII. 34. § 14. XLV. 13. § 1. Jac. Gronov. XL. 39. § 2. Longol. ad Plinii Ep. X. 42. et quæ olim notavi ad Silii V. 217. Mox *progredientibus* Hav. et edd. antiqq. Vide ad IX. 10. § 7. *Pergredientibus* Lov. 5.

§ 9 *In minorem adplicatam transgressi sunt; ea extemplo resolutis, quibus leviter adnexa erat*] Poëta (Silius III. 460.) 'Nam trabibus vada et injecta tellure repertum Connexas operire trabes, ac ducere in altum Paullatim ripæ resolutis aggere vinclis.' *Modius.* Pronomen manavit e corrigendis Aldi. Mss. et priores edd. id ignorant, nec juvat orationem satis absque eo perspicuam. *J. F. Gron.* *Ubi in minorem applicatam transgressi sunt* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. usque ad Mogunt. *ubi applicatam minorem transgressi sunt* Lov. 1. *ubi in minorem applicati transgressi sunt* Lov. 4. *ubi in minorem applicata transgressi sunt* Lov. 5. Deinde pronomen *ea* non adparet etiam in ullo vel meo, vel Hearnii cod. *ut extemplo*, pro *ea*, legunt edd. antiqq. usque ad Mediol. qui a. 1505. τὸ *ut* expunxerunt, probantibus proximis, donec Aldus in corrigendis subjiceret *ea extemplo.* Sed *ea* recte Gronovius iterum ejecit. Hinc *extemplo solutis* Harl. Tum *breviter annexa erat* Lov. 2. et Hav. errore scribarum, qui 'levis' et 'brevis' et aliis locis confuderunt. Vide viros doctos ad Suet. Vespas. c. 24. N. Heins. ad Ovidii Fast. I. 5. et quæ notavi ad Silii VII. 645. *Leviter adnexerat* Flor. a m. pr. Vide ad XXIII. 29. § 16. *Leviter nexa erat* Ber. qui etiam mox *alii deinde recepti*, pro *repetiti*, præfert. Vide ad XXVIII. 37. § 1.

§ 10 *Primus erat pavor, quum, soluta ab ceteris rate*] *Primis erat pavor* Lov. 2. et præter Rom. 1472. omnes, quas vidi, edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ recte dedit *primus*, consentientibus reliquis scriptis. Paullo ante *Nil sane trepidabant*, pro *Nihil*, Lov. et Hav. Vide ad VI. 40. § 3.

§ 11 *Trepidationem aliquantum edebant*] Pal. 1. *trepidationis aliquantum ed.* Pal. 2. *aliquantulum.* Gebh. Rectius Pal. et Juntas *trepidationis.* Sic et Gud. Flor. *trepidationi aliquantum.* J. F. Gron. *Trepidatione aliquantum edebant* Lov. 2. *trepidatione aliquantum cedebant* Lov. 1. 3. 4. Hafn. et Hav. *trepidatione alii tantum edebant* Ber. *trepidationis aliquantum edebant* Harl. et Hearnii N. quod recte Gronov. probat. Supra IV. 53. 'Præda ex assiduis populationibus fuit aliquantum.' XXI. 15. 'Ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum.' XXIV. 47. 'Æris argentique signati aliquantum.' XXV. 19. 'Aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit.' XXVI. 1. 'Præda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa.' XXIX. 18. 'Ad aliquantum jam altitudinis excitata erant mœ-

nia.' XXXVI. 19. 'Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit:' et eodem cap. 'Aliquantum viæ præceperat rex.' XXXVIII. 5. 'Animique aliquantum obsessis adjecit.' c. 7. 'Aliquantum urbis nudaverat.' XLII. 10. 'Aliquantum temporis absumsit.' c. 15. 'Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat.' XLIV. 2. 'Restabat aliquantum viæ communis.' c. 10. 'Aliquantum prædæ contulerunt ad naves.' c. 28. 'Aliquantum eam rem ratus animorum iis adjecturam.' c. 33. 'Aliquantum ea quoque res duci famæ et auctoritatis apud milites adjecit.' In mentem venire posset, *aliquantum trepidationem* dictum esse, quemadmodum 'parum fidem,' 'satis otium,' 'satis tempus,' de quibus vide viros doctos quos laudat Dukerus ad Liv. I. 16. § 8. At, Livium ita locutum esse, nondum notavi. Occurrit etiam, minima mutatione legi posse *trepidationem aliquantam*, ut XXV. 35. 'Aliquantum emensus est iter.' XXXVIII. 27. 'Per aliquantum spatium secuti.' At præstat codd. *trepidationis* legentes sequi. *Aliquantulum* Lov. 5.

Quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset] Pal. 1. *circumspectibus*. Pal. 2. *circumspectantibus*. Gebh. Voss. Men. Pal. *circumspectibus*. Flor. Gud. et Pal. alter *circumspectantibus*. J. F. Gron. *Circumspectibus* Cant. et Hav. *circumspectantibus* Lov. 4. 5. et Harl. Vide hoc lib. ad c. 1. § 4. Præterea *quietem et ipse terror* Ber.

§ 12 *Excidere etiam sævientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles*] *In flumine* Lov. 2. 3.

CAP. XXIX. § 1 *Dum elephanti trajiciuntur, interim Hannibal*] *Cum elephanti* Ber. Vide ad I. 40. § 7. Tum *Hannibal interim* Lov. 2.

§ 2 *Trecenti Romanorum equites*] *Trecenti Romanorum milites* exhibent Pall. 1. ac 2. *Gebh.* *Milites* etiam Lov. 3. Ber. Harl. Rec. et Hearnii N. Vide ad I. x. c. 29. § 10. *Milites equitum* Gaertn. quasi duplicem hac ratione lectionem jungens. Tum *obcurrerunt* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. in margine. Vide ad X. 12. § 4. Mox *bellum atrocius*, pro *prælium*, Lov. 2. Vide ad III. 61. § 2.

§ 3 *Præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrimque fuit*] *Post multa vulnera* Rec. Tum *cædes prope par* Gaertn. et Hearnii N. a m. sec. quum antea scriptum fuisset *cædes ibi prope par*. Deinde *cædes etiam prope par utriusque fuit* Lov. 3. Mox *Numidanorum* Flor.

Victores ad centum sexaginta] Polybius III. 45. ὥστε τῶν Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν εἰς ἑκατὸν ἱππεῖς καὶ τετταράκοντα διαφθαρῆναι, τῶν δὲ Νομάδων ὑπὲρ τοὺς διακοσίους. Scribe igitur *ad centum quadraginta*. Facilis error in numeris. *J. F. Gron.* Librarios ita peccasse, ut *LX.* pro *XL.* scriberent, vidimus ad X. 38. § 4.

Nec omnes Romani, sed pars Gallorum] Si quis hic maluisset *pars Galli*, Gronovium id non improbaturum fuisse, mihi persuadeo. Vide eum ad XXIII. 35. et XXIV. 16. *Duk.*

Victi amplius ducentis ceciderunt] Flor. Voss. Mureti, *ducenti*. Et sic passim Livius. Intelligitur enim τὸ *quam*. J. F. Gron. Similiter Cant. Lov. quinque, Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hearnii N. et tres Crevier. Solet ita sæpissime Livius. X. 37. 'Capta amplius duo millia circa muros cæsa.' XXIII. 49. 'Ceperint amplius tria millia hominum.' XXVIII. 2. 'Duo haud amplius millia peditum et equitatus omnis effugerunt.' lib. XXXVIII. c. 40. 'Thracum decem haud amplius millia viam circumsederunt.' XLII. 7. 'Capti amplius mille et septingenti.' c. 23. 'Amplius septuaginta oppida castellaque agri Karthaginiensis possedisse.' Sic etiam JCtus l. 81. § 4. ff. de Legat. 1. 'Titium non amplius quincuncem in servis vindicare posse:' et l.

30. § 4. ff. de Legat. 3. 'Negavi amplius partem deberi.' Eamdem lectionem ex fide Mati Valerio Max. restitui VI. 35. § 5. Simili modo etiam voces 'plus' et 'minus' construuntur. Vide ad XLI. 12. § 8. Codicum itaque lectionem recipere non dubitavi.

§ 4 *Hoc principium simulque omen belli*] Flor. et Cantabr. *Hoc princ. simul omenque belli.* Jac. Gron. Eam lectionem recepi. Gaertn. exhibebat *Hoc princ. et simul omen belli.* Mox *proximum eventum*, pro *prosperum*, Hark.

Haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam] Mss. plerique *incruente.* Alii, in quibus Cantabr. et Gud. *incruenti.* Habet alibi vulgatum Livius, sed solenne tamen ipsi est *haud magni certaminis res fuit.* Jac. Gron. *Incruente ancipitisque certaminis* Voss. a m. pr. *incruenti* adscriptum inter versus. *Incruentem ancipitisque certaminis* Lov. 1. *incruenti ancipitisque certaminis* Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. Reliqui omnes, et inter eos Flor. vulgatum servant: et recte. Menti enim Livii convenit 'victoria haud sane incruenta et certaminis ancipitis,' non vero 'victoria certaminis haud sane incruenti et ancipitis.' 'Incruenta victoria' est II. 31. 'Satis prædæ et victoria incruenta fuit.' IV. 17. 'Nec incruentam victoriam retulit:' ubi quædam vide. VII. 8. 'Nec Romanis incruenta victoria fuit.' XXXVII. 16. 'Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt.' XXXIX. 51. 'Cruentæ maxime victoriæ speciem fecerunt.' XL. 32. 'Magna victoria, non tamen incruenta fuit.' XLII. 7. 'Nec incruenta victoria fuit.'

§ 5 *Nec Scipionis stare sententia poterat*] Lego *Scipioni.* Hoc enim Latina locutio postulat. Sic paullo post c. 30. 'Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire.' Et XXX. 4. 'Proinde seu ipsi staret jam sententia, seu consulendus Asdrubal esset.' Et XLIV. 2. 'Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere.' Sigon. *Scipioni* quidem legendum censuit Sigonius, cui sequentes edd. auscultarunt; nihilominus Pall. tres *Scipionis stare sententia.* Gebh. Omnes, quos vidi, codd. et edd. ante Sigon. ut et Hearnii N. et alii, in vulgatum conspirant, præter unum Harl. qui *Scipioni* præfert. Nihilominus Sigonio eam lectionem probanti consentio. Huc referendum illud Cic. ad Fam. IX. 2. 'Modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris.' Ultima litera voci *Scipionis* ex principio sequentis adhæsit. Vide ad lib. XXVIII. cap. 25. § 2. Verum antiquus adeo is error hoc loco exstitit, ut eodem tantum non omnes libri infecti sint. Insuper hanc periodum, quæ maxima interpunctione a priori divellitur, ei jungit optimus Flor. unica vocula inserta hoc modo, *Ut, re ita gesta, ad utrumque ducem sui redierunt, nec Scipioni stare sententia poterat, &c.* Quamvis autem quum alibi, tum hoc lib. c. 36. § 4. dicendum erit, concisis orationibus Livium sæpius usum esse, hic tamen præstantissimi Mss. fidem spernere non potui. *Ut* autem est 'postquam.' Ita II. 45. 'Lacessere ad pugnam, primo obequitando castris provocandoque; postremo, ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando.' Hoc lib. c. 47. 'Transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente:' ubi vide Gronov. et quæ notantur ad XXIII. 17. § 10. Id aliorum scriptorum exemplis inlustravit J. F. Gronovius ad XXXV. 28. § 3. Livio etiam restituere conatus est Jac. Gronov. ad II. 40. § 7.

Nisi ut ex consiliis coeptisque hostis et ipse conatus caperet] *Ex cons. coeptis hostis* Ber. *ex cons. coeptisque hospitis* Flor. et Cant. cujus erroris exempla vide ad II. 41. § 6. Similiter a m. pr.

scriptum erat in Voss. sed subjectis notis pro eo *hostis* emendandum esse indicatum est. Corruptius *ex cons. cæptisque hospitiis* Lov. 1. et Hearnii N. in cujus posterioris margine adscriptum est *ex cons. inventi hostis*. Corruptissime *ex cons. cæptisque auspiciis* Lov. 2. et 3.

§ 6 *Utrum cæptum in Italiam intenderet iter*] *Cæptum* exsulat a Lov. 5. *utrum inceptum* legit Lov. 4. Sed prima syllaba *in* perperam repetita est ex ultima litera vocis præced. ex quo fonte hic *in Italiam tenderet* legit Hav. Vide ad XXIII. 34. § 5. Deinde *in Italia intenderet iter* Ber. Verum ibi litera ultima vocis *Italiam* intercepta est a prima syllaba vocis sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. 'Tendere cursum,' 'gressum' usitata esse, olim docui ad Silium X. 73. at 'intendere iter' Livio familiarissimum est. Exempla vide X. 43. hoc lib. cap. seq. XXII. 9. XXVII. 46. XXIX. 30. XXXI. 33. et alibi sæpe.

Cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret] *Qui prius se obt.* Lov. 4. et Harl. Vide ad X. 41. § 14. Eodem errore 'primores' et 'priores' commutantur; de quo vide ad XXXVII. 43. § 10. Deinde *exercitus Romanus* Lov. 4. et 5. *cum eo, qui primus se obt., Romano exercitu manus consereret* Ber. Hearnii N. in margine, et Brancal. Latinii. Utrumque ferri potest. Vide ad III. 9. § 4. Quum tamen plures codd. vulgatum tueantur, et pro eo etiam stent optimi atque integerrimi libri, id etiam quin alteri præferendum sit, nullus dubito.

Averterat a præsenti certamine] Pall. tres habent *avertit a præsenti certamine*. Gebh. *Averterat* Aldi donum, et secutus Frobenius. Juntas, quod ab Andrea omnes, *avertit*: nec secus Flor. Voss. Gud. Men. Pall. *J. F. Gron.* *Avertit* etiam Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Berol. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et N. Tot igitur codd. fidem habui, et priscam lectionem revocavi; quod nuper etiam fecit Crevier.

Boiorum legatorum regulique Matali adventus] *Magili* ex Polybio III. 44. τοὺς βασιλίσκους περὶ τὸν Μάγιλον. *Sigon.* Pall. tres *legatorum* (Pal. 3. *legatio*) *regulique Matali* (Sigonius *Magili*: quorsum alludit Pal. 1. *Macali*. Pal. 2. *Machali*) *adventus*. Gebh. Nomen hoc variat in scriptis: *Malcali, Machali, Macali*. Quare putem *Magali* scribendum. Polybius *Magilon* vocat. Cæterum hæ literæ commutantur sæpe in barbaricis nominibus: ut 'Masinissa' et 'Masanissa,' 'Mithridates' et 'Mithradates,' Ἀνδοβάλης et 'Indibilis,' 'Hampsicora' et 'Hampsagoras,' Κατάνη et 'Catina.' *J. F. Gron.* *Boiorum legatio* unus Rec. cum edd. Aldo prioribus. Tum corrupte *regulique Matali* Lov. 2. *Amychali* Ber. *M. Anlii* Lov. 4. *Malali* Lov. 5. *Macali* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Quum autem nomen hujus regis tantum apud Livium et Polybium memoretur, anceps esse puto, utrum apud Livium ex hoc *Magali*, an apud Polybium ex illo Μάκιλον legendum sit. Inepte *Boiorum legatorum reguli venerunt a Matalo acciti* præfert apud Hearnium N.

Qui se duces itinerum, socios periculi fore adfirmantes] Cum hi duces itinerum essent, et Hannibal falsum Casilini monstratorem crucifigere non dubitarit, mirum quo pacto toties postea in Alpibus errans non omnes crucifixerit. Sed talia fortassis dissimulanda sunt, nam in Polybio III. 44. ea invenit Livius. *Gebh.* *Sociosque periculi* Lov. 3. Hinc *nunquam ante libatis viribus*, pro *nusquam*, Lov. 2. Sed solent hæ voces in Mss. commutari. Vide ad XXXVI. 17. § 10. Τὸ *ante* deerat in Ber. a m. pr.

§ 7 *Multitudo timebat quidem hostem*] Miror Hearnium, quum moneret Jac. Gronovium ita edidisse pro *hostes*, non tamen addidisse quam lectionem in codd. suis repererit. Ex meis certe Gronovio consentiunt Flor.

Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Neque aliter editi ante Aldum. Optime itaque veterem lectionem ab eo reductam puto. Vide ad Livii v. 50. § 2. Præterea vox *quidam* exsulat a Lov. 4.

CAP. XXX. § 1 *Variis militum versat animos*] Propertius l. IV. vs. 61. 'His animum nostræ dum versat Acanthis amicæ.' *Gebh.* Livius I. 17. 'Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat.' c. 58. 'Orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum.' II. 45. 'Inperitæ multitudini nunc indignatio nunc pudor pectora versare.' XXII. 25. 'Tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat.' XXV. 3. 'Cui simul metus pudorque animum versabat:' et sæpe. Paullo ante *sententia stetit pergere iter*, pro *pergere ire*, Rec. Quæ lectio licet forte defendi possit ex illis quæ dicta sunt ad III. 6. § 7. hic tamen ob omnium aliorum codd. dissensum ferri nequit: præsertim quum passim apud Livium obcurrat 'pergere ire.' Vide, ut brevis sim in re obvia, XXI. 22. XXII. 19. et c. 22. XXIV. 2. XXXI. 41. XXXIV. 50. XXXV. 30. et alibi: et ita 'pergere navigare' XXXVI. 42. Præterea *atque ita Italiam petere* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Sed inserta vocula *ita* ex sequentis dictionis prioribus literis perperam repetitis nata videtur.

§ 2 *Quinam pectora semper inpavida repens terror invaserit*] *Quisnam pectora* Lov. 4. 5. Hav. et edd. ante Aldum: *quidnam pectora* Lov. 2. et Gaertn. quorum posterior etiam præcedentem vocem *se* omisit. Deinde *terror invasit* Lov. 3. et Ber. Vide ad XL. 14. § 10. Mox *vincentibus eis stipendia*, pro *vincentes eos*, Hearnii N. Deinde *nec ante Hispania* Ber. *neque Hispania ante* Hav.

Quam omnes gentes, quæ et terras, quas duo diversa maria amplectuntur, Karthaginiensium esse] Sic reor emendandum *terræ*, et *Carthaginiensium essent*. Item non relative, sed copulative scribi debere *que;* perinde ac si dicatur *et gentes et terræ*. Valla. Pall. tres *et terras eas, quas duo diversa maria amplectuntur*: ut invenit in suis edd. Valla. *Gebh.* *Gentesque et terræ eæ, quas* ab Laurentio Valla, quum in omnibus scriptis, *terras eas, &c. esse*: quod defenditur more obliquarum orationum. Possis tamen suspicari, *gentesque et terras eas, &c. Carth. fecissent*. J. F. Gron. *Gentes terras eas, &c. Carth. essent* Harl. *gentes et terræ eas, &c. Carth. essent* Cant. *gentes terræ eas, &c. Carth. essent* Hearnii N. *gentes quæ et terras eas, &c. Carth. essent* Lov. 4. *gentes et terras eas, &c. Carth. esse* Gaertn. *gentesque et terras eas, &c. Carth. essent* Flor. Voss. Lov. 3. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. *gentes et terras eas, &c. Carth. fecissent* Lov. 5. quemadmodum Gronov. scribendum conjecit, nisi quod vocula *que* omittatur: *omnes gentes et terræ omnes, &c. Carth. essent* Lov. 2. *omnes gentesque et terræ eæ quæ et trans eas, &c. Carth. essent* Lov. 1. cujus librarius duplicem servare voluit lectionem *gentesque et terræ eæ* et *gentes quæ et tras*, sive *terras*, (pro quo tamen male datum est *trans*) *eas*. Gronovius in priori ed. nott. ad I. 50. etiam Putean. *terras eas* præferre testatus, eam lectionem more obliquarum orationum defendebat: quam sententiam, ibi curis sec. omissam, et hic quasi aliorum nomine obiter tantum memoratam, ferme pro derelicta habuisse videtur. Et recte. Scripturam enim a Valla restitutam veriorem puto. Præterea *amplectuntur* unus tantum Ber. reliqui cum omnibus edd. *amplectantur*. Sed *quas duo diversa maria incolunt amplectuntur* Lov. 3.

§ 3 *Indignatos deinde, quod, quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam sibi dedi*] *Indignantes* Gaertn. *Indignari* pro varia lectione inter ver-

sus adscriptum exstat in Voss. Deinde *quicumque obsedisset*, omissa media etiam voce, Bern. *quicumque Sag. obsedisset* Hearnii N. *quicumque Sag. oppugnassent* Hav. *quicumque Sag. oppugnasset* Hafn. Tandem *dedi sibi*, trajectis vocibus, Lov. 3. et Hav. Τὸ *sibi* deest a m. pr. in Ber.

Iberum trajecisse ad delendum nomen Romanorum] *Cum Ib. trajecisset* Harl. *Ib. trajecisset* Voss. a m. pr. Lov. 2. et Gaertn. *Ib. se trajecisse* Ber. et Hearnii N. a m. sec. *Ib. transisse* Lov. 4. et 5. Tum *ad delendum nomen Romanum* Lov. 2. 3. et Hav.

§ 4 *Ab occasu solis ad exortus intenderent iter*] Vet. lib. *ad ortum*. Sigon. Pall. duo, 1. et 3. *ad exortus solis*: Pal. 2. *ad ortus*. Gebh. Voss. Flor. et edd. *ad exortus*. J. F. Gron. *Ad ortus* Lov. 4. et 5. *ad exortus* Lov. 1. 2. 3. *ad exortum* Cant. Rec. et Hearnii L. 1. Sueton. in Aug. c. 5. 'Natus est Augustus IX. Kal. Octobris paullo ante solis exortum:' ubi vide Burmann. 'Exortus solis,' 'Caniculæ,' 'siderum,' et similia apud Plin. majorem sæpius obvia sunt. Tum *intenderet iter* Harl. et Hav. *intenderetur iter* Gaertn. et Hearnii D. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

§ 5 *Rhodanum jam tum amnem, tot millibus*] Legendum credo *Rhodanum tantum amnem*. Valla. Ut correxit Valla, ita reperi in Pal. 3. ut scias sive dubites, an non post Vallæ secula exscriptus sit. Pal. 1. *jam tum amnem*. Pal. 2. *jam tunc*. Gebh. *Rhod. jam tum amnem* Flor. Voss. Lov. 3. 4. et Hearnii N. qui in margine *jam Rhod. tot millibus* præfert. *Rhod. jam cum amnem* Lov. 1. *jam Rhod. amnem* Ber. *Rhod. jam amnem* Hav. *Rhod. jam tantum amnem* Lov. 5. Reliqui cum Valla *Rhod.*, *tantum amnem*, *tot millibus* legunt: unde tamen sequi necesse non est, ut omnes post Vallam scripti sint; sed potius Vallam ita emendantem codd. secutum esse, quibus illi consentiant. Deinde *tot militibus* Flor. qui error in scriptis frequens est. Vide ad XXIII. 41. § 10.

In conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italia sit] Tres codd. Pall. exhibent *quarum alterum latus Italiæ sit*. Gebh. Non utique Italia ipsa latus Alpium: sed Alpium alterum latus est 'Italiæ' scilicet pars, et ad eam pertinet. Itaque recte Put. et scripti, nec non And. Tarv. Ven. Bec. Asc. *Italiæ*: in Mag. prima video mutatum. Lib. XXI. c. 49. 'Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipsi classis essent, in Italiam missas, quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere.' *J. F. Gron.* Non aliter est in meis omnibus et Hearnii Oxon.

§ 6 *Quid Alpes aliud esse credentes*] Ita edidit Jac. Gronov. quum priores typis excusi legant *quid aliud Alpes esse*. Virum clariss. codd. suos in eo secutum puto. Omnes enim mei ipsius lectionem probant.

§ 7 *Fingerent altiores Pyrenæis jugis*] *Pyrenæi jugis* et alii, et maxime Put. antiquissimus omnium tota Europa ad hoc usque visorum, a cujus contextu nunquam facile recedendum. Sed rursus destituit nos a fine hujus ad ultima 41. capitis. *J. F. Gron.* *Pyrenæi jugis* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Supra c. 24. 'Vi subactos trans Pyrenæum Hispanos fama erat.' c. 60. 'Omnibus fere caris rebus citra Pyrenæum relictis.' Vox *altiores* perperam deerat in Cant.

Nec inexsuperabiles humano generi esse] *Nec insuperabiles* Ber. Male. Reliqui enim omnes vulgatum defendunt, et inprimis Livius voce 'inexsuperabilis' delectatus est. Supra v. 34. 'Alpes inexsuperabiles visas haud equidem miror.' VIII. 7. 'Movet ferocem animum juvenis seu ira, &c. seu inexsuperabilis vis fati.' Infra hoc lib. ac cap. 'Militi quidem armato quid invium aut inexsuperabile esse?' XXXVI. 17. 'Inexsuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit,'

bus vim adferre.' xxxix. 54. 'Alpes prope inexsuperabilem finem in medio esse.' xlii. 54. 'Inexsuperabilis munimenti spes incolas ferociores faceret.' xliii. 18. 'Inexsuperabiles ab Thessalia montes nivis altitudo facit.' xliv. 35. 'Ipsi natura et operibus inexsuperabilis ripa videbatur.' c. 46. 'Cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis.'

Pervias paucis esse, exercitibus invias] Malim *pervias paucis, esse ex. invias*, id est, quas pauci legati Gallorum superaverint, eas hic exercitus non trajiciet. *Sigon.* Allita est vox *invias* exteriori oræ Pal. 3. Reliqui *pervias paucis esse exercitibus: eos ipsos.* Gebh. Non inepte, quicumque Mediolani supplevit. Nam Romæ *pervias paucis esse exercitibus: eos ipsos.* Et sic Flor. Voss. Gud. Men. Pall. Numquid *pervias paucis esse, non exercitibus?* J. F. Gron. In omnibus etiam meis et Hearnii vox *invias* deficit. Ceterum Doujatius hæc verba ita accipiebat, ut putaret interrogationem hic negare, id quod videretur adfirmare: quæ enim paucis pervia sunt, ea facilius ab ingenti exercitu superari posse. Sed male: ipsum enim Hannibalis iter eum refellit, qui non sine insigni labore Alpibus superatis in Italiam descendit; quantas difficultates pauci Gallorum legati eum adeuntes non pertulerunt. Potius itaque videtur, Livium quasi per objectionem proposuisse caussam, ob quam nonnulli in exercitu Hannibalis ab hac expeditione abhorrerent, quod nempe Alpes quidem paucis iter facientibus, non vero magno exercitui, impedimenta secum deducenti, perviæ essent; quam deinde in sequentibus tollit. Ita xl. 31. 'Quum satis inter omnes constaret, viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum.' Utrum vero lectio ed. Mediol. quæ vulgo exstat, an potius emendatio Gronovii recipiatur, quod ad sensum adtinet, nihil interest. Posterior tamen minus a vulgata recedit, ac facilius *non*, quam *pervias*, excidere potuisse puto.

§ 8 *Non pennis sublime elatos Alpes transgressos*] Pal. 1. *non pinnis sublime elatos.* Gebh. Ita etiam Flor. *Pennas* a *pinnis* distinguere videtur Quinctil. Inst. Orat. i. 4. quamvis tamen vulgo hæc nomina in libris antiquis a scribis confundantur. Vide Gifan. Collect. ad Lucr. voce 'Pinna;' Dausq. Orthogr. part. sec. voce 'Penna,' et Burmann. ad Quinct. loc. laud. p. 43. Si tamen vera est differentia, 'pinnas' esse alarum, 'pennam' plumam in pectore, vel in tergo, quam tradit Vlit. ad Grat. Cyn. 82. *pinnis* hic, non *pennis*, legendum erit. Ceterum *pennis in sublime elatos* Lov. 2. *pennis sublimes elatos* Harl. a m. pr. *pennis sublime elatis* Lov. 3.

Nec majores quidem ipsorum] Vet. lib. *ne maj. quidem ipsorum.* Sigon. Non aliter etiam omnes, quibus utor, codd. Vide ad i. 10. § 3.

Has ipsas Alpes ingentibus sæpe agminibus] Quoties Galli Alpes superaverint ante hoc tempus, tradit v. 34. et Polybius l. ii. *Sigon.* Duæ posteriores voces perperam deerant in Harl.

Tuto transmisisse] Vet. lib. *tuto transisse.* Sigon. Pal. 3. *transisse:* quod non probo. *Gebh.* Quamvis *transisse* etiam ex meis præferant Lov. 3. et Harl. cum reliquis tamen *transmisisse* malo. Eadem verba etiam commutabantur hoc lib. c. 20. § 9. Vocabulum *tuto* male exsulabat ab eodem Lov. 3.

§ 9 *Quid invium aut inexsuperabile esse*] *Quid majus aut inexs.* Lov. 3. *quid invium aut insuperabile* Hafn. et Hav. Male. Vide hoc cap. § 7. Tum *est*, pro *esse*, Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1531. Præterea mox *quid laboris exhaustum est* Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et eædem edd. Sed vulgatum præstat. *Exauctum* pro *exhaustum*, Cant. Primo omissa erat adspiratio. Inde

alterum formatum est. Male. xxv. 31. 'Laborum periculorumque, circa mœnia Syracusana terra marique tam diu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse.' xxvi. 31. 'Multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi.' xliv. 39. 'Quantum rursus exhauriendum laboris erat.' Ceterum *per novem menses* Lovel. 5. Male. Supra c. 15. 'Octavo mense, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum.' Polyb. iii. 19. Τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν.

§ 10 *Romam, orbis terrarum caput*] Absolvi Livius non potest, ita scribens: quod enim *Romam orbis terrarum caput* Annibal appellat, quis id feret? A decoro valde ea laudatio abit, (præsertim cum hostis) et magis a vero. An enim illo ævo Roma terris caput? Imo nec toti Italiæ, Gallis Cisalpinis et Liguribus etiamnum restantibus: et extra eam vix quicquam firmiter in potestate sua ac ditione habuit, præter Sardiniam et Siciliæ partem. En dominam orbis! Ævum suum pro veteri, cum hæc scriberet, mente complexus est. *Phil. Ruben.* Elect. i. 25. Livium adversus censuram Rubenii excusare conatur Barthius Advers. l. xiv. c. 10. At non persuadet. Ceterum *caput orbis terrarum* Flor. Mox *atque arduum* exsulat a Lov. 3.

§ 11 *Cepisse quondam Gallos ea*] Romam intelligit. *Sigon. Gallos et ea* Voss. Lov. 1. et Hearnii N. Verum, τὸ *et* delendum esse, additis notis in Voss. indicatur; in Oxon. N. a m. sec. inductum est. Mox *quæ adiri Pœnus desperet,* omissa media voce *posse,* Voss. et Lov. 1. ac 2. at insuper *quæ adire Pœnus desperet* Gaertn.

Campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis] *Ac finibus Rom.* Latinii Brancal. Male. Intelligitur enim campus Martius, ut Doujatius monuit.

Cap. xxxi. § 1 *His adhortationibus incitatos*] *His exhortationibus* Lov. 4. et editi Aldo priores. Sed cap. præc. dixit, 'Varia militum versat animos castigando adhortandoque.' Pro vulgato etiam stant reliqui codd.

§ 2 *Postero die, profectus*] *Postera die* Harl. Ber. et Gaertn. Sed vide ad i. 12. § 1. Mox *recta ad Alpes via,* pro *rectior,* Rec.

Quantum a mari recessisset, minus obviam fore Romanum credens] Quod conjeceram dudum, Flor. unicus *obvium.* J. F. Gron. Vide ad i. 26. § 2. Præterea *quantum mari recessisset* Hav. Tum *tanto minus* Lov. 4. 5. At, sæpe omitti τὸ *tantum* præcedente *quantum,* vidimus ad ii. 10. § 12.

§ 3 *Priusquam in Italiam ventum foret*] Pal. 1. *in Ital. eventum foret.* 'Evenire' dictum intensive, ut 'edomare,' 'edolare,' 'evincere.' *Gebh.* Similiter etiam Voss. et Lov. 1. *in Italiæ ventum foret* Flor. a m. pr. pro quo emendatur m. sec. *in Italiam.* Sed *in Italia ventum foret* Gaertn. Mox *manum conserere,* pro *manus,* Gaertn. et Hearnii D. *manum conferre* ejusdem Hearnii N. Quæque harum lectionum admitti posset, ut exempla probant quæ laudavi ad vi. 42. § 5, nisi, vulgatam hoc loco veriorem esse, reliquorum codicum consensus clamaret.

§ 4 *Ad insulam pervenit: ibi Arar Rhodanusque amnes, diversis ex Alpibus decurrentes*] Polybius iii. 49. ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. Τῇ μὲν γὰρ ὁ 'Ροδανὸς, τῇ δὲ Σκώρας προσαγορευόμενος, ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν συμπίπτουσιν. Mendum tamen puto esse in voce Σκώρας pro ὁ Ἄραρ. *Sigon.* Occultum, sed certum vitium est in his Livii verbis. Minime enim *diversis,* sed *diversi.* Ex iisdem enim Alpibus Arar et Rhodanus orti seorsim separatique aliquamdiu fluunt. Seneca in Apocolocynthosi: 'Vidi duobus imminens fluviis jugum, Quod Phœbus ortu semper obverso videt: Ubi Rhodanus ingens amne prærapi-

do fluit, Ararque dubitans, quo suos cursus agat.' *P. Ruben.* Elect. I. 26. Rubenius legit *diversi*, contra Mss. codd. Forte, si quid mutandum, leg. *diversim*. Statim restat in Pall. tribus *in mediis campis*. Gebh. *Diversi ex Alp. dec.* conjectura est P. Rubenii. Veteres omnes libri *diversis*. An fuit *divortiis?* Curtius de Tigri et Euphrate l. v. c. 1. 'Ipsi amnes ex Armeniæ montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod cœpere, procurrant.' Cicero de Oratore III. 19. 'Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo sunt doctrinarum facta divortia.' *J. F. Gron.* Omnia prorsus integritatem hujus lectionis refutant, nec potest ullo modo de Arare ac Rhodano tale quid affirmari; Arare ad Sequanos Helvetiosque tendente, ut patet ex Cæsare Bell. Gall. I. 12. Ex aliis Mss. nullam varietatem observatam video: quum tamen Cantabrigiæ legerim, *pervenit: Bisarar Rhodanusque.* Itaque idem hoc loco agendum, quod nuper in Polybio p. 415. fecimus, reponendumque, *pervenit. Isara Rhodanusque amnes diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantum amplexi, confluunt in unum. Inde mediis campis insulæ nomen inditum.* Nam Flor. Voss. Gud. cum eodem Cant. *in mediis;* omnes vero *aliquantum*, non *aliquantulum*. His inscribendus est Cluverius Ital. I. 33. 367. Et frustratio est P. Rubenii, dum quia ex eisdem Alpibus, non diversis, eos amnes currere sibi inculcat, corrigentis *diversi. Diversis ex Alpibus* est alia atque alia parte earundem Alpium. Id mutari vix placet. *Jac. Gron.* Cluverii emendatio, *Isara* pro *Arar* scribentis, confirmatur in Memoriis Academ. Reg. Paris. tom. II. p. 142. ed. Hag. 1724. *Duk.* Vide etiam Histor. Acad. Reg. Inscr. tom. III. p. 295. ed. Amstel. *Ad Insulam venit* Hearnii N. altera tamen lectione in marginem rejecta. In verbis proxime seqq. parum a vulgato differunt codd. mei: *ibi Ara Rhodanusque amnes* legit Lov. 3. *ibique Arar Rhodanusque amnes* Ber. *ibique Arar Rhodanusque amnis* Lov. 2. 5. Hafn. Harl. Rec. et Hearnii D. et N. *ibi Arar Rhodanus amnis* Gaertn. Virorum doctorum, *Isara* pro *ibi Arar* subponentium, sententiæ adversatur Harduin. ad Plinii III. 4. eos sincerum vas incrustare, nec scriptoris mentem adsequi pronuncians. Sed nullum, cur ita sentiret, argumentum in medium adfert; quum tamen operæ pretium fuisset, caussam sententiæ indicasse, vel mentem Livii minus perspicacibus aperuisse. Multa enim vidit, quæ præter eum nemo nec vidit umquam, nec visurus est. Adversatur etiam Doujatius, existimans insulam hanc, cujus Polyb. et Livius meminerunt, non ad Araris ac Rhodani, sed ad Druentiæ ac Rhodani confluentes fuisse, idque variis argumentis firmare conatur. Putat enim Hannibalem, unius diei, aut certe minus quam bidui, itinere a mari remotum, Rhodanum trajecisse; quia equites ejus Numidæ, speculatum missi, manus conseruerunt cum equitibus Scipionis, ad ostium Rhodani castra habentis. Id si verum est, fieri non posse statuit, ut Hannibal ab eo loco quartis castris pervenerit ad Araris et Rhodani confluentes, emensis circiter centum quadraginta millibus passuum, et transitis decem majoribus aut minoribus fluviis. Secundo id probari dicit vocibus *diversis ex Alpibus:* Rhodanum enim ex Alpibus Cottiis, Druentiam ex Penninis oriri; quum Arar non ex Alpibus, sed ex Vogeso oriatur. Tertio vocibus *agri aliquantulum;* terrarum enim tractum inter Ararim et Rhodanum majorem esse, quam ut ei convenirent; quum recte conveniant insulæ, quam efficit Druentia in Rhodanum influens. Quarto vocibus *ad lævam in Tricastinos:* si enim Hannibal ad confluentes Araris ac Rhodani

usque jam adscendisset, Tricastinos non ad lævam, sed ad dextram habuisset. Quomodo tamen pro *ibi Arar et Rhodanus* legendum putet, non addidit. Nomen autem *Druentia* longius et a vulgata et a codicum scriptura recedit, quam ut ob aliquam literarum vel soni similitudinem alterum alteri substitutum fuisse credamus. Tandem Rolin. Gronovio consentit in libro lingua Francica conscripto de Hist. Antiq. Karthagin. tom. I. p. 317. Tres itaque viri docti, ex eadem Francia orti, qui patriæ periti esse debebant, attamen tres diversas foverunt sententias: ut periculosius et nimis anceps mihi extraneo futurum putem, de ea sententiam interponere. Id unum verum esse videtur, confluentes Druentiæ et Rhodani intelligi non posse: nam postea, quum ad alterutram partem (ad utram vero disceptatur) flexisset, ad Druentiam venit, et fluvium hunc transiit, ut Livius infra hoc cap. narrat. Si tamen Gronovii *Isara* hic revocari debeat, mallem, priori voce non omissa, legere *ibi Isara et Rhodanus amnes*. Præterea *diversis ex Alpibus* servant Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. quod optime Jac. Gronov. exposuit adversus Ruben. ex alia atque alia parte earumdem Alpium. Vogesus enim etiam Alpium pars habetur. Certe Strabo etiam Ararim ex Alpibus oriri scribit IV. 186. Insuper *agri aliquantum* Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Ex reliquis nihil notatum reperio. Vide ad VII. 36. § 5. Neque improbabilis est Gron. conjectura *Inde mediis campis*. Nam τῷ *inde*, sive *iñ*, sæpe substitutum est *in*. Vide ad X. 20. § 6. *In mediis campis* autem hic præferunt, præter codd. a Gronovio laudatos, Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Illa vero præpositio in aliis codd. intercepta est a vocis præced. litera finali *m*. Vide ad X. 13. § 3. Tandem *Insulæ nomen indictum* Lov. 2. Ber. et Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad III. 65. § 4. *Insulæ inclitum nomen*, litera *d* in *cl* resoluta, Lov. 5. Vide ad X. 24. § 2.

§ 5 *Adcolunt prope Allobroges*] Restat in Pall. tribus *Incolunt prope*. Gebh. Tres Pall. Fl. Men. Voss. Aldina *Incolunt*: ut Cæsar de B. Gall. I. 1. 'Proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continentes bella gerunt.' Sueton. Julio c. 25. 'Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum aggressus.' Noster principio operis, 'Qui inter mare Alpesque incolebant.' *J. F. Gron.* Similiter Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Livius V. 33. 'Inter Apenninum Alpesque incolebant.' XXVI. 51. 'Cuncti fere, qui cis Iberum incolunt, populi.' XXVIII. 24. 'Præsidium gentibus, qui cis Iberum incolunt, impositum.' XXXV. 13. 'Ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, obpugnandos est profectus.' XXXVIII. 16. 'Omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus.' Eodem cap. 'Quia procul mari incolerent.' cap. 37. 'Legationes ex omnibus gentibus, quæ cis Taurum incolunt, conveniebant.' XL. 41. 'Qui eorum circa Macram fluvium incolebant.' Vide etiam ad XXII. 20. § 10. Eodem modo 'colere' sine casu absolute ponitur. Vide ad XXXVIII. 18. § 12.

Jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat] *Jam nulla inde* Lov. 4. 5. et Harl. Male. Vide ad III. 36. § 1. *Opibus atque fama* Lov. 4. et 5. Deinde *discors erat illa gens regni certamine. Regnum ambigebant fratres* Lov. 3. et Hafn. *discors erat regni certamine. Regnum ambigebant fratres* Ber.

§ 6 *Minor erat fratre et cœtu juniorum, qui jure minus, qui plus poterat, pellebatur*] Vos sic emendastis: dictionem *jure* delestis rubra sive violacea linea, addidistisque alias dictiones, sic: *qui*

minor, ab eo, qui plus poterat, pellebatur. O lippi, o aliis, quæ vobis multa est, lippitudinem exprobrantes! estne illud servare similitudinem, servare numerum literarum in conjectanda scripturæ veritate, alias dictiones eximere, alias adjicere? Videte, quanto id a me sincerius custoditur: *ambig. fratres: major, et qui prius imp., Brancus nomine, minore a fratre et cœtu jun., qui* (vel *quia*) *jure minus, vi plus poterat, pellebatur.* Valla. Manarunt hæc, ut vulgata sunt, a Valla, Pall. codd. mire hic laceri sunt ac deformes: quippe Pal. 2. (a quo pauxillum discrepat Pal. 1.) *minor erat fratre: et cœtu jun. qui minus ab eo, qui plus poterat, pellebatur.* Pal. 3. vero, *major erat frater et cœtu junior, qui jure minus, qui plus poterat, pellebatur.* Gebh. *Qui jure minus, vi plus poterat* ad 'fratrem' referre serum est; ad 'cœtum' ineptum. Ergo ad 'juniores;' et legatur invitis omnibus libris *poterant.* J. F. Gron. Quemadmodum tempore Vallæ legebatur, præferunt Flor. Lov. 1. 4. et Harl. Ab illis parum discedit Gaertn. *minor erat fratre cœtu juniorum,* omissa particula *et,* præferens. Eamdem omisit Cant. et insuper legit *vi plus poterat.* Voss. etiam *vi plus poterat,* et in principio *minore fratre* a m. sec. Alii latius latiusque divertunt. *Minor erat fratre et cœtu junior, qui minus ab eo, qui plus poterat, pell.* inveni in Lov. 2. *minor erat fratre cœtu jun., qui jure minor eum, qui plus poterat, pellebat* in Hearnii N. *minor erat fretus cœtu jun., qui jure potior erat ab eo, qui plus sui poterat, pell.* in Hav. *minore fratre cœtuque inimicorum pell., qui jure minus, vi plus poterat* in Ber. *a minore fratre et cœtu jun., qui jure minus ni plus poterat, pell.* in Lov. 4. *a minore tum fratre et cœtu jun., qui jure minus, vi plus poterant, pell.* in Lov. 5. in quo illud *poterant,* quod Gronov. ex conjectura reponebat, offendi. Et lectio hæc, quæ sensui satisfacit, probari posset, nisi, quum admodum recens sit, suspicio foret, librarium emendationem Vallæ recepisse. Paullo ante *major, qui prius imperitarat,* ejecta copula *et,* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Ant. Perizonius. Sed, copula trajecta, *qui et prius imperitarat* conjicit Crevier. Deinde *Braneus* Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Hav. *Biraneus* Ber. *Brãneus* Gaertn. *Branius* Hearnii D.

§ 7 *Ad Hannibalem rejecta esset*] *Dejecta* Voss. Lov. 1. Harl. Rec. Hearnii N. et priscæ edd. Sed alibi ea verba inter se commutantur in Mss. Vide ad v. 22. § 1. XXII. 24. § 7. XXIV. 2. § 8. et viros doctos ad Cic. Catil. II. 1. Quia et, passim literas *D* et *R* in codd. confundi, dictum est ad IX. 10. § 6. *Delata* Lov. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. in margine: *delata esset* etiam Flor. a m. sec. quum ante scriptum fuisset *delectasset.* Sed 'rejicere' in hac re propriam esse, vidimus ad II. 22. § 5. Paullo ante *dissensionis,* pro *disceptationis,* Ber. *dissensionis* Hearnii N. *discrepationis* Hafn. Alibi hæ voces confunduntur a scribis. Vide ad III. 31. § 8. X. 18. § 7. et viros doctos ad Tertull. adv. Marc. v. 10.

Quod erat senatus principumque sententia futurum] Voss. et Men. *quod ea.* Flor. et Gud. *quod ea sen. principumque sent. fuerat:* de quo dubitare nefas. *J. F. Gron.* *Quod ea* etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. *quod erat ea* Cant. *quod ea sen. principumque sent. futura* Lov. 5. *quod ea sen. principumque sent. fuerit* Ber. et Hearnii N. unde lectio, a Gronovio inventa ac probata, firmatur; quam in contextum recepi, quemadmodum et fecit Crevier.

§ 8 *Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium et vestimentis est adjutus*] Iterum corrupti codd. Mss. Pal. 1. *ob id emeritum comm. maxime copiaque rerum omn. vestis est adj.* Pal. 2. *ob id*

emeritum commeatus copiaque rerum omnium et vestis est addita. Pal. 3. *ob id emeritum commeatus copiaque rerum omnium et vestis est traditus.* Gebh. Scripti omnes et Andr. Becc. Ven. Tarv. Ald. Juntas *et vestis.* Ascensius et Mag. jam mutatum habent: sed male. Cicero in Verrin. I. 10. 'Argenti vestisque stragulæ quod fuerit, curasse auferendum.' Iterum, II. 72. 'Plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam.' Noster XXXI. 17. 'Aurum et argentum in forum deferri, vestem pretiosam in naves.' XLIV. 26. 'Quanta omnium præparata cura regis copia multitudini foret, quibusque muneribus principes advenientes vestis argenti equorumque excepturus rex esset.' Sed plus hic infuscati. Promiscui libri *copiaque rerum omnium vestis,* sine copulativa: quod mirabar, priusquam in Fl. et Gud. inveni *copiaque omnium rerum, maxime vestis.* Hoc quoque præclarum: sed tamen aliquid superest. Flor. Voss. Men. *quod inf. fr. Al. præparari.* Totum igitur accipe ex Gudiano: *Ob id mer. commeatu copiaque rerum omnium, maxime vestis, est adjutus, quam inf. frig. Al. præp. cogebant.* J. F. Gron. *Ob id emeritum* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter scriptum primo exstitit in Flor. ubi deinde litera *e* initialis expuncta est. In verbis seqq. Gronov. edidit *commeatu copiaque rerum omnium et vestis est adjutus,* quod servant Hearnii Oxon. et Ber. neque aliquid ex Rec. notatur: sed *commeatu copiaque rerum omnium vestibus est adjutus* habet Lov. 5. *commeatum copiaque rerum omnium et vestis est additus* Lov. 1. et 4. neque aliter Gaertn. nisi quod *adjutus* præferat: *commeatum copiaque rerum omnium et vestis est traditus* Cant. *commeatus copiaque rerum omnium vestituque est additus* Lov. 2. *commeatus copiaque rerum omnium vestis et additus* Lov. 5. *commeatu copiaque rerum omnium vestis est additus* Voss. *commeatu copiaque rerum omnium vestis est adita* Hafn. *commeatu copiaque rerum omnium vestimentis adjutus* Hav. *commeatus copiaque rerum omnium maxime vestis est aditus* Harl. Præterea *quæ inf. fr. A. parare cogebant* Ber. *quæ infames frig. Alpes præparari cogebant* Lov. 1. et Voss. *quod infames frig. Alpes præparare cog.* Lov. 4. Cant. Rec. et pleræque antiquarum edd. *quos inf. fr. A. præp. cog.* Lov. 3. *quod inf. fr. A. præp. cog.* Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *quam inf. fr. A. præp. cogebant* Hafn. Ex his singulis patet optime Gronov. hujus loci veram lectionem ex Gud. constituisse, quam etiam exprimi in contextu jussi.

§ 9 *Ad lævam in Tricastinos flexit, &c.*] Tricorii oppidi meminit Plinius III. 4. Cæterum cum in Allobrogibus jam esset Hannibal, Alpes transiturus, quomodo ad lævam in Tricastinos potuit flectere iter? quomodo deinde in Tricorios, atque adeo ad Druentiam flumen? Polybius certe ea non habet, undeunde acceperit Livius. Ego *ad dextram* mallim legere, sive locorum ignorantia, sive casu lapsus Livius, sive denique temporum injuria id erroris in auctoris codicem manaverit. *Glar.* De hoc itinere nihil Polybius: at Ammianus XV. 10. 'Annibal Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos, et oram Vocontiorum extremam, ad saltus Tricorios venit: indeque exorsus aliud iter ante hac insuperabile fecit, excisaque rupe in immensum elata per Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupavit Etruscas.' *Sigon.* Non recte ad Alpes (quod fuisset per Peninas aut Grajas) ivit, sed flexit in ulteriora, ut ad Coctias postea dictas perveniret: *ad lævam* inquit: quomodo? profecto *ad dextram,* nisi si relegere iter, et transire iterum Rhodanum voluit. Tabulas geographicas vide, et Glareanum, qui Livium incuriæ vel erroris hic notat.

Ego legendum putem *a læva:* et verum est: nam fluvium ad lævam reliquit, et ab eo flexit in Tricastinos, et mox Vocontios. *Lipsius,* Cent. ad Belg. I. 93. Iter hoc Hannibalis describit etiam Silius III. 466. ubi, postquam narrasset quemadmodum Rhodanum transierit, addit: 'Jamque Tricastinis intendit finibus agmen, Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit. Turbidus hic truncis saxisque Druentia lætum Ductoris vastavit iter.' Ceterum *ad lævam* in omnibus constanter scriptis supereat, nisi quod *ad lenam* sit in Hav. et tamen, ut vel *ad dextram,* vel *a læva,* quod propius ad vulgatum accedit, legamus, ratio itineris Hannibalici exigere videtur. Deinde *in Ticastinos* Hearnii N. *inter Castinos* Hav. *in Curstastinos* Lov. 3. Hinc *Vocuntiorum* Lov. 2. *Vocuorum* Voss. *Vocentiorum* Ber. et Hearnii N. *Vecontinorum* Hav. *Nocontiorum* Hafn. Tum *tendit* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Postea *in Trigorios* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. ac N. a m. sec. (in quo *in Tigorios* est a m. pr.) *in Trigoros* Ber. *ad Trigorios* Lov. 3. *inter Gorios* Hav. Deinde *ad Ruentiam* Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. Neque aliter erat in Flor. a m. pr. prima litera vocis *Druentiam* ab ultima præpositionis præced. elisa. Vide ad II. 44. § 6. *Ad Durentiam,* literis transpositis, Cant. *ad Adruentiam* Gaertn. Tandem *pervenerat* Ber.

§ 10 *Is et ipse Alpinus amnis*] *Isque ipse* Lov. 4. et 5. reliquis invitis.

§ 11 *Nova semper vada novosque gurgites faciens*] Τὸ *faciens* prodiit ex officina Mediolanensi. Romæ ignoravit Andreas, et arguunt νοθείας omnes scripti. Livius verbum *volvens* ad hæc omnia sufficere putavit: nam et 'vada volvere ac gurgites' bene dicitur amnis, qui volvendo arenas facit vada hac, illac gurgites. *J. F. Gron.* Illud *faciens* deest etiam in Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Gaertn. et Hearnii Oxon. D. et N. *Crevier.* expeditissima videtur lectio, quam Campanus expressit, *pluribus simul neque iisdem alveis fluens, per nova semper vada novosque gurgites, et ob eadem, &c.* Insuper *semper,* quod in reliquis Mss. superest, in uno deficit Ber. Paullo ante *nullis coactus ripis,* pro *coërcitus,* Hearnii N. quod ex alterius expositione ortum videtur. Curtius VI. 4. 'Angustioribus coërcitus ripis iter cogit.' IX. 2. 'Angustis ripis coërcita, et in angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt.' Præterea *non iisdem alveis,* pro *neque iisdem,* Lov. 4. et 5. In seqq. *peditis quoque incerta via est* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii N. *peditis incerta via est* Lov. 1. *peditis quoque certa via est* Hafn. *peditis quoque via incerta est* Lov. 2. et Ber. *quoque impeditis incerta via est* Rec. *pediti quoque incerta est via* Flor. Silius III. 472. 'Ac vada translato mutat fallacia cursu, Non pediti fidus, patulis non puppibus æquus.'

Ad hæc saxa glareosa volvens, nihil stabilis nec tuti ingredienti præbet] Veteres libri *glomerosa:* recte. Subdit enim, *nihil stabilis nec tuti ingredientibus præbet.* Sigonius. Ed. antiq. Mogunt. *nihil stabile nec tutum ingredienti præbet.* Sed de Druentiæ violentia poëtam audiamus Silium III. 268. 'Turbidus hic truncis saxisque Druentia lætum Ductoris vastavit iter,' &c. *Modius.* Sunt hæc in fornace Sigonii cusa, qui, recentissimæ notæ Ms. libro usus, plurimum interpolavit nitidissimum Romanæ historiæ auctorem. Pall. 1. et 2. *ad hoc saxa glareosa volvens, nihil stabile nec tutum ingredienti præbet.* Gebh. Sic partim a Sigonio, partim ab Aldo. Scripti tamen fere, ut Andreas *glareosa,* at *nihil stabile nec tutum.* Unus e Pall. Tarvis. Ven. Bec. Asc. Aldus, Mogunt. etiam *globosa.* Sic XXXVIII.

29. 'Saxis globosis, quibus ferme arenæ immistis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes.' Plinio tamen *glareosum solum*, et Columellæ *glareosa loca*. Sed *saxa glareosa* parum bene. Scribe *ad hæc saxa glareave*, vel *glareasque*. J. F. Gron. l. xxv. c. 17. 'Saxisque, quæ volvit amnis, propugnantem.' *Jac. Gron.* *Ad hoc* Flor. Ber. et Harl. Vide ad cap. 52. hujus lib. § 10. Τὸ *hæc* deerat in Cant. Tum *saxa globosa* Lovel. 4. 5. et Brancal. Latinii: *saxa gloriosa* Lov. 1. et Hav. *saxa glariosa* Harl. et Hafn. Non displicet Gronovii conjectura *saxa glareasque*, vel *glareasve*. Colum. vi. 23. 'Stabula sunt optima saxo aut glarea strata:' et lib. de Arbor. c. 17. 'In imum scrobem lapidem glareamque abjicere.' Hinc *volens* Cant. scribæ lapsu. Vide ad iv. 49. § 16. Deinde *nihil stabile nec tutum* omnes scripti mei: quod recte Gronov. contextui, unde ab Aldo ejectum fuerat, restituit. Denique *ingredientibus* Harl. a m. pr.

§ 12 *Et tum, forte imbribus auctus*] *Quod cum forte imbr. actus* Lovel. 2. *actus* etiam Voss. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 61. § 4. *Qui tum forte* Hav. *et cum forte* Lov. 3. 4. et Gaertn. Mox *tumultum facit*, pro *fecit*, Lov. quinque, Hafn. et Gaertn. Tandem *clamoribus terrebantur*, pro *turbabantur*, Lov. 4.

Cap. xxxii. § 1 *P. Cornelius consul*] *P. Corn. Scipio consul* Hearnii L. 1. Contra prænomen omittitur in Ber. et Gaertn.

§ 2 *Nec facile se tantum progressos adsecuturum*] Lege *prægressos*. Voss. *præversos:* sed ad marginem *progressos*. J. F. Gronov. Si excerptis cod. Voss. quæ habeo, credere licet, is legit *perversos* in contextu, *prægressos* in margine. At Hearnii N. *progressos* quidem a m. pr. sed *prægressos* a m. sec. præfert. Non tantum 'prægredi' et 'progredi,' sed et plura alia verba, cum præpositionibus *præ* et *pro* composita, passim a librariis confundi, dictum est ad ix. 10. § 7. *Se* deficit in Ber. a m. pr. qui etiam paullo ante ostentat *muminenta deserta*. Voss. *deserta munita*.

Ad mare ad naves rediit] Pall. 1. et 2. *ad mare ac naves rediit*. Pal. 3. *ad naves ac mare rediit*. Gebh. Sic jam Mog. Sed priores et scripti *ad mare ac naves*. L. xxii. c. 19. 'Tumultusque prius in terra, quam ad mare et ad naves, est ortus.' xxv. 15. 'Atinio cum suis ad mare ac naves deducto.' *J. F. Gron.* Vulgata lectio defendi posset ex xxxi. 42. 'Per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt:' ubi vide quæ notantur. Id tamen ne probare possim, obstat auctoritas Mstorum, qui omnes, etiam mei, uno excepto Cant. legunt *ad mare ac naves rediit:* quod etiam servant edd. Rom. 1472. et Parm. Ita xxvii. 28. 'Tantus pavor Romanis est injectus, ut passim ad mare ac naves fugerent.' xxx. 36. 'Cum ingenti præda ad mare ac naves rediit.' xxxvii. 13. 'Exutosque magna parte prædæ ad mare ac naves redegit.' xli. 7. 'Ceteros inermes fusosque ad mare ac naves fugisse.' xlii. 63. 'His gestis in Bœotia ad mare ac naves rediit.' *Ad mare ad naves* autem non apud primos Moguntinos obvium est; sed ita jam legunt iis antiquiores edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et Venet. 1498. quod Moguntini deinde revocarunt, quum interim alii recte *ad mare ac naves* restituissent. Solent autem voculæ *ad* et *ac* innumeris locis commutari. Vide ad ii. 10. § 8. cap. 12. § 8. iii. 42. § 7. iv. 12. § 3. cap. 17. § 1. vi. 14. § 12. c. 28. § 1. c. 35. § 3. c. 36. § 12. vii. 12. § 10. c. 19. § 9. c. 40. § 2. ix. 5. § 2. c. 44. § 7. x. 17. § 8. c. 18. § 7. hoc lib. c. 46. § 6. xxii. 1. § 12. c. 28. § 9. xxiii. 19. § 9. xxviii. 19. § 16. xli. 27. § 7.

Adde Burm. ad Suet. Cæs. c. 28.

Faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali obcursurus] Ant. Perizonius ad marginem Livii notavit vel voculam *ita* inducendam, vel locum hoc modo sibi refingendum videri: *faciliusque ratus desc. ab Alp. Hannibali occursurum*, vel *occurrere*. Codd. nihil mutant, nisi quod unus Ber. a m. pr. legat *tutius facilius desc. ab Alp. Hannibali*.

§ 3 *Sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem misit*] Pal. 1. *cum magna*. Gebh. Vide ad Epit. Liv. 60. *Sort. erat consul, Scipionem fratrem* Rec. *Cn.* prænomen et *consul* etiam commutantur VII. 16. § 8. *Sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem suum* Ber. Vide ad v. 46. § 1. Tum *adversus Hannibalem* Harl. Paullo ante *nec tamen nuda* Hearnii D. Vide ad Livii III. 47. § 7. *Ne tam nuda* Ber. Vide ad XXII. 59. § 13.

§ 4 *Non ad tutandos tantummodo veteres socios*] Omnes tres Pall. *non ad tuendos*. Gebh. Tres Pall. Men. *tuendos*. Voss. *adjiciendos*, et in margine *alliciendos*. J. F. Gronov. *Adjiciendos* unus meorum Lov. 1. *tuendum* etiam unus Lov. 3. sed *tuendos* Flor. Cant. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod tot codicum auctoritate confisus recepi. Mox *sed ad pellendum*, media voce *etiam* neglecta, Ber. quam etiam a Pal. 3. omitti Gebh. ad § 7. notavit. *Sed etiam ad expellendum* Voss. *sed etiam ad depellendum* Hav.

§ 5 *Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit*] Antea *Placentiam*. At *Genuam* habent et veteres libri, et Ammianus lib. XV. c. 10. loco citato. Supra autem cap. 26. dixit, eum præter oram Ligurum pervenisse Massiliam. *Sigon.* *Idem cum admodum* Ber. et Hearnii N. Tum *Jenuam* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *Jenevam* Rec. *Januam* Lovel. 3. Hafn. et Hearnii N. in cujus tamen margine est *Genuam*, quod pro *Placentiam* Aldus jam recepit, et exstitit etiam in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus] Τὸ *qui* non adparet in Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. nisi quod ultimo huic adjectum sit a m. sec. Deinde *exercitus* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hearnii N. et, eodem teste, Romana ed. Aleriensis, quod etiam habebat Rom. 1472. Mediolan. 1480. et Parm. Denique *descensurus* Hav. quæ verba librarios etiam alibi commutasse, videbimus ad XXXIX. 24. § 9.

§ 6 *Ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes*] *Ab Ruentia* Lov. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Vide ad cap. præc. § 9. *Ab Adruentia* Flor. Cant. Lovel. 1. Gaertn. Harl. Ber. Hafn. et Rec. qui indicare videntur duplicem se scripturam *ab* vel *a Druentia* invenisse. Deinde *ad Alpes cum bona pace incol. ea loca Gall. pervenit* Flor. et Ber. Vox *Gallorum* exsulat ab Harl.

§ 7 *Quamquam fama prius (quæ quidem incerta in majus vero ferri solent) percepta res erat*] Τὸ *quidem* abest a Pall. tribus; sicut paullo ante τὸ *etiam* a Pal. 3. *Gebh.* Tres Pall. et Voss. ablegant τὸ *quidem:* dein Voss. et Men. *præcepta.* Ego vero libens induxerim τὸ *res:* ut *præcepta erat* respiciat τὸ *altitudo:* aut etiam fecerim *præcepta erant:* nempe omnia quæ mox exponit. Nam *prius præcepta* non magis me offendit, quam alibi 'ante præcautum:' nisi τὸ *prius* delere mavis. *J. F. Gron.* Flor. Voss. Gud. *quæ incerta*. Gud. etiam et Andreas *solet*. Forte *quæ incerta in majus vero ferre solet*. Flor. quoque *præcepta*. Idem. Nullus etiam meorum codd. τὸ *quidem* agnoscit, nisi solus Cant. qui contra præcedens *quæ* omisit. Tum *quæ incerta in majus oratio ferri solet* Lov. 1. *quam incerta in majus oratio ferri solet* Voss. *fama prius*,

quam incerta immaniora ferri solent Lov. 3. *fama plusquam in cetera in manis omnino ferri solent* Lov. 5. *fama prius incerta in majus vero ferre solent* Harl. *fama prius quæ incerta in majus omnino vero ferri solent* Gaertn. *quæ* (*quæ* a m. sec.) *in cetera* (*incerta* a m. sec.) *in majus vero ferri solet* Flor. *quæ incerta immanis vero ferri solet* Hafn. *quæ incerta in majus vero ferri solet* Ber. et Hav. ut et mihi Gronovii conjectura verisimilis videatur. *Præcepta* autem non tantum mei, præter Harl. et Hav. omnes, sed et Hearnii Oxon. cujus caussa nequaquam vocula *prius* delenda est. 'Prius præcipere' etiam dixit Lucret. VI. 1046. 'Propterea quia nimirum prius æstus ubi æris Præcepit, ferrique vias possedit apertas:' ubi vide Lambin. et quæ notantur hoc lib. ad cap. 20. § 8. 'Percipere' autem et 'præcipere' sæpe in codd. commutantur. Vide ad VII. 26. § 8. Voculam autem *res* omnes libri tuentur, quibus invitis inducere non audeo.

Animalia inanimaliaque omnia] Sic vet. At debuistis mutare istud *inanimalia*, quod non reperitur, in id quod consuetum est *inanima*. Valla. Et hoc *inanimaque* Mediolanensis est officinæ, acceptum a Laur. Valla. Romani et scripti *inanimaliaque*. Lege *inanimataque*. Statim quoque consensu scripti *terrorem renovarunt*, non *renovavere*. J. F. Gron. *Animaliaque omnia rigentia gelu* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii D. atque a m. pr. N. *animalia inanimalia rigentia gelu* Ber. a m. pr. qui *inanimaliaque rigentia* habet a m. sec. *animalia inanimaliaque omnia rigentia* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hearnii N. a m. sec. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Si *inanimataque* codd. auctoritate firmaretur, omnino probarem. Id enim vocabulum adversus Vossium satis adseruit Borrich. in Cogitat. de Ling. Lat. p. 127. Nunc, ut propius ad scriptorum lectionem accederem, vellem *inanimātiaque*, sive *inanimantiaque*, modo eam ævi Liviani vocem esse constaret, quam apud Senecam invenio epist. 58. 'Hoc sic dividam, ut dicam; corpora omnia aut animata esse, aut inanimantia:' et paullo post, 'Corpus quomodo divido? ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia.' Voce 'animantia' Livius usus est, sed ei obposuit 'inanima,' XLI. 18. 'Satiati cæde animantium, quæ inanima erant, parietibus adfigunt.' Donec igitur de *inanimans* melius constet, τῷ *inanimataque* Gronovii controversiam non movebo, quamvis etiam id me alibi apud Livium legere non memini. Deinde *renovarunt* etiam omnes mei: *renovant* Hearnii D. *renovare* primæ edd. quod postea mutatum est in *renovavere*. Aldus deinde in erratis substituit *innovarunt*: quod obtinuit, usque dum Froben. 1531. *renovavere* revocaret.

§ 8 *Erigentibus in primos agmen clivos adparuerunt inminentes tumulos insidentes montani*] *Erig. agmen in clivos* Lov. 2. *Erig. primis agmen in primos clivos* Ber. *Erig. primis agmen in clivos* Hafn. Gaertn. et Hav. Manus docta ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *Emergenti in primos agmini clivos*. 'Erigere' in hac re sæpissime a Livio adhibetur. Vide ad X. 26. § 8. Tum *properaverunt imm.* Hav. *appar. inde imminentes* Ber. a m. sec. Hinc *montani insidentes* Gaertn.

Qui, si valles occultiores insedissent] Pal. 2. *valles insed. occult.* At Pal. 1. *qui si valles occult. in se dedissent.* Persuadeo mihi, legendum omnino fore *insesedissent*, ab antiquo præterito 'insesedi.' Sic veteris historici Sisennæ fragmentum ex vestigiis cod. Ms. restitui, 'proloqui supersesederunt de virtute eorum accusanda.' Sic Antias dixit 'occecurrit.' Vide Antiq. Lect. I. 14. *Gebh.* *Qui si valles occult. in se dedissent* etiam Harl. Gebhardi conjecturam *insesedissent*

verissimam esse, ego etiam mihi persuadebo, ubi nobis probaverit Livium historicum decere, quæ Ennium aut Pacuvium; et optimo seculo linguæ Latinæ eodem modo Romanos locutos esse, quo Numa in carminibus Saliaribus. *In valles occult. insedissent* Voss. Lov. 1. Rec. Gaertn. et Hearnii N. a m. pr. Male. Infra XXII. 28. 'Quot quemque locum apte insidere poterant.' XXV. 17. 'Ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribunt.' XXVI. 44. 'Quingentis militibus arcem insedit.' XXXV. 4. 'Saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt.' c. 11. 'Ipsas fauces exercitus Ligurum insedit.' XXXVI. 30. 'Qui tum impeditum saltum nullo præsidio, ut clauderet transitum, insedisset.' lib. XXXVIII. c. 2. 'Per notos calles breviore via prægressi transitus insedere.' XLIV. 2. 'Perseus omnes saltus insidere præsidiis statuit.' Vide ad IX. 15. § 3. et quæ notavi ad Silii XII. 486.

Coorti in pugnam repente, ingentem fugam stragemque dedissent] *Ad pugnam* Flor. et Harl. Supra IV. 56. 'Fama adfertur, summa vi ad bellum coortos.' Sed nec alterum damno. VII. 3. 'Omnibus in eum tribunis plebis coortis.' Tum *edidissent* Gaertn. Verum, licet alibi forte apud Livium 'edere stragem' obcurrat, quum tamen alii codd. vulgatum servent, verius videtur, ultimam literam τοῦ *stragemque* in voce sequenti perperam repetitam, atque ita ex *dedissent* factum esse *edidissent*: præsertim quum 'dare stragem' in Livio obvium sit. IV. 30. 'Stragem siti pecorum morientium dedit.' c. 33. 'Ruinæ similem stragem eques dedit.' VII. 23. 'Stragemque inter se cæde ipsa fœdiorem dare.' Ceterum *fugam ac stragem* Rec.

§ 9 *Consistere signa jubet; Gallisque ad visenda loca præmissis*] Legatos Boiorum intelligit, qui se hujus itineris duces futuros esse professi fuerant. *Sigon.* *Consistere signa jussit* Flor. et Cant. Vox autem *loca* non exstat in Lov. 3.

Inter confragosa omnia præruptaque, quam extentissima potest valle, locat] Initio fuerat in Pal. 3. *quam extentissima pote.* Sicut Propert. II. 1. 46. 'Qua pote quisque in ea conterat arte diem.' Et sæpissime utitur P. Syrus. *Gebh.* Id mihi ita per compendium pro *potest* in eo cod. scriptum fuisse videtur, aut error librarii habendus est. Alibi enim Livius aut ceteri ejus seculi scriptores prosaici ita non loquuntur. Ceterum *confragosa omnia et prærupta* Ber. Deinde *extensissima* dedit ultima Gruteri ed. quod posteriores retinuerunt. At *extentissima* superest in Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Infra XXX. 19. 'Profectus, quantum pati vis per vulnus poterat, itineribus extentis.'

§ 10 *Tum per eosdem Gallos*] Uberius Pal. 2. *Tum per eosdem Gallos, quos præmiserat ad visenda loca.* Gebh. Una adhuc voce auctior Lov. 2. *Tum per eosdem Gallos, quos ante præmiserat ad visenda loca* dedit. Sed illa ex præcedenti ad marginem adscripta perperam in contextum irrepserunt. Mox *obsederi*, pro *obsideri*, Lov. 1. Vide ad IX. 2. § 3. Deinde *noctem* Cant. Sed ultima litera repetita est ex similitudine vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. *Interdiu* et *nocte* hic obponuntur, de quo vide ad XL. 10. § 7.

Ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus] Sic quoque primi Mediolanenses. Scripti et Romæ Andreas, *ut ex aperto atque interdiu vim per ang. facturus.* Quod quid necesse fuerit mutari, non video. Vide ad XXXII. 9. *J. F. Gron.* *Vim* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. Hearnii N. et apud Crevier. ed. Campani. Inter versus tamen in Voss. pro *vim* adscribitur *iter*. Sed vox tota omissa

est in Hearnii L. 1. unde etiam præclare τὸ *vim* adstruitur. Quum enim per compendium *ū* scriptum fuisset, a vocis praeced. literis ultimis id interceptum est. Porro voces *vim* et *viam* alibi scribæ in membranis vetustis commutarunt. Vide ad locum laudatum XXXII. 9. § 8. Præterea *ut ex ea aperto* Flor. Voss. Lov. 1. 2. a m. pr. Harl. et Hav. *ut ex eo aperto* Gaertn. *ut ex ea aperte* Lov. 4. et 5.

§ 11 *Quum eodem, quo constiterat, loco castra communisset*] Pall. tres *cum eodem, quo constituerant, loco castra communissent.* Gebh. Scripti *eodem, quo constiterant, loco castra communissent:* ut intelligantur Pœni vel milites, non solus Hannibal, ut ad proxima verba. *J. F. Gron.* *Constiterant* et *communissent* etiam plerique, quibus utor, codd. præsertim optimi eorum Flor. et Cant. etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. et alii, invitis Hearnii Oxon. alterum servantibus. At Gronovio adsentiuntur primæ edd. fere usque ad Aldum, qui in erratis *constiterat* et *communisset* emendavit; cui reliqui postea obtemperarunt. In nonnullis antiquissimis edd. per errorem datum erat *constiterant*, et *communisset*, unde in alia factum est *constiterunt* et *communisset*, quod etiam servant Ber. Harl. et Gaertn. Vox *castra* deficit in Cant. Paullo ante *aliud quam parabatur* Rec. *aliud quam apparabatur* Lov. 4. et 5. *aliud quam quod paratur* Flor.

§ 12 *Degressos tumulis montanos laxatasque sensit*] *Digressos tumulis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Gruter. qui in ultima recte *degressos* restituit. Vide ad IV. 17. § 1. Tum *et laxatas sensit* Ber. *laxatasque sentit* Lov. 4. et 5. Mox *pluribus luminibus, pro ignibus*, iidem duo posteriores: quod ex glossa interpretis invaluit. Ea vero vox deerat in Flor. postea inter versus adscripta, in quo etiam a m. sec. emendatur *maxima* parte. Vide ad IV. 2. § 2.

§ 13 *Ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit*] *Cum expeditis acerrimoque viro* Ber. et Hav. Vide ad V. 27. § 1. Deinde Ant. Perizonius ad marginem Livii dubitat an non legendum sit *in angustias evadit:* quod sensui repugnare puto. Nam 'evadere in aliquid' notat nitendo in illud adscendere, pervenire. At hic angustiis deprehensus erat Hannibal, ut aperte ex præcedentibus patet, quibus se expedire, inde se eripere conabatur. De locutione vide ad XLV. 41. § 4. Mox *iisque ipsis tumulis* Hafn. et Gaertn. *iisque ipse tumulis* Flor.

CAP. XXXIII. § 2 *Alios arce occupata sua super caput imminentes*] Vet. lib. *sua supra capita.* Sigon. Liber Sigonii *sua supra capita.* In Pal. 1. a m. sec. interpolatum est *sua super capita imminentes.* Reliqui duo non divertunt a vulgata lectione, nisi quod ἀρχαϊκῶς *imminentis.* Gebh. *Arce sua occupata* Ber. *arce occupatos sua* Harl. Tum *super capita imminentis* Hav. Reliqui omnes, a vet. lib. Sigonio magis dissentientes, vulgatum tuentur. Utrumque *super* et *supra, caput* et *capita* ferri posset. Vide ad III. 17. § 2. IV. 22. § 6. et X. 41. § 14. *Super* etiam ac *supra* passim commutantur. Vide ad XXIII. 36. § 6. Satis itaque standum, nihilque mutandum puto. Paullo ante *dato* deficit in Lov. 1.

Alios via transire] Forte *alios infra transire.* J. F. Gron. Ex meis codd. nihil notatum invenio, nisi Ber. alio ordine præferre *alios transire via.*

§ 3 *Utraque simul objecta res oculis animisque immobiles parumper eos defixit*] Conjunctionem *que* omiserunt quidam codd. recentes; sed absque ea nullus erit hic sensus. *Glar.* Notatum patri video, in uno Gud. hanc scripturam *objecta res oculis, animis immobiles* exstare. Flor. et Voss. *oculis animisque imm.* quod et ipse in Cantabr. et Oxon. offendi. Nec de-

fixi animo magis sunt immobiles, quam corpore, nec unam partem hominis turbatam refert Livius hoc loco potius, quam XXVIII. 6. 'Quum omnium animos oculosque ad certamen avertisset:' et alibi. *Jac. Gron.* Si Glareanus, ut plerumque alibi, etiam hic per codd. intellexit edd. priores, verum non est recentes demum codd. conjunctionem *que* omisisse, quum ab antiquissimis exsulet. Ex illis enim, quibus utor, solas eam servare video Ven. 1495. et 1506. cum Ascensianis quatuor, ed. Cervicorni, et Paris. 1529. Hæc autem non ideo disputo, quia copulam ejiciendam puto; sed ut veritas rei et priscarum edd. lectio adpareat. Præter codd. vero, quos Gronovius laudavit, copulam probant etiam Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Eandem etiam in duobus e suis superesse Crevier. monuit. At omnes hæ voces, præter primam *Utraque* et ultimam *defixit*, perperam neglectæ sunt a scriba Hav. Præterea *Utraque simul res objecta* Lov. 2. et Ber. Tum *eos parumper defixit* Lov. 3.

Ut trepidationem in angustiis, suoque ipso tumultu Hannibalis misceri agmen] Tres Pall. exturbant vocem *Annibalis*. Gebh. Lege *suo ipsum tumultu misceri agmen videre*. Et sic Florent. I. 54. 'Alios sua ipsos invidia opportunos interemit.' Nam τὸ *Annibalis* tres Pall. Men. Voss. refutant. *J. F. Gron.* *Ut trepidatione in angustiis* Lov. 2. et Hav. Sed ultima litera vocis *trepidationem* intercepta est a vocula sequenti. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Contra *ut trepid. angustiis* præfert Hearnii N. a m. pr. ubi litera ultima τοῦ *trepidationem* intercepit vocem proximam. Vide ad X. 13. § 3. Deinde vocem *Hannibalis* ignorant omnes omnino, quos vidi, Mss. ut et Hearnii Oxon. Videat igitur Doujatius, quinam codd. fuerint, qui habeant *Hannibalis misceri agmen*. Quum autem ipse fateatur, eo nomine omisso sensum satis patere, facile carere possumus hoc emblemate scribarum, licet addat idem Doujat. illud receptum faciliorem adhuc intellectum præstare. Insuper *suosque ipso tumultu* Lov. 1. et ejusdem Hearnii D. et N. a m. pr. qui *suoque ipso tumultu* servat a m. sec. quod etiam est in Cant. Vess. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Hav. et Gaertn. *suoque ipsi tumultu* Ber. Gronovius in prima nott. ed. legendum censuit *suoque ipsorum tumultu*. Nactus deinde excerpta optimi Flor. ejus lectionem in curis secundis rectius probavit. Et solet ita eleganter τὸ *ipse* inter *suus* ejusque substantivum alio casu medium interponi. Supra lib. VII. cap. 4. 'Sævitiam non magis in alienis, quam in proximis ac sanguine ipse suo exerceret.'

§ 4 *Equis maxime consternatis, quidquid adjecissent ipsi terroris*] Hoc loco Pall. tres inserunt provocabulum, *quibus quicquid adjecissent*. Gebh. Inserunt etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hearnii D. et N. et edd. Frobeniana 1531. antiquiores. Insuper *quidquid adjecissent ipsis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav.

Satis ad perniciem fore rati] Hearnius notat aliquem ad marginem Oxon. N. notasse, præpositionem *ad* vacare: quod quid sit, non intelligo; licet etiam meminerim eorum, quæ notavi ad IV. 30. § 15. Non enim videntur huc convenire. *Satis ad perniciem*, ut 'satis ad arcendum' XXI. 17. 'Si ad arcendum Italia Pœnum consul alter satis esset.'

Perversis rupibus juxta invia ac devia adsueti discurrunt] Pal. 2. *diversis rupibus*. Mox omnes tres *decurrunt*. Gebh. Pall. et Andreas *decurrunt*, non *discurrunt*. Forte etiam *per transversa rupis juxta invia ac devia*. J. F. Gron. *Decurrunt* Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. Hear-

nii N. et edd. ante Aldum, qui primus dedit *discurrunt*. Etiam alibi hæc verba commutantur. Vide ad x. 27. § 8. et Burm. ad Nason. Met. III. 560. Et ita passim verba cum *de* et *dis* composita a librariis confunduntur. Vide ad VII. 23. § 6. et mox hoc cap. ad § 7. Gronovii conjectura Crevier. minus audax videbatur, qui *perversis rupibus* exponit, per infestas incommodasque rupes, eoque sensu eam vocem usurpari docet apud Plaut. Men. v. 5. 1. Virgil. Æn. VII. 584. et Propert. IV. 9. 38. *Invia* autem *ac devia* refert ad τὸ *decurrunt*. Totum igitur locum ita accipit: per infestas molestasque rupes decurrunt haud ægre, utpote adsueti, invia pariter ac devia. An tamen 'perversus' ita accipi possit, admodum dubito. Certe Cerda ad loc. laud. Virgil. 'perversus' locis illis Plauti, Virg. et Propert. interpretatur adversus, contrarius.

§ 5 *Sibi cuique tendenti, ut periculo prius evaderet*] Perperam hic Pal. 2. *sibi quisque intentus*. Gebh. Gronovius edidit *sibi quoque tendente*, testatus ad XXII. 5. § 1. se manum dedisse ita corrigenti Freinshemio, quem vide ad Curtii IV. 9. § 19. Proxime accedit Voss. si excerptis ejus credere licet, in quibus ex illo cod. notatur *sibi quoque tendenti*. Omnes fere reliqui, quibus utor, codd. *sibi cuique tendenti* servant, quod de suis D. et N. monuit etiam Hearne. Soli Ber. et Hav. præferunt *sibi cuique cedenti*. Tale aberrationis librariorum exemplum habuimus x. 36. § 7. Scriptum fuerat primo *tēdenti;* unde, neglecta addita nota, factum est *cedenti* ob similitudinem literarum *t* et *c* in scriptura Longobardica; de qua re vide VI. 35. § 2. Deinde *periculum prius evaderet* Ber. Sed nihil muto ob reliquorum Mss. vulgatum tuentium auctoritatem. Supra VIII. 26. 'Ut expeditior in præsentia fuga, ita fœdior, postquam periculo evaserunt, visa.' Vide Burm. ad Val. Flacc. VII. 163. Insuper *periculo prior evaderet* scribendum conjecit Gronov. loc. laud.

§ 6 *Clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussæque valles augebant*] Perperam Pal. 1. et 2. *clamoribus dissensionibusque*. Gebh. Ex aliis scriptoribus quædam subjungam, quæ hunc locum illustrare possunt. Arrianus Exped. Alex. VI. 13. 'Ὡς δὲ ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ὤφθη, αὖθις κρότῳ δὴ πολλῷ ἐπεκτύπησεν ἡ στρατιὰ πᾶσα· ἐπήχησαν δὲ αἵ τε ὄχθαι, καὶ αἱ πλησίον αὐτῶν νάπαι. *Ut autem inscendisse equum visus est, ab universo rursus exercitu applausum est, ripis ac nemoribus vicinis clamore resonantibus*. Curtius III. 10. 'Redditur a Macedonibus major' clamor, 'exercitus impar numero, sed jugis montium vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petræque, quantamcunque accepere vocem, multiplicato sono referunt.' Idem IV. 12. 'Et Macedones, sive alacritate, sive tædio exspectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem, redditus et a Persis, nemora vallesque circumjectas terribili sono impleverat.' Quo loco *nemora* et *valles* junguntur, ut hic apud Livium. *Lamb. Bos*, Specim. Animadv. Lat. p. 6. *Qui ex clam. dissonis* Hafn. *qui et clam. dissensionis* Flor. et Cant. *qui et clam. dissentionibusque* Hearnii N. *qui et clam. dissessionibus* Lov. 1. *qui et clam. et dissensionibus* Lov. 4. *qui et clam. dissentientibus* Voss. cujus margini *dissonis* vel *dissentientibus* adscribitur. *Qui et clam. dissonantibus* Lov. 2. Paullo ante *equis maxime infestum* Lov. 3. 4. Gaertn. et Hearnii N. *equi tamen infestum* Harl. In verbis seqq. *territi trepidant*, pro *trepidabant*, Flor. a m. pr.

Icti forte aut vulnerati adeo consternati sunt] Flor. et Gud. *vuln. adeo consternabantur*, non *consternati sunt*. J. F. Gron. *Icti ac vulnerati*

Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. Vide hoc lib. c. 53. § 3. et mox ad § 8. Deinde *consternabantur* primus edidit Jac. Gronovius, secutus, ut videtur. Cant. et a patre consultum Flor. in quo ita est a m. altera inter versus emendatum, quum in contextu scriptum fuisset *consternebantur*.

§ 7 *Quum præcipites diruptæque utrimque angustiæ essent*] *Deruptum* verum sincerumque puto. Atque multis locis penitus inolevit error iste, ut *di* pro *de* vicaria quadam opera subierit per obreptionem. *Deruptæ* autem sunt 'deorsum ruptæ.' Sic c. 32. *degressos tumulis*, non *digressos*, integrum incontaminatumque credo, id est, 'de tumulis gressos.' *Turneb.* Advers. XIII. 18. Conjecturam Turnebi ultima ed. Gruteri in contextum recepit. Vulgato plerique codd. consentiunt. Sed *præcipites diruptæ* legit Ber. *præcipites deruptæque* Lov. 2. et 4. quod cum *deruptæ* eodem modo commutari potuit, quo 'dirutus' et 'diruptus' permutantur. Vide ad IX. 45. § 17. Infra XXXVII. 39. 'Flumen ab ea parte ripæque deruptæ claudebant:' ubi vide. Verum autem esse, *de* et *di* in compositis commutari, modo dictum est ad § 4. Tum *angustiæ erant* Hearnii N. In verbis mox proximis *immensæ alt. dejecit* Lov. 2. *immensum alt. dejecit* Hav. præpositione elisa a prima syllaba vocis seq. Vide ad III. 41. § 6. *Immensum alt. dejectum* Ber. a m. pr. *in immensum* a m. sec.

Quosdam et armatos, inde ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur] Vet. lib. *quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum on. devolv.* Sigon. Pessime isthæc depravaverat Sigonius, arbitratus *modo* esse adverbium, cum sit sexti casus nomen. Sic alibi dixit Livius 'agminis modo,' 'grandinis modo,' 'torrentis modo,' quod notat agminis more, torrentis more, grandinis more. Idem semet explicat Livius XLII. 66. 'Ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit.' *Grut.* Hæc ita exhibet Pal. 2. *immensæ alt. dejecit quosdam: et armatos ruinæ maximæ modo: ut jumenta cum oneribus devolv.* Gebh. Pessime hunc locum tractarat Sigonius. Intelligendum, hunc tumultum accidisse maxime circa impedimenta. Ideo quam antea hominum stragem, et quos præcipites turba dejectos dixit, accipio lixas et calones. Pergit *quosdam et armatos, sed ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus.* Sic enim Flor. a m. pr. etsi postea adscripserit aliquis *devolvebantur.* Unum verbum *dejecit* sufficit omnibus. Nihil politius. *J. F. Gron.* Fortassis scripserat Livius *ruina maxime modo.* Infra cap. 38. 'Hoc maxime modo in Italiam perventum est.' XXXIV. 12. 'In hunc modum maxime adhortatus pronunciat.' XXXV. 34. 'Itineris maxime modo solutis ordinibus.' XXXVII. 30. 'Hoc maxime modo ad Myonnesum navali prœlio pugnatum est.' *Duk.* *Quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolv.* Ber. a m. pr. qui *et* pro *modo* præfert a m. sec. *quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum hominibus devolv.* Hav. *quidam et armati in ruina maxima, et jumenta cum oneribus devolv.* Lov. 2. *quosdam et armatos, inde per ruinas montium jumenta cum oneribus devolv.* Hafn. Reliqui codd. parum a lectione, quæ ante Sigonium obtinuit, abierunt: *si* pro *inde* erat in Cant. *eidem* in Lov. 3. *idem* in Lov. 5. Vide ad I. 19. § 7. Tum *cum omnibus oneribus* Gaertn. et *devolvebant* Lov. 1. Sed recte Gron. Florentini scripturam probavit, quam etiam recepi, nisi quod tamen *devolvebantur* expungere ausus non fui: quod nec fecit Crevier. licet ita in uno cod. invenisset, eamque scripturam probaret. Recte τὸ *modo* Gruterus exposuit. Infra XXVII. 48. 'Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum ex-

templo prœlium instructis armatisque.' XLIV. 41. 'Si vero aut ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinæ modo turbantur.' Spart. Hadr. IX. 'Omnia denique ad privati hominis modum fecit.' Vide ad XXVII. 4. § 12.

§ 8 *Suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret*] Gruterus in ultima ed. vulgarat *tumultum ad trep.* Sed Gron. recte priorem lectionem recepit, eamque ab vett. codd. firmari in priore ed. notarum monuit: non dissentiunt mei, nisi quod *tumultum ad trep.* in Lov. 3. inveniam, *tumultum aut trep.* in Cant. Vide modo ad § 6. Hearnius *tumultum ac trepidationes* ex suo N. profert. Deinde *augerent* Lov. 5. Gaertn. et Hearnii D. ac N. altera lectione postremi margini adscripta. Paullo ante *visu fœda* Lov. 2. Ber. et Hav. *fœda visa* Gaertn. *fœda visui* Lov. 1. Male. Supra in Præf. 'Fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites:' ubi quæ notavi exempla, vulgatum hic adstruunt.

§ 9 *Quum impetu ipso fudisset hostem, equis quoque tumultum auxit*] Vos mutastis unam tantum dictionem, *equumque* indocte pro *equis* ponentes, quum fuerit ponendum *suis*. Præterea sic mutandum, *periculumque, ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset*. Valla. *Suis tumultum auxit* restituit Valla. In Pall. binis adhuc residet lectio eidem exacta. Sed Pal. 2. *ipse quoque tumultum auxit:* ad quod alludunt laudati modo codd. in quibus initio perscriptum fuerat *quis modo tumultum auxit*. Gebh. *Equis quoque tumultum*, ut Valla in cod. emendando invenit, superest in Flor. Lov. 3. 4. et Harl. *equis tumultum auxit* in edd. Rom. 1472. ac Parm. *quis quoque tumultum* in Lov. 1. *quisque tumultum* in Lov. 2. et Rec. *is equis tumultum* in Hafn. *ipse quoque tumultum* in Ber. Lov. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *ipse quis quoque tumultum* in Cant. duabus lectionibus simul junctis. Particula *quoque* deerat ab omnibus edd. quam se ex veteribus adjecisse Gronov. in pr. ed. notarum monuit. Ceterum in superioribus *periculumque esse, exutum impedimentis exercitum nequidquam incolumen traduxisse* legunt Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quomodo etiam Valla in cod. invenit, pro quo substituendum censuit, quod nunc vulgo circumfertur. Τὸ *ne* perperam etiam omittebatur in Voss. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. ejus loco *ac* præfert Lov. 3. *si* Lov. 5. Ber. Hafn. et Hav. Tum *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 47. § 9. *nequaquam* Lov. 4. Vide ad XXVII. 26. § 2.

§ 10 *Postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur*] Flor. *liberatum*. Ut possis suspicari fuisse *liberatum iter*. J. F. Gron. In neutris ejusdem cod. excerptis, quæ habeo, lectionem illam reperi. Fidem tamen viri summi arguere nequeo, nisi forte Flor. pro alio codice memorarit. Præterea vox *fuga* exsulat a Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. (nisi quod codici N. a m. sec. adjiciatur) et edd. Rom. 1472. ac Parm. ut sit *liberata montanorum*, quemadmodum v. 28. 'Ejus verecundiam non tulit senatus, quin sine mora voti liberaretur:' et XLI. 19. 'Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, nec arguit.' At, eadem transposita, *montanorum fuga* Lov. 2. Hinc *sedatus* idem Lov. 2. et Hav. *sedantur* Hearnii N. a m. pr. Mox *transducti* Harl.

§ 11 *Castellum inde, quod caput ejus regionis erat*] Hanc πόλιν vocat Polybius III. 51. id est, urbem eam, ex qua Allobrogum incursiones in exercitum Annibalis fiebant. *Sigon.* Vox *ejus* deficit in Ber.

Vicosque circumjectos] Flor. *viculosque circumjectos*. J. F. Gron.

Ut captivo a pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primo perculsis, nec loca magnopere impediebantur] Hic vos nihil aliud, quam

loca mutastis in *locis*. Ego vero sic, *et captivorum pecoribus per trid. exerc. aluit. Et quia nec mont. prælio perc., nec loco magnopere imped.* Valla. *Captivorum pecoribus* a Valla est, cum libri haberent *captivo ac pecoribus*. Posset quidem *captivis pecoribus*, vel *captivo pecore* legi: sed altius ulcus sedisse videtur. Polybius in commodis hujus victoriolæ III. 51. *Παραυτίκα μὲν γὰρ ἐκομίσατο πλῆθος ἵππων καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἅμα τούτοις ἑαλωκότων ἀνδρῶν· εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ θρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις εὐπορίαν.* Ergo suspicio est, post *captivo* excidisse quædam, quibus idem exposuerat Livius, recepisse illic Annibalem magnum numerum captivorum equorum et jumentorum, a montanis abductorum. *J. F. Gron.* *Et captivis ac pecoribus* Lov. 1. *et captivo ac pecoribus* Flor. Cant. Lov. 1. 3. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *et captivo et pecoribus* Lov. 4. 5. *et captivo atque pecoribus* Berol. Vellem docuisset nos Doujatius, in quibus scriptis legeretur *captivo ac pecore*. Sed verisimiliter id hausit ex Gronovii notis nimia neglegentia consultis. Quod ut credam, efficiunt, quæ pari diligentia ac cura ex eodem addit Polybium referre: 'Hannibalem ab montanis, quos inpetu facto devicerat, magnum equorum ac jumentorum numerum abduxisse: eorum itaque captivorum pecoribus triduo victitasse ejus exercitum:' quod tamen neque Gronovius, neque Polybius, cujus verba Gron. hic laudat, dixerunt, aut dicere potuerunt: quo enim referenda essent verba *captivorum pecoribus?* an pecoribus captivorum equorum ac jumentorum, quorum proxime mentio facta erat? aliud enim nihil video. Ceterum Gronov. in pr. ed. nott. malebat *captivis pecoribus*, notans 'captiva pecora' non insolentius dici, quam 'captiva arma' VII. 14. 'captiva navigia' X. 2. et 'captivum aurum argentumque' XLIV. 40. Et ita 'captivum solum' V. 30. 'captiva pecunia' X. 46. 'naves captivæ' XXVI. 47. Vide ad VI. 22. § 4. Crevier. etiam vel *captivis pecoribus*, vel *captivo pecore* legendum putat.

Quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere inpediebantur] Vitium alit τὸ *primo*. Deinde Flor. Gud. Voss. *loca*. Fortasse *et quia nec montani prælio perculsi, nec loca magn. inpediebant, aliq. eo triduo viæ confecit.* Τὸ *prælio* vidit et Valla, sed *loco* fecit, pro *loca*. J. F. Gron. *Prælio*, pro *primo*, Campanum, sed forte Vallæ obsecutum edidisse, auctor est Crevier. Tum *loca* etiam Cant. Lov. 1. 3. et Hafn. *locis* Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii N. Ex Lov. 2. Harl. Rec. Gaertn. et Hav. nihil notatur, unde in iis *loco* fuisse videtur, ut Valla volebat, et edd. exhibent. Ceterum displicet etiam *inpediebantur* propter sequens 'confecit;' unde, si lectio Vallæ placet, *inpediebatur* legendum puto. Posses tamen et *inpediebantur* retinere, et accipere hoc modo: Hannibal eo triduo aliquantum viæ confecit, quia milites ejus non inpediebantur vel montanis prælio perculsis, vel loco. Ceterum *percussis* Lov. 3. et Ber. Tum *magno opere* Flor. a m. sec. Vide ad XXVIII. 18. § 4. Mox *aliquantulum* Ber. et quædam antiquarum edd. Vide ad VII. 36. § 5. et *fecit*, pro *confecit*, Hav. reliquis invitis.

CAP. XXXIV. § 1 *Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum*] *Populum* dixit æque ac Græci δῆμον usurpant: qui et *populum* significat et *castellum*. Sigon. *Perventum deinde* Lov. 4. Sed sensus requirit *inde*, nimirum a montanis, quorum capp. duobus præcedentibus meminit. Quin, si vel maxime sensui *deinde* conveniret, attamen, reliquis codd. invitis, nihil mutandum putarem: *inde* enim sæpe pro 'deinde' usurpatur. Vide ad XLII. 55. §

6. *deinde* autem mox sequitur. Habendum itaque pro aberratione librarii, quales passim obcurrunt. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Deinde *ut intra montana* Lov. 2. et Hav. Vide ad v. 27. § 3. *Ut inter montanos* Flor.

Fraude, deinde insidiis] Flor. *fraude et insidiis*. J. F. Gron. Similiter legit Cant.

§ 3 *Obedienter imperata facturos*] *Obedientur* Lov. 5. *obediunt* Hav. *obedientes* Gaertn.

§ 4 *Nec temere credendum, nec adspernandos, ne repudiati aperte hostes fierent*] Credo legendum, *nec temere credendo, nec aspernando*. Valla. *Nec temere credendo, nec aspernando* prævivit emendare Valla, cujus judicium confirmat Pal. 3. nisi dicendum sit illum codicem post tempora Vallæ descriptum. Pal. 1. *nec temere cred., nec adspernandos*. Pal. 2. *cred., nec aspernendos*. Gebh. *Nec temere cred., nec adsp.* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hafn. *adspernandos* etiam Harl. *nec temere cred. ratus, nec adsp.* Hav. *nec temere cred., nec adsp. ratus* Lov. 5. Si lectio, quam Valla in cod. inventam rejecit, et tamen tot codd. probant, placet, illud *ratus*, vel quid simile, requiritur. At emendationem Vallæ tuentur Rec. et Gaertn. Vide etiam num forte legendum sit *aperti hostes fierent*: quod foret ut 'dubii hostes,' de quo vide ad XXXIV. 48. § 5. Et ita Polyb. III. 52. Μὴ προσδεξάμενος δὲ, προδήλους ἕξει πολεμίους αὐτούς.

Et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus] Exhibent tres codd. Pall. *in via*. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. *quem ipsi in via detulerant* insuper alio ordine Lov. 4. et 5. Præterea voculam *et*, a nonnullis priorum omissam, servant edd. Rom. 1472. et Parm. quam deinde recepit Aldus. Exsulat autem ab uno Lov. 3.

Nequaquam ut inter pacatos, composito agmine] Alii *incomposito*, quod hic ex Mss. mutatum puto: nam Hearnii libri habent *composito*. In eo hic sensus esse potest, Annibalem fidem Gallorum suspectam habentem, quod etiam Polyb. III. 53. scribit, duces eorum composito agmine secutum, secus atque inter pacatos, a quibus nihil metuitur, solet. Livius XXIV. 35. 'Metu Himilconis Pœnorumque maxime intentus, atque agmine ad omnes casus composito ibat.' XXVII. 28. 'Salapitani alii perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma invadunt.' Wasse tamen ad Sallust. Jug. c. 50. scribit mendum esse ex incuria operarum, et ex sensu loci ac Polyb. III. legendum *incomposito*. Duk. *Nequicquam* omnes Latinii codd. errore scribarum. Vide ad XXVII. 26. § 2. Tum *composito agmine* primus edidit Jac. Gronovius, nisi quod similiter sit in contextu Aldino, ubi tamen id iterum in erratis mutatur. *Composito agmine* etiam erat in Voss. a m. pr. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et omnibus Hearnii ac Latinii codd. Contra *incomposito agmine* cum prioribus editis servant Flor. Cant. et Voss. a m. sec. Livius omnino voluit, Hannibalem sibi ab his montanis metuisse, ideoque ita agmen composuisse, ne incautus ab illis obprimi posset. Idem hic sensus Livio constabit, sive *composito*, sive *incomposito* legamus, mutata tantum interpunctione. Si prius placet, distinguendum est, quemadmodum, Gronovium secutus, edidi. Ita enim Livius docet, Hannibalem duces montanorum secutum esse agmine composito; nequaquam vero quemadmodum incessurus fuisset inter populos pacatos. Omissio voculæ *sed* non adtendenti tenebras obfundere posset: qua addita locus erit clarissimus, hoc modo: *nequaquam ut inter pacatos*, sed *composito agmine duces eorum sequitur*. Sed sæpissime Livius hanc voculam omit-

tere solitus est, et quidem, vel si utrique membro orationis suum additur verbum, et tum ellipsis illa facile deprehenditur, et vix difficultatem cuiquam creare potest. Eo pertinent exempla quæ laudavi ad VI. 32. § 8. vel etiam, si ambo membra tantum ex unico verbo pendent. Talis locus est I. 25. 'Nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo:' et, quem ibi laudavi, III. 14. 'Ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, pauilatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.' Contra, si posteriorem lectionem præferimus, ita interpungendum est: *nequaquam, ut inter pacatos, incomposito agmine, &c.* Quum igitur utraque lectio eumdem plane sensum efficiat, Polybius magis huic, quam illi, favere dici nequit. Quæ autem earum præferenda sit, lectoris judicio relinquo. Animus tamen in priorem magis inclinat. Ceterum J. Clericus, qui Gronovii lectionem *composito agmine* expressit, infeliciter distinctionem ejus mutavit, ac dedit *nequaquam, ut inter pacatos, composito agmine.* Saltem dedisset *nequaquam, ut inter pacatos; composito agmine.* Ita enim colligi potuisset, hunc esse sensum: nequaquam duces eorum secutus est, ut secutus fuisset inter pacatos; sed composito agmine sequitur.

§ 5 *Circumspectans sollicitus omnia, incedebat*] Cum copula Pall. duo *sollicitusque omnia:* et amplius Pal. 2. *sollicitusque per omnia.* Gebh. *Circumspectans soll. omnia* quoque Flor. At Voss. Gud. et Cantabr. *sollicitusque,* ut c. 53. 'sollicitusque intentusque.' Videtur exturbatum ab iis qui τὸ *omnia* apponi verbo *sollicitus* non ferebant, quum sic XXVIII. 19. 'Ab sollicitis vicem imperatoris militibus.' XLIV. 3. 'Sollicito consuli et eorum vicem.' Talia sunt I. 32. 'Regnum cætera egregium:' et c. 35. 'Virum cætera egregium.' XXI. 8. 'Ligno cætera tereti.' Ut vix dubitandum videatur, quin ita quoque Livius dederit X. 39. 'L. Papirius jam omnia ad dimicandum satis paratus:' ubi vulgo auctius *jam per omnia.* Jac. Gron. *Solitusque omnia* Hav. *sollicitansque omnia* Ber. et Brancal. Latinii: *sollicitusque omnia,* præter codd. Gronovio laudatos, Lov. quinque, Hearnii L. 1. N. et Vatic. Latinii. Gronovius quidem pro vulgata scriptura laudat optimum Flor. atque ita *circumspectans sollicitus* referri posset ad illa, de quibus agitur ad X. 35. § 9. et ad XXVII. 16. § 4. Verum utraque ejus cod. excerpta, quæ mihi ante oculos sunt, testantur, hunc quoque præferre *circumspectans sollicitusque omnia:* quare hanc lectionem recipere non dubitavi. De locutione 'sollicitus omnia' eique similibus vide ad I. 9. § 15.

§ 6 *In angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper inminenti*] *Et parte altera subjectam jugo* Cant. *in angustiore via et parte altera subjecta jugo insuper imminentem* Flor. a m. pr. in quo postremæ vocis ultima litera postea expuncta est. *Ex parte altera subjecta jugo* etiam Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. Tum *jugo imminenti* Rec. *jugo superimminente* Lov. 3. Verbo illo usus est Virg. Æn. XII. 306. 'Ense sequens nudo superinminet:' et Val. Max. I. 8. 2. 'Myrto frequentibus ramis diffusæ superinminentem excelsæ magnitudinis palmam circumdedit:' ubi vide viros doctos, et hoc verbum Statio restituentem Heinsium ad Nason. Met. IV. 680. Unius tamen testimonio hic credere periculosum puto. 'Desuper inminere' dixit Statius Theb. I. 660. 'Pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis.' Pariter 'superinponere' et 'insuper inponere' permutantur hoc lib. c. 1. § 5. *Jugo insuper inminente* Lov. 2. 4. 5. Ber. a m. pr. Harl. Gaertn. et Hav.

A fronte et a tergo coorti, cominus

eminusque petunt] Elegantius Flor. *barbari a fronte, ab tergo coorti, com., em. petunt.* J. F. Gron. Ita et in Cant. fuisse videtur: *a fronte et ab tergo* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Hafn. Gaertn. a m. sec. et Hav. *ab fronte et ab tergo* Lov. 5. *a fronte, ab tergo* Hearnii D. et N. Tum *com., em. agmenque petunt* Lov. 3. *em. comminusque petunt* Lov. 4. et 5.

§ 7 *Nisi firmata extrema agmina fuissent*] Pall. duo *extrema agminis.* Pal. 3. *nisi firmata agminis extrema.* Gebh. Scripti et Juntas *agminis fuissent*, idque agnoscit Laurentius. 'Agmen' pro toto exercitu procedente. Lib. XXII. c. 2. 'Sequi Gallos, ut id agminis medium esset.' *J. F. Gron.* Ita et omnes mei atque Hearnii codd. Supra VI. 32. 'Prius itaque mœnia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset.' Vide ad XXXVII. 58. § 8.

Ingens in eo saltu accipienda clades fuerat] Emendare debuistis *fuerit.* Valla. *Fuerit* etiam Flor. Cant. et Lov. 1. *in saltu* edidit Sigonius, omisso pronomine; sed invitis Mss. Tum *capienda clades* Lov. 4. *clades accipienda* Ber.

§ 8 *Dum cunctaretur Hannibal dimittere in angustias agmen*] Pal. 1. *dum cunctanter Annibal dimitteret.* Pal. 2. *cunctatur.* Mox idem cod. refert *ipse equitibus præsidio præerat.* Gebh. Rectius erit *quum cunctaretur.* Si illud voluisset, scripsisset *dum cunctatur*, ut est in Flor. Sed nec in scriptis inveni τὸ *agmen.* Elephanti, equites, impedimenta erant in primo agmine, et angustias evaserant. Quum pedes eodem tenderet, impetum fecere barbari, et maxime a tergo. Substitit ergo Hannibal, qui in fronte peditum incedebat, ut præsentia sua adderet infestatis ab tergo animos, et regeret illorum virtutem: nec passus est illos, quibuscum ipse erat, continenter sequi primum agmen. Hoc est, *quum cunctaretur demittere in angustias*, pati ex eodem loco, ubi constiterant qui circa ipsum erant, intelligens quæ retro agerentur, excedere et progredi in fauces. *J. F. Gron.* Mihi hæc tam insolens significatio, quam hic verbo *demittere* tribuit vir summus, videtur debuisse confirmari auctoritate probatorum scriptorum. Et non ab omnibus Mss. abesse *agmen*, constat ex adnotat. Hearnii. Apud Livium quidem multis locis legitur 'demittere agmen.' III. 8. 'Prædonum agmen supra montes Prænestinos ductum, inde demissum in campos.' VII. 23. 'Postquam neque in æquum demitti agmen vidit:' et ibidem c. 34. IX. 2. XXXII. 12. *Duk.* J. F. Gronov. edidit *cum cunctaretur;* pro quo filius ejus substituit *dum cunctatur.* Id autem non tantum superest in Flor. verum etiam in Cant. Lov. 2. 4. 5. Voss. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Vide ad I. 40. § 7. Præterea idem Jac. Gronov. etiam vulgari curavit *agmen demittere in angustias*, secutus, ut videtur, Cant. ex quo nihil notatum video. Et quidem *dimittere* servant tantum non omnes mei. Vide ad XXXIV. 50. § 2. pristinum autem verborum ordinem unus servasse videtur Lov. 5. pauci recentem probant. *Dimittere agmen in angustias* habent Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. In nullo autem meorum, nisi forte in Lov. 1. τὸ *agmen* omittitur. Hearne etiam non nisi in uno L. 1. deesse notavit. Paullo ante τὸ *est* non exstat in Ber.

§ 9 *Montani, erupto medio agmine, viam insedere*] Quid sit *erupto medio agmine* haud sane intelligo. Vide num *interrupto medio agmine* sit legendum. *Glar.* Vet. lib. *perrupto medio agmine.* Recte. *Sigon.* Omnes tres Pall. *erupto medio agmine.* Gebh. *Perrupto medio agmine* Sigonius. Omnes scripti nostri, ut edebatur, *erupto.* Scribendum *montani interrupto.* Illud *int* hauserunt præ-

cedentis vocis postremæ literæ, ut sæpe. *J. F. Gron.* *Erapto* Flor. a m. pr. quod deinde mutatum est in *erupto.* Posterius illud præferunt etiam Cant. Voss. Lov. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. atque L. 1. *errupto* Ber. *eruto* Lov. 2. *rupto* Lov. 5. Glareani et Gronovii conjectura *interrupto* non displicet. Supra cap. præc. 'Postquam interrumpi agmen vidit.' XL. 40. 'Tunc quoque turbatæ legiones sunt, prope interrupta acies.' Vide ad VI. 13. § 3. Præterea vox *agmine* deficit in Voss. Lov. 3. 4. 5. Hearnii N. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

Noxque una Hannibali sine equitibus atque impedimentis acta est] *Nox itaque una* Ber. a m. sec. et Hearnii N. in margine: *nox una* Hav. Vox antem *una* deerat in Flor. quam alia manus postea adjecit. Deinde *atque impedimentis* primus dedit Jac. Gronovius. Quod firmant omnes mei. Antea vulgabatur *ac impedimentis.* Vide ad X. 36. § 17. Denique *apta est* Harl. errore scribæ. Vide ad XL. 13. § 6.

CAP. XXXV. § 1 *Junctæ copiæ, saltusque haud sine clade (majore tamen jumentorum, quam hominum, pernicie) superatus*] Pal. 2. *superatur.* Gebh. *Junctisque copiis saltus haud sine clade, &c. superatus* Hearnii N. *junctis copiis saltusque* Ber. a m. sec. *haud sine majore tamen jum., quam hom., pernicie* Lov. 1. omissa voce *clade,* quum potius vocem *pernicie* redundare, et ex præcedentibus *clade* repeti posse, notarit Crevier.

§ 2 *Jam et latrocinii magis, quam belli, more*] Livius II. 48. 'Neque pax, neque bellum cum Veientibus fuit: res proxime formam latrocinii venit.' III. 61. 'Quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque, tererent tempus.' XXIX. 6. 'Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res.' XXXIII. 29. 'Proximum bello quod erat, in latrocinium versi.' XXXVIII. 32. 'Incursionibus tamen parvis, latrocinii magis, quam belli, modo fines eorum vastati.' Eodem sensu *latrones* et *hostes* obponuntur etiam XXXV. 7. XL. 27. et alibi. *Et jam latrocinii* erat in Ber.

Ut cuique aut locus aut opportunitatem daret, aut progressi] Vos emendatis, *prout cuique aut locus aut opportunitas apud eos erat:* cum nihil sit mutandum, nisi delendo ex tribus *aut* secundum; sic *ut cuique aut locus opportunitatem daret.* Valla. Ita correctum a Valla receperunt omnes edd. Pal. 1. post τὸ *locus* inserit *aut:* at Pal. 2. *ut cuicuique locus aut opportunitas daret.* Gebh. Meliores *utcumque aut locus:* hoc est, prout. Plautus Pœn. III. 5. 9. 'Utcumque in alto ventus est, exin velum vortitur.' *J. F. Gron.* *Utque* Lov. 1. *utrumque* Harl. *utē* Voss. pro quo vel *ut res,* vel *ut tempus,* vel *ut iter* exstat in margine. *Utcumque* Flor. Cant. Lov. 4. Hafn. et meliores Crevier. codd. quod recte exponit Gronov. Ita ponitur XXVI. 42. 'Stagnum claudit, incertæ altitudinis, utcumque exæstuat aut deficit mare.' Similis varietas erat II. 12. § 16. Præterea *aut locus aut opportunitatem daret* Lov. 1. et Harl. *aut locus aut opportunitas daret* Lov. 2. et Hearnii N. *aut opus aut opportunitas daret* Hav. *aut locus aut tempus opportunitatem daret* Lov. 3. Ber. et Hafn. *locus opportunitatem daret* Lov. 4.

§ 3 *Elephanti, sicut præcipites per arctas vias magna mora*] Qui *præcipites* agebantur? nisi perierunt præcipitati. Scribe *sicut principes.* Habes enim capite superiore, 'Primum agmen elephanti et equites erant.' *J. F. Gron.* *Per artas præcipites vias* Flor. Eumdem ordinem verborum Crevier. etiam in uno e suis codd. invenit; unde legendum conjicit *sicut per arctas præcipitesque,* vel *et præcipites vias.* Mihi non displicet Gronovii conjectura *principes.* Solent

enim hæ voces sæpe in Mss. confundi. Vide ad XXI. 18. § 3. Deinde *artas* legunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 50. § 8. et III. 6. § 3. Mox *abeundi propius* Voss. Vide ad VI. 13. § 4. Tum *agmen procedebant*, pro *præbebant*, Lov. 1. 2. Hafn. et Hearnii N. *agmen præcedebant* Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. omnes Latinii codd. et edd. Moguntina priores.

§ 4 *Nono die in jugum Alpium perventum est*] Polyb. III. 53. ἐνναταῖος δὲ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς, αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε, καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε. *Sigon.* Imo duodecimo. Silius III. 554. ‘Bis senos soles, totidem per vulnera sævas Emensi noctes, optato vertice sidunt, Castraque præruptis suspendunt ardua saxis.’ Sed quis a poëta juratorem umquam exegit? *Modius.* *In juga Alpium* Gaertn. Vide mox ad § seq.

Per invia pleraque et errores] *Et terrores* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et edd. principes, errore librariorum, qui ultimam literam vocculæ præcedentis in initio vocis *errores* perperam repetierunt. Vide ad XXXVII. 29. § 8. quamvis tamen et alibi voces ‘terror’ et ‘error’ commutari soleant. Vide ad XXIV. 30. § 6. *Et errores* primi ediderunt Moguntini, hinc Aldus in erratis, et postea reliqui omnes. Mox *iter* deficit in Gaertn.

§ 5 *Biduum in jugis stativa habita*] In Cantabr. legebam *in jugos.* Itidem ex Flor. et Voss. notavit pater. Scribendum igitur *in jugo*, ut est in Gud. et præcedit ‘in jugum Alpium.’ *Jac. Gron.* *In jugos* etiam Lov. 1. Hafn. et Ber. a m. pr. quorum librarii contrario, ac modo notatum est, errore literam initialem vocis *stativa* in fine vocis præced. repetierunt. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *In jugo* enim legendum esse, recte Gronovius monuit. Et ita præferunt Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Ber. a m. sec. Hearnii L. 1. N. et Victorin. apud Crevier. Infra cap. seq. ‘Tandem, nequidquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita.’ Id itaque recepi.

Fessis labore ac pugnando quies data militibus] Ita primum editum vidi Francof. 1578. quum proximi Paris. 1573. dedissent *fessique labore.* Reliquæ edd. legunt *fessisque labore.* Et ita inveni in omnibus Mss. Hearnius autem in D. quare et hanc lectionem Livio restitui. Mox *jumentaque aliqua*, pro *aliquot*, Ber. Vide ad VI. 27. § 8.

§ 6 *Nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit*] Polyb. III. 54. διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν. *Sigon.* *Unus etiam casus* Lov. 5. qui error ex literarum similitudine in scriptura Longobardica natus est. Tum *occidente sidere jam* Lov. 4. et 5. Τὸ *jam* deficit in Lov. 2. Deinde *vigiliarum* Voss. Lov. 3. et Gaertn. qui *Virgiliarum* scribere voluerunt, quomodo J. F. Gronov. a. 1667. edidit. Utro modo scribendum sit, non convenit: alii, a ‘vere’ nomen deducentes, malunt *Vergiliæ*: alii a ‘virgula,’ quod virgulæ more porrigantur, *Virgiliæ.* At prius servant hic plerique codd. et inter eos optimus Flor. quemadmodum etiam optimus Sangerm. apud Colum. IX. 14. et XI. 2. Præterea *injecit* Rec. Male. Milites Hannibalis, quum iter in Italiam suscipere certum esset, ‘terror invaserat’ supra c. 30. postea Alpes ex propinquo visæ ‘terrorem renovarunt’ c. 32. Nunc vero nivis casus *ingentem terrorem*, non *injecit*, sed *adjecit*, nempe priori terrori: vel ‘adjecit tædio tot malorum,’ aut fatigationi ex tædio tot malorum ortæ.

§ 8 *In promontorio quodam, unde longe ac late prospectus erat*] *Promuntoria* cum prominentes sint in mare rupes, per *u* scribi hæc vox debet, ut veriloquium demonstrat: non enim a

'monte,' sed a 'prominendo' deducitur: idque et libri præferunt antiqui, et me docuit Gulielmus Pelisserius, Montispessuli episcopus. Hic tamen eminens et editissimum in Alpibus jugum 'promontorium' appellatur. *Turneb.* Advers. XIII. 18. De voce 'promontorium' hoc sensu vide Cluver. Ital. Ant. I. 33. 370. et Salmas. Exerc. Plin. p. 550. Tum *longe lateque* Lov. 3. et Hearnii N. *longe et late* Lovel. 5. Paullo ante § præc. *nive completa* edd. ante Aldum.

Subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos] Polyb. III. 54. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. *Sigon.* *Subjectos Alpinis montibus* Hearnii N.

§ 9 *Moniaque eos tum transcendere non Italiæ modo, sed etiam urbis Romæ*] Flor. Gud. Voss. *Romanæ*: quod passim Livio auctoritate vett. codd. restituimus. *J. F. Gron.* Ita omnes etiam mei non tantum, sed Hearnii quoque codd. Recte igitur id Jac. Gronovius contextui reddidit. Vide ad Epit. Liv. XLIX. Insuper τὸ *tum* expulet a Ber. Hafn. et Hav. Mox *proclivea* Gaertn. *proclivaque* Lov. 2. quasi esset a recto 'proclivus.' Vide ad XXXV. 30. § 1.

Uno aut ad summum altero prælio] Pal. 3. *uno aut summo altero prælio arcem et caput Italiæ in potestate habituros.* Gebh. Optimus Pall. Fl. Voss. Men. et Andreas Romæ, *uno aut summo.* Scribe *uno aut summum altero.* Genus loquendi, quod ut in Cicerone, ita et in Livio non semel corruperunt. Lib. XXXI. c. 42. 'Binis ternisve summum ex manipulis æquandi causa missis:' ubi reddidit Gelenius. XXXIII. 5. 'Duo aut summum tres juvenes connixi arborem unam evellebant.' XXXIV. 32. 'Duorum aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse.' XXXV. 35. 'Tyrannus cum tribus summum equitibus ante signa vectabatur.' XLIV. 38. 'Exituri in aciem hodierno, aut summum crastino die.' *J. F. Gron.* In Cicerone quoque hoc sæpe corruptum emendarunt viri docti. Vide Victor. ad Famil. II. 1. Græv. ad V. 21. et XIV. 3. et Jac. Gronov. Orat. pro Milone c. 9. *Duk.* *Uno aut summo altero prælio* etiam Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 10 *Jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta*] *Jam nil host. quidem* Ber. a m. sec. *jam nihil host. quidem* Hearnii N. a m. sec. *jam nihil ne montanis host. quidem* Lov. 3. et Hafn. *Tam nisi parva furta* Lov. 4. et 5. quod ex alterius interpretatione natum est. Supra III. 68. 'Mens nihil præter commodum publicum videt.'

§ 11 *Iter multo, quam in adscensu fuerat, difficilius fuit*] *Quam ut in asc. fuerat* Flor. Lov. 2. Harl. Recen. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *fuerat* deficit in Ber. a m. pr.

Sicut breviora, ita arctiora sunt] *Ita adrectiora sunt* scribunt Pall. 1. et 2. Gebh. Duo Pall. Fl. Voss. et Andreas, *ita adrectiora sunt*: quod forte non spernendum. Sequitur enim *ita rectis saxis.* Lib. XXXVIII. c. 20. 'Ad septentrionem arctas et rectas prope rupes.' *J. F. Gron.* *Ita erectiora sunt* Lov. 2. *ita adrectiora sunt* Lov. 1. Harl. Hearnii N. et aliquot a Crevier. inspecti, qui eam lectionem etiam recte probat. *Ita arrectiora sunt* Lov. 4. 5. et pleræque edd. *ita arrectiora*, omisso etiam τῷ *sunt*, Gaertn. et Hav. Illud *sunt* deficit etiam in Ber. a m. pr. *arctiora*, quod pauci mei et Vatic. Latinii præfert, non inveni, nisi in edd. Ven. 1498. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et 1516. ac Paris. 1529. quarum tamen tres postremæ *arrectiora* in margine ostentant. Prima deinde recentiorum *arctiora* recepit Francof. 1578.

Omnis enim ferme via præceps, angusta, lubrica erat] Pal. 1. *omnis enim jam via præceps.* Gebh. *Angusta, pub-*

lica erat Flor. et Cant. Et id voluisse videtur librarius Lov. 5. qui *puca*, pro *publica*, dedit: at *angusta, librica, publica erat*, duplici lectione simul recepta, Lov. 1. 2. Gaertn. et Hearnii N. a m. sec. in quo postea manus altera τὸ *publica* delevit, et insuper in margine notavit eam vocem pro *lubrica* in aliquot codd. reperiri.

§ 12 *Nec, si qui paullulum titubassent, hærere adflicti vestigio suo*] Pall. tres, *nec qui paull. titubassent.* Pal. 1. a m. sec. *afflicti*: sed 'affligere' hie est προσουδίζειν. *Gebh.* Flor. *ne, qui.* Gud. *neque, qui.* Voss. et Cant. *nec, qui.* Vides τὸ *si* ab scriptis non admitti. *Jac. Gron. Neque, qui paull.* Lov. 4. et 5. *nec, qui paull.* Lov. 1. 2. 3. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *posset, nec, qui paull. titubasset, hærere afflictus vest. suo* Ber. a m. sec. in quo *possent* et *titubasent* a m. pr. scriptum fuerat. Voculam itaque *si* in nullo cod. obviam delevi. Præterea *paulum titubasset* Flor. et Hearnii N. in margine. Deinde *hærere afflictis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Hav. et edd. antiqq. *afflicti* jam vidi in Ven. 1495. *afflictos* in Mediol. 1505. quorum illud in contextu, hoc in margine ostentant Ascens. 1513. et 1516. ac Paris. 1529. *afflictis* est in Vatic. Latinii. An forte legendum *hærere affixi vestigio suo?* Ita III. 68. 'Hærete adfixi concionibus, et in foro vivite.' Solent autem 'adfigere' et 'affligere' confundi. Vide ad IV. 19. § 5. Crevier. sensum clariorem fore putabat, si, transposita particula *nec*, hoc modo legeretur: *ut neque sustinere se a lapsu possent, si qui paullulum titubassent, nec hærere afflicti vestigio suo.*

Aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent] Pall. tres *et jumenta in homines occiderent.* Gebh. Ita et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *et jumenta in homines caderent* Hafn. *et jumenta nil omnes occiderent* Voss.

Cap. XXXVI. § 1 *Ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis, ac si istud ægre*] Vos, ut dixi, emendastis *atque ita rectam, ac si istud.* Ego *atque ita rectis saxis, ut ægre.* Valla. Abnegant τὸ *saxis* Pall. tres. Sed Pall. 2. ac 3. *atque ita rectam, ac si istuc ægre.* Gebh. *Atque ita rectis, ac si istud ægre*, quod in cod. suo inventum Valla damnavit, præferunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Id etiam voluisse videtur librarius Flor. qui tamen *atque ita rectis axus tut ægre* sine sensu dedit. *Atque ita rectam, ac si istud ægre*, quod Vallæ æmuli reposuerant, est in Hav. neque multum abit Gaertn. in quo *atque ita rectam, ac si istuc ægre* inveni. *Atque ita erectam, ac si ut ægre* Lov. 3. *atque ita rectam, ac si ut ægre*, una litera minus, Hearnii N. in quo, vocibus *ac si* deletis, a m. sec. factum est *atque ita rectam, ut ægre;* quod ipsum Ber. servat. *Atque ita rectis, ut ægre* Lov. 1. *atque ita rectam, ut vix si istud ægre* Cant. Vallæ conjectura vera videtur.

Tentabundus, manibusque retinens virgulta] *Reptabundus* Lov. 3. Scriptum forte fuerat *tēptabundus*, id est *temptabundus*, ut est in Flor. quod, neglecta addita nota, facile in *reptabundus* mutari potuit ob similitudinem literarum *t* et *r* in scriptura Longobardica. Vide ad v. 55. § 3. Sed nihil muto. 'Tentare' de eo dicitur, qui manu aliquid explorat. Vide Burmann. ad Phædr. III. 10. § 26. Ita 'tentare venam,' de quo vide eumdem ad Quinctil. Instit. XI. 3. p. 1018. *Tentabundus pedibus manibusque retinens* est in Harl. 2. Mox *dimittere*, pro *demittere*, Cant. Ber. Gaertn. et edd. ante Mogunt. frequenti admodum scribarum errore. Vide ad XXXIV. 50. § 2.

§ 2 *Recenti terræ lapsu inpeditus, dum ille admodum altitudinem*] Vos emendatis, *dum* mutantes in *tum.* Ego sic: *lapsu terræ in pedum mille*

adm. alt. abruptus erat. Valla. Polybius III. 54. cum hanc rupem describeret, non de altitudine, sed de angustia viæ angustiore facta meminit. Livius vero, quum ab initio dixisset 'Ventum deinde ad multo angustiorem rupem,' paulo post subjungit, *Natura locus jam ante præceps recenti terræ lapsu in pedum mille adm. alt. abruptus erat*, nulla amplius *angustiæ* mentione facta. Polybius præterea *ducenterum pedum* meminit, ubi Livius *mille* ponit. Sed hæc ejus erant, qui commentarium scriberet, longius proseqni. Attigit et Valla locum. *Glar.* *Terræ lapsu in pedum mille admodum* emendavit olim Valla, cum antea legeretur, *Natura locus jam ante præceps, recenti terræ lapsu impeditus, tum ille adm. alt. abruptus erat.* Utramque autem lectionem mendosam esse, sensus ipse docet. Describit enim Livius locum angustum et abruptum. Nam paulo ante dixit 'Ventum est ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut,' &c. Ex emendatione autem Vallensi nihil elici de angustia potest. Quamobrem ex veterum libris aliquot fide dignis ita legendum est: *Natura locus jam ante præceps, recenti terræ lapsu impeditus in miram admodum altitudinem abruptus erat.* Duo enim significat incommoda naturalibus incommodis accessisse, quod cum natura locus jam ante præceps esset, nunc dejectu terræ impeditus erat, et in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, ut expresserit caussam, cur dixerit 'multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis.' Ita etiam Polybius III. 54. Οὔτε τοῖς ὑποζυγίοις δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπεῤῥωγυίας· ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμῆσαι, καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος. Et paulo ante dixerat, οὔσης γὰρ στενῆς, καὶ κατωφεροῦς τῆς καταβάσεως. *Sigon.* Pal. 1. *abrutus erat.* Gebh. A Laurentio Valla est hæc lectio, *terræ lapsu in pedum mille admodum*, neque propius potuit ad vett. lib. in quibus *impeditus dum ille.* Sigonius tamen eam rejicit, quia ex hac emendatione nihil de angustia loci possit elici: neque debebat: satis præcedenti periodo monuisse de illa Livium. Quod autem oggerit ille *impeditus in miram admodum*, a mala manu est, neque invenitur, nisi in recentissimis et interpolatis codd. Auctor ejus in mente habuit Ciceronis Verr. v. 27. 'Saxo in mirandam altitudinem depresso.' Ego vero amplector Vallæ restitutionem, cum præsertim Polybius eam firmet: σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπεῤῥωγυίας. Viri summi interpretatio *in pedes fere centum nonaginta.* Atqui tot passus faciunt præterpropter τρία ἡμιστάδια. Hoc, credo, voluit. Sunt autem ista singula trecentenum pedum. Sic ergo jam olim nongentenum pedum altitudine fuisse illud abruptum, tunc autem recenti lapsu etiam plurium, ut ait Polybius: *mille admodum* Livius: quid proximius? Superius hoc lib. c. 28. ratis describitur, qua Rhodanum transvecti elephanti, 'ducentos longa pedes.' Polybio III. 46. δύο πλέθρα, quæ plane conveniunt, si πλέθρον est centum pedum, seu sexta pars stadii, δίπλεθρον triens ejusdem. At vir summus vertit *jugera duo*: qua ratione cum jugerum sit minimum pedum ducentorum, quadringentos pedes voluerit Polybius: id quod verisimile non est. *J. F. Gron.* Non capio, quæ hic scribit Gronovius. Si verba *locus jam ante præceps* ita sunt exponenda, locum jam ante terræ lapsum in mille admodum pedum altitudinem abruptum fuisse, quod vult Gronovius, non potuit Livius post terræ lapsum eumdem numerum pedum retinere. Mihi Livius aliter vi-

detur accepisse verba Polybii III. 54. quam Casaubonus et Gronovius. Hi conjungunt σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, *quod locus jam ante præceps erat in tria ἡμιστάδια*, id est, nongentos pedes, ut recte Gronovius; nam stadium sexcentis pedibus quidam definierunt. Sed satis adparet ex interpretatione Livii, eum posteriora illa καὶ πρὸ μὲν οὔσης, quæ vertit *natura locus jam ante præceps*, a prioribus, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος, separasse, nec putasse Polybibium dicere, locum jam ante terræ lapsum in tot pedes præcipitem fuisse. Nec quidquam obstat quo minus verba Polybii ita accipiantur. Nam Græca sic verti possunt: *quod locus in tria ferme ἡμιστάδια abruptus erat, jam ante quidem præceps, sed tum nuper in majorem altitudinem abruptus.* Hæc autem major altitudo erat σχεδὸν τρία ἡμιστάδια, *mille admodum pedes*, ut docuit Livius, quum ante recentem terræ lapsum minor fuisset. Casauboni interpretatio vocis πλέθρον in Polybio III. 46. ea ratione defendi potest, quod etiam Plinius eam ita vertit. Vide Perizon. ad Ælian. Var. Hist. III. 1. Glossæ πλέθρα, *jugera*: πλέθρον, *jugerum.* Et Charisii Ms. apud Schottum Obs. I. 14. *hæc jugera* πλέθρα. Malim tamen Livium, quam hos auctores, sequi. *Duk.* Codd. variant. *Impeditus dum ille admodum altitudine* Lov. 3. 4. *impeditus dum ille admodum altitudinem* Lov. 1. 5. et Hearnii L. 1. quod in cod. inventum damnat Valla. Non aliter præfert etiam Flor. a m. pr. Sed *dum* postea deletum, ejusque loco in margine *inpeditus in mirandam ille admodum altitudinem* ab alia manu repositum est: quod servant etiam Harl. et Hearnii D. nisi quod eorum prior *impeditus* omittat, posterior *imp. mirandum* legat. *Imp. in mirandam admodum ille altitudinem* edd. Rom. 1472. et Parm. *imp. tum ille admodum altitudine* Lov. 2. *imp. in miram admodum altitudinem*, ut Sigonius emendat, Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. *imp. in miram ille admodum altitudinem*, una voce addita, Brancal. Latinii: *imp. in miram dum ille admodum altitudinem*, duabus lectionibus junctis, Cant. *imp. in nimiam admodum altitudinem* Gaertn. *imp. admodum altitudinem* Voss. a m. pr. *altitudine* a m. sec. Sed recte viros doctos Vallæ conjecturam probasse puto. Insuper *recenti lapsu terræ* edidit Jac. Gronov. secutus, ut videtur, Cant. et forte etiam aliorum auctoritatem. Certe ita plerique apud me codd. Flor. tamen et paucis aliis exceptis. Tum *abrutus* Voss. Lov. 2. et Ber. a m. pr. *obruta* Lov. 1.

§ 3 *Ibi quum velut ad finem viæ*] *Ibi vel cum ad finem* Cant. *Ibi veluti cum ad finem* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. *Ibi velut cum ad finem* Lov. 3. *Ibi cum ad finem* Ber. Mox *agmen* exsulat ab Harl.

§ 4 *Digressus deinde ipse ad locum visendum*] Sensus sequentium versuum perquam obscurus est. Polybii verba III. 54. Perotto interprete, (nam Græci codicis copia defuit nobis) clariora visa sunt: ea ita habent: 'Dux Carthaginiensium principio per loca invia, nec ante eum diem trita, circumducere agmen conatus, quoniam iter id nives insuperabile faciebant, a proposito destitit.' *Glar.* Sensus est: Digressus ad rupem invisendam Annibal sensit, se per invia loca, nec trita antea, agmen ducere: neque ea re quicquam profecisse, quod longo ambitu exercitum circumduxisset, quo facilius et expeditius iter haberet. Polybius III. 54. et 55. ait, Annibalem inspecta rupe conatum esse eam superare; verum nova accedente nive deterritum esse, atque ad saxum illud cædendum se convertisse. In quo nihil ab eo dissidet Livius. *Sigonius.* Fortasse, *di-*

gresso deinde ipsi ad locum via. haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen. Sensum ait esse Sigonius, advertisse Annibalem, se per invia loca agmen ducere, nec quicquam profecisse, quod longe ambitu exercitum circumduxisset. Hic error inde, quod non vidit τὸ *circumduceret* poni, ut significet 'circumducendum esset,' 'circumducere deberet:' remedium enim difficultatis, in qua erant, exponitur. Sic Cic. de Offic. II. 20. 'Cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret.' *J. F. Gron.* Nimius in eo fuisse Gronovius videtur, quod ubique efficere voluerit, ut Livii oratio uno spiritu legatur, qui eam sæpius interrumpere, et in parvas periodos concidere solitus est. Tale est III. 10. 'Libri per duumviros sacrorum aditi: pericula a conventu alienigenarum prædicta.' c. 31. 'Ibi pugnatum: supra septem millia hostium cæsa: alii fugati: præda parta ingens.' c. 32. 'Mortuus consul Quinctilius, quatuor tribuni plebis. Multiplici clade fœdatus annus: ab hoste otium fuit.' c. 44. 'Ait se jure grassari, non vi. Vocat puellam in jus.' IV. 48. 'Turbatores vulgi erant Spurii Mæcilius quartum et Metilius tertium tribuni plebis, ambo absentes creati: et quum rogationem promulgassent,' &c. V. 32. 'Fusa concursu primo acies in fugam: millia octo armatorum in deditionem venerunt.' VII. 14. 'Jumenta Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos saxa conjecta a Gallis.' X. 5. 'Pax negata: induciæ biennii datæ: dictator triumphans in urbem rediit.' c. 34. 'Urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt: ad consulem referunt excessum urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse.' XXX. 3. 'Uticam obsidebat: castra in conspectu Hasdrubalis erant. Karthaginienses deduxerunt naves: classem paratam instructamque ad commeatus intercipiendos habebant.' Hæc speciminis loco subficiant. Ubi igitur in oratione refingenda præeunt codd. quibus tuto credi potest, mutanti haud temere adversandum censeo: at, dissuadentibus libris, id tentare, periculosum puto. Hinc a viris doctis dissentire, et vulgatum defendere ausus sum II. 53. § 1. III. 1. § 6. IV. 26. § 4. c. 53. § 10. V. 26. § 4. hoc lib. c. 6. § 5. aliisque locis. Vide etiam quæ notantur ad III. 22. § 3. Mox *circa* deficit in Rec. *nec trita* in Lov. 1. Tum *ante ea*, pro *antea*, legit Lov. 3. Optime vero *circumduceret* exposuit Gronovius; quem etiam vide ad XXXVII. 17. § 6.

§ 5 *Molli nec peraltæ nivi facile ingredientium pedes insistebant*] *Prœalte* scribendum est. *Valla.* Vox *nivi* deficit in omnibus omnino, quibus utor, codd. nisi quod ex solo Rec. nihil notetur. Deficit etiam in Hearnii N. Vatic. Latinii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. quasi vox illa satis commode ex præcedenti hic repeti posset. Deinde *mollis nec peralta* Ber. et Vatic. Latinii: *mollis nec par alia* Hav. 'Alius' et 'altus' sæpius inter se commutari, videbimus ad XXXVII. 16. § 7. *Mollis nec par alteræ* Hearnii N. Facile etiam confunduntur *alta* et *alt'a*, sive *altera*. Vide hoc lib. c. 29. § 5. *Mollis nec prœalta* Hafn. *molli nec peraltæ* Flor. a m. pr. *peraltæ* a m. sec. *molli nec peraltæ* Voss. Lov. 2. 3. 5. et Gaertn. *molli nec palte* Harl. Sed recte Valla *molli nec prœaltæ.* Vide hoc lib. c. 54. § 1. Præterea *insistebantur* Cant. Paullo ante *super veterem nivem intacta nova*, pro *intactam*, quin rescribendum sit, non dubitat Crevier. epitheton enim *intacta* longe melius cadere in 'novam,' quam in 'veterem nivem.'

§ 6 *Dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi*] Liben-

tius legerem *jumentorumque incessu dilapsa, per nudam infra glaciem fl. labem liq. nivis ingrediebantur, tetra ibi luctatio erat.* Ut nondum absolvat *ingrediebantur* sensum, sed porro transmittat pendentem. *Turneb.* Adv. XIII. 18. Omnino *tabem*. Cicero de Natura Deorum II. 10. 'Aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore.' Seneca Nat. Q. III. 27. 'Congestæ seculis tabuerunt nives.' IV. 2. idem: 'Tunc enim maximæ integræque adhuc nives, ex mollissimaque tabes est:' et c. 5. 'Teneram et tabefactam nivem' dicit. *J. F. Gron.* 'Labes' et 'tabes' sæpius in Mss. confundi, videbimus ad XXXIX. 9. § 1. Et ita mox hoc cap. 'tabidam nivem' dixit. Sic et cera calore liquescens dicitur 'tabere' apud Ovid. Art. Am. II. 89. 'Tabuerant ceræ.' Quod repetitur Met. VIII. 227. Scripti tamen nihil mutant, nisi quod *lauem* sit in Flor. et Cant. et *luem* in margine N. apud Hearnium: quomodo *lues* etiam est apud Petron. c. 123. 'Ut paullo ante lues jam concidenda jacebat, Tum vero maleficia virum vestigia lusit:' quemadmodum hunc locum legendum censuit Bouhierius, Franciæ suæ decus et ornamentum. Quid de consilio Turnebi sentiam, qui duas periodos ex conjectura connectere voluit, constare poterit ex illis quæ dixi ad § 4. *Liquentis* in Cant. fuisse, ex ejus excerptis disco.

§ 7 *In prono citius pede se fallente*] Nisi mavis *pedem fallente*. J. F. Gron. 'Saxa fallunt vestigium' dicit Curtius IV. 9. § 18. 'Sed gradum firmare vix poterant, quum modo saxa lubrica vestigium fallerent:' et V. 4. § 18. 'Præter invias rupes et prærupta saxa vestigium subinde fallentia.' *Duk.* *Ludere vestigia* dixit Petron. loco modo laudato. Vide vero, num minori mutatione legi possit *pedes fallente*: ut ita sola tantum litera *E* expungenda sit, quæ adcrescere potuit ex similitudine τοῦ *F*, quæ vocis proximæ initialis est.

Ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruissent] Hæc verba videntur nescio quid desiderare. Quid enim sensus hic est, *prolapsi si iterum corruissent?* Glar. Scribe: *ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruissent; (nec stirpes circa rad., ad quas pede aut manu quisq. eniti posset, erant) itaque in levi tant. glacie tabidaque nive vol. Jum. interdum secabant etiam tum infimam ingr. nivem, et prolapsa.* Quum jungimus sine interpunctione *prolapsa corruissent*, memineris nihil esse superflui. Virgilius Æn. VI. 310. 'autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.' Cicero de Offic. I. 22. 'De manibus audacissimorum civium delapsa arma ceciderunt.' Petron. cap. 16. 'Sera sua sponte delapsa cecidit.' Noster V. 21. de Camillo: 'Convertentem se inter hanc venerationem prolapsum cecidisse.' Adeo illis offendi Glareanus non debuit. Attamen Flor. Voss. Mur. *prolapsis iterum*. Deinde Flor. Gud. Mur. *corruerent*. Forte, *et seu manibus in ass. seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruebant*: id est, manibus genibusque, quibus innitebantur, non firmatis in vestigio, sed, ut in lubrico, elusis ac fluentibus. Post παρένθεσιν τὸ *itaque* eleganter παρέλκει. Ita enim cohæret oratio, ut dicat, cum quis cecidisset, et manu genuve conatus erigere sese, ipsam manum ipsumque genu, perinde ut ante pedes, frustrata glacie, rursum porrectus esset, quia nihil erat stirpium, quod comprehenderent ad se sustinendos, nihil nisi volutatos fuisse, quoad fortunæ libuisset. Particulam autem illam prorsus eodem modo interpositam videre licet II. 12. ubi, ut et hic, illustrandam nobis præbuit Sigonius. Adhuc de hominibus: nunc etiam aliquid proprium de jumentis. Illa vero non modo, ut homines, voluta-

bantur in tabe nivium super glaciem, sed interdum etiam 'infimam' illam nivem, hoc est veterem, duram, molli primum et recenti nive, dein ejus liquescentis tabe obtectam, tum ingredientis pondere et mole corporum ac sarcinarum gravatam secabant, collidebantque, tum prolapsa contentius jactando ungulas ad firmandum vestigium penitus perfringebant. In his, *tum ingredientia, et prolapsa*, particulæ valent *cum tum*, vel *et* duplicatum. Itaque non placet Turnebi, *etiam dum infirmam*, Adv. XIII. 18. multo minus Sigonii *necabantur interdum etiam, dum*. J. F. Gron. Post *volutabantur* puto recte poni distinctionem maximam: nam omnia, quæ eo usque dicit, ad homines pertinent: ceterarum mutationum causam non video. Non dicit Gronovius, in scriptis *ita* invenerit, an *itaque*. Sed ex adnotatione Hearnii propemodum credo, in plerisque esse *ita*. Duk. Mihi quoque ex conlatione Livii cum verbis Polybii certum est, majorem distinctionem post verbum *volutabantur* recipiendam esse; et vocem *jumenta*, quæ a sequentibus interpunctione distinguitur, iis jungendam esse. In verbis autem Livii *ipsis adm. prolapsis iterum corruerent* legunt Flor. et Ber. a m. sec. *ipsis adm. prolapsi si iterum corruerent* Cant. *ipsis adm. prolapsis iterum corruissent* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et Vatic. Latinii *ipsis adm. prolapsi iterum corruissent* pr. edd. Tum *nec stirpes circa radices suas* Voss. et Lov. 1. ac 2. *nec stirpes cura radicesve suæ* Lov. 5. Deinde *itaque*, quod Gronovius probavit, non nisi in editionibus prioribus exstat; cujus loco constanter *ita* legunt codd. Et hoc præferendum videtur; respondere enim puto præcedenti particulæ *ut*. Videtur distinguendum ac legendum esse, *Tetra ibi luct. erat: ut a lubr. glacie, non rec. vest., et in prono citius pedes fall.* (sc. *corruerant*, quod ex sequenti hic repetendum) *et, seu man. id adj. seu genu se adjuvissent, ipsis adm. prolapsis, it. corruerant, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisq. en. posset, erant; ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta, &c.* Crevier. si lectio vulgata maneat, *nec stirpes* interpretatur 'ne stirpes quidem.' Planius tamen et expeditius fore putat, si legamus *ipsis adm. prolapsi iterum corruebant.*

§ 8 *Jumenta secabantur, interdum etiam infima ingredientia nivem*] Mutastis *infima* in *semita*, quasi solum jumentorum semita secaretur. Legendum est *infimam ingredientia nivem*. Valla. Ita [*secabantur interdum*] quidam restituerunt hunc locum, cum prius *necabantur* legeretur. Sed totus hic locus verbis sequentibus perquam obscurus est, ideoque et hic Polybii verba ex interpretatione Perotti ponam, si studiosus lector, fortassis his adjutus, melius Livii sensum percipere queat: 'Jumenta vero' (inquit) 'interdum quidem prolapsa glaciem secabant: sed pressa oneris magnitudine, pedibusque eorum indurata glacie peratrictis, moveri postea inde non poterant.' Hæc ille. Tu etiam atque etiam vide quid sensus ex his Livii verbis colligere queas: 'Et prolapsa, jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant.' Nam ego ea plane non intelligo. *Glar.* Primum dicam, quæ in his verbis emendanda arbitror, deinde qui sit eorum sensus; nam eum Glareanus, homo ingenuus, plane se ignorare profitetur: in vet. lib. est, pro *itaque*, *ita*; pro *secabantur*, *necabantur*; pro *interdum etiam tum*, *interdum etiam dum*; pro *infirmam*, *infimam*; pro *alta concreta*, *alte concreta*. [' Glareanus libenter fatetur, se nescire quædam, imo plurima, exemplo D. Erasmi præceptoris sui, Angeli Politiani, ac aliorum doctissimorum virorum. At Sigonio omnia sunt pervia.'] Ea vero omnia probe habere, sensus ipse demon-

strat, qui est ejusmodi: In superanda rupe duplex labor susceptus est, unus propter recentem modicam, alter propter veterem intactam nivem. Nam cum superior illa hominum jumentorumque incessu dilapsa esset, et per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquescentis nivis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, ut ab lubrica glacie non recipiente vestigium, et in prono citius pede se fallente. Et seu manibus in assurgendo, seu genu se adjuvissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. Atque hunc, inquit, in modum: *in levi glacie tabidaque nive jumenta volutabantur;* addit deinde, *Necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia nivem, et prolapsa jactandis gravius* (ut se continerent) *ungulis perfringebant, ut pleraque velut pedica capta hærerent in durata, et alte concreta glacie.* Quam posteriorem sententiam sic expressit Polybius III. 55. τὰ δ' ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα καὶ τὴν ἐξανάστασιν· διακόψαντα δὲ ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων id est, *jumenta vero perfringebant, ubi prolapsa erant, infimam nivem in assurgendo: qua fracta hærebant una cum oneribus.* Sigon. Lego *Secabant interdum etiam, dum in firmam ingr. nivem, et prolapsa, jact. gravius in cont. ungulis, penitus perfr.* Nam et firmam illam nivem dicit Polybius, sed et infirmam: itaque utrumque legi potest. Auguror autem 'continere' esse, se in prolapsione a lubrico retinere, et cohibere conari. *Secabant* autem est, quod διέκοπτον Polybius dixit. *Turnebus,* Adv. XIII. 18. Restitutio hujus loci debita est Turnebo. *Grut.* Pal. 1. *secabantur interdum etiam: tamen infimam ingredientia nivem:* neque aliter Pal. 3. At vero Pal. 2. *ut seu man. in ass., seu genu se adj. ipsis adm. prol. it. corruerent: nec st. circa radicesve, ad quas pede aut m. quisque en. posset, erant. Ita in levi tantum glacie tabidaque nive vol. jumenta secabantur: int. etiam femina ingr. nivem et prolapsa jact. gravius in cont. ung. perfringebant: ut plera velut pedica capta hær. in dura et alta concr. glacie.* Gebh. *Jumenta necabantur* Voss. *jumenta sectabantur* Lovel. 1. *jumenta secabantur* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et edd. principes. *Jumenta secabant* Cant. et Flor. in posteriori tamen cod. ultimæ literæ posterioris vocis inposita est nota, quasi librarius etiam vellet *secabantur.* Gruterus in ultima ed. ex Turnebi conjectura *secabant* recepit. Tum *int. etiam tam infimam ingredientium nivem* Flor. *int. etiam tamen infimam ingredientia nivem* Cant. et Lov. 4. ac 5. *int. etiam tam infimam ingredientia nivem* Voss. Harl. Gaertn. et Hav. *int. tam infimam ingredientia nivem* Lov. 1. et 2. *et int. infimam ingredientia nivem* Ber. *int. etiam tum infirmam ingredientia nivem* edd. princc. Optime hunc locum constituit Gronovius paullo superius ad § præc.

Jactandis gravius in continendo ungulis] An non melius *connitendo?* T. Faber. Turnebus putat Adv. XIII. 18. 'continere' hic esse se a prolapsione in lubrico retinere, et cohibere conari. Sed Polybius et Livius loquuntur de jam lapsis. Itaque non displicet conjectura Fabri, quam etiam confirmant verba Polybii κατὰ τὴν διανάστασιν, *in adsurgendo, dum nituntur adsurgere.* Cicero de Finib. V. 15. 'Connituntur que, ut sese erigant.' Sallust. Jug. c. 101. 'Niti modo ac statim concidere.' Curtius VII. 3. § 13. 'Ut rursus ad surgendum conniti non possent.' Et IX. 5. § 13. 'Clipeo se adlevare conatus est, et postquam ad connitendum nihil supererat virium.' *Duk.* Jac. Perizonius tuendæ vulgatæ lectioni ad marginem Livii adscripserat locum ex XXII. 2. 'Galli qui neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant.' Mihi tamen Fabri, transpositis literis *connitendo,* pro *continendo,* scribentis,

conjectura haud improbanda videtur.

Velut pedica capta, hærerent indurata et alta concreta glacie] Silius III. 550. 'Dumque premit sonipes duro vestigia cornu,' &c. *Modius.* Lege *hærerent in durata et alte concreta glacie.* Plerique etiam libri *dura.* Multa hujus loci eleganter expressit Petronius in specimine belli civilis, et tantum debet Livio, quantum Livius Polybio. *J. F. Gron.* *In dura* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. et N. a m. sec. Vide ad Livii X. 37. § 2. *In dura* etiam edd. principes, pro quo Colon. 1525. *indurata* substituit, Frobenius 1531. *in durata.* Sed mox 1535. *indurata;* quod deinde editores servarunt usque ad Gron. qui a. 1667. *in durata* emendavit. Præterea *et alta concreta glacie* Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *et lata concreta glacie,* transpositis literis, Lov. 1. Vide ad V. 37. § 7. *Et alta concretaque glacie* Lov. 3. *et late concreta glacie* recte Flor. et Cant.

CAP. XXXVII. § 1 *Tandem, nequidquam jumentis*] *Tamen nequidquam* Lov. 1. Vide ad XXII. 2. § 11. *Tum nequidquam* Lov. 2. *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 47. § 9. Mox *ægre jam,* pro *ægerrime,* Lov. 4. et 5. Hinc *tantum fodiendum nivis* Lov. 1. Denique *erigendum,* pro *egerendum,* Hearnii N. in margine.

§ 2 *Ad rupem minuendam*] Lego *muniendam.* Polybius enim III. 55. scribit τὸν κρημνὸν ἐξῳκοδόμει, et mox οἰκοδομίαν appellat. Interpretor autem 'munire,' per rupem viam aperire, viamque in ea munire, et tamquam struere, eam cædere, et in ea opere laboreque militari complanare, et æquare iter, aut deorsum deprimere, et declive reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem jaciunt, fossas aperiunt, vias muniunt, 'munitores' vocantur. Esse autem ita legendum, ex eo etiam apparet, quod non longe hinc scribitur, 'Et quies muniendo fessis hominibus triduo data.' *Turneb.* Adv. XIII. 18. Turnebus *muniendam.* 'Munire viam' est apud Senecam ep. 32. Varr. περὶ αἱρέσεων apud Prisc. III. 607. in Sesquiulysse apud Non. in 'Desabulare:' Plautum in Milit. II. 2. 68. Cæsar Bell. Gall. VII. 58. Ego olim *moliendam* legi debere putavi. *Klock.* Turnebi est *muniendam,* pro *minuendam.* Grut. Klockii conjectura *moliendam* firmari posset loco Livii IX. 3. 'Num montes moliri sede sua paramus?' Sed præferenda est conjectura Turnebi *muniendam.* Ita enim Flor. Cant. et plures alii codd. Id etiam probat locus XXVII. 39. 'Per munita pleraque transitu fratris ducebat.' Quin 'munire viam,' 'iter,' apud Livium passim obviæ sunt locutiones. Ita XXV. 11. XXXIX. 28. XLIV. 9. et alibi. Tandem 'minuendus' et 'muniendus,' duabus tantum literis transpositis, a librariis commutari, vidimus ad VI. 27. § 6.

Per quam via una esse poterat] Repone ex Flor. et Gud. *ad rupem muniendam, per quam unam via esse poterat.* J. F. Gron. *Per quam inde via una esse poterat* Gaertn. Sed recte *per quam unam via esse poterat* Cant. et Hearnii L. 1. et D.

Arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque] Silius meus Ms. (nam in vulgatis est hic locus, ut pleraque omnia, quæ huc allegamus, corruptissimus contaminatissimusque) hæc sic effert, III. 638. 'Noctem operi jungunt,' &c. *Modius.* *Arboribus circa minantibus* Pal. 2. *Gebh.* Silii verba plura in nota Modii resecui, brevitati studens. Id autem mihi permissum esse existimavi, quia Modii emendationem ex ejus Novant. et hic et alibi, ubi verba poëtæ emendata profert, ad ipsum Silium olim produxi. In sequentibus *struem ingentem lignorumque* Lov. 3. *struem lignorum ingentem* Lov. 4. et 5.

Quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset] Vocula *et* deerat in Ber.

a m. pr. *sectam fac.* *igni* Lov. 4. 5. *septa fac. igni* Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et omnes codd. Latinii: *septa fac. igni* Flor. *cepta fac. igni* Ber. Rec. et Hearnii N. *quum ejus vento septa fac. igni* Cant.

Ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt] 'Saxa putrefacere aceto' est aceto saxa solvere et frangere. Saxorum enim torridorum et candentium infusum acetum compages et nexus resolvit et laxat, quod 'putrefacere' appellat. *Turneb.* Adv. XIII. 18. *Candentiaque saxa* Hav. Tum *saxa infusa aceto* Harl. Idem autem, quod hoc loco Livius narrat, de Hannibale referunt etiam App. Alex. in Hannib. p. 315. Juven. Sat. X. 153. et quos viri docti ad eum locum laudarunt. Eam autem aceti vim esse, ut 'saxa rumpat infusum, quæ non ruperit ignis antecedens,' docet Plinius Hist. Nat. XXIII. 1. in fine; qui etiam lib. XXXIII. c. 4. testatur, silices 'igni et aceto' rumpi. Vide etiam Dion. Cass. XXXVI. 8. Verum unde Hannibali tanta aceti copia in Alpibus? Aceti infusi nullam mentionem fecit Polybius.

§ 4 *Quatriduum super rupem consumtum*] Alii emendarunt *circa rupem*: non multum ad rem, meo judicatu. Nam dierum numerum, quem postea ponet Livius, juvare conati sunt. Si enim nono die in juga Alpium perventum est, biduumque ibi stativa habita, deinde tertio die ad rupem multo angustiorem ventum, quatriduumque circa eam absumptum: denique postremo quiete data triduo, atque ita in planum descensum, numerus excrescet in decem et novem dies, cum Livius decimo quinto die superatas dicat esse Alpes. Sed in biduo etiam intelligo nonam diem, ita ut undecimo die ad multo angustiorem rupem venisse dicantur. Quatriduum autem sequens ita partitus est Polybius III. 55. ut unum diem labori datum, pro deducendis equis jumentisque dicat, reliquum triduum elephantis deducendis. Igitur hoc sequenti triduo jumenta equique in plano pasta; quanquam Livius dicit, triduum datum etiam hominibus muniendo fessis, atque deinde in planum descensum. Sed cum in hac numeri summa secutus sit Polybium, etiam in partibus sequi oportuit, meo quidem judicio. Sed judicent doctiores. *Glar.* Lectio, quæ in capite adnotationis Glareani conspicitur, superfuit in edd. usque ad Aldum, qui loco ejus substituit *circa rupem*, consentientibus omnibus scriptis. Insuper tamen *Quatriduo circa rupem consumto* Hearnii N. Quod autem in Livio hic carpit Glareanus, breviter etiam monuit Cluver. Ital. Antiq. I. 32. p. 379.

Jumentis prope fame absumtis] Ita edidit Jac. Gronovius, secutus, ut videtur, fidem Flor. et Cant. quos ita legere ex eorum excerptis didici. Antea edebatur *jumenta prope fame absumebantur*; quæ lectio superest in reliquis meis, nisi quod quidam eorum adhuc corruptius præferunt *assumebantur*. Mox τὸ *est* deficit in Gaertn.

§ 5 *Inferiora vallis apricos quosdam colles habent*] Vet. lib. *Inferiores valles.* Sigon. Pall. 1. et 2. *Inf. valles.* Pal. 2. *Inf. vallis apricos quosdam colles habet. Inferiora vallis* ut c. 35. 'Extrema agminis.' *Gebh.* Quum in Mss. inveniatur vel *Inferior vallis*, vel *Inferiora valles* et *vallis*, etiam in editis ante Sigonium, monuerat paterna manus edendum *Inferiora vallis.* Sed nihil de una quadam valle. Sermo pertinet ad inferiora montium; in his ait esse valles et mixtos apricos colles. Itaque lege ex Cantabr. *Inferiora valles et apricos, &c.* Jac. Gron. *Inferior vallis* Flor. a m. sec. *Inferiora vallis* Voss. Lov. 2. Harl. Rec. et Gaertn. *Inferiores valles* Ber. Hafn. et Hav. *Inferiora valles* Flor. a m. pr. Lov. 4. 5. et Hearnii N. *Inferiora*

valles et apricos quosdam colles habent, rivos quoque prope silvas Lov. 3. Quod, certe prius illud, a Gronovio etiam ex Cant. et a Crevier. ex Msto Regio probatum, verius puto, et in contextum recepi. *Inferiora* nempe hic obponuntur 'cacuminibus' modo memoratis, et intelliguntur inferiora montium Alpium.

Etiam humano cultu digniora loca] Bis hic in vicino dividenda particula: nimirum *et jam humano cultu digniora loca*: tum, *et jam locis mollioribus, et accolarum ingeniis*. J. F. Gron. Vide ad I. 47. § 9. *et humano cultu* Hearnii N.

§ 6 *Ad planum descensum, etiam locis mollioribus et adcolarum ingeniis*] Edd. omnes usque ad Jac. Gronovium legunt *descensum est*. Sed vir clariss. τὸ *est* expunxit; et recte: in nullo enim apud me codice superest. Deinde *ut jam locis mollioribus, ita accolarum ingeniis* legendum conjicit Nic. Heinsius ad Vellei. Pat. II. 115. Verum ita mutandi nullam necessitatem video, præsertim codd. omnibus in vulgatum consentientibus, nisi quod *locis etiam mollioribus* legat Ber. Cum Gronov. tamen malo *et jam locis mollioribus*; quem vide ad § præc. Crevier. malebat *jam et locis moll.* Paullo ante *quies in muniendo* Hearnii N. a m. sec.

Cap. XXXVIII. § 1 *Hoc maxime modo perventum est in Italiam*] Pall. tres *in Italiam perventum est*. Gebh. Consentiunt omnes mei; itaque edidit Jac. Gronov. Præterea *hoc maximo modo* Lov. 1. 2. 3. Harl. et ed. Parm. Male. Vide ad v. 40. § 5.

Quinto decimo die Alpibus superatis] Polybius III. 56. τὴν δὲ Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα κατῆρε τολμηρῶς. *Sigon.* *Quinto deno die* Lov. 3.

§ 2 *Viginti equitum fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum*] *Decem millia eq. fuisse*, et tum *sex millia eq.* Hav. contra *viginti peditum, sex equitum* Hearnii N. a m. pr. Paullo ante *Quantæ copiæ fuerint transgresso Hann.* Ber. *Quantæ copiæ, transgresso in Italiam Hannibale, fuerint* Lov. 4.

§ 3 *L. Cincius Alimentius, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor moveret me*] Vet. lib. *Alimentus*, non hic solum, sed etiam in epistolis ad Atticum. Quod probo. Cognomen enim est Cinciorum, ut *Rutilus* Marciorum, non, ut vulgo, *Rutilius*. In iisdem libris est *maximus auctor*: et hoc quoque placet: 'maximum' enim 'auctorem' vocat locupletissimum, quippe qui rebus ipsis gerendis interfuerit. *Sigon.* Pall. duo *Cinnius Alimentius*. Prisca ed. *L. Cinius Alimentius*. Mox tres Pall. codd. *maxime auctor moveret, nisi confunderet*. *Gebh.* Immo *maxime*, ut ante Sigonium lectum fuit, et habent omnes nostri: quod conjungendum adverbium cum verbo. L. 28. D. de Rebus Auct. Jud. 'Me illud maxime movet, quod præceptoribus tuis placet, unum esse testamentum.' Quin et valde suspectum habeo illud iteratum *scribit*: volebat enim Livius significare, se maxime moveri a Cincio 'auctore, tot millia fuisse adducta.' *Auctor*, qui prodidit: atque adeo ea vox τὸ *scribit* sensu complectitur. Vide ad VIII. 30. Sed et ignorat id Vossianus. Plerique etiam τὸ *me*. J. F. Gron. *L. Cinnius* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hearnii N. et priscæ edd. *L. Cinius* Hafn. *L. Cecinius* Ber. *L. Civius* Hav. *L. Cninius* edd. Rom. 1472. et Parm. *L. Cinnitius* Ascens. 1510. *L. Cinnius* 1513. *L. Cintius* 1516. in utriusque marginem altera lectione *L. Cinnitius* rejecta. *L. Cincius* tandem Moguntini. Deinde *Alimentius* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. *Alimetius* Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Alimecius* Hav. Sed recte *Alimentus* Sigonius, quem etiam vide ad XXVI. 23. § 1. XXVII. 29. § 4. et XXIX. 20. § 11. Præterea

voces *qui captum se ab Hannibale scribit, maxime* se in D. non invenisse Hearnius testatur. Hinc *maximus auctore* Cant. *maximus auctor* Harl, Ber, et Hav. A quibus recte reliqui mei et Hearnii codd. dissentiunt, *maxime auctor* præferentes. Tum *me* deficit in Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *me moveret* edidit Jac. Gronov. quomodo est in Flor. a m. sec. et Cant. An itaque in prioribus *τὸ me* haustum est a proxime sequentis vocis syllaba initiali? Mox *ubi confunderet*, pro *nisi*, Hav. Vide ad IX. 5. § 3. Ceterum, quæ a Gronovio de verbo *scribit* hic adduntur, pertinent ad § seq. ubi iterum obcurrit, et Gronovius alia notavit, non autem ad hunc § quo male ea retulit Hearnius.

§ 4 *Cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum adducta*] Flor. quoque et Gud. *cum his LXXX.* sine *τῷ scribit*. J. F. Gron. Eamdem vocem ignorant quoque Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Tot igitur testimoniis damnatam vocem expunxi. Insuper pronomen *his* deest etiam in Lov. 4. et Harl. Pro *scribit* autem *et* legunt Lov. 2. et Ber. Tandem *reducta* Hav.

Magis adfluxisse verissimum est] Credo legendum *verisimile est*. Valla. Bene sic conjecit Valla. Interim Pall. duo *verissimum est*. Pal. 3. *affuisse verissimum est*. Prisca ed. *verisimillimum est*. Gebh. *Verissimum est* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii N. *affuisse*, quod Gebh. in Pal. 3. invenit, erranti librario adscribendum est. Alibi etiam 'adfluxi' et 'adfui' commutantur. Vide Burm. ad Suet. Oth. c. 5.

§ 5 *Triginta sex millia hominum*] Polyb. III. 60. *XXXVIII. millia* edit: πεζοὺς ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους. Eorum vero dimidiam partem in Alpibus superandis amisisse. *Sigon. XXXIII. millia* Lov. 3. Hafn. et Hearnii D. Superius *audiisse* Ber. et edd. vett. pro quo Aldus dedit *audisse*, scriptis aliis concinentibus. At insuper *ex ipso Hannibale audisse* Lov. 1. *τὸ autem* non adparet etiam in Lov. 2. 3. Ber. a m. pr. et Hearnii N. Deinde *transierunt* Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antiqq. cujus loco Moguntini *transierit* substituerunt.

Amisisse in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam digresso] Quidam distinxerunt post *in Taurinis*, quasi Hannibal in Taurinis eum numerum amiserit, quem verius toto a Rhodano itinere amisit. Ego quid dicam, vix equidem comminisci possum. Fortassis autem *in Taurinos* legendum. *Glar.* Ne in id incommodum incidamus, ut dicendum sit, Annibalem in Taurinis, id est, in Italia, ea amisisse, quæ in Alpibus trajiciendis amiserat, legendum est *in Taurinos*; itemque *degresso*, non *digresso*. Est autem verbum Livio familiare, ubi de 'descensu' loquitur, idque sæpissime vitiatum, ut infra ostendam. Sensus autem erit, se audisse, ipso in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat in Italia, degresso, triginta sex millia, postquam Rhodanum transierit, amisisse. Taurinos scribit Polybius III. 60. ad radices Alpium fuisse. [' *In Taurinos* etiam Glareanus legendum ante admonuerat.'] *Sigon.* In solis ergo Taurinis tanta ea jactura? imo modica ibi, aut nulla: in ipsis Alpibus perierant: nec tamen *XXXVI. M.* (nimium sit) sed *XXVI.* scribe. Hoc primum. De Taurinis autem viderunt Glareanus et Sigonius, conatique mederi *in Taurinos*: quasi ab Annibale hoc Cincius audierit digresso jam in Taurinos. Logi: distinguo et lego, *aliorumque jumentorum amisisse. E Taurinis, quæ Gallis prox. gens erat, in Ital. digressum, cum inter*

omnes constet; eo magis. Firmat ipsa res, tum et libri prisci, in quibus *amisisse, Taurinis* sine vocula illa media scriptum. Vides igitur clare in Taurinos descendisse, quod et Livium secutus, ut solet, Silius expressit III. 645. 'His tandem ignotas transgressus casibus Alpes Taurinis ductor statuit tentoria campis.' Sed de ipsis Taurinis addit *quæ Gallis proxima gens.* An non igitur Taurini tunc Galli? non, sed Liguribus videntur accensiti. Strabo de iis IV. 204. Λιγυστικὸν ἔθνος, *Ligurum natio:* quod ad originem fortasse verius referas, at situ tamen Galli erant: ideoque hic rescribas *quæ Galliæ.* Ea gens Galliæ proxima Italiæ erat in illo tractu. *Lipsius,* Centur. ad Belgas Epist. I. 1. Pal. 1. *et alium jum. amisisse. Taurinis, quæ Gallis:* ut et concipiunt reliqui duo. Mihi non displicet legi cum Glareano *amisisse: in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso.* Gebh. Quæ hic Glareanum, et Sigonium, et Lipsium exercuerunt, ita formamus: *trig. mill. hom. ingentemque num. eq. et al. jum. amissa, Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso:* nempe Annibali. Duo autem hac brevitate sermonis significantur: et tantum hominum magnumque jumentorum numerum amissum, et per Taurinos in Italiam ventum: ne quis ita accipiat, quasi, dum transit per Taurinos, id damnum fecerit. Nec adversum, quod mox de Cremonis jugo: nam Cœlium ex suis ipsum quodammodo verbis refellit Livius. *J. F. Gron. Amisisse Taurinis,* omissa media præpositione, omnes mei et Hearnii Mss. Deinde *Taurinisquè Gallis* Rec. et Gaertn. *Taurinisq; ne Gallis* Harl. *Taurinis ne Gallis* Lov. 1. et 3. *Taurinisve Gallis* Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. *Taurinis, Gallis quæ* Hearnii N. *Taurini Galli* Ber. et Hafn. *Taurinis, quæ Galliæ* Cant. Ex his nihil propius esse video, quam ut vel cum Gronovio legamus *amissa, Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso,* quam lectionem sibi etiam multum placere Crevier. testatur; vel *amisisse,* aut *amisisse se, Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum. Degressum,* inquam, non *digressum.* Vide ad IV. 17. § 11. Sigonius enim, 'digredi' hic locum habere non posse, recte docuit. Ita non nisi leviter a vulgatis recedo. *Se* facillime excidere potuit ob vocis præced. syllabam finalem. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Τὸ *in* expunxi omnium Mstorum auctoritate: pro *digresso* autem scribo *degressō,* id est *degressom,* pro *degressum.*

§ 6 *Quanam Alpes transierit: et vulgo credere, Pennino*] Potius *vulgum.* Audisne porro, vulgum hoc credere de Penino, non Livium, qui aperte nunc et in sequentibus damnat? at nesciam, ubi mens Jovio fuerit, cum Livio hoc affinxit. *Lipsius,* Centur. ad Belg. Epist. I. 93. Lipsius *vulgum.* Sed istud omnes libri; et fero: ut intelligatur ex præcedenti membro 'omnes,' aut, quod huic facile includitur, 'homines.' Cic. Fam. XVI. 10. 'vulgo loquebantur.' Mox forte *nomen ei jugo Alpium.* J. F. Gron. Recte Gronovius vulgatum adversus conjecturam Lipsii defendit. Omnes enim, quibus usus sum, codd. *vulgo credere* præferunt. Eadem opera refellitur etiam conjectura Bocharti, qui in Geogr. Sacr. part. II. l. I. c. 42. vel *vulgo credi,* vel *vulgus credere* legendum arbitratur. Donjatius etiam putabat, haud dubie rotundius fore, si post passivum 'ambigi,' quod præcessit, nunc inferretur *vulgo credi.* Tandem tamen, quoniam codd. scripti habent activum *credere,* vel subintelligebat 'homines,' vel e proximo repetebat 'omnes.' At sæpius viri docti observarunt, Livium, ut oratio varietate gratior foret, verbo passivo activum, et contra subjunxisse. Vide

ad VIII. 34. § 9. Neque mirum videri debet, hic substantivum deesse. Nihil magis Livianum est, quam si simpliciter dicatur 'vulgo credunt,' pro 'homines' vel 'omnes,' (etiamsi ea vox proxime non præcessisset,) 'credunt.' Vide quæ notantur ad XXXIV. 56. § 11. Cur ergo minus liceret *mirer vulgo credere?* Præterea *quasnam Alpes* Lov. 4. quod eodem modo accipi posset, quo 'diversis Alpibus' hoc lib. c. 31. § 4. Sed potius *quanam*, reliquorum codicum auctoritate firmatum, servo, et intelligo pro 'quanam parte,' quemadmodum sæpe 'qua' et 'quacumque' simpliciter ponuntur pro qua parte, et quacumque parte. Vide ad II. 31. § 2. et V. 38. § 7. Deinde *Appennino* Gaertn. *Pæmo* Lov. 5. *Pænino* Flor. Voss. Lov. 1. 2. *Penino* Ber. et Hav. Vide ad § 9. Quamquam autem omnes codd. in verbis seqq. servant τὸ *et*, adsentior tamen Gronovio *ei* substituenti. Sæpius ita lapsi sunt scribæ. Vide ad XLI. 15. § 6. Ceterum iter Hannibalis per Alpes, et quanam parte eas transierit, multis inlustrant Lipsius Centur. ad Belg. Ep. I. 93. et Cluver. Ital. Antiq. I. 33. 303. a posteriori interdum in diversa abit Holsten. in Annot. ad Cluver. Ipsi illi videndi sunt; ratio enim notarum non permittit, ut omnia hic inseri possint.

§ 7 *Cœlius per Cremonis jugum dicit transisse*] Vide ne *Centronis*, vel *Centronis*, ut Plinius ait, sit legendum. Strabo IV. 205. 'Una,' inquit, 'via per Salassos ad montes Pœninum ducit, jumentis inaccessibilis, altera per Centrones prolixior.' *Sabell.* Sic [*Centronis*] habent vetustiores codd., non *Cremonis*. Et 'Centronum' cum alii, tum C. Cæsar meminit. *Cremonis jugum*, quod quidam substituerunt, quid sit, haud equidem invenio. *Glar.* Nusquam lectum hoc *Cremonis jugum*, et ideo Glareanus inclinat legere *Centronis*, quia populi 'Centrones' in eo ipso tractu. Atqui *Centronum* tunc potius dixisset. Levis mihi suspicio, ne *Grajonis* vel *Grajonis jugum* sit vera lectio: quod a Graiis Alpibus non abludit, et Plinius ibi Graios populos locavit. Germanicæ originis vox est, et *Grami* dicti fuerunt, hodieque is mons *Gramalp* tabulis quibusdam inscriptus. *Lipsius*, Centur. ad Belg. Epist. I. 93. *Centronis* legendum esse, jam ante Glareanum suspicatus fuerat Beroaldus tom. I. Facis Gruter. p. 157. *Duk.* *Cremonis jugum esse*, quæ alio nomine Alpes Graiæ vocantur, docet Cluver. Ital. Antiq. I. 32. 329. et 342. Unde tamen id nominis ei quæsitum sit, plane incertum esse pronunciat. Neque aliquid in hoc nomine mutant scripti, nisi quod *Tremonis* legat Lov. 5. Eo tamen inclinare videtur Crevier. ut *Centronis jugum* legat a Centronibus, Gallico populo, haud longe a Pennino jugo incolentibus, quum et 'Centronicarum Alpium' Plinius mentionem faciat XI. 42. Deinde *collum per Cremonis jugum dicitur transisse* Rec. *collum* etiam Gaertn. *collium*, pro *Cœlius*, Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *Collius* Lov. 1. et 2. *Eitolius* Hafn. Tum *diceret transisset* Flor. *diceret transisse* Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. et N. a m. pr. in quo a m. altera emendatur *dicere*; quod præferunt Lov. 2. 3. Ber. et Hav.

Ii ambo saltus eum non in Taurinos, sed per saltus montanos]. Verbum observa, et mecum sperne. Qui 'saltus montani?' aut potius, qui 'saltus' non 'montani?' adhærent ista; et inamœna etiam repetitio fit vocis jam anteeuntis. Itaque scribam *per Saluas montanos*, sive *Salyas*, ut Græci: quos in eo tractu et circa Ticinum Livius diserte V. 35. agnoscit. An magis placet *Sallassos montanos?* Nam, et valles et montes habitasse eos, Strabo prodit. Alterutrum sane

verum. *Lipsius*. Centur. ad Belg. Epist. I. 98. Reperi in Pal. 3. *qui ambo saltus eum non in Taurinum, sed per salt. mont. ad Libuos Gallos perd.* Gebh. Quid hoc est dicere, 'Pennini verticis et Cremonis jugi saltus Hannibalem per saltus montanos ad Libuos Gallos deduxissent?' An non ipsi utriusque jugi saltus fuere montani? Omnino sic existimo: ut qui fuere in ipsis altissimorum montium verticibus. Quomodo igitur 'saltus montani' deduxissent Hannibalem per 'saltus montanos?' Sane satis hoc in tam gravi auctore absurdum ineptumque. Tu corrigito *per Salassos montanos*: ut mox postea ei dicuntur 'Veragri montani.' *Cluver.* Ital. Antiq. I. 32. 341. *Salassos montanos* recte quidem Cluverius, sed anticipaverat Lipsius Cent. ad Belg. Ep. I. 98. *J. F. Gron.* *Per saltus montanos*, quam lectionem recte damnarunt viri docti, servant tamen omnes codd.

Ad Libuos Gallos deduxissent] Libuis et Ptolemæus et Plinius Vercellas attribuunt. Hic noster auctor v. 35. ait, olim eos possedisse loca, ubi Verona et Brixia, quæ Cenomani Elitovio duce postea ceperint: quanquam eum locum alii aliter legant, ut ibidem commonstravimus. *Glar.* 'Libuorum' ter mentionem fecit Livius: v. 35. hoc loco; et XXXIII. 37. Verum omnibus illis locis nomen eorum ab imperitis exscriptoribus corruptum, et non *Libuos*, sed *Libicos*, adpellandos esse, contendit Cluverius Ital. Antiq. I. 23. 231. et cap. 32. p. 342. In vulgatum tamen omnes Mss. hoc loco conspirant. Ceterum *deduxerint* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *deduxerunt* Lov. 1. 3. 4. et 5.

§ 8 *Utique, quum, quæ ad Pœninum ferant, obsepta gentibus semigermanis fuissent*] Illud *semigermani* vehementer me torquet, nec tamen mutare ausim. *Glar.* Pall. tres ejiciunt primo τὸ *quum*. Deinde Pal. 2. τὸ *fuissent*. Denique Pal. 3. legit, *utique, quæ ad Penium fuerunt, gentibus obsessa semigermanis fuissent*. Gebh. Omnes Mss. amandant τὸ *quum*, et pro *ferant* plures *fuerunt*. Scribe ergo, *utique, quæ ad Penninum ferunt, obsepta gentibus semigermanis fuissent*. J. F. Gron. Illud *quum* deest etiam ab omnibus meis, ac præterea præcedens *utique* a Ber. Tum *ad Pœnum* Lov. 5. *ad Penum* Lov. 2. *ad Peninum* Flor. et Voss. *ad Peninum* Ber. *ad Apeninum* Harl. Vide ad § seq. Deinde *fuerunt* cum edd. Rom. 1472. et Parm. legunt Flor. Lov. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. in cujus margine *ferunt* adscriptum visitur: *fuerant* Lov. 3. et aliæ ex vett. edd. *fuerint* Cant. *obsessa* autem, quod Gebh. in Pal. 3. invenit, ex errore librarii natum est. Vide ad Epit. Liv. lib. XVII. Tandem male *patuissent* Lov. 2. tota vox a m. sec. deleta est in Hearnii N. Ceterum populos, qui ad Alpes Peninas habitant, 'semigermanos' a Livio vocari, quia eorum lingua Germanorum, quam Gallorum, sermoni fuit propior, existimat Cluver. Germ. Ant. I. 5. 40.

§ 9 *Si quem forte id movit, ab transitu Pœnorum ullo Veragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum*] Scripti codd. verborum monstra ingerunt, sed in nativam formam ducenda. In iis est, *Pœnorum nullo sed uno vel acri*, Lego *Pœnorum ulli Seduni vel Veragri*. Utrumque hunc populum Cæsar, Plinius, alii montibus his imponunt. *Lipsius*, Centur. ad Belg. Ep. I. 98. Emendatorum hæ nugæ; quas, unde profectæ sunt, remittimus. Vett. *a transitu Pœn. ullo, sed ab uno vel acri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum.* Meus Ms. aliter præter solitum: *sed a pilo seu acri incola, &c.* Lego, *sed a penno celsei ocris incolæ jugi ejus norunt nomen inditum.* *Peropportune, &c.* vel certe, *sed a penno Veragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum, &c.* Merito autem fatemur, hanc emendationem

conformatam esse ad Lipsii explicationem hujus loci, quam olim suis ad Tacitum Hist. I. 61. inseruit notis. *Klock.* Syllog. Epist. quam edidit Burm. tom. I. p. 394. Voss. Fl. *movet.* Quod sequitur, apud primum invenio Frobenium. Omnes ab Tarvisina usque ad Moguntinos, *ab transitu Pen. nullo, sed ab uno vel acri incola.* Nec secus Lutetiæ Saveterius. Andreas, Med. Aldus, Juntas, *nullo sed uno vel acri incola.* Scripti, *nullo sed uno vel acri incolæ.* Hic latet aliquid. Habes enim apud Cæsarem de Bell. Gall. III. 1. 'In Nantuates, Veragros, Sedunosque misit, qui a finibus Allobrogum et lacu Lemano et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent.' Habes apud Plinium III. 20. inter gentes Alpinas, 'Nantuates, Seduni, Veragri, Salassi.' Id nomen hic quoque Livio positum pro explorato habeo: sive fuerit *Sedunoveragri,* sive *Seduni Veragri,* (potuerunt enim mixtæ in unum gentes nomen quoque miscuisse, ut 'Celtiberi,' 'Tauroscythæ') sive denique *Seduni et Veragri incolæ jugi ejus.* J. F. Gron. *Si quem forte id movet* Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. usque ad Froben. 1535. *si quem movet id forte* Lov. 4. et 5. *si quem id forte movet* Ber. Hinc *ad transitum Pœnorum* Cant. et Hav. Tum *nullo fumo nec acti incolæ* Rec. *nullo vel uno pelutore in colle* Lov. 1. *ullo sed uno vel acri incola* Hafn. *nullo sed uno vel acri incola* Lov. 3. et Hearnii N. *nullo suno acri vel incola* Lov. 5. *nullo sed uno vel agri incolæ* Harl. et Hearnii D. *nullo sed uno vel acri incolæ* Cant. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. *nullo vel acri in colle* Hearnii L. 1. *nullo Velacri incolæ* Flor. Ex his patere puto, vel unam conjecturarum, quas Gronovius proposuit, et Doujatius probavit, veram esse; vel, si proxime vestigiis optimi Flor. insistere velimus, vulgatam scripturam, quam in Froben. ed. 1531. primam adparuisse jam Gronovius monuit, præferendam esse. Haud vereor autem, ne cui placeant conjecturæ Klockii. Nam quis, quæso, probare vellet antiquatam vocem *ocris?* qua antiqui montem confragosum vocabant, teste Festo ea voce, qui ex solo tantum Livio Andronico ejus exempla laudat. Quis ferre posset, ultima hujus capitis verba 'sed ab eo, qui,' &c. tamquam glossema, expungi, quum in omnibus codd. supersint? Denique *norint inditum,* omissa media voce, legunt Flor. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. *norint indictum* Hav. *norunt indictum* Lov. 1. *norunt inditum* Cant. *inditum norint* Lov. 5. *notuit nomen inditum* Hafn. *norint nomen indictum* Ber. *norint nomen inditum* Lov. 3.

Sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani adpellant] Potius *verticem,* cum priscis libris. Nam hoc dicit, ipsum verticem et caput montis sacrum esse barbaro ritu, qui et alibi obtinebat. Docui ad Histor. Taciti I. 61. et addo, in sacris conciliis nostris vetari aliquoties 'sacrificari ad saxa aut petras:' consimili hercle superstitione. Intelligit autem Livius verticem, qui post quoque nomen tenuit, et leges in Antonini Itinerario p. 351. ult. ed. *Summo Apennino* corrupte, pro *Summo Penino.* Sane *pinnas* aut *pennas* locorum vertices etiam nunc nos Belgæ appellamus. *Lipsius,* Cent. ad Belgas Ep. I. 93. *Ab eo,* intellige vel Deo, vel heroë. Denique Cluverius *Pennum* Germ. I. 26. *J. F. Gron. Verticem,* quod Lipsius probat, inveni etiam in Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Reliqui, et inter eos optimi omnes, recte vulgatum tuentur. Non enim Alpes hæ dictæ sunt ab ipso vertice et capite montis sacro, ut Lipsius existimat, sed a Deo quodam, qui in vertice montis erat sacratus. Hic *Deus Peninus* vocatur in lapide antiquo, quem, in his ipsis Alpibus, in monte magno S. Bernardi, inven-

tum, primus edidit Sponius, tum in Miscell. pag. 85. tum in aris Ignotor. Deor. p. 243. in tom. VIII. Thes. Antiq. Græc. unde præter alios repetivit Cuper. in Apoth. Hom. p. 16. ex quo etiam hoc loco *sed a Deo*, pro *sed ab eo*, scribendum conjicit. Eam autem conjecturam firmat lectio Lov. 5. *sed ad eo.* Posses etiam *ab Deo.* Nam ita *ea* et *Dea* in codd. commutantur. Vide ad XXIX. 11. § 6. Quod Cupero, postea etiam in mentem venit Leibnit. tom. I. Rer. Brunsvic. Script. p. 45. ubi plura de hoc Deo. Ibidem etiam adduxit optime huc facientem locum Servii ad Virg. Æn. x. 13. qui ita vulgo editus est: 'Loca ipsa, quæ rupit' Hannibal, 'Apenninæ Alpes vocantur. Quamvis legatur, a Pœnina Dea, quæ ibi colitur, Alpes ipsas vocari.' Primam partem eorum verborum hoc modo restituit Maasvic. *Pœninæ Alpes vocantur.* Posteriorem ex conjectura emendat Cluver. Ital. Antiq. I. 32. 340. *a Pennino Deo, qui ibi colitur.* Mallem insuper *Alpes istas vocari.* Ex lapide illo insuper patet Deum ipsum dictum fuisse *Peninum*, non *Pennum*, vel *Pinnum*, ut existimat Cluver. in Germ. Antiq. I. 26. 183. II. 4. 348. et Ital. Antiq. I. 32. 340. ut taceam Klock. ad verba præcedd. quamvis forte verum sit Deum illum ita vocari, quod incolæ montium summitates *pin* vel *pen* vocare soliti sint, ut præter Lips. et Cluver. etiam docet Pontan. in Gloss. prisco-Gall. in voce 'Peninæ Alpes.' Eam itaque scripturam lapidis secutus, ubique hoc cap. vocem illam *Peninus*, non *Penninus*, scripsi. Et sane ita præferunt Voss. Lov. 2. Ber. Hav. pluresque alii. *Pœninum* erat mendose in Flor. Somnia Lazii, unde Alpes *Peninæ* dicantur, rejecerunt docti Actor. Lips. auctores in a. CIↃ IↃCCXXX. p. 368.

CAP. XXXIX. § 1 *In reficiendo maxime sentientem contracta ante mala*] Præpositio *in* abest ab Hearnii D. In præcedentibus *proximæ gentis*, pro *genti*, Flor. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Tum *armari*, pro *armare*, in Flor. est, ut et Lov. 1. 4. et Harl. *armati* in Cant.

§ 2 *Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex inluvie tabeque*] Vet. lib. *Otium enim ex labore.* Sigon. Sigonii liber *Otium enim ex labore.* Pall. tres *Otium erat enim.* Sed vulgatam tuetur lectionem vetus ed. *Gebh.* Vet. lib. Sigonii adsentitur ex meis Ber. ex Hearnii codd. D. et a m. sec. N. *Otium erat enim ex labore* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et a m. pr. N. *Otium erat etenim ex labore* Cant. et Lov. 1. *Otium erat ei ex labore* Rec. *Otium enim erat ex labore* Hav. Mox *variis movebat*, pro *movebant*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hafn. Singularia 'otium,' 'copia,' et 'cultus' æque admittunt verbum singulare ac plurale. Vide ad XXXVII. 29. § 6.

§ 3 *Quum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Attilioque accepto*] P. Cornelius ante dicitur a Livio venisse Placentiam e Gallia c. 32. quanquam alii in eo loco restituerunt *Genuam.* Mirum cur hic non etiam *Pisas* emendarint. Nisi dicamus, consulem noluisse tyrones objicere Gallis, dubiis sociis, atque ita a Genua Pisas navibus ivisse, ut a prætoribus (nam ita intelligo Attilium Manliumque) exercitum acciperet. *Glar.* Polybius III. 56. Πόπλιος δὲ κατάπλευσε εἰς Πίσαν· ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ Τυῤῥηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν ἑξαπελέκων στρατόπεδα τὰ προκαθήμενα καὶ προσπολεμοῦντα τοῖς Βοιοῖς, ἧκε πρὸς τὰ περὶ Πάδον πεδία. Intelligendum autem est, Genua Pisas venisse. Livius porro nomine 'Pisarum' provinciam Liguriam, ut 'Arimini' citeriorem Galliam significare solet. L. Manlius Galliam, C. Atilius, opinor, Ligures provinciam obtinebat, ut ante dixi. *Sigon.* *Exercitu a M. Attilio Acilioque* Lov. 3. *a Manlio Aci-*

lioque Harl. et Hafn. *a Manlio Attilioque* Lov. 2. Ber. Harl. et Hav. Recte Sigonius *Atilioque* edidit. Vide ad v. 18. § 3. Paullo ante *consuli* omittitur in Harl. et Hearnii D. sequens *fuit* in Lov. 3.

Ut cum hoste nondum refecto manum consereret] *Manu consereret* Lov. 1. *manus consereret* Flor. Cant. et Harl. Utrumque dici solet 'conserere manum' et 'manus.' Vide ad vi. 52. § 5. Paullo ante *et tum novis ignominiis trepido*, pro *et in novis*, Lov. 5. *timido* Colb. apud Hearnium: *et in novis ignominiis turpitudo* Rec.

§ 4 *Taurinorumque unam urbem, &c.*] Polybius iii. 60. Οὐχ ὑπακουόντων δὲ περιστρατοπεδεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐπολιόρκησε. *Sigon.* Illa urbs eo tempore vocabatur *Taurasia*. Vide App. Alex. in Hannib. p. 315.

Quia volens in amicitiam non veniebat] Pall. tres *quia volentis in amicitiam*. Gebh. Omnes scripti et Andreas *volentis*. Scribe *quia volentes in amicitiam non veniebant*: nempe oppidani. Caussa corrumpendi fuit, quod hæc putarent non convenire τῷ *urbem*. Vide ad viii. 11. Hoc lib. c. 50. 'Quibusdam volentibus res novas fore.' Ubi perperam delet τὸ *fore* Gruterus, non cogitans se corrumpere elegantiam τοῦ *volentibus*. J. F. Gron. *Volens* in solis Ber. et Hav. apud me superest: contra *quia volentis in amicitiam non veniebat* præter Andr. etiam plures ex edd. principibus servant; certe id invenio in Rom. 1472. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venet. 1495. aliisque. Idem etiam præferunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Rec. et Gaertn. quod in priori ed. nott. Gronovius probavit, adscripto loco Polyb. iii. 60. Τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς εἰς φιλίαν προυκαλεῖτο καὶ συμμαχίαν· *Caput gentis ejus, ejusque nolentis in amicitiam venire* legit Lov. 4. Quod Gronov. repetitis curis hic malebat, obviam mihi fuit in Lov. 3. et Crevierio in uno e Regiis. At *quia volentis in amicitiam non veniebant* est in Hafn. idque se in L. 1. et D. invenisse Hearne testatur. Quod vel ideo malo, quia propius ad optimorum codd. lectionem accedit. In eo autem eamdem corrumpendi caussam habuerunt librarii, quam in altera notavit Gronov. Vide ad xxxviii. 29. § 11. Id itaque quum non intelligerent, *veniebant* mutarunt in *veniebat*. Mox *vi expugnaverat* Lov. 2. Ber. et Hav. *expugnabat* Hearnii N. pro quo in margine emendatur *expugnavit*, quod servant etiam pr. edd. Aldus demum substituit *expugnarat*.

§ 5 *Junxissetque sibi, non metu solum*] *Junxisset sibi* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Berol. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *subitus adventus consulis obpressisset* Lov. 5. *subito adventu cos. obpressisset* Flor.

§ 6 *Incertus, quæ pars sequenda esset, Gallos præsertim se secuturos ratus*] Livius meus *præsentem esse*. Itaque lego, *incertos, quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem sese secuturos ratus*. Galli incerti Romanorum partem, an Pœnorum, sequerentur, nec de Annibale ista. Eos præsentia sua motum iri Annibal haud frustra existimabat. *Lipsius*, Epist. Quæst. i. 9. Assentior lubenter Lipsio homini amicissimo, subscriboque judicio ejus non sane invitus; præsertim cum manu exarati codicis illius scripturam etiam in ed. veteri Moguntina disertim reperiam: quia cum fideliter plane et religiose versatos in ea videam illius adornatores, magnum hoc mihi argumentum est, verissimam hanc esse et germanam loci hujus scripturam. *Modius*. Ita [*præsentem se*] Lipsii Mss. ita edd. primæ. Male deinceps *incertus, &c. præsertim se*. Grut. Ad Lipsii emendationem, quam plenis buccis laudat Modius, Pall. duo quoque alludunt, *incertus, quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem esse secuturos* (Pal. 2. *secuturus*) *ratus*. Pal. 3. vero cum prisca ed. *incertus, quæ pars sequenda es-*

set, Gallos præsentem se secuturos ratus. Ego quoque censeo, Lipsii lectionem verissimam esse. *Gebh.* And. Med. Tarv. Ven. utraque, Bechar. Bad. Mog. Ald. et Savet. *incertus* et *præsentem se.* Froben. utraque Cœlii, et binæ Gryphii *incertos* et *præsentem se.* In Sigonii Manutianam insinuavit *incertos* et *præsertim se;* quod Lipsius se primum corrigere existimabat Epist. Quæst. I. 9. *J. F. Gron.* *Incertus, &c. præsentem sec. esse ratus.* Gaertn. et Flor. a m. pr. *præsentes* a m. sec. *incertus &c. præsentem se sec. ratus* Cant. Lov. 4. et Hearnii D. *incertus, &c. præsentem esse sec. ratus* Voss. Lov. 2. et Harl. *incertos &c. præsentem esse sec. ratus* Lov. 1. 5. Hafn. Ber. et Hearnii N. *incertos, &c. præsentes esse sec. ratus* Hearnii L. 1. *incertos &c. præsentem se sec. ratus*, ut Lipsius emendavit, Lov. 3. et Rec. Voces plures *adcolas Padi &c. sequenda esset Gallos* desunt in Hav. librarii culpa: sed ultima præfert *præsentem esse sec. ratus.* Mihi quoque Lipsianum non displicet, nisi malis *incertos &c. præsentem sec. esse ratus.* Cluverius Ital. Ant. I. 11. 88. conjiciebat, *Et Hannibal movit ex Taurinis in incertos, quæ pars sequenda esset: Gallos præsentem se secuturos ratus.*

§ 7 *Conveneruntque duces, sicut uterque inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque*] Prius *uterque* non est in Flor. et Gud. et sufficit alterum. *J. F. Gron.* *Conveneruntque* Hearnii N. sed alterum in margine. Deinde *sicut utrique inter se nondum satis noti* Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Pluscula verba hic omittit Cant. exhibens, *in conspectu erant exercitus. Scipio et Hannibal nondum sati, sed uterque jam imbutus quadam opinione alterius.* Flor. autem non tantum prius *uterque* omittit, sed etiam *sicuti*, pro *sicut*, legit. Utrumque admisi. Prius *uterque* etiam ab uno suorum abesse testatur Crevier.

§ 8 *Ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat*] Ita Clericus edidit contra omnes libros scriptos, pro *excidium;* quod revocavi. Vide ad v. 15. § 9. Hinc *erat* exsulat a Lov. 4. Qui mox legit *electus esset.* Vide ad XXVIII. 42. § 5.

§ 9 *Auxerant inter se opinionem*] *Auxerant item de se op.* Lov. 2. Mox *obvius fuerit* Lov. 4. et 5.

Hannibal, conatu tam audaci trajiciendarum Alpium, et effectu. Occupavit tamen Scipio] Pall. 1. ac 3. nec multum dissentiente Pal. 2. *et conatu* (Pal. 2. *Annibal quod conatu*) *tam audaci traj. Alp. et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit.* Gebh. Nomen ducis Pœni non est in Fl. Voss. Gud. Sed potest videri omissum, quia repetitur. At Flor. Gud. duo Pall. *et conatu.* Lege *transgresso Hannibali: Hannibal et conatu tam audaci traj. Al. et effectu.* J. F. Gronov. *Hannibal, quod conatu tam audaci traj. Alp. et effectu occupavit. Jam Scipio Padum trajecit* Ber. Inde nihil abeunt neque Hafn. nisi quod *Hannibal conatu* legat; neque Rec. nisi quod præterea servet *Tamen Scipio.* Insuper *et Hannibal conatu, &c. et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Gaertn. et Hearnii N. *ipse Hannibal conatu, &c. cum effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Hav. *et conatu, &c. et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Voss. et Lov. 1. 4. 5. *et conatu, &c. et affectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Lov. 2. *et conatu, &c. effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Lovel. 3. et Harl. Gronovii Florentino consentiunt Cant. et Hearnii L. 1. et D. Sed recte Gronov. monuit, in illis vocem *Hannibal* interceptam esse a præcedenti *Hannibali.* Vide ad XXXIII. 27. § 4. Recepi itaque *Hannibal et conatu.* Reliqua sana sunt, neque ulla mutatione indigent. 'Occupavit trajicere,' pro prior trajecit, antequam præverteret Hannibal. Livius I. 14. 'Fidenates occupant bellum facere.' cap. 30. 'Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.' II. 48. 'Occupa-

rent Patres ipsi suum munus facere:' et alibi sæpe.

§ 10 *Priusquam educeret in aciem adhortandorum militum caussa*] *Educeret aciem* Lov. 3. Librario displicuisse videtur, verbum 'educere' simpliciter usurpari, nullo nomine addito. At ita innumeris locis Livius loqui solitus est. Vide ad XL. 25. § 10. Tum *exhortandorum mil. caussa* idem Lov. 3. Sed *adhortari*, quod reliqui tuentur, itidem usus est in princ. cap. seq. Mox *talem orationem est exorsus* Flor.

CAP. XL. § 2 *Quid enim adhortari referret*] *Refert* Rec. *adhortari conveniret* Hearnii N. altera tamen lectione in margine notata.

Ad Rhodanum flumen ægre vicissent] Vos pro *ægre* substituistis *audacter:* ego autem *egregie:* vere audacter, non egregie emendantes: ego egregie, non audacter. *Valla.* Subscripsit Vallæ primus editor, admissa hac lectione. Cæterum Pal. 1. *ægre vicissent.* Pal. 2. *audacter*, quod admodum explodit Valla. Pal. 3. *non ægre vicissent.* Gebh. Gronovius ad XXXIII. 6. ex uno libro scripto probat *non ægre vicissent:* in aliis, omissa negativa, dicit esse *ægre*, et ex eo Vallam fecisse *egregie*. Miror, neque ipsum, neque Jacobum filium, de eo ad hunc locum quidquam monuisse. Nec dubito, quin sint Mss. in quibus hic est *egregie*. Nam Hearnius, qui ita edidit, ex uno tantum adnotat *audacter*, non omissurus, si in ceteris aliter legisset quam *egregie*. 'Egregius' et 'ægrius' quidem etiam varie leguntur in scriptis Lucretii IV. 469. sed hic *egregie* magis, ni fallor, convenit orationi suos non sine jactatione quadam adhortantis; et *egregie vicissent* non minus Latine dicitur, quam c. 57. 'defensum egregie præsidium:' et IX. 41. 'ob egregie perdomitam Etruriam.' *Duk.* *Audacter vicissent*, quod Valla damnabat, Lov. 2. et Hearnii N. *egri vicissent* Gaertn. *ægre vicissent* Lov. 3. 4. *non ægre vicissent* codex Thuan. apud Crevier. qui hanc lectionem recepit. *Egree vicissent* alius ex ejusdem codd. *ægre evicissent* Flor. *egregie evicissent* Cant. *egregie vicissent* Voss. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Vox *egregie* vel *ægre* deest in Rom. ed. 1472. et Parm. Proxime *vicissent egregie* legunt: Aldus deinde *egregie vicissent:* quod non displicet. Similiter 'egregie pugnare' Liv. III. 29. 'Ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat.' X. 30. 'Pugnatum etiam egregie est:' et ita 'egregia victoria' II. 47. 'Victoria egregia parta, tristis tamen duobus tam claris funeribus.' Et ipsum 'egregie vincere' IX. 38. 'Cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent.' XXIV. 42. 'Egregieque vincentibus Romanis, signum receptui est datum.' In codd. qui *ægre* vel *egre* præferunt, tres ultimæ literæ vocis *egregie* a tribus præcedentibus ob ductuum similitudinem erant interceptæ.

Hunc ipsum hostem secutus, confessionem sedentis ac detrectantis certamen] Vet. lib. *cedentis*. Sigonius. 'Cedere' et 'sedere' facile commutari potuerunt. Aliud exemplum est VII. 37. § 10. Caussam vide ad III. 23. § 3. Verum hic tantum error est librariorum, sive typographorum, qui ed. Vascos. excuderunt, in qua sola ita datum invenio. Ceterum *hunc ipsum hostem* Lov. 3. Tum *ac detractantis* Flor. Lov. 1. 2. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. et mox § 7. Paullo ante *has legiones*, pro *eas*, Lov. 2. 3. 5. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. vett. pro quo Frob. 1531. recte *eas* dedit.

§ 3 *Ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit*] Iterat Pal. 2. *ubi eum rem gerere:* non admodum belle meo animo. *Gebh.* *Ubi me gerere* habet Hearnii N. in margine: *ubi sen. populusque* Lov. 5. In præcedd. *provincia Hispaniæ scriptus* Ber.

§ 4 *Ipse me huic voluntario*] Τὸ *me* abest a Voss. Lov. 1. 3. 4. Hearnii D. et ed. Rom. 1472.

§ 5 *A quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam, habetis*] *Quibus capta*, omissa præpositione, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. eamdem præpositionem se in proxime præcedentibus verbis *a quibus stipendium* non reperisse in N. a m. pr. Hearne testatur. Præterea *Sic. et Sard.* Lov. 4. 5. et Gaertn. *Sic. Sardiniamque* idem Hearnii N. Paullo ante *hostes ignoratis*, pro *hostem*, Hearnii L. 1. Quod librarius mutavit, quia non convenire videbatur cum sequentibus 'iis,' 'quos,' 'a quibus.' At Livius ita sæpe solet. Ita mox cap. seq. 'Nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat; nec Alpes aliæ sunt, quas dum superant, comparari nova possint præsidia:' ubi vide. Tum *nobis*, pro *vobis*, Ber. sed ea vox exsulat ab Harl. Denique *priori bello*, pro *priore*, Hav.

§ 6 *Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus*] *Erit g°*, sive *ergo*, Gaertn. Solent ita passim variare librarii. Vide ad II. 48. § 1. IV. 28. § 5. VI. 24. § 11. c. 26. § 1. VIII. 26. § 3. X. 12. § 10. c. 25. § 7. hoc lib. c. 10. § 4. XXIII. 26. § 7. XXVII. 18. § 20. aliisque locis. Præterea *in hoc certamine* omittit scriba Lov. 3. Mox *quia illi audent* Gaertn. *illi, quia audeant* Ber. a m. sec.

§ 7 *Nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere*] *Ni creditis* Lov. 5. Vide ad XXIII. 1. § 8. *detrectavere* Flor. Lov. 1. 2. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide modo ad § 2. In seqq. *equitum peditumque* alio ordine Lov. 4. et 5. Vide ad XXXIV. 26. § 2. Hinc *in transitum Alpium amissis* Flor. a m. pr. Lov. 1. 2. et Harl.

Qui plures pene perierint, quam supersunt] *Pene* aut ablegandum, aut mutandum in *plane*. Cum enim linea superiore proxima affirmasset Scipio dixerit duas partes hostium amissas, cur nunc ambigat, et mutet? Parum hoc decorum sit: utique in concione publica, cumque vere et confidenter asserere possit plures periisse, quam supersint. Nam, ut omittam de tertia tantum parte reliqua, quod illam pro causa magis, quam pro vero, dixisse credo, Polybius periisse vel in Alpibus ait, III. 60. σχεδὸν τοῦ τὴν ἡμίσειαν τῆς δυνάμεως· *circiter dimidium exercitus*. Ruben. Elect. I. 39. Habuerim pro panno huic purpuræ ad marginem adsuto primum, et deinde collocato in textum. Scriptum erat ad oram, *Quod plures Pœni perierint, quam supersint*. Grut. Rubenius reponit *plane* contra omnes codd. Gebh. Totam hanc interpositionem pro aliena delet Gruterus. Sed habent omnes libri. Falsum utique τὸ *pene*: duabus enim ex tribus partibus amissis, non possunt non periisse plures. Itaque id saltem delet, aut commutat in *plane* politissimus P. Rubenius. Quid si legamus, *nos, duab. part. ped. eq. in trans. Alp. amissis, quod plures fœde perierint, quam supersunt, plus spei nactos esse*. Lib. XXII. c. 2. 'Multis hominibus jumentisque fœde amissis, quum tandem ex paludibus emersisset.' Justinus XI. 13. 'Tantaque fœditas morientium fuit.' *J. F. Gron.* Crevier. vocem *pene* delebat, quam ortam putabat ex repetitione primarum literarum sequentis verbi *perierint*. Non adversabor: sed nihilominus facile et Gronovii conjecturam, qui vocem illam in *fœde* mutabat, ferre possum: non tamen quod legat *quod plures*; sed præfero *quum plures*, ut in pr. ed. nott. conjecit. Elegantem enim hunc usum particulæ *quum* esse, ipse notavit ad XXXIX. 12. § 7. Et, nisi excerpta fallant, ita fuit in Voss. Solent autem *qui* et *cum*, vel *quum*, in Mss. confundi. Vide ad VII. 37. § 9. VIII. 33. § 15. aliisque locis. Ipse Gronovius jam in prima ed. *quum* in contextum re-

cœpit, et postea, licet mutata sententia, tamen servavit. Crevier. qui etiam *quum* probavit, incertum esse fatetur, quis τὸ *qui* in *quum* mutaverit. Ceterum *perierunt, quam supersunt* Lov. 3. quod probandum forte. Vide quæ ad laud. lib. xxxix. notantur.

Plus spei nactos esse] *Plus spe* Hearnii N. in margine, quod pro *spei* more prisco dictum esse accipi posset. Vide ad iv. 25. § 9. Plura similia notantur ad ix. 37. § 4. Hic tamen propter aliorum codd. dissensum non placet.

§ 8 *Vigentes animis corporibusque*] Pal. 3. et vetus ed. *ingentes animis.* Statim exhibet cod. Ms. idem *quorum robora ac vires subtinere nulla vis posit:* ed. vero prisca, *sustinere vis ulla vix possit.* Gebh. *Ingentes* etiam Rec. et pleræque vett. edd. quales errores jam supra notavimus ad ii. 30. § 14. vii. 2. § 9. pluribusque locis: et ita infra c. 43. § 4. Error autem ortus est ex similitudine literarum *in* et *ui* in scriptura Longobardica. Vide ad xxv. 40. § 2. *Vigentes non animis, sed corporibus* male Hearnii N. Tum mox *vires subtinere vis nulla possit* Hav. et Rec. *vires sustinere vis ulla vix possit* edd. antiqq. *posset,* pro *possit,* Lov. 4. et Gaertn.

§ 9 *Ad hæc perusti artus*] Pal. tres *prærusti.* Silius iv. 68. 'Hostem miles habes fractum, ambustumque nivosis Cantibus.' Paullo ante Pal. 3. *concussi ac debilitati.* Gebh. Voss. et tres Pall. *præusti artus.* Ut fere Silius eundem vocans 'hostem fractum ambustumque nivosis Cautibus.' *J. F. Gron. Adhuc* Rec. *ad hoc* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii D. Vide hoc lib. ad c. 52. § 10. Deinde *prærupti artus* Harl. *præusti artus* Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. quod admisi. Plinius Hist. Nat. iii. 20. 'Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præustis in transitu Alpium nive membris.' Inter 'perurere' et 'præurere' idem interest, quod inter 'perfringere' et 'præfringere;' de quo vide ad xxvii. 23. § 2. Hinc stipites, quorum extremæ partes adustæ et igne induratæ sunt, non 'sudes perustæ,' sed 'præustæ' vocantur. Ita 'hastam præustam' habuimus i. 12. De origine erroris vide ad ix. 10. § 7. Paullo ante *alluvie, squalore enecti* Hafn. Voss. et Lov. 1. ac 2. *illuvie, squalore evecti* Gaertn. *illuvie, squalore senecti* Cant. Tum *concussi ac debilitati,* pro *contusi,* Lov. 1.

Membra torrida gelu] Poëta Silius iv. 68. *Modius. Torrida* cum *gelu* recte quidem alibi jungitur, ut c. 32. 'pecora jumentaque torrida frigore,' verum hoc loco nec scite, nec opportune. Nam prævivit in hac ipsa clausula 'perusti artus,' et invenustum istum δὶς ταὐτό. Itaque scribendum aio *torpida gelu,* et una mecum Silius, qui hæc e Livio procul dubio sic hausit iv. 68. 'Hostem, miles, habes fractum ambustumque nivosis Cautibus, atque ægre torpentia membra trahentem.' *Ruben.* Elect. i. 39. Rubenius, qui viderat Modio allatum illud Silii iv. 69. 'ægre torpentia membra trahentem;' et hic ariolatur legendum *membra torpida gelu:* ubi frustra est. *Gebh.* Vide Cerdam ad Virg. Georg. i. 93, et Titium ad Calp. Ecl. v. 107. *Duk.* Rejecta Rubenii conjectura, nihil mutandum esse monuit Gronovius Obs. iii. 3. 449. adscripto etiam loco Varr. in Eumenid. quem laudat Nonius voce 'Torrere,' 'Capite aperto esse jubet, ante lucem suscitat, frigore torret.'

Quassata fractaque arma] Vet. lib. *confractaque.* Sigon. Ed. Moguntina habet *fractaque arma,* in quo non disputo. *Modius.* Omnes libri *quassata fractaque arma;* quod tot auctoritatibus contra Sigonium retinendum du-

to. *Gebh.* Ex meis soli Sigonio consentiunt Ber. et Hav. quare nihil mutandum Gebhardo adsentior. *Cassata* est in Lov. 3. Sed, *o* et *qu* ubique mutari, dictum est ad IX. 2. § 15.

§ 10 *Reliquias extremas hostium, non hostes, habebitis*] *Rel. host.*, omissa media voce, Lov. 2. Tum *non hostem habetis* Flor. Lov. 5. et Hav. *non hostem* etiam Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. Sed voces *non hostes* exsulant a Cant.

Vereor, ne, antequam vos cum hoste pugnaveritis] Vet. lib. *quam ne, anteq. vos.* Sigon. Pall. 1. ac 3. *ne unquam vos cum pugn.* Pal. 3. *At nihil magis vereor, ne vos cum pugn.* In vet. ed. solum deficit particula *quam* inculcata Sigonio. *Gebh.* Prius *quam* a Sigonio est. Flor. *vereor, ne cum quam vos cum hoste pugn.* Gud. *vereor ne vos cum pugnaver.* Voss. *vereor ne antequam vos cum pugn.* Cantabr. *vereor ne cum quam ne vos cum pugnav.* Possis tueri vulgatum, ut Annibalem non nisi molestia et vexatione itineris consumptum ad Romanos venisse dicat; qualiter Antiochum, sua luxuria prius debellatum, iisdem Romanis a Fortuna traditum dicit Florus II. 8. Sed et τὰ *cum hoste* admodum nauseabt, et tanta in scriptis diversitas videtur ostendere, *vereor, ne quum vos pugnaveritis, Alpes vicisse Ann. vid.* Quæ sententia est momentosior, quum quivis libenter laboris proprii fructum accipiat, non locis adscribi velit. *Jac. Gron.* *At nihil magis vereor* etiam Harl. passim obvio scribarum lapsu. Vide ad III. 61. § 4. Deinde *vereor nec unquam vos cum pugn.* Flor. a m. pr. unde a m. sec. factum *ne cuiquam*, et *hoste* inter versus post voculam *cum* adscriptum est. *Vereor, ne, antequam vos cum pugn.* Voss. et Lov. 1. ac 3. *vereor, ne, vos cum pugn.* Harl. *vereor, ne, antequam vos pugn.* Ber. et Hav. *vereor, ne, unquam vos cum pugn.* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac N. a m. pr. in quo manu altera refingit, *vereor, ne quam vos cum pugn.* quod etiam superest in Lov. 2. *Ac nihil magis vereor, quam ne, vos cum pugn., Alpes vicisse Hann. vid.* Lov. 5. et Gaertn. quam veram Livii scripturam esse puto, nisi quis ex Flor. interpolatione malit *quam ne cuiquam, vos quum pugn.* Crevier. τὸ *quam*, licet in nullo cod. a se repertum, recte Sigonium inseruisse putat, quum sine eo oratio stare non possit. Deinde vocem *hoste* ignorant omnes ejus scripti: quum autem unus præferat *cum eo pugnaritis*, legendum judicat, *Ac nihil magis vereor, quam ne, antequam vos cum eo pugnaritis, Alpes vicisse Hann. vid.*

§ 11 *Nos autem, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere*] Deest in omnibus Mss. τὸ *autem*. Ceterum Pal. 1. *configere* solemni permutatione literarum *g* et *c*. Pal. 3. *profligatum confringere.* Gebh. Tolle τὸ *autem*, Flor. Voss. Gud. Pall. volentibus. *J. F. Gron.* Illud *autem* deficit etiam in omnibus meis, quibus utor, codd. in Hearnii D. et N. et in scriptis Crevier. quorum auctoritate tandem ejeci: quod et Crevier. fecisse video. Sæpius librarii eam vocem contra mentem Livii inseruerunt. Exempla vide ad IV. 6. § 6. c. 33. § 8. c. 61. § 10. VI. 5. § 2. VIII. 6. § 8. X. 37. § 3. hoc lib. c. 10. § 13. c. 58. § 3. XXVII. 1. § 1. c. 35. § 13. XXVIII. 17. § 8. XXX. 30. § 9. XXXVIII. 13. § 1. aliisque locis. Adde Cortium ad Plinii Ep. V. 9. § 2. Deinde *configere* Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Voss. a m. pr. literarum *G* et *C* perpetua commutatione, ut Gebhardus monuit: (vide ad VI. 25. § 6.) id ulterius in *confligere* corruperunt librarii Lov. 3. et 4. Florus II. 15. 'Si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est:' ubi vide Dukerum.

CAP. XLI. § 1 *Hoc vestri adhortandi caussa magnifice loqui*] *Hæc vestri adhortandi caussa* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Inlustrandæ locutioni *vestri adhortandi*, pro *vestri adhortandorum*, vel *vos adhortandi* Crevier. laudat Sanctium Minerv. III. 8. et auctorem Novæ methodi linguæ Latinæ in observationibus ad Gerundia. Adde tamen quæ Perizon. ad Sanctium observavit.

§ 2 *Licuit in Hispaniam, provinciam meam, ire, quo jam profectus eram, cum exercitu meo*] Vet. lib. *Licuit mihi in Hisp.* Sigon. Contra omnes codd. qua calamo pictos, qua typis exaratos, Sigonius infersit *mihi*. Pall. duo *Licuit in Hisp., prov. meam, quo jam prof. eram, me*. Et ita Pal. 2. nisi quod *abire;* et vet. ed. *contendere*, pro illo *ire*. Gebh. Nusquam τὸ *mihi*, nisi apud Sigonium. Sed mirabar, in Voss. etiam abesse τὸ *ire*, cum ex Flor. Gud. tribus Pall. animadverti vulgo id non positum suo loco. Sic enim illi dictant, *Licuit in Hisp., prov. meam, quo jam prof. eram, cum ex. ire meo:* nisi quod Pal. unus *abire*, Gud. *ire eo*. J. F. Gron. Τὸ *mihi* deest etiam in omnibus meis. Neque verbum *ire* superest in Lov. 1. 2. 4. Harl. Cant. Gaertn. Hearnii D. N. et edd. Aleriensi, Rom. 1472. ac Parm. *Licuit ire in Hisp., prov. meam* Lov. 3. et 5. *Licuit in Hisp., prov. meam, ire* Ber. et Hav.

Ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem] *Ubi fratrem consilii part.* Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ubi et fratrem et consilii part.* Lov. 2. *ubi et fratrem consilii mei part.* Gaertn. *ubi et fratrem et consilii mei part.* Hearnii N. a m. pr. in quo τὸ *mei* manus altera delevit. Mox *Hasdrubalem prius, quam Hannibalem, etiam hostem* Ber. 'Prius' et 'potius' etiam alibi commutantur. Vide ad IX. 14. § 16. *Hasdrubalem potius, quam Hannibalem et hostem* Hav. *Hasdrubalem potius, quam Hannibalem, hostem* ἔε, id est *esse*, Gaertn.

§ 3 *Ad famam hujus hostis in terram egressus*] *Hujus belli* Lov. 2. Tum *terram ingressus* Gaertn.

§ 4 *Peditum agmen, quod in modum fugientium*] *Ped. agmen* construendum cum 'assequi' verbo, quod non ita multo post sequitur: alioqui, si ad hujus sensus periodum connectes cum verbo 'obvius fui,' videri poterat legendum *agmini*, non *agmen*. Sed id perquam exiguum. *Glar.*

Quia adsequi terra non poteram, neque regressus ad naves erat, quanta maxima celeritate potui] Hoc loco illud admirationem movere facile potest, qui factum sit, ut, si regressus ad naves non erat, tanto maris terrarumque circuitu obvius fuerit. Hoc enim dicere vult, se, quia hostem assequi terra non poterat, naves conscendisse. Quod cum ita sit, ergo recte legitur in veteribus libris, *quia ass. terra non potui, regr. ad naves, quanta maxima cel.* Sigon. *Neque reg. ad naves erat* etiam omnes mei, nisi quod *nec regressus* sit in Lov. 1. et *erat* omittatur in Lov. 3. et Hav. utrumque *neque* et *erat* in uno Ber. *nec regressus ad naves erat* præferunt insuper Hearnii D. et N. a m. pr. in quo *et regr. ad naves erat* emendatur a m. altera. An legendum proxime ad codd. lectionem *atque regressus ad naves erat?* Ita 'regressus' est XXXVIII. 4. 'Ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tutum non esset.' Tum *quanta maxime cel. potui* Lov. 1. 2. 5. Hav. Hearnii N. et edd. fere omnes. *Quanta maxime potui celer.* Flor. et Cant. Gronovius tandem *quanta maxima cel. potui* edidit, quod reliqui codd. servant. Vide ad VII. 9. § 8.

In radicibus Alpium obvius fui. Huic timendo hosti utrum] [Vide Lectt. Varr.] Eodem ordine vocabula exhibent etiam Cant. et Exc. Pithœi; vocem tamen *prope*, quæ in Flor. exstat, omittunt. Eam librarios pro

arbitrio vel addidisse, vel omisisse, dictum est ad VI. 27. § 11. Hic eam abesse malim. Quamvis enim Scipio non ad ipsas Alpium radices obvius fuisset, id tamen Scipionis omnia augentis orationi convenire puto. Præterea *Huic timido hosti* Hearnii N. et Colbert. major apud Doujatium, cui id non displicebat. Mihi tamen ex glossa potius natum videtur. 'Timendus' enim per ironiam est minime timendus. Hinc *declinarem in certamen* Lov. 2. et Hearnii N. a m. sec. Deinde *incidisse videor*, pro *videor incidisse*, omnes, quibus utor, scripti cum eodem N. quorum etiam auctoritate ac fide admisi.

§ 5 *An obcurrere in vestigiis ejus? lacessere*] Forte *an occurrens in vest. lacessere?* T. Faber. *An occurrere vest. ejus*, omissa præpositione, Oxon. L. 1. teste Hearnio. Supra l. VI. c. 32. 'Quum Romanus exercitus vestigiis sequeretur:' ubi ante Gronov. *in vestigiis* edebatur. Vide quæ ad eum locum notantur.

Lacessere ac trahere ad decernendum] Pal. 2. *attrahere ad certandum*. Pal. 3. *ad decertandum*. Gebh. *Lacessere adtrahere ad decernendum* Flor. a m. pr. *attrahere* a m. sec. quod etiam est in Lov. 2. Gaertn. Hav. et Exc. Pithœi. *lacessere ac actrahere ad dec.* Lovel. 5. *lacessere atrahere ad decertandum* Ber. *lacessere an trahere certandum* Hearnii N. a m. sec. Si 'trahere certamen' eodem modo, ut 'trahere bellum,' dici constaret, videri posset legendum esse *lacessere, an trahere certamen*.

§ 6 *Experiri juvat, utrum alios derepente Karthaginienses*] Poëta Silius IV. 78. 'Scire lubet, nova nunc nobis atque altera bellum Carthago, anne eadem mittat, quæ mersa sub æquor Ægates inter vasto jacet obruta ponto.' *Modius*. *Derepente* primum in Heinsii Elzev. ed. inveni. Utrum autem ea vera sit lectio, vehementer dubito. Certe Livium eodem vocabulo alibi usum esse, non recordor, et in nullo etiam cod. inveni. Ante Heinsium edebatur *alios certe repente Carthaginienses*, quæ lectio superest in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. et N. Verum lectio illa nata est ex duplici lectione juncta *alios certe Carth.*, ut præfert Hav. et *alios repente Carth.*, ut est in Flor. et Cant. quod etiam Livio restitui.

Ad Ægates pugnaverunt insulas] *Ad Ægatis* Exc. Pithœi: *ad Ægadas* Ber. *ad Gades* Lov. 2. 3. 4. et Hearnii N. qui a m. sec. præfert *ad Egadis*. Vide ad Epit. Liv. lib. XIX. Deinde, quum priores edd. legerent *pugnavere*, quod servat Lov. 4. Jac. Gronovius postea substituit *pugnaverunt*, consentientibus reliquis codd. nisi quod *pugnarent* sit in Gaertn. *pugnaverint* in Flor. et Hav.

Quos ab Eryce duodevicenis denariis æstimatos emisistis] Præpositio *ab* non adparet in Lov. 5. Deinde *emistis*, neglecta duarum literarum *is* geminatione, Voss. Lov. 2. 3. 4. Hafn. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et Brancai. Latinii. Neque aliter etiam edd. Moguntina priores. Vide ad XXXV. 5. § 5. Quod autem duodevicenis denariis æstimatos Karthaginienses dicat, forte referendum est ad eorum captivos. Legibus enim pacis Karthaginienses debuerunt Romanos *αἰχμαλώτους προῖκα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι*, teste Zonar. Ann. VIII. 17.

§ 7 *Hannibal hic sit æmulus itinerum Herculis*] Herculem fama erat unum ante Annibalem cum exercitu Alpes transmisisse, cum a Geryonis bello recederet. Probus in Annibale l. III. Ammianus l. XV. c. 10. Hinc 'Graiæ Alpes' ab illo dictæ. *Sigon.* Mox *stipendiarius et servus*, pro *stipendiariusque*, Hav. *Male*. Vide ad II. 30. § 1.

§ 8 *Domum certe, pacemque, et fœdera*] Vet. lib. *domum certe patremque*: probo. *Sigon.* *Domum certe patrem-*

que exhibent Pal. 2. et vet. ed. quod recte probat Sigonius, alludentibus quoque eo Pall. 1. ac 3. *partemque et fœdera.* Gebh. Recte Sigonius *patremque.* Sic Andreas pariter atque Aldus. Et significant duo Pall. et Voss. *partemque* exhibendo. *J. F. Gron. Pacemque* primum inveni in ed. Ascens. 1513. quum *pacem* dedisset Veneta a. 1498. Sed neutrum in ullo Msto superest. Reliquæ priores præferunt, quod viri docti probarunt, *patremque:* neque aliter codd. scripti, nisi quod transpositis literis *partemque* sit in Flor. et Harl. (vide ad IV. 60. § 3.) et *parentemque* in Lov. 4. 5. Gaertn. Hearnii N. in contextu, et Brancal. Latinii. Vide ad XXVI. 41. § 17. Post hæc fruatur, non invideo, ingenio suo consultissimus Donjatius, qui vulgatam lectionem *pacemque* recte se habere pronunciat.

§ 9 *Qui, jussus a consule nostro, præsidium deduxit ab Eryce*] Voces *a consule nostro* exsulant a Lov. 2. Tum *deduxerit* Lov. 4. 5. At mox 'accepit' et 'pactus est,' eadem forma addita, *deduxit* verius esse evincunt. Alibi librarios ita errare, videbimus ad XL. 14. § 10. Deinde *ab Eurice* Voss. Lov. 2. 3. et Hearnii N. non hic modo, sed etiam § 11. ubi ipsis accedit Lov. 1.

Qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est] *Qui decedens Sic., qui stip.* Cant. Voss. Lov. 3. Gaertn. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. a m. pr. in quo postea m. altera factum *qui decedens Sicilia, stipendium:* quomodo etiam præferunt Lov. 2. 4. 5. et Flor. Quamvis autem ubique posterioris præsertim cod. maxima sit auctoritas, hic tamen nihil muto. Ubique enim Livius hanc pronominis ejus repetitionem captat. Supra V. 27. 'Mittite, qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant.' VI. 23. 'Quid accessurum suis viribus sperantem? quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum?' cap. 24. 'Quis homo, quis Deus est, quem accusare possitis?' X. 5. 'Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti.' hoc lib. c. 55. 'Graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat.' XXIII. 31. 'Consulem, quem tempus reipublicæ postularet, quem maxime vultis, haberetis.' XXVII. 44. 'Cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit.' Vide ad I. 59. § 4.

§ 10 *Itaque vos ego, milites, non eo solum animo, &c. pugnare velim*] *Itaque vos, mil.* Lov. 2. at insuper *Itaque vos, mil., non eo solum animo pug. velitis,* Ber. Tum *non solum eo animo* Gaertn.

§ 11 *Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame interficere: licuit victricem classem*] Flor. Voss. Gud. Men. negant Livii esse τὰ *si vol.* J. F. Gron. Voces *si voluissemus* in nullo etiam meorum codd. supersunt, nisi forte in Rec. unde nihil notatur. Exsulant etiam ab Hearnii D. L. 1. N. et Exc. Pithœi. Tot itaque codd. suffragiis damnata vocabula ex contextu Livii ejeci, quod et Crevier. fecit. Deinde *ad Euricem* plures codd. habere § 9. dictum est. *Ultimo supplicio humanorum,* intellige 'suppliciorum.' Vide ad VIII. 9. § 10. Indicatur autem gravissima pœna, qua mortales adfici possunt. Infra c. 44. 'Deditos ultimis cruciatibus adfectum fuerunt.' Ita 'ultima malorum' et 'ultima mala' sunt summa, maxima. IV. 9. et XXXVII. 7. 'ultima timere' l. III. c. 47. et 'ultima pati' XXXVII. 54. ac passim alibi. Deinde *classem victricem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. priores. Jac. Gronovius voces transposuit; atque ita fuit in Flor. Voss. et Lov. 1. Quamvis autem *clausos ult. suppl. hum. fame int.: licuit vict.* desint in Cant. culpa librarii ob si-

militudinem vocis præcedentis *Erycem* et harum ultimæ *victricem*, adparet tamen in cod. quem ejus scriba secutus est, etiam *victricem classem* scriptum fuisse; ceteroquin enim hic etiam vox *classem* excidisset. Mox *inter paucos dies*, pro *intra*, Lov. 5. et Gaertn. Vide ad v. 27. § 2. *ultra paucos dies* Rec. Præterea *sine certamine*, omissa media voce *ullo*, Lov. 4.

§ 12 *Tutelæ nostræ deinde duximus, quum Africo bello urguerentur*] Commemorat beneficia populi Romani erga Pœnos, maxime, quod eos auxilio juvit bello Africo. De qua re sic Polybius I. 83. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια, προθυμίας οὐδὲν ἀπέλιπον. Itaque suspicor hoc loco legendum esse *tutelæ nostræ deinde addiximus*, aut quid tale. *Sigon.* Putidissime Sigonius legendum censet *tutelæ nostræ deinde addiximus*. Gebh. Perperam Sigonius *tutelæ nostræ addiximus*. Tutelam vim atque potestatem in capite libero, definiunt jurisconsulti: 'addici' habet instar servitutis. 'Tutelæ nostræ duximus' est, 'ad tutelam nostram pertinere putavimus.' Lib. XXII. cap. 32. 'Gratum sibi Patres Romanos populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent.' *J. F. Gronov.* *Diximus* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. *deduximus* Hearnii D. Recte Gronovius vulgatum tuetur. Supra VII. 18. 'Fidei jam suæ, non solum virtutis, ducebant esse.' XXXIV. 58. 'Populus Romanus susceptum patrocinium Græcorum non deserere, fidei constantiæque suæ ducit esse.' Ex quibus etiam locis patet omitti hic infinitivum *esse*, ut sit *duximus esse tutelæ nostræ*. De locutione illa vide etiam ad I. 6. § 4. Ceterum *tutelæ deinde nostræ* Flor.

§ 13 *Pro decore tantum hoc vobis, et non pro salute, esset certamen*] Ita edidit Jac. Gronov. cui concinunt Flor. Cant. et Lov. 1. ac 2. *pro decore tantum hoc nobis* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. quod Crevier. recepit: *pro decore hoc tantum nobis* Hav. *pro decore nobis hoc tantum* edd. Gronoviana priores. Præterea τὸ *et* exsulat a Lov. 4. et 5. Paullo ante *impertitis*, pro *impertitis*, Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVIII. 36. § 8.

§ 14 *Pro Italia vobis est pugnandum*] Ita Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et primæ edd. Pro quo Aldus deinde substituit *nobis*, consentientibus reliquis scriptis; unus etiam Lov. 4. *est nobis pugnandum:* at pronomen, sive *vobis*, sive *nobis*, deest in Harl. Recte itaque *vobis* Jac. Gronovius revocavit. *Nobis* Crevier. nuper admisit. Præterea *de Italia* Lov. 2. At Livianum est 'non de possessione Siciliæ, sed pro Italia.' Livium ita præpositiones commutasse, dictum est ad l. VI. c. 28. § 3. Paullo ante *Siciliam atque Sardiniam* Hearnii N. Præterea *quondam* non adparet in Lov. 1.

§ 15 *Quas dum superant, comparari nova possint præsidia*] Et hæc lectio a Gronovio profecta est: neque aliter in scriptis codd. quos adhibui, superest. *Dum superat*, scilicet 'hostis,' quod modo præcessit, habent plerique typis descripti: nam quidam eorum, sed pauci, similiter *superant*. Et sane *hostis* sæpe naturam collectivorum induit, et cum verbo plurali construitur. Supra VI. 24. 'Hostis dolo, non metu, pedem retulit: lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra: et, quod multitudo subpeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant:' ubi etiam quidam *reliquerat:* cap. præc. 'Neve hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos,' &c. ubi unus *hostes*. Similiter plerique codices præferunt XXXVIII. 19. 'Tædio se fatigaturos hostem censebant. Nam neque au-

turos per tam ardua atque invia loca subire eos:' ubi etiam *hostes* vulgo editur. Vide Torren. ad Val. Max. III. 2. § 24. et Oudend. ad Front. Strateg. I. 4. § 8. et quos ibi laudarunt. Neque magis mirandum puto, vocem *hostis* naturam conlectivorum induere, quam 'miles,' 'eques,' 'pedes,' 'Romanus,' et similia, de quibus vide ad XXXV. 26. § 9. Deinde *comparare possint nova præs.* Lov. 3. *comparare nova præs. possint* Ber. Paullo ante *non est alius ab tergo* Lov. 4. et 5. *nec est alius a tergo* Lov. 1. et Ber. *nec est alius in tergo* Gaertn. qui etiam *vicimus*, pro *vincimus*, præfert.

§ 16 *Non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere*] Vet. lib. *non corpus suum solum, sed, &c.* Porro autem summa hujus orationis est apud Polybium III. 64. ut etiam ejus, quæ sequitur, Annibalis c. 63. *Sigon.* Soli meorum Ber. et Hav. cum vet. lib. Sigonii faciunt. Sed nihil muto. *Non, sed* hic ponuntur pro 'non solum, sed etiam;' de quo vide ad XXXIX. 28. § 1. Præterea *protegere armis* Ber. Mox *hæc animo reputet*, pro *hoc*, Lov. 2. *hoc animo computet* Hearnii D. 'Cum animo reputare' dixit Sallust. in Jug. c. 13. ubi vide Cortium. 'Secum reputare' Livius XXX. 14. Insuper *senatum* non comparet in Lov. 3.

§ 17 *Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis*] Scribe *ipsius*. Tan. Faber vocem eam expungit. *J. F. Gron.* Doujatius Fabri sententiam non inprobabilem putabat: mihi potius Gronovii conjectura præferenda videtur. Sæpissime enim pronomina *ille* et *ipse* in Mss. commutantur. Vide exempla ad Livii IX. 26. § 18. X. 25. § 9. XXI. 6. § 8. Adde quæ notavi ad Silii Ital. XII. 559. Ceterum *qualis vestra vis virtusque fuerit* Rec. et Gaertn. *qualis nostra vis virtusque fuerint* Lov. 4. quod defendi posset illis quæ notantur ad I. 31. § 7. quum tamen reliqui *fuerit* servent, id etiam quin præferendum sit, non dubito. Nam, et ita Livium loqui, dicendum erit ad XXXVII. 29. § 6. Voces *deinde fortunam illius urbis ac Romani* male omittuntur in Hav.

CAP. XLII. § 1 *Captivos montanos vinctos in medio constituit*] Puteanorum codex, in quo superiora, præter admodum pauca, damno nostro et Livii deerant, dehinc nos juvabit. Is igitur et Flor. *in medio statuit*. Lib. IX. c. 21. 'Et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diversa statuit signa.' XXII. 16. 'Duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac sociorum equites statuit.' *J. F. Gron.* *Statuit* etiam Cant. Horum codd. auctoritati cedendum arbitror, licet reliqui vulgatum tueantur, et 'constituere' pro alicubi sistere, statuere poni, notet Gronovius ad XXVII. 16. § 11. Ita 'statuere' I. 45. 'Bovem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, et ante aram statuit.' Præterea *victos* Lov. 5. Vide ad XXX. 12. § 7. *In medio vinctos* Hav. Deinde *ante pedes eorum* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. et edd. quas vidi, ante Froben. 1531.

Interrogare interpretem jussit, quis eorum, si vinculis levaretur] Pal. 2. *interr. per int.* Placet mihi vulgata lectio. Præterea a m. sec. Pal. 1. *ecquis, si vinculis lev.* Gebh. Put. cum Flor. et uno Pal. *jussit, et quis, si vinculis.* Sic librarii solent ἀντὶ τοῦ *ecquis*. J. F. Gron. Male *per interpretem* Pal. 2. apud Gebh. Ita enim Liv. dixisset *interrogavit per interpretem* vel *interrogari per interpretem jussit*. Deinde *jussisset, quis si vinculis* Cant. *jussit ecquis* Hearnii D. et N. Librarios *et quis*, pro *ecquis*, scribere solitos esse vidimus ad V. 26. § 5. Vocula autem *si* deficit in Flor. Voss. et Lov. quinque. Sed intercepta est a vocis præced. literis ultimis *is*, Vide ad XXVII. 16. § 14. Ceterum morem Karthaginiensium, qui captivos

per paria compositos inter se decertare cogebant, inlustrat Casaub. ad Sueton. Aug. c. 18.

§ 2 *Dejecta esset in id sors, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret*] *In id cert. legeret* præferunt Pall. tres. *Gebh.* Liber optimus et Flor. *et dejecta in id sors esset.* Statim cum tribus Pall. Vossianoque, *quem fortuna in id cert. legeret*, non *eligeret.* J. F. Gron. *Et delecta in id sors esset* Cant. quomodo et Flor. legere excerpta mea utraque testantur.' *Delecta* etiam Gaertn. De hoc errore vide ad Livii v. 21. § 10. Vox *esset* deficit in Hearnii N. Tum *esse quisque eum optabat* Lov. 3. *se quisque eum captabat* idem Hearnii N. quomodo in ipso illo cod. variant scribæ cap. seq. § 5. Deinde *in id certamen legeret* etiam omnes codd. mei. Vide ad XXXIX. 52. § 2.

§ 3 *Et cujusque sors exciderat*] Scribendum est *Ut cujusque*, vel *Et ut cujusque sors exierat.* Valla. Bene *exciderat;* quia paullo ante dixit 'dejecta esset in id sors.' Quare male Valla substituit *exierat.* Infra XXIII. 3. 'Inde consedit, et, nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit.' Josephus fere ad verbum Antiq. VI. 5. Ποιησάντων δὲ τούτων τῶν Ἑβραίων, ὁ τῆς Βενιαμίτιδος κλῆρος ἐξέπεσε. *Gebh.* *Ut cujusque sors ceciderat*, haud scio qua auctoritate, Gruteri ultima. Omnes antea editi, ut scripti, *exciderat.* Videtur cogitasse Mucii II. 12. 'Ut cuique ceciderit primo.' Sed et XXIII. 3. 'Nominibus in urnam conjectis citari, quod primum sorte nomen excidit, jussit.' Plutarchus in Crasso pag. 552. Κράσσος δὲ ὑπὸ χαρᾶς εὐθὺς ἐκπέσοντι τῷ κλήρῳ καταφανὴς ἦν οὐδὲν εὐτύχημα λαμπρότερον ἑαυτῷ γεγονέναι τοῦ παρόντος ἡγούμενος. *J. F. Gron.* *Et cujus sors* cum edd. Rom. 1472. et Parm. legunt Lov. 2. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus postremi margini adscriptum est *Et cujusque sors*, quod etiam servant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Gaertn. *Et cujuscumque sors* Lov. 4. et 5. eodem errore, quo 'quandoque' et 'quandocumque' commutantur: de quo dictum est ad I. 31. § 4. Sed recte Valla monuit, legendum esse *Ut cujusque sors.* Solent autem *et* atque *ut* commutari. Vide ad XXI. 28. § 8. Deinde Doujatius Vallæ adsensus *exierat* malebat. Et ita interdum variatur in scriptis. Vide ad XXIII. 3. § 7. At hic nihil mutandum puto. Omnes enim scripti stant pro vulgato. Et ita XXII. 1. 'Sortes sua sponte adtenuatas, unamque excidisse, ita scriptam: Mavors telum suum concutit.' *Excideret* habet Lov. 5.

§ 4 *Dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modo conditionis homines erat*] *Dimicarent XX. is habitus* Gaertn. Præterea *is erat hab. an. non inter ejusdem cond. hom.* Lov. 4. et 5. *nec inter eosdem modo cond. hom.* iterum Gaertn. In seqq. *spectates*, pro *spectantes*, Lov. 2. in margine.

CAP. XLIII. § 1 *Dum sic aliquot spectatis paribus adfectos dimisisset*] Omnino *Quum sic aliquot.* J. F. Gron. Ita apud me est in Gaertn. Vide ad I. 40. § 7. *Aliquos spect. affectos* Hearnii L. 1. *aliquot spect. partibus affectos* Lov. 3. Præterea *dimisit* Hearnii N. sed *dimisisset* in margine. Mox *concione idem advocata* Hav. Vide ad I. 19. § 7. Vox *inde* exsulat ab Harl. *concione deinde advocata* legit Hearnii D. Vide ad XXXVI. 24. § 10.

§ 2 *Eumdem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis*] Perperam Pall. duo *existimanda:* ut et Pal. 3. *extinguenda.* Gebh. *In extimanda fortuna vestrą* Lov. 2. et Hav. *in existimanda fortuna vestra* Ber. *vestra in existimanda fortuna* Lov. 4. Tum *habebitis* Ber. Paullo ante *quem animum alienæ sortis exemplo* Cant. Lov. 4. et una vel altera vett. edd. Sed præpositio *in* hausta est a vocis præced.

litera ultima *m*. Vide ad x. 13. § 3. Tum vox *ante* deficit in Voss. et Lov. 1. ac 4. In seqq. *nec enim*, pro *neque enim*, Ber. qui insuper præfert *velut imago conditionis vestræ;* at Gaertn. *veluti imago uræ conditionis.*

§ 4 *Dextra lævaque duo maria claudunt, nullum, ne ad effugium quidem, navem habentibus: circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urguent*] *Nullumve ad eff. quidem navem hab.* Lov. 3. *nullam ad eff. quidem navem hab.* Harl. *nullam ne quidem navem hab. ad eff.* Lov. 2. et Ber. *nullam ne ad effugiendum quidem navem hab.* Hearnii N. in cujus margine iterum *effugium* emendatur. Deinde *cura Padus amnis* Gaertn. *citra Padus amnis* Hav. *contra Padus amnis* Ber. Hinc *major Padus ac violentior* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. sec. *major subest ac violentior* Ber. a m. sec. priori scriptura ita deleta, ut legi nequeat. Tandem *a tergo Alpes* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Gronovium. Hæ sunt lectionum varietates, quas hoc loco, a viris doctis admodum vexato, in codd. meis observavi. Quid J. F. Gronovio, Grævio, et Jac. Perizonio in mentem venerit, videri potest apud Jac. Gronovium Diss. Epist. in loca quæd. geogr. Livii l. II. p. 17. ubi locum ipse ita refingit: *circumdederit; dextra lævaque duo maria, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus. Contra Padus amnis: major Padus ac violentior Rhodano; ab tergo Alpes urgent.* Ei graviter adversatus est personatus Jasitheus in Apolog. p. 16. qui *claudit*, a Gronovio ex conjectura expunctum, retinendum judicat propter elegantiam amplificationis, quæ post *claudunt* subjungitur durius verbum *urguet*. Hinc *circa* non mutandum censet in *contra:* quum enim *circa* notet 'juxta,' 'prope;' enumeratis illis, quæ ab utroque latere ac tergo erant, necessario sequi, per *circa* intelligi quod 'juxta,' 'prope,' sed 'a fronte' erat. Tandem figuram, quam repetendo vocem *Padus* Gronovius induxit, alienam esse pronunciat a gravissima viri militaris oratione, quam asperam et horridam, sensibusque incomtis et validis præditam esse decebat. Verum non addit quo ergo τὸ *habentibus* referendum sit, aut unde pendeat. Doujatius vel pro *habentibus* emendabat *habentes*, quod et patri in mentem venisse Jac. Gronovius monuit, et Ant. Perizonius sibi quoque placere ad marginem Livii adscripsit; vel *habentibus* ablativum, ut vocant, absolutum credebat, pro 'cum habeatis;' vel denique *habentibus* revocabat ad præcedens pronomen *vobis*. Verum ita verba media *dextra lævaque duo maria claudunt* parenthesi erunt includenda, ut Moguntinos fecisse Jac. Gronovius monuit. Levissimum remedium videtur, ut legamus, quemadmodum jam fere viri docti, et nuper adhuc Crevier. legendum monuerunt, *dextra lævaque duo maria claudunt nullam, ne ad eff. quidem, navem habentes: contra Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano: ab tergo Alpes urguent.* Invitis omnibus scriptis totam vocem *claudunt* ejicere, nimis audax videtur. Pro *habentes* forte more antiquo scriptum fuerat *habentis*, quod a librariis mutatum est in *habentibus;* quomodo eos sæpissime errasse videbimus ad XXII. 8. § 7. *Contra* unius apud me cod. fide probavi; præsertim quum ita etiam alibi errent librarii, ut voces *contra* et *circa* confundant. Vide ad XXXVII. 15. § 7. Si quis tamen *circa Padus* servare malit, non adversabor: *circa* enim quum proprie notet ea, quæ et ab utroque latere, et ante, et ab tergo sunt, interdum ex reliquarum partium enumeratione ad unam aliquam adstringitur. Ita, enumeratis quæ ante et ab tergo

erant, *circa* ad ea, quæ a lateribus sunt, referendum est XXVII. 18. 'Fluvius ab tergo, ante, circaque, velut ripa præceps, oram ejus omnem cingabat.' Ut autem τοῦ *Padus* repetitionem probem, facit optimorum aliorumque codd. auctoritas.

Vix integris vobis ac vigentibus transitæ] *Vix integris ac ingentibus* Lov. 3. Vide hoc lib. c. 40. § 8. *Vix integris vobis ac urg.* Gaertn. *vix integris vobis ac vincentibus* Lov. 5.

§ 5 *Hic vobis vincendum aut moriendum, milites, est*] Put. caret τῷ *vobis:* ut et Andreas, Bec. Asc. Tarv. Ven. Mog. Savet. *J. F. Gron.* Carent eodem Flor. et Cant. Hearnius, qui id in Mss. suis superesse monet, addidit exstare etiam in ed. Aleriensi Andreæ, unde abesse docet Gronov. Certe etiam in Rom. 1472. Parm. ac Tarvis. utraque inveni, quum tamen et Tarv. numeretur inter edd. quæ eo careant. Mox *occurreritis*, pro *occurristis*, Ber.

Necessitatem pugnandi imposuit] Pal. 3. refert *necess. pugn. imponit.* Gebh.

Quibus ampliora homines ne ab Diis quidem immortalibus optare solent] *Ne Diis quidem imm.* Lov. 2. *ne a Diis quidem imm.* Voss. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Gron. *ne a Diis quidem, a Diis imm.* Lov. 5. *ab Diis,* ut Gronov. edidit, Flor. et Cant. Tum *captare solent* Hearnii N. *optare solent* in margine. Ita etiam supra cap. præc. § 2. variatum esse vidimus. Paullo ante *auctoribus proponit,* pro *victoribus,* Lov. 5. errore librarii. Vide ad VI. 3. § 6. hoc lib. c. 12. § 4.

§ 6 *Quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident*] Habent hunc locum in animo Claudianus in Rufin. II. 49. 'Eheu quam brevibus pereunt ingentia caussis! Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto Servatum, quod mille ducum peperere labores, Quod tantis Romana manus contexuit annis, Proditor unus iners angusto tempore vertit:' et Justinus VI. 3. 'Neve tot bellis ac sæculis quæsitum imperium brevis momenti culpa subverteret.' *Gebh.* *Partum congestumque obtinent, possident* Harl. In præcedentibus *Si* in initio § deest in Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. Verum unus eorum Lov. 3. interposuit postea ante vocem *recuperaturi.* Sed intercepta est a primis literis vocis seq. Vide ad XXXIV. 58. § 10. Deinde *Siciliam tantum atque Sardiniam* Lov. 4. et 5.

Id omne nostrum cum ipsis dominis] Put. *vestrum.* J. F. Gron. Ita in omnibus scriptis invenio. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Hearnius *nostris* ex uno tantum N. laudavit. Edd. Aldo priores insuper alio ordine exhibent *id omne cum ipsis dominis nostrum.* Ceterum *id ēē*, id est *esse,* pro *id omne,* Gaertn.

§ 7 *In hanc tam opimam mercedem*] *Optimam merc.* Gaertn. Hav. et multæ ex edd. antiqq. Vide ad XXXVIII. 8. § 9. Mox *arma accipite,* pro *capite,* Hearnii N. in margine.

§ 9 *Tempus est jam, opulenta vos*] *Tempus jam est, op. vos* Lov. 4. et 5. *tempus est, op. jam vos* Ber. *tempus est jam, vos op.* Harl. Τὸ *jam* exsulat ab edd. antiqq. Primus deinde Aldus in contextum recepit. Mox *et magnopere pretia mereri* Harl. 2. Ber. et Hav. *ac magnopere pretia mereri* Lov. 4. et 5.

Per tot montes fluminaque et tot armatas gentes emensos] *Et per tot arm. gentes* Hearnii N. a m. sec. Supra quidem dictum est ad VI. 28. § 6. Livium præpositiones repetere solitum esse; hic tamen unius cod. auctoritas levior est, quam ut ejus fide, invitis reliquis omnibus, vulgatum mutetur. Insuper *emersos* Gaertn. et idem Hearnii N. Vide ad VIII. 7. § 21. *Emensis* Ber. et Lov. 5. ut voces hæ *tantum itineris, &c.* referantur ad seqq. et pendeant ex τῷ *vobis.*

§ 10 *Hic dignam mercedem emeritis*

stipendiis dabit] *Magnam mercedem* Lov. 3. et Hafn. quod ex interpretis glossa natum puto. Tum *emeritis stipendia* Gaertn. Male. III. 57. 'Non juniores modo, sed emeritis etiam stipendiis, pars magna voluntariorum, ad nomina danda præsto fuere.' XXXIII. 3. 'Tirones ab decem et sex annis milites scribebantur, et emeritis quidam stipendiis ad signa revocabantur:' et ita sæpe alibi.

§ 11 *Tum difficilem existimaveritis victoriam fore*] Put. *diff. existimaritis vict.* J. F. Gron. Proxime ad hanc Puteani scripturam accedens Hearnii N. *existimaretis* præfert in margine: quod etiam lectum fuit in Flor. a m. pr. in quo deinde a m. altera emendatum est *existimaritis*. Et ita erat etiam in Cant. Vide mox ad cap. seq. § 7.

Sæpe et contemtus hostis cruentum certamen edidit, et incliti populi] *Sæpe etiam cont. hostis* Lov. 4. Vide ad XXII. 47. § 9. *Sæpe et contentus hostis* Lov. 5. Vide ad XXV. 38. § 20. *Hostis* deest in Gaertn. Hinc *certamen dedit* Lov. 4. Sæpe quidem 'dare' pro 'edere' ponitur. Ita 'dare motus haud indecoros' VII. 2. 'dare gemitum' Ovid. Her. XI. 30. Sed nihil muto. Forte scriptum fuerat *certamē edidit*, atque ita prima litera τοῦ *edidit* intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad XXVII. 41. § 8. Infra XXXI. 37. 'Regia statio atrocissimum prœlium edebat.' Tum *inditi populi* Lov. 1. Vide ad VI. 42. § 5. *Inclinati populi* Cant. Mox *levi momento*, pro *perlevi*, Harl. Infra XXIV. 34. 'Quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur.'

§ 12 *Nam, demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, quod illi vobis comparandi sint*] Put. *cur illi*. Cicero Fam. III. 10. 'Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem?' In hujusmodi minutiis secuti eum merito passim et fere semper sumus: neque tamen in recisis his annotationibus id ubique monebimus, ne nimium excrescant. *J. F. Gron.* Ita et Flor. Cant. Voss. et Hearnii D. et N. in margine. Ovid. Her. X. 144. 'Non tamen est, cur sis tu mihi caussa necis.' Cic. pro Cluent. c. 53. 'Quid est, Q. Naso, cur tu in hoc sexto loco sedeas?' Plautus in Sticho I. 1. 51. 'Neque est, cur nunc studeam has nuptias mutarier.' Vide Burm. ad Petron. Satyr. c. 126. Præterea *Uno demto hoc uno fulgore* Voss. et Lov. 1. *Uno demto uno fulgore* Lov. 4. *Ademto hoc uno fulgore* Harl. *Unde ademto hoc uno fulgore* Hearnii D. et Lov. 3. *Unde uno ademto hoc fulgore* Gaertn. *Nam uno demto hoc fulgore* Lov. 5. *Unde* pro *Nam* etiam multæ ex edd. antiqq.

§ 13 *Viginti annorum militiam vestram*] Elatorie *XX. annorum militiam* vocat Hannibal, quam supra c. 16. *XVIII.* Livius verius appellarat: at servit causæ Annibal. *Sigon.* *Vigenti annis* Hearnii N. *viginti annorum* in margine. Præterea *vestram militiam* Harl.

§ 14 *Hac ipsa æstate cæso, victo, circumsesso a Gallis*] Vet. lib. *circumsessoque*. Sigon. Ita etiam Ber. et Hav. reliquis invitis. Solere Livium copulam in his omittere, vidimus ad III. 9. § 4. Mox *ignoto ad hæc*, pro *adhuc*, Lov. 2. Tum *ignoranteque ducem*, pro *ignorantique*, in Lov. 3. Ber. a m. sec. Hearnii N. ed. Vascosani et recentioribus omnibus usque ad Gronov. qui priorem lectionem a reliquis codd. firmatam, revocavit. Vide ad VI. 14. § 13.

§ 15 *An me, in prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope notum, certe educatum*] Scribendum opinor *prope natum:* quod probat locus ille XXX. 28. 'Sed cum Annibale, prope nato in prætorio patris fortissimi ducis, alito atque educato inter arma.' *Valla.* Put. *certe eductum:* ut Terentio Andr. I. 5. 39. 'bene ac pudice doctum atque eductum.' Et Ad. I. 1. 23. 'Eduxi a parvulo.' *J. F.*

Gron. *Prope notum* Flor. Gaertn. et Hearnii N. Sed 'natus' et 'notus' etiam alibi a scribis commutantur. Vide ad XXII. 4. § 2. *Proprie notum* Lov. 2. 'Prope' et 'proprie' in Mss. confunduntur etiam v. 14. § 1. *Probe notum* Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Hafn. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVII. 49. § 2. Deinde *certe eductum* Flor. et Cant. Sæpius 'educere,' pro educare, Livius et alii optimi scriptores usi sunt, quod passim librarii indocti mutarunt. Vide Rhenan. ad Livii I. 39. § 6. Gronov. ad Livii XXIV. 4. § 5. et XXVII. 19. § 9. Burm. ad Seren. Samm. vs. 64. et quæ notavi ad Livii I. 4. § 7. et II. 9. § 4. Ita variant etiam codd. apud Curt. III. 12. § 16. Id quoque restituendum videtur XXXIX. 9. 'Sub tutela Duroniæ matris et vitrici Ti. Sempronii Rutili eductus fuerat:' ita plures scripti. Vulgo etiam *educatus*. Alios pariter loquutos esse, docui ad Silii IX. 434. Adde Colum. III. 10. 'Velut altricis uberibus eductus paullatim fructum ferre condiscit.' Mox *domitorem Hispaniæ, Galliæ, victorem eumdem* Lov. 4. *domitorem Hispaniæ Galliæque, victoremque eumdem* Lov. 5.

Non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo majus est, Alpium] Vocula *sed* deest in Lov. 3. et quibusdam ex edd. vett. Talis locutio est apud Calpurn. Ecl. VII. 64. 'Non solum nobis silvestria cernere monstra Contigit; æquoreos ego cum certantibus ursis Spectavi vitulos:' ubi vide quæ notantur, et quæ dicta sunt ad II. 49. § 11. Verum voculam illam tuentur ac vindicant et plures et optimi Mss. ac principes edd. *Non Alp. modo gentium, id est ips.* Lov. 4. *non Alp. modo gentium, idem ips.* Lov. 1. et Gaertn. *non Alp. modo gentium, sed etiam ips.* Ber. Verum id non necesse est. *Non modo, sed* inlustravimus ad VI. 37. § 1. Tum *quod multo magis est* Lov. 1. et 5. Vide ad XXVI. 41. § 16. Mox *semenstri*, pro *semestri*, Flor. quod pertinet ad illa, de quibus egi ad v. 54. § 4. Adde ad IV. 24. § 5. Insuper § 16. *Ignoret, certum habeo*, pro *ignoraturum*, Hearnii D.

§ 17 *Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo vestrum est*] *Non ego illud parvi existimo* Lov. 4. et Gaertn. *Non ego illud parvi extimo* Ber. et Lov. 1. ac 2. *Non illud ego parvi extimo* Hav. Vide ad l. XXXIV. c. 2. § 6. Tum *nemo est vestrum* Flor. In seqq. mox *cujus non idem ego virtutis*, pro *cui*, Flor. Harl. et Hav. *cujus non ego idem virtutis* Lov. 4. qui existimasse videntur, *cujus* referendum esse ad *virtutis*, quum pendeat ex remotiori 'referre;' unde etiam *cui* legendum est. *Cui non ego idem virtutis* Lov. 5. *cui non idem virtutis* Lov. 2. et Ber. a m. sec.

§ 18 *Tum laudastis me, milites, donastis*] Vet. lib. *Collaudastis me, milites.* Sigon. Hæc satin' aut integra aut pura? certe non videntur. Quid donaverint? an munera accipere a militibus imperator solet? imo dare. Si non aliquid deest, legerim in hanc mentem *donati estis*. Duo recensuit. Et ego, inquit, fortiter sæpe feci vobis spectantibus, et vos me. Laudem igitur a vobis accepi, præmium unicum ducibus; et vos dona a me, ex militiæ more. *Ruben.* Elect. I. 23. Rubenius existimat legendum hic *donati estis*, quem vide. Pall. 2. et 3. *Tum laudastis me, milites, donastis alumnum prius omnium vestrum, quam imperatorem.* Gebh. Mendosa sunt hæc. Rubenius malit *donati estis.* Sed dum ea ratione quoque sit reducendum; ego vero istud minime huc facere censeo de donationibus, sed membrum istud ad sequens pertinere: nihil enim, quam summam notitiam velle, arguit, quod sequitur, 'procedam adversus ignotos ignorantesque.' His se ob suam notitiam feliciorem facit. Legam 'Dum laudastis, me, milites, educastis. Alumnus prius omnium vestrum,' &c

Adolevi, ait, in laudibus vestris, quas a prima pueritia mihi tribuistis perennes. De Annibale paria Silius Ital. XVII. 293. ubi milites, notos a facinoribus bellicis, pluribus, quam quæ huc deferantur, compellat singulos vir vetus armorum. *Barthius*, Adv. XIV. 10. In libro optimo erat, *Tum laudatis me miliens donatisque.* Duo ista verba persæpe Livius conjungit in laude donisque militaribus ab imperatoribus militi ob virtutem impertitis. Lib. XXV. c. 18. de Crispino: 'Laudatusque ibi magnifice et donis donatus.' XXXVIII. 23. 'Laudati quoque pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque.' XXXIX. 31. 'Pro concione postero die laudati donatique equites phaleris.' XLII. 61. 'Pro concione laudati, ducesque eorum etiam virtutis caussa donati.' Tale quid igitur hic quoque significari cum crederem, Sigonii *Collaudastis me*, Barthii *educastis*, numquam sum miratus. Ipsam autem veritatem sagaciter ab se deprehensam communicavit mecum A. Rubenius: *Cum laudatis a me millies donatisque alumnus prius omnium vestrum, quam imperator, procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque.* Vobiscum, inquit, hoc est, cum illis militibus, quos toties pro concione re bene gesta laudibus et donis meritos ornavi, ego, quem vos prius, non modo tirocinia sed propemodum incunabula in castris ponentem, educastis quam imperatorem fecistis, ibo præliatum adversus ducem, ignotum exercitui suo, et ignorantem copias suas. *J. F. Gron.* Lectio, quæ ante Gronovium in edd. exstabat, superest in Lov. 5. Hafn. et Gaertn. neque inde abit Rec. nisi quod *donastisque* legat. *Tum laudastis me, milites, donastis alumnum prius omnium vestrum, quam imperator* est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. quibus consentit Hav. nisi quod insuper *imperatorem* substituat. *Coll. me millies donastis alumnum prius omnium vestrum, quam imperatorem* Ber. in quo *alumnus* et *imperator* emendat manus altera. *Tum laudatis me milies donastisque alumnum prius omnium vestrum, quam imperator* Flor. in quo tamen *laudastis* est a m. sec. *Cum laudatis a me milliens donastis alumpnum prius omnium vestrum, quam imperator* laudatur in excerptis ex Cant. Gronovius in priori ed. nott. ex veteri Put. scriptura conjiciebat legendum *quod nemo vestrum est, cujus non ante oc. ipse sæpe mil. aliq. ed. fac., cui non idem ego virt. spect. ac testis, not. temp. locisque ref. sua possim decora, mecum laudatis millies donatisque.* Ut dicat Hannibal, se nondum imperatorem simul cum militibus, ac milites secum pro egregia opera ab Hasdrubale laudatos donatosque esse. Syllepsin autem in posterioribus verbis *mecum laudatis millies donatisque* ita defendebat, ut numerus respondeat utrique membro *cujus non ante*, et *cui non idem ego;* casus propiori *cui*. Et hanc etiam lectionem in contextum recepit. Verum in repetitis curis recte palmariam A. Rubenii conjecturam probavit. Mox *τὸ acie* deficit in Voss. et Lov. 1. *procedam aciem* habet Flor. *procedam in aciem* Lov. 4. ut præpositio in Flor. elisa sit a vocis præced. litera ultima. Vide ad X. 13. § 3. De locutione 'procedere in aciem' vide ad V. 48. § 17.

CAP. XLIV. § 1 *Generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos*] Per *infrenatos* intelligit Numidas. Infra c. 46. 'Annibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.' De his agunt Lipsius de Milit. Rom. III. 8. et Cerda ad Virg. Æn. IV. 41. *Duk.* 'Nudi frenis infrenatique manipli' dixit Silius, 'infrenatus' pro 'frenatus' adhibens, IV. 315. Per 'nudos frenis,' et hoc lolo 'infrenatos' intelliguntur Numidæ. Vide ad Silii III. 293. Ceterum *gloriosissimarum gentium* Lov. 4. Tum *frenatos infrenatos*, omissa media co-

pula, Ber. *frenatos infrenatosque* Flor. Insuper antea *plena video omnia animorum ac roboris* Lov. 4. 5. *plena omnia video animorum roborisque* Ber.

§ 2 *Vos, Karthaginienses, tum ob patriam, tum ob iram*] Prima vocula non exstat in Lov. 4. Deinde *cum ob patriam* Flor. Ber. Lov. 5. et quædam ex vett. edd. Ita etiam Crevier. in Put. invenit, et in contextum recepit; quem, tot nunc meis consentientibus, imitatus sum. Vide ad VI. 23. § 3. Paullo ante *fidelissimosque fortissimosque* Harl.

§ 3 *Tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto major spes, majorque animus inferentis est vim*] Pall. tres *quanto major spes, major animus inferentis vim, quam arcentis.* Gebh. Lege cum primo scriptorum, *tanto audacius fortiusque pugnaturi, quam hostis, quanto major spes, major est an. inf. vim, quam arcentis.* Etsi possis habere suspectum τὸ *quam hostis.* Lib. III. c. 25. 'In quæstoribus novis major vis, major auctoritas erat.' *J. F. Gron.* Voces *quam hostis*, ne quis forte Put. suspectum habeat, exhibent etiam Flor. et Cant. Deinde priores edd. legebant *major spes, majorque animus inferentis est vim*, pro quo Gronov. in pr. ed. substituit *majorque est animus inf. vim*, postea *major est animus inf. vim*, Put. iterum secutus, et pro parte Pall. Per omnia etiam hic Put. adsentiuntur Flor. Cant. et forte Lov. 1. unde nihil notatum vidi. At cum Pall. Gebhardi faciunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *majorque animus inf. vim* Hearnii N.

§ 4 *Accendit præterea animos et stimulat dolor*] *Et st. animos dolor* Flor. Mox pro *depoposcere* Gronov. edidit *depoposcerunt*, quod firmant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. aliique. *Deposcerunt* est in Lov. 5. Vide ad Epit. Liv. lib. II. *Poposcerunt* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii D. Vide ad II. 13. § 7.

Deditos ultimis cruciatibus adfecturi fuere] Dictio *fuere* nata in officina sciolorum. *Grut.* In Pal. 3. fuit, *deditos ultimis cruc. adf. forent.* Gebh. Nullus est cod. inter meos, qui dictionem, a Grutero νοθείας damnatam, vel omittat, vel cum Pal. Gebhardi ejus loco legat *forent.* Contra Gronov. edidit *fuerunt*: quod superest in omnibus meis, nisi quod *fuerant* sit in Hav. Paullo ante *oppugnastis*, pro *oppugnassetis*, Harl. et Hearnii D.

§ 5 *Circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus*] *Et circumscr. includitque* Ber. *circumscribitque includitque* Hav. Tum voces *nos ter. mont. flum.* non adparent in Cant. omissæ culpa librarii, quibus voculæ *que* repetitio fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11. Dein *neque excedamus* Lov. 2. et Ber. a m. sec. *non excedamus* Flor. Paullo ante *omnia sua suique arbitrii* Ber. Hine *cum quibus bellum, quibus pacem*, pro *cum quibus pacem*, Flor. Lov. 1. et Harl. Denique *æcum censent*, pro *æquum censet*, Flor. Verum licet *gens* sæpe, ut collectivum, verbum plurale adsciscat, hic tamen *censet* præferendum esse et præcedentia et sequentia docent.

§ 6 *Nusquam te vestigio moveris*] Vos mutastis *e vest. moveris.* Ego *nusquam te vest. moveris*, accentu in antepenultima, ut sit verbi activi subjunctivum, non passivi indicativum. *Valla.* Pall. tres *movearis.* At vetustissima ed. *nusquam e vest. te moveris.* Gebh. *Nunquam* Hearnii N. Vide ad XXXVI. 17. § 10. et mox ad § seq. etiam ad cap. seq. § 4. *Nusq. e vest. movearis* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *nusq. tuo vest. movearis* Lov. 3. et Hafn. *nusq. te vest. movearis* Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. *nusquam te vest. moveas* Lov. 4. Reliqui codd. emendationem Vallæ probant. Paullo ante *Ne transieritis Iberum* Cant. Deinde *ne quid tibi rei sit* Hav. *ne quid commune tibi sit* Lov. 3. Hinc voces *ad Iberum est Saguntum*

exsulant a' Lov. 5. Crevier. libenter legeret *cis Iberum*, ut hæc intelligerentur dicta ex persona Pœnorum, qui Hispaniam ulteriorem obtinentes necesse non habebant, ut ad obsidendum Saguntum Iberum transirent. Videnda sunt quæ ad hunc locum notavit.

§ 7 *Veterrimas provincias meas Siciliam et Sardiniam ademit, nisi adimat et Hispaniam*] Legendum esse, uti edidimus, cum vulgo sit etiam *provincias nostras*, et *Hispaniam*, tum *et si inde*, deinde *transcendet*, monuimus Obs. IV. 20. *Nisi adimat* æque Andreas, Beccar. Tarv. Venet. Savet. ignorant; Ascensius et Mag. jam habent. *J. E. Gron. Provincias meas*, pro *nostras*, etiam Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Hafn. et Gaertn. *provincias vestras* Rec. Tum *Sard. abstulit, adimit etiam Hispaniam; et si inde cessero in Africam transcendet* Ber. neque dissentit Hav. nisi quod addita voce *etiam in Africam* legat. *Sard. abstulit, adimit Hispaniam; et inde cessero, in Africam transcendet* Hafn. *Sard. adimit; in Hispaniam, et inde cessero in Africam transcendet* Voss. cui consentiunt Lov. 1. 5. et Gaertn. nisi quod eorum primus *in Hispanias*, secundus *et in Hispaniam, et si inde*, tertius *etiam in Hispaniam, et si inde* præferant. *Sard. adimit* (*ademit* Lov. 3.) *etiam Hispaniam et si inde cessero in Africam transcendet* Lov. 2. 3. 4. et Harl. *Sard. adimit etiam Hispanias, et inde cessero, in Africam transcendet* Rec. *Sard. adimit etiam Hispanias: et si inde cessero in Africam transcendes* Flor. *Sard. adimis etiam Hispanias et inde cessero in Africa transcendes* Cant. Insuper *transcendisse autem dico* non tantum edd. quas consului, omnes ante Froben. 1535. sed et omnes scripti; nisi quod *transcendere autem dico* sit in Lov. 5. *transcendisse audio* in Ber. Hafn. et Gaertn. Sed optime locum hunc emendavit Gronov.

Nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicaverimus] Put. et Voss. *vindicaremus*. Lege *vindicarimus*. J. F. Gron. *Vindicaremus* etiam omnes mei, ut et Hearnii D. et N. *vindicarem* ejusdem L. 1. Sed recte Gronov. *vindicarimus*. Similiter errarunt librarii cap. præc. § 11. XXVI. 13. § 5. et XXXVII. 54. § 27. Adde Burmann. ad Sueton. Aug. cap. 17. Præsertim autem Livius delectatus est contractionibus in temporibus præteritis verborum primæ conjugationis, quas passim scribæ mutarunt. Ut ex multis exemplis pauca tantum memorem, vide ad IIICT. § 2. v. 53. § 9. VI. 22. § 4. XXX. 18. § 1. XXXIV. 32. § 2. c. 50. § 4. XXXVI. 8. § 7. c. 8. § 1. c. 20. § 8. c. 57. § 1. XXXIX. 16. § 3. c. 26. § 14. c. 29. § 3. c. 31. § 11. c. 38. § 5. c. 55. § 1. XL. 14. § 9. ac pluribus. Præterea *nihil umquam* Flor. Cant. Voss. et Gaertn. eodem errore, quo 'nusquam' et 'numquam' confundebantur § præc. Verbum autem *est* deficit in Ber. a m. pr. In præcedd. vero pro *misere*, quod erat in edd. prioribus, Gronovius substituit *miserunt*. Et ita legunt omnes scripti.

§ 8 *Illis timidis et ignavis licet esse, qui receptum habent*] Idem optimus codicum et Voss. plane *qui respectum habent*; id est, qui habent quo respiciant, et fiduciæ et, si res exigat, auxilii gratia. Lib. IV. c. 46. 'Subsidia, quæ respicerent in re trepida, præparata erant ab tribuno militum.' XXVII. 12. 'Hosti jam undique pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret, habenti.' Utitur eodem genere loquendi Cicero Philipp. XI. 11. 'Ne Brutum colligassemus in Græcia, et ejus auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus, non ut ex acie eum respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.' Philipp. X. 4. 'Quod qui ab illo abducit exercitum, et respectum pulcherrimum et præsidium firmissimum adimit reipublicæ.' Philipp. V. 18. de

Cæsare: 'Quum respectum ad senatum et bonos non haberet:' id est, quum de optimatium favore ipse popularem levitatem semper sectatus nihil sibi spondere posset: non vult enim nullam habitam a Cæsare senatus et reipublicæ studiosorum rationem; hos ab eo contemptos, ut Schottus interpretatur Nodor. Cic. I. 15. Porro Andreas quoque, Becc. Tarv. Ven. Savet. Asc. *respectum*, non *receptum*, dudum ediderunt. *J. F. Gron.* Livius IX. 23. 'Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus.' *Jac. Gron.* *Qui respectum habent* omnes non tantum mei et Hearnii codd. verum etiam edd. antiqq. ante Moguntinam, quæ prima *receptum* dedit, unde id Aldus in erratis, et postea reliqui receperunt. Supra IX. 23. 'Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum: nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus.' XLII. 46. 'Quæ serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.' Et ita 'respicere' IV. 17. 'Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, voluisse.' Vide Burm. ad Suet. Ner. c. 20. Simili modo 'suscipere' et 'suspicere' in Mss. confunduntur; (vide ad XXVIII. 6. §. 12.) 'accipere' et 'aspicere.' Vide quæ dixi ad Silii V. 573. Præterea *illis timidos et ignavos esse licet* Hav. sed alterum elegantius est, et optimorum codicum testimonio firmatur. Supra III. 50. 'Sibi vitam filiæ sua cariorem fuisse, si liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset:' ubi vide quæ notantur. *Illos timidos et ignaros licet esse* Lov. 2. 'Ignavus' et 'ignarus' etiam alibi commutantur. Vide ad III. 54. § 3. et IX. 8. § 4.

Quos suus ager, sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient] *Quod suus ager, quod sua terra* primæ, quas vidi, edd. pro quo mox secutæ dederant *quod suus ager, sua terra*. Id autem posterius ex scriptis præferunt Voss. Lov. 2. 3. Hav. et Gaertn. *quod sua terra, suus ager* Flor. qui etiam *tota ac pacata*; de quo errore vide ad XXVIII. 4. § 7. *quod suum agrum, suam terram, &c. fug.* acc. Ber. et Hearnii N. Displicuisse videtur librariis, duobus singularibus *suus ager, sua terra* addi verbum plurale, quod tamen apud Livium frequens est. Vide ad I. 31. § 7. Verbum 'accipere' eo modo quo hic capitur, inlustramus ad V. 21. § 3. Infra XXXVIII. 21. 'Romanos victores deserti fuga hostium tumuli acceperunt.' Aldus in erratis emendavit *quos suus ager, quos sua terra*. Frobenius deinde a. 1531. *quos suus ager, sua terra*. Mox *necesse est fortis viribus esse*, pro *fortibus viris*, Flor. Voss. et Lov. 1. *necesse est fort. vir. esse* Hearnii N. et *fortibus viris* in margine. Tò *est* deerat in Lov. 2. Ceterum hoc dictum est eadem forma, qua modo *Illis timidis et ignavis licet esse*.

Si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga, mortem obpetere] Verbum 'dubitare' inlustravit Gronov. ad Senec. Ep. 114. *Mortem optare* est in Hearnii D. invitis aliis omnibus. Paullo ante *obrutis* pro *abruptis*, Lov. 2. Gaertn. et edd. Sigonii: *abrutis* Voss. et Lov. 1.

§ 9 *Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est*] *Si destinatum omnibus hoc, si bene fixum in an. est* Lov. 4. et 5. *Si hoc bene fixum omnibus, dest. in animo est* Flor. Voss. Lov. 1. 2. *Si hoc bene fixum omnibus, ac dest. in animo est* Hav. et Ber. a m. pr. *Si hos bene fixum dest. in animo est* a m. sec. *destinatumque animo est* Hearnii N. Mox *iterum dicamus* Flor. a m. pr. *iterum dico* idem Hearnii N.

Nullum contentum ad vincendum homini a Diis immortalibus acrius datum est] Credo scribendum *nullum incitamentum*. Valla. *Incitamentum* est conjectura Vallæ, traducta omnium se-

quentium edd. consensu: sed an legitimo, in dubium me collocat Pall. codd. diversitas ab hoc Laurentii commento: nam illi *nullum contemtu ad vincendum hominem* (hoc omittit vocabulum Pal. 2.) *a Diis imm. acrius datum est*. Verior ac sincerior hoc loco mihi apparet antiquissimæ ed. lectio, quam et Vallæ somnio prætuli: *nullum contemtu ad vinc. homini a Diis imm. acrius telum datum est*. Dicit Annibal, contemtu vitæ ac desperatione nihil efficacius esse ad acquirendam victoriam. Velleius Paterc. II. 5. ubi loquitur de Q. Macedonico: 'Cum urbem,' inquiens, 'Contrebiam nomine oppugnaret, pulsas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire juberet, facientibusque omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, perseverantia ducis, quem moriturum miserat, militem victorem recepit. Tantum effecit mistus timori pudor, spes desperatione quæsita.' Videatur Justinus XX. 3. Diodorus XI. 12. et 17. *Telum* vero hic est incitamentum, seu potius adjumentum. Cicero 'Parsimonia non mediocre telum ad virtutem.' Livius IV. 24. 'Necessitate, quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis.' *Gebh.* *Nullum incitamentum* a Vallæ conjectura. Andreas *nullum contemtu ad vinc. homini a Diis imm. acrius telum datum est*. Sed illud *telum* in Mss. nullum habet vestigium sui. Put. *contemptum*: neque aliter, ut quisque melior, cæteri. Veritas est, *nullum momentum ad vinc. homini ab Diis imm. acrius datum est*. Nam sic quoque Put. non *a Diis*. Est quidem sermo haudquaquam insolens, tamen frequentissimus Nostro. Lib. XXIX. c. 12. 'Haud parvum momentum ad opem ferendam sociis.' XXXIII. 45. 'Non magni momenti ad summam rempublicam populi Romani.' XXXV. 31. 'In quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus, esset.' XLII. 45. 'Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur.' XLIII. 23. 'Ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.' *J. F. Gron.* Apparet tamen adjectivum hoc efficacius esse et nervosius, quam ut illi substantivo conveniat, et major quædam ac ponderosior vox requiritur. Itaque scribebat mihi Grævius, *magnum, parvum momentum* occurrere frequentissime, alienum vero esse ab usu recte loquentium *acre momentum*. Recte tamen id conjungi cum τῷ *telum* in Andreana. Nec frustra legi in Put. *contemtum*, et in Andreana *contemtu*. Hinc sibi persuasisse Livium scripsisse, *nullum contemtu sui ad vinc. homini ab Diis imm. acrius telum datum est*. 'Contemtus sui,' ut Seneca 'vilitas sui,' quum facilis sit mutatio literæ *ui* in *m*, unde deleta litera *s* venit *contemtum*. In quo sensum vides omnino absolutum, si ad Mss. eum conciliare potes, qui certam fidem mihi fecerunt perpetuo, ubi quid abundat, illic alieni quid intextum esse. Voss. refert *cteptu* cum tribus superinscriptis lineolis. Gud. *conceptum*. Flor. *contemptum*. Inde adscripseram margini meo, videri, *nullum eo telum ad vinc. homini ab Diis imm. acrius datum est*: ut III. 69. 'Juventus, quæ inter tales metus detrectationem militiæ telum acerrimum adversus Patres habere solita erat.' Et alibi 'stimuli acres,' ac 'stimulare acrius.' Quare eligas licet. *Jac. Gron.* *Nullum contemptu ad vinc. homini a Diis imm. acrius telum datum est* edd. Rom. 1472. ac Parm. Gronovius in pr. ed. nott. refert, se in cod. Regio, etsi non nimis antiquo, notæ tamen haud malæ, invenisse *nullum compenpsum*; inde sibi natam esse conjecturam *nullum compendium ad vincendum*: *compendium* autem exponit 'viam compendiariam:' et hanc conjecturam firmare videtur lectio Lov. 2. *nullum compensum*. Addit ni-

hilominus Gronov. se tamen hærere, et in iterata ed. sententiam hanc silentio involvens tacite damnasse videtur. Ac recte. Nam, quemadmodum *momentum acrius*, quod Grævius, non tantum Gronovio, sed et Heinsio scribens, monuit in Syllog. Epist. Burmann. tom. IV. epist. LXVIII. p. 96. sic etiam *compendium acrius* ab usu recte loquentium alienum existimandum est. *Nullum conceptum ad vinc.* Lov. 2. 4. 5. Hafn. Gaertn. et Voss. in margine pro varia lectione. *Nullum contemptum ad vinc.* Flor. Cant. Lov. 1. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. *nullum c̃tẽptũ* Voss. *cõtẽptum* Harl. Nihil propius ad codd. scripturam video, quam quod Gronovium subiit, *nullum eo telum ad vinc., &c. acrius datum est.* De voce *telum* translata hac significatione vide ad VI. 35. § 8. ubi et videbis exempla laudari, in quibus 'acerrimum telum' occurrit. Ex illis etiam patebit locum, quem Grævius ep. ad Heinsium laudat ex Livio Andronico, esse Cic. ad Fam. VII. 16. *Ab Diis immortalibus* etiam Flor. Cant. Lov. 1. et Harl.

CAP. XLV. § 1 *Quum utrimque ad certamen accensi militum animi essent*] *Utrumque ad cert.* Gaertn. sollemni scribarum errore. Vide ad V. 8. § 10. c. 46. § 1. c. 48. § 1. VI. 29. § 1. VII. 7. § 1. c. 40. § 2. et IX. 28. § 5. Similiter confunduntur 'uterque' et 'utrimque' II. 64. § 8. 'utriusque' et 'utrimque' XXII. 28. § 11. Mox *pontem Ticinum jungunt*, pro *ponte*, Flor. a m. pr. Lov. 4. et Harl. *Ticinum pontem jungunt* Lov. 1.

Tutandique pontis caussa castellum superinponunt] A veteri abest vox *caussa:* nimium bene. Idque genus sermonis a me in Tacito notatum. *Lipsius*, Epist. Quæst. I. 12. Τὸ *caussa* cum a Lipsii lib. Ms. absit, nec desit, omittatur sane. Tales enim sunt et illæ locutiones, de quibus nos in nostris Novantiquis, quod satis est, diximus. *Modius.* Recte Lipsius in libro suo defieri existimat τὸ *caussa.* Quem sequi vetuit me restans codd. nostrorum consensus. *Gebh.* Vide ad XXXI. 12. § 4. Hic tamen unius librarii culpa excidisse videtur: et quidem, quum τὸ *caussa* per compendium *cã* scribatur, ei fraudi esse potuerunt primæ literæ vocis seq. *castellum;* quod et Dukero in mentem venit. Certe omnes mei *caussa* tuentur. Præterea *insuper inponunt* Flor. et Cant. consentientibus etiam Hearnii codd. Id etiam in contextum jam recepit Gronov. præter Flor. ita in Put. quoque legi testatus hoc lib. ad c. 1. § 5. ubi vide. Præterea *inponitur* Gaertn.

§ 2 *Ad depopulandos sociorum populi Romani agros*] *Ad populandos* Lov. 4. Ita Livium sæpius locutum esse, vidimus ad II. 62. § 2. Unius tamen illius cod. testimonium levius videtur. Solent sæpe hæ voces commutari. Vide ad X. 12. § 7. Tum *soc. Rom. populi* Gaertn. *pop. Rom. soc.* Ber. *soc. Romanorum* Lov. 4. et 5. Paullo ante *hostibus opere occupatis* Flor. Deinde *Marbalem* Ber. a m. pr. et Hearnii L. 1. ac N. *Mahabolem* Hav. *Maerbalem* Lov. 4. *Maherbalem* Lov. 5. Ceterum hic plura folia deerant in Lov. 2. usque ad XXII. 20. § 6.

§ 3 *Principumque animos sollicitari ad defectionem*] *Sollicitare* Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. omnesque edd. usque ad Gronovium, qui *sollicitari* dedit, forte præeunte cod. Put. quem sequi solet. Certe *ad def. sollicitari*, mutato etiam ordine verborum, est in Flor.

Quinque millia passuum a vico tumulis consedit] Vicum non nominat, et *tumulis considere* quomodo in plano, ut hic omnia erant, intelligatur, non hercle capio. Suspicor proprium nomen obliteratum, ac pro eo suppositum *tumulis.* Glar. Probo Glareani suspicionem, vici nomen desiderari.

Probus (Nepos in Hann. lib. IV.) hanc pugnam pugnatam ad 'Clastidium' ait, cujus vici post meminit Livius c. 48. *Sigon.* Vitium potius, quam defectum odoror, et e duabus vocibus nomen loci concinno *a Victumviis*. Vestigia scripturæ suadent, et Livius, qui c. 57. emporium isto nomine agnoscit, idque in hoc ipso tractu: 'Paucorum inde dierum quiete sumpta ad Victumvias ire pergit' (nempe Hannibal) 'oppugnandas:' nam ita membranæ, non *Vicumvias*, ut libri vulgati. *P. Ruben.* Elect. II. 3. Admisi elegantem Rubenii nostri conjecturam, quod in vulgata nihil foret sani. Idem nomen redonavi Livio c. 57. ubi antea erat *Vicumvias*. *Grut.* Reponendum censet Rubenius *a Victumviis*, sicut et c. 57. ut ibidem habet Pal. 1. *Gebh.* *A Victumviis* accepit Gruterus a P. Rubenio, qui sic conjecit ex c. 57. hujus libri: ubi sane membranæ omnes *Victumvias*. At eædem omnes hic *Vicotumulis*. Quid dicam? Vereor ne utrumque vocabulum etiam sit corruptum. Apud Strabonem notavi v. 218. Ἐπεὶ καὶ ἐν Οὐερκέλλαις χρυσωρύχιον ἦν· κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτιμουλῶν καὶ ταύτης τῆς κώμης· ἄμφω δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν. Nec minus in Plinio XXXIII. 4. 'Exstat lex censoria Ictumulorum aurifodinæ, qua in Vercellensi agro cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent:' ubi Ms. Voss. *Victumularum*. Quantum autem distant *a Vicotumulis* et *ab Ictumulis*? Rursus 'ad Victumuias pergit oppugnandas,' 'ad Ictimulos pergit oppugnandos.' *J. F. Gron.* *A vico consedit* Ber. *a Vicotumulus consedit* Lov. 1. *a vico tumul consedit* Lov. 4. *a vico tumulis consedit* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 5. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Cluverius in Italia Antiq. 'Ictimulos' et 'Victumvias' distinguit. 'Ictimulorum' in agro Vercellensi meminit I. 23. 232. 'Victumviarum' in agro Placentino I. 27. 268. ubi 'Vicumvias,' vel 'Vicumnias' vocat. Hinc Gronovii conjectura Clerico ad hunc locum displicet. Ideo enim *Ictimulis* legi non posse existimat, quia est locus in agro Vercellensi; hic vero agi de loco, qui non procul a Placentia est, et forte ad alteram Padi ripam, ex c. 57. In eo tamen Gronovio ac Rubenio adsentitur, quod hic et c. 57. eumdem locum innui putet. A quibus dissentit Donjatius, statuens vicum, de quo hic agitur, fuisse ad lævam Padi ac trans Ticinum in agro Insubrium, 'Victumvias' autem vel 'Vicumnias' ad dextram Padi prope Placentiam: servandum itaque hoc loco *a vico Tumulis*, ut in edd. et plerisque codd. legitur, eumque indicari, qui hodie *Dimoli* nomine, satis cum voce *Tumuli* conveniente, vocatur, atque inter Ticinum et Novariam amnes situs est.

§ 4 *Certa præmia pronunciat, in quorum spem pugnarent*] Pal. 3. *proponit*. Perperam vero *prænunciat* Pal. 2. *Gebh.* *Prænunciat* perperam etiam Voss. Lov. 4. Gaertn. et Harl. Vide ad IX. 10. § 7. Livius II. 20. 'Dictator pronunciasse fertur militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset.' Vide Gronov. ad Liv. XLV. 40. § 5. Tum *in quorum spetiem* Lov. 5. Vide ad Livii III. 9. § 13. Verba *in quorum spem pugn.* desunt in Hearnii D. Paullo ante *Maharbale cum equitibus* Rec. Præterea *inspectare certamen* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Harl. Hafn. et Hav. Hinc *nihil usquam*, pro *umquam*, Ber. Vide ad cap. præc. § 6. Insuper *monitumque* edd. ante Aldum. Deinde *ad hortandos milites* Ber.

§ 5 *Agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania*] *Daturum in Italia* Rec. Præterea *in Hispania* Lov. 3. In verbis seqq. *imminere ipsi, qui accepisset* Voss. et Lov. 1. *immunem*

ipsis, qui accepissent Ber. Tum *liberis*, omissa copula *que*, Lov. 1.

§ 6 *Ne cujus suorum popularium mutatam secum*] Vet. lib. *immutatam*. Sigon. *Suorum populorum* Harl. et Hearnii N. a m. pr. Omnes autem constanter *mutatam*. In præcedentibus *Karth. cives fieri vellent* Ber. *fieri velint* Gaertn. Voces *qui sociorum, &c. facturum* desunt in Hafn.

§ 7 *Libertatem proponit*] Vet. lib. *promittit*. Sigon. *Promittit* promanavit a Sigonio, qui et paullo ante legebat *immutatam secum fortunam:* utrobique contra codd. qua calamo pictos, qua cusos: quippe concordes legunt *proponit*, uti reduxi. *Gebh.* Sic [*promittit*] Sigonius, cum in libris esset, quod et nos ubique invenimus, *proponit:* cujus illam mihi liquet interpretationem esse. Est enim 'proponere' sæpe et polliceri atque ostendere præmia, ut inducamur ad aliquid, et prædicere ac minari mala ad deterrendum. Sic et 'proponere emolumentum,' 'spem,' et 'proponere formidinem,' 'metum mortis.' Lib. XXIII. c. 15. 'Præmia atque honores, qui remanerent, proposuit.' Cæsar Gall. v. 56. 'Magna proponit iis, qui occiderint, præmia.' Eo facilius in mentem venit Livio, ut hoc verbo uteretur, quod in hac ipsa historiæ parte Polybius III. 62. ἐφ' ᾧ τὸν νικήσαντα τὰ προκείμενα λαμβάνειν ἆθλα· et c. 63. καὶ παραπλήσια τοῖς νῦν ἆθλα προτεθεικέναι. Xenophon Κυρουπαιδ. I. p. 6. εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ τὰ ἆθλα προτίθεται. *J. F. Gron.* Omnes etiam mei vulgatum *proponit* tuentur, nisi quod unus Rec. legat *permittit*. Ita IV. 35. 'Si magna conatis, magna præmia proponuntur.' XXIII. 18. 'Omnium animi ad obpugnandum accenduntur, utique postquam corona aurea muralis proposita est.' XXXIX. 17. 'Indicique præmium proposuerunt.' Justin. XVI. 5. 'Uxores eorum filiasque nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit.' Vide Burm. ad Phædr. I. 14. 9.

§ 8 *Secundum precationem caput pecudis saxo elisit*] *Et secundum precat.* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et edd. usque ad Froben. 1531. quæ voculam omisit. Et sane omitti potest, ut ita unico sensu omnia cohæreant: idque præstare existimo. Ber. contra, ut *et* tanto magis placeat, in præcedentibus addita voce, legit *precatus est*. Verius videtur, *et* natum esse ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Vox *saxo* perperam omittitur in Ber. Supra I. 24. 'Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit.'

§ 9 *Tum vero omnes, velut Diis auctoribus in spem suam quisque acceptis*] *Tum vero, omnibus velut Diis auct.* Lov. 5. *Diis actoribus* Lov. 3. Vide ad I. 26. § 5. *Dis auctoribus* Flor. a m. sec. Vide ad V. 14. § 4. Mox *uno animo et voce poscunt* Lov. 1. *uno animo et una voce poscunt* Harl. Gaertn. et edd. quas vidi, Aldo priores.

CAP. XLVI. § 2 *Et examen apum in arbore prætorio inminente consederat*] Vocula *et* non adparet in Flor. Cant. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Frobeniana 1531. prioribus. Ea tamen necessaria est propter præcedens 'et lupus.' Tum *arbore in prætorio imminente* typis excusi usque ad Moguntinos. Male. XXVII. 23. 'Casini examen apum ingens in foro consedisse.' *In arbore prætoris imm.* Rec. Paullo ante *laceratisque obviis* Ber. quod ex interpretis glossa ortum puto. Pari modo 'dilaniare' et 'dilacerare' sæpe commutantur in Mss. Vide viros doctos ad Nas. Her. I. 90. et Am. III. 9. 52.

§ 3 *Ex quo propinquo copias*] Petrarcha emendavit *ex loco propinquo*. Vos emendare omisistis, quod sic fuit emendandum, *exque propinquo*. Valla. Pulchre ita [*exque propinquo*] vetustis-

sima ed. At Pal. 1. *ex quo propinquo:* in Pal. 2. destituitur *que, ex propinquo:* in Pal. 3. substituerunt Petrarchæ emendationem *ex loco propinquo.* Gebh. Muretus assignat l. v. *exque loco propinquo.* In nostris nihil tale, sed tantummodo *ex quo propinquo.* Videtur autem Livii fuisse, *profectus ad castra hostium ex propinquo copiasque, quantæ et cujus generis essent, speculandas.* Ascensius primus edidit *ex colle propinquo ad copias.* Quod inde in corrigendis repetivit Aldus, et Juntas Moguntinique expresserunt. Frobenius reddidit, quod nunc vulgatum est, invenit Valla, et secuti sunt Mediolanenses; nam Andreas *ex loco propinquo*, quod Petrarcham excogitasse, ait Valla. *J. F. Gron.* *Ex quo propinquo* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ex loco propinquo* Ber. Rec. Lov. 5. Hav. et Hearnii N. *ex propinquo* unus ex Regiis apud Crevier. qui Gronovii emendationem probat. Mox *obvius fuit*, pro *fit*, Hav. Vide ad XL. 15. § 2. Præterea τὸ *circa* exsulat ab Hearnii L. 1. Similiter vox eadem omittebatur I. 4. § 8. Male. Vide Dukerum ad Livii I. 4. § 6. et quæ notavi ad Livii IX. 2. § 7.

§ 4 *Neutri alteros primo cernebant*] *Alteros primos* Lov. 1. 4. Harl. et Ber. a m. sec. τὸ *cernebant* etiam omittitur in Lov. 1. *neuter alteros primo cernebat* Lov. 3. Deinde *in incessu tot hominum equorumque* Gaertn. *tot hominum incessu equorumque* Ber. Τὸ *fuit* autem deest in Hav.

Constitit utrumque agmen et prœlio sese expediebant] Put. et Flor. *et ad prælium se exp.* J. F. Gron. Liv. II. 55. 'Concitati homines veluti ad prœlium se expediunt.' XXXVIII. 21. 'Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam.' Ceterum *sese expediebant* erat in Flor. et omnibus, non modo scriptis, sed etiam edd. Insuper *utrimque agmen* edidit Sigonius, quod secuti editores servarunt usque ad Jac. Gron. qui *utrumque* revocavit, concinentibus omnibus scriptis et edd. antiqq.

§ 5 *Scipio, &c. in fronte locat; &c. in subsidiis*] Polybius III. 65. ὁ μὲν οὖν Πόπλιος προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας. *Sigon.* *Sociorumque roboris*, media voce omissa, Lov. 1. Verum τὸ *quod* intercepit præcedens vocula *que*. Quale exemplum habuimus I. 59. § 4.

Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat] Polybius III. 65. ὁ δὲ Ἀννίβας τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον καὶ πᾶν τὸ στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις· τοὺς δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου κέρατος ἡτοιμάκει πρὸς κύκλωσιν. *Sigon.* *Fidenates equites* Hearnii L. 1. Tum *accepit* Ber.

§ 6 *Jaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem*] Sane quum 'fugere inter subsidia,' et 'fugere ad secundam aciem' prorsus sint eadem, merito de hoc loco dubitamus. Quid, quod solet Livius variare, et quum paulo ante dixerit 'in subsidiis,' nunc videtur dixisse *ad secundam aciem?* ita semper primam aciem subsidiis oppositam referre mavult, quam iteratis verbis secundæ aciei. (Vide VI. 8. et 23. et XXIX. 36.) Quid, quod optimus ille Cantabr. ignorat *inter subsidia?* si legeretur *inter subsidia ac secundam aciem*, posset defendi, ut IV. 28. 'Dictator subsidia et secundam aciem adortus.' Nunc omnino supervacaneum est, ut arbitror. *Jac. Gron.* Gronovii, *inter subsidia* delentis, sententiam probat Crevier. Verum quum ex optimo Msto Put. nihil notetur, omnesque mei, etiam Flor. voces *inter subsidia* constanter servent, unius Cant. auctoritate eas expungere non audeo. Potius itaque, quod ferri posse etiam Gronov. fatebatur, legendum censeo *inter subsidia ac secundam aciem.* Passim autem librarios

voculas *ac* et *ad* confudisse in Mss. vidimus hoc lib. ad c. 32. § 2. *Fugerunt* autem primus edidit J. F. Gronovius, consentientibus omnibus scriptis. Antea vulgabatur *fugere*.

Dein, quia turbabant equos pedites intermixti] Ita Jac. Gronov. edidit: neque aliter erat in Flor. Cant. et quibusdam aliis. Priores habuerunt *deinde*. Vide ad III. 3. § 6. Dein *turbant equos* Lov. 1. Hinc *int. pedites* Lov. 4. et 5. Mox autem *premi suos circumventos* Hav. *suos premi circumventis* Lov. 3.

Jam magna ex parte anceps pugna erat] Put. *ex parte addes pugna vierat*. Inde vulgatum struxerunt acuti librarii, cum debuissent *ad pedes pugna ierat*, vel *venerat*. Didicimus ex Polybii III. 65. unde transtulit hanc quoque partem Livius: ὁμοῦ γὰρ ἦν ἱππομαχία καὶ πεζομαχία διὰ τὸ πλῆθος τῶν καταβαινόντων ἀνδρῶν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. Noster III. 62. 'Peditem ne ad pedes degresso equiti parem esse.' IV. 40. 'Tuo consilio equitem ad pedes deduxerit.' XXII. 49. 'Jussisse consulem ad pedes descendere equites.' XXIX. 2. 'Itaque, omissa pugna equestri, ad pedes Hispani equites descenderunt.' XXXVIII. 26. 'Equitatum ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu.' Cæsar Gall. IV. 12. 'Consuetudine sua ad pedes desiluerunt.' *J. F. Gron.* Lib. IX. c. 22. 'Extemplo ad pedes descensum ab Romanis est.' *Ex parte anceps pugnaverat* Cant. *et parte anceps pugna fuit* Gaertn. reliqui omnes *ex parte anceps pugna erat;* nisi quod ex Voss. qui conlatus est cum ed. quæ Gronovii emendationem recepit, nihil aliud in excerptis notatum videam, quam in eo esse *erat*, pro *ierat:* quomodo frequenter scribæ erraruut. Vide ad XXXIX. 21. § 6.

§ 7 *Circumvecti paullulum ab tergo se ostenderunt*] *Circumventi paull.* Lov. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad X. 2. § 1. *Circumvecti paullum* Flor. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 9. § 8. *Ostenderunt* autem primi dederunt Gronovii, iisque adsentiuntur omnes codd. nisi quod *ostenderent* sit in Lov. 5. et Gaertn. Priores editi legebant *ostendere*. Mox in verbis seqq. *pulsatum* ἀντὶ τοῦ *propulsatum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et edd. principes. Sed quum scriptum fuisset *ꝓpulsatum*, compendium illud *ꝓ* propter sequentem literam *p* facile excidere potuit.

§ 8 *Hic erat juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est*] Put. *erit*. Vividius et præsentius: erat enim futura pars narrationis, etsi rei gestæ præteritæ. Sic Florus II. 6. in eadem historia: 'Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit.' Noster l. VII. initio: 'Annus hic erit insignis novi hominis consulatu:' ubi recentissimæ subjecerunt *erat*. Ovidius Fastor. II. 386. 'Quid facis? ex istis Romulus alter erit:' sic Mss. ubi etiam vulgo *erat*. J. F. Gron. Livius XLIV. 44. 'P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Karthagine, adpellatus.' Hic tamen *erit* etiam servant Flor. Cant. et alii. Et ita Salmas. olim emendabat ad Flori II. 6. § 11.

Ob egregiam victoriam de Hannibale Pœnisque] Hæc lectio primum in edd. Gronoviorum invenitur. Priores legerunt *de Hannibale et de Pœnis:* et ita plures etiam codd. Livium autem præpositiones repetere solitum fuisse, dictum est ad VI. 28. § 6. *De Hannibale aut de Pœnis* Ber. *de Hannibale et Pœnis* Lov. 4. 5. et Harl. *de Hannibale Pœnisque*, ut Gronovius dedit, etiam Flor. et Cant. Neque dubito, quin ita et in Put. invenerit.

§ 9 *Consulem in medium acceptum*] *In medio* Hearnii N. in margine, et edd. ante Aldum. Male. Supra hoc cap. 'Frenatos equites in medium accipit.' II. 49. 'Acceptus in medium signa ferri jubet.' XXV. 36. 'In-

pedimentis et equitatu in medium receptis.' xxx. 8. 'Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere.' xxxi. 7. 'An hostem in Italiam accipiatis.' Et eodem cap. 'Bellum cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus.' xxxiii. 18. 'In medium accipit contractos ex castellorum præsidiis.' Ita 'accipere in civitatem,' 'in urbem,' 'in amicitiam' supra inlustravi. Vide ad iv. 3. § 14. Paullo ante *Fuga tum effusa jacul.* Lov. 4. et 5. *Fuga tamen effusa et jacul.* Lov. 1. *Fugatum effusa et jacul.* Gaertn.

§ 10 *Manilius equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, secundum fama obtinuit*] Vos emendatis, *Mumius* pro *Manilius* ponentes: ego *servum* pro *secundum*. Nam servus fertur Scipionem ab hostibus eripuisse: filius a pluribus auctoribus traditur. *Valla.* *Servum fama obtinuit* certe falsum. Communis enim fama de filio, non servo: et ita scriptores præter Cœlium. Bene igitur Mss. *tradidere auctores set fama:* si tamen ablegata litera ad priorem syllabam legas *et fama*. Lipsius, Epist. Quæst. i. 3. *Sed et fama obtinuit* erat ab emendatrice manu in Pal. 1. antecusi *servum fama obtinuit:* quod falsum est. Certe Valerius Maximus v. 4. § 2. Seneca de Benef. iii. 33. Silius iv. 456. ceterique filio adscribunt. *Grut.* Pall. quidem 1. et 3. *sed fama obtinuit:* ut et Lipsii codex: cui si attendentes fecerimus *et fama obtinuit*, duriuscula erit compositio. Quocirca dubitandum non est, legitimam a me repertam lectionem in Pal. 2. *ceu fama obtinuit.* Qui codex quoque pro *malim* repræsentat *M. Filinius.* Reliqui duo *malimus.* Gebh. Andreas Romæ *secundum fama.* Mediolani primum datum video *servum fama obtinuit.* Id adamavere omnes, et placuit etiam Grutero in ed. prima. J. Lipsius, cum notasset in scriptis *sed fama*, correxit *quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit.* Ut jamdudum et Juntas edidit. Quod cum sit verissimum et suavissimum, tamen in tam sinistra judicia incidit, ut ante nos suam laudem locumque mereri non potuerit. Revocavit Frobenius *servum:* hi postremi *sed et fama.* Fuit, qui dubitari nollet legitimam a se repertam lectionem *ceu fama.* Muretus quoque e suis libris *seu fama.* Salmasii me miseret, qui ad Flori ii. 6. ex vetustissimo codice legendum ait *sed fama obtinuit servum.* Vide quid sit festinare, ac nimium memoriæ fidere. Non modo Put. (quem ille significat vetustissimum codicem) sed ne quidem ullus alicujus ætatis scriptorum codicum circa hæc verba τὸ *servum* habet. Put. Flor. Voss. Pet. duo Pall. ut Lipsiani, *auctores sed fama obtinuit. Hoc primum.* In Gud. prorsus, ut voluit Lipsius, et edidit Juntas. *J. F. Gron.* *Malimus equidem* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *secundum fama* Harl. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *idem fama* Lov. 3. *sed fama* Lov. 1. *sed et fama* Lov. 5. et Gaertn. *et fama* Flor. a m. sec. Cant. Lov. 4. et Ber. quam scripturam recte Lipsius et Gronovius probarunt. Miror unde compositio hæc 'quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit' Gebhardo duriuscula videri potuerit; quam recte Gronovius suavissimam vocat. At magis miror, eum codicis sui lectionem *ceu fama* probare potuisse. Apage hanc striblíginem a Livio. Viri docti *ceu* adverbium similitudinis raro apud alios classicos scriptores, quam poëtas, obvium esse monuerunt. At, quis alicujus auctoritatis *ceu* pro 'quemadmodum' usus sit, doceri cupio. Adhæsit id Gebhardo vitio popularium Germanorum, qui et eo tempore et hodie *ceu* pro 'quemadmodum' frequentissime adhibent. Lectioni Lipsii ac Gronovii suos codd. favere, nisi quod N. *sed et fama* legat, monuit Hearnius. *Tradidere*

deerat in Hafn. *obtinuit* in Ber. Paullo ante *attribuit*, pro *delegat*, Hearnii N. in margine; quod ex alterius interpretatione natum videtur.

Cap. xlvii. § 1 *Hoc primum cum Hannibale prælium fuit; quo facile adparuit, et equitatu meliorem Pœnum esse*] *Quod facile adparuit* Cant. et Gaertn. Vide ad xxxvi. 33. § 3. *Cum Hannibale fuit, quod facile adparuit* Lov. 1. *quod* etiam servat Flor. a m. pr. et insuper *adparuit* ab eo exsulat. *Præmium fuit* Harl. de quo errore dixi ad Silii ix. 206. Deinde *equitatum mel. Pœnum esse* Hearnii L. 1. ubi voci *equitatum* adcrevit prima litera seq. Vide ad xl. 7. § 8. Idem error commissus est in Hav. licet inverso vocabulorum ordine exhibeat *equitatum Pœnum mel. esse*. Quod placere posset, modo *Pœnus* pro *Punicus* accipiatur. Ita tamen alibi Livium loqui non memini.

§ 2 *Vasa silentio conligere*] Non conclamare vasa. Infra c. 48. 'Tacito agmine profectus.' Cæsar B. Civ. i. 66. 'Silentio copias castris educere.' Vide Schelium ad Polybium c. 9. *Duk.* Infra xxvii. 47. 'Exstinctis ignibus vigilia prima dato signo, ut taciti vasa conligerent, signa ferri jussit.' Mox *festinatumque ad Padum*, omisso τῷ *est*, Lov. 4.

§ 3 *Tamen aliquot moratorum in citeriore ripa, segniter ratem solventes, cepit*] Put. *citeriore ripadi segniter*. Facile conjicias *in citeriore ripa*, vel *ora Padi*. Vix tamen ad sensum τὸ *Padi* necessarium. Sed pro *aliquot* idem Put. ac præterea Reg. Petav. Men. Voss. *ad hæc*. Qua in voce haud dubie latet numerus oppressorum. Polybius iii. 66. τοὺς δὲ φυλάττοντας τὴν γέφυραν ἔτι περὶ τὸν ποταμὸν ὑπολειπομένους, τούτων μὲν ἐγκρατὴς ἐγένετο, σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν. Refinge: *Tamen ad sexcentos mor. in citeriore ripa seg. ratem solv. cepit*. Scriptus fuit numerus per notas *DC*. Nisi apud Polybium ἑξήκοντα legendum, et *LX*. notavit Livius. *J. F. Gron.* *Tamen aliquot moratores* conjiciebat Latinius. *Tamen ad hunc mor.* Lov. 3. *tamen adhuc mor.* Lov. 1. et Hearnii N. *tamen adhuc morantibus* Lov. 5. et Gaertn. *tamen adhuc morantibus quibusdam* Ber. *tamen adhuc mor. quosdam* Hafn. *tamen adhuc illis morantibus* Hav. *tamen ad hæc moratorum* Voss. in quo *adhuc* inter versus, et pro varia lectione *tamen aliquot moratos* in margine adscribitur. *Tamen ad hæc moratur* Lov. 4. *tamen ad hæc moratorum* Flor. Harl. et Hearnii D. et L. 1. Tum *in citeriori ripa* Hav. *in superiore ripa* Hearnii N. in margine. Deinde *seg. ratem solventibus* Ber. *segniterque ratem solventibus* Hav. Nihil varius video, quam quod Gronovio in mentem venit. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecerat *seg. rates solventes*. Forte quia præcesserat 'ratibus, quibus junxerat flumen, nondum resolutis.' Verum, quum mox etiam sequatur 'tota rate in secundam aquam labente,' ubi nihil monuit, etiam hic nihil mutandum esse patet. Ceterum *moratorum* hoc loco et cap. sequenti non est a recto 'moratus,' sed 'morator;' neque notat, qui ad morandum alium relicti sunt, sed ipsi moras nectunt. Et ita etiam xxiv. 41. 'Ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta.' Vide Gronov. ad hunc locum in prima ed. nott., ubi emendationem loci Curtiani, sive potius loci emendati expositionem, quam proposuerat Observ. ii. 8. pr. ed. et Freinshem. carpserat ad Curtii iv. 10. § 10. excusat, sibique post editas Observationes idem in mentem venisse, quod postea Freinshemius etiam vidit, adfirmat.

Transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant] Vet. lib. *quod extrema*. Sigon. Sigonii liber *quod extrema*. Pal. 3. *quia extrema*. Gebh. Intellige 'postquam,' vel 'simul atque

soluta erant,' ne auscultes Sigonio *quod* reponenti. *J. F. Gron.* *Quia extrema* Hafn. *cœpit transire, non potitus ponte, quia extrema* Ber. *cœpit transire, non potitus, pontemque extrema* Hav. Reliqui omnes *ut extrema* servant, quod recte Gronovius tuetur, et explicat. Vide etiam hoc lib. c. 29. § 5. *Ut extrema resoluta erat* Lov. 5. Præterea *transire pontem non potuit* Flor.

Tota rate in secundam aquam labente] Locus perquam obscurus confusione ratis et pontis. *Glar.* Vix capio. Forte *tota rate vi secundæ aquæ dilabente.* J. F. Gron.

§ 4 *Flumen extemplo transnatasse*] Put. *transnasse.* J. F. Gron. Ita et Flor. ac Cant. Vide ad XXI. 27. § 5. *Tranatasse* est in Lov. 4. Sed 'transnare' vel 'transnatare' sonantius ac veteribus usitatum, 'tranare' vero et 'tranatare' vulgo pronunciatum fuisse, docet Cortius ad Sall. Jugurth. c. 11. quin et mox *transduxisse*, pro *traduxisse*, Lov. 4. et Gaertn. Contra *travexerint*, pro *transvexerint*, Flor. § seq. Ceterum *transisse* legit Hearnii D. quod est ex interpretis expositione.

§ 5 *Ea periti amnis ejus vix fecerint*] Quid tum? Totum illud iter experiundo didicit Hannibal. Lege cum eodem optimo, *Ea peritis amnis vix fidem fecerint:* id est, vix se probaverint, vix poterunt persuaderi. Curtius IV. 9. 'Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterat, æstimabat, vix fecerunt fidem, tot millibus cæsis majores copias esse reparatas.' Voss. quoque *peritis.* Sed et sic omnino quoque Flor. et Gud. Quæ sequuntur, iidem lectissimi codd. sic formari volunt: *neque equites, armis equisque salvis, tantam vim fl. sup. ver. est, ut jam Hisp. omnes infl. travexerint utres: sed mult. dier. circ. P. vada pet. fuerunt, qua ex. gravis imp. tr. posset.* Habent *namque*, ut et Voss., non *nam neque:* habent Put. Flor. Gud. *travexerint:* habent *sed* omnes: Fl. *fuerint.* Gud. *fuerunt.* Andreas quoque, *namque equites, &c. non verisimile est:* tum, *sed multorum, &c. fuerint.* Et sic omnes ad Juntam usque. In primo Frobenio vulgatum video. *J. F. Gron.* Vulgata scriptura eorum, quæ post *fecerint* sunt, quod ad sensum, non deterior est ea, quam reponi vult Gronovius. Causas dicit Livius, cur neutrum eorum, quæ Cœlius scripserat, probabile sit; a qua oratione neque satis commode excluditur *nam*, neque adversativa *sed* pro copula *et* ponitur. *Fuerat* est *fuisset*, ut sæpe in hoc tempore. *Duk.* Gronovius Put. lectionem recensens omisit vocem *ejus*, quam tamen in eo cod. suo loco exstitisse credo, partim quia eam ibi recenset Gronov. in prima ed. notarum, partim quia eamdem etiam servat Flor. quam Puteaneo consentire dicit, partim denique quia in omnibus ejus edd. retenta est. Neque aliter etiam erat in Cant. *peritis* autem etiam est in Lov. 1. et Harl. 'Alicui fidem facere' hoc sensu illustrat Dukerus ad Flori III. 16. § 6. In seqq. *namque*, pro *nam neque*, præferunt Lov. 1. 3. 5. Harl. Rec. Gaertn. et edd. ante Froben. 1531. *Neque*, omisso τῷ *nam*, Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. Tum *verisimile non est* Lov. 5. et Rec. Hinc *transiverat*, pro *transvexerint*, Rec. Deinde *sed* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii N. Tandem *fuerint* Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Harl. Ber. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii N. quam scripturam Crevier. probat, et recepit: qui etiam paullo ante vocem *omnes* vacare, et vel in *pedites* mutandam, vel ablegandam omnino putat: reliqua autem hujus periodi nequidquam a Gronovio sollicitari.

§ 6 *Potiores apud me auctores sunt*] *Posteriores* insigni errore librariorum Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Rec.

Hav. et ed. Rom. 1472. Tum etiam *ratem jungenda flumini* Voss. et Lov. 1. *ratem jungendo flumini* Flor. Lov. 3. 4. Harl. et Hafn. *mitem jungendo flumini* Rec. *rate jungendo flumen* Gaertn. In Voss. autem pro varia lectione margini adscriptum erat *rati jungendæ flumini*.

§ 7 *Dum Hannibal, citra flumen legationibus Gallorum*] *Circa flumen* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Moguntinos, qui primi *citra* substituerunt. Sæpe *circa* et *citra* in Mss. commutari, videbimus ad cap. seq. § 6. Hic autem τὸ *circa* verius esse videtur. Hannibalem enim Pado ponte juncto statim in alteram ripam transiisse, ibique legationes Gallorum audivisse, Polybius refert III. 66. Αὐτὸς δὲ διαβὰς εὐθέως, ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν σύνεγγυς τόπων. Veterem igitur lectionem revocavi. Præterea *Gallorum leg. audiendis* Lov. 4. et 5. *legionibus* Gaertn. Vide ad VII. 30. § 14. Tum *trajecit* Lov. 5. et Harl. Vox autem *unius* exsulat a Lov. 1.

§ 8 *In conspectu hostium acie directa*] *In conspectum* Hafn. Tum *acie derecta* Flor. Vide ad XXII. 47. § 2. De verbo 'dirigere' adi Oudend. ad Front. Strateg. II. 4. § 4. Paullo ante *post paucis diebus*, alio ordine, Voss. et Lov. 1. Vide ad II. 31. § 4. At in ordinem priscum conspirant et plures et meliores codd. quos sequi præstat. Vide ad VI. 37. § 9. Deinde *ad Placentiam castra comm.* Hav. *a Placentia castra movit* Ber.

CAP. XLVIII. § 1 *Ab auxiliaribus Gallis*] *Ab auxiliatoribus* Flor. a m. pr. Hafn. et Gaertn. Verum ea vox neque apud Livium obcurrit, neque etiam forte hujus ævi est.

§ 2 *Adlocutus, et spe ingentium donorum accensos*] *Allocutus spe ing.* edidit Sigonius; quem recte nemo secutus est, quum ea lectio in nullo cod. superesit. *Allocutus est, spe ing.* legit Ber. *allocutus est, et spe ing.* Harl. et Gaertn. Reliqui vulgatum tuentur. Mox *quemque suas in civitates* Voss. *quemque in suas civitates* Ber. qui etiam præfert *ad sollicitandum popularium animos*, consentientibus edd. Aldina prioribus: at Hav. *ad sollicitandos populorum animos*.

§ 3 *Contactosque eo scelere*] *Contractosque eo scelere* Lov. 4. et quædam ex antiqq. edd. Male. Vide ad IV. 15. § 8. *Contactosque eos scelere* Voss. sed ultima litera τῷ *eos* adcrevit ex principio vocis præced. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Paullo ante *ratus esse* alio ordine Lov. 1.

§ 4 *Jam loca altiora locusque impeditiores equites castra locat*] Vox tollitis *jam*: ego pro *jam* substituo *in*; pro *locus*, *colles*; pro *equites*, *equiti*. Valla. Pal. 2. *locosque imped. Pœnis castra movet.* Quo alludunt duo reliqui Pall. quorum Pal. 3. *jam locis imped. equites.* Gebh. Flor. Voss. Oxon. et Cantabr. *loca altiora locusque imp.* additum in margine Voss. *vel saltus.* Hi mendose exhibent veram manum, quæ fuit *loca altiora lucosque impeditiores*, quomodo plane Gudianus. *Jac. Gron.* Monstrum hoc lectionis Hearne in N. invenit, *in alt. locus quam impeditiora sunt Pœnis, castra movet*: sed vocem *locus* manus altera delevit. *Jam in loca alt. castra movet locusque impeditiores equites* Lov. 3. *jam loca alt. locusque impeditiores equites castra movet* Lov. 4. et Harl. *jam loca altiora locosque impeditiores equiti castra movet* Lov. 5. et Gaertn. *in loca altiora locosque impeditiores ad equites castra movet* Hafn. *et jam ad loca altiora, quæ Pœnis impeditiora sunt ad equites castra movet* Ber. *et loca altiora, quæ impeditiora sunt Pœnis, castra movet* Hav. Hæ varietates docent, locum interpolatum esse, ad quem restituendum integriores codd. desidero. Gebhardi ac Gronovii conjecturæ favere videtur, quod 'locus'

et 'lucus' sæpissime in Mss. commutentur. Vide ad I. 8. § 5. c. 31. § 3. VI. 20. § 11. VIII. 14. § 2. XXIV. 38. § 8. et viros doctos ad Val. Max. I. 1. § 14. et ad Suet. Tib. c. 1. Dubito tamen, an 'lucus' pro quovis saltu vel silva Livius dixerit; quum potius pro silva Deo sacra usurpet. Vide exempla I. 8. et 21. XXIV. 3. XXXV. 51. et alibi.

§ 5 *In vacua Romana castra Numidæ divertissent*] Vox *Numidæ* deest in Lov. 4. et edd. antiqq. quam recte revocavit ac restituit Aldus. Tum *devertissent* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav. quod placet. 'Divertunt' enim, qui in varias partes discedunt; 'devertunt,' qui aliquo concedunt, vel a via deflectunt. Vide ad I. 51. § 8.

§ 6 *Nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est*] *Non satis digno moræ pretio* Ber. a m. pr. *nullo satis moræ digno pretio* Lov. 3. *nullo satis digniore pretio* Hafn. Deinde *emissus hostis est de manibus* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *emissus est hostis de manibus* edd. ante Aldum. Paullo ante *loca omnia castrorum omnium*, addita ultima voce, Ber. *loca omnium castrorum* Hearnii N. altera scriptura tamen in marginem rejecta.

Circa flumen interceptos] Vet. lib. *citra flumen*. Sigon. Ita et Flor. Cant: Lov. 1. 3. 4. atque Aldus in erratis: quod bene Sigonius probavit. Sæpius hæc vocabula in Mss. commutantur. Vide ad I. 33. § 1. III. 38. § 9. IV. 32. § 8. V. 37. § 8. VII. 33. § 13. X. 25. § 5. hoc lib. cap. præc. § 7. c. 54. § 4. c. 60. § 9. XXII. 14. § 11. XXXVIII. 38. § 9. c. 48. § 1. XLV. 30. § 14. et ad Epit. Liv. lib. CXXVI. Adde quæ notantur ad Silii XVI. 661. Tum *interceptos*, sive *interemptos*, Hav.

§ 7 *Nec vexationem vulneris in via jactantis ultra patiens*] Est inter commentantes, qui *jactantis* explicat *jactati*: ut 'condenti' apud Virgilium Ecl. I. 20. 'lavanti regi' apud Nostrum XLIV. 6. Sed melius Put. *jactanti*, ut cum *via* conjungatur. Lib. XXIX. c. 32. 'Ubi primum ducta cicatrix pati posse visa jactationem.' XXX. 19. 'Simul sperans leviorem in navigatione, quam in via, jactationem vulneris fore.' Curtius VI. 1. 'jactationem vulnerum haud facile tolerantem.' *J. F. Gron.* *Jactati* legit Heinsius apud Grævium ad Flori II. 10. In locis Livii et Curtii, quæ hic habet Gronovius, non dicitur *via jactare*, sed potius *vulnus jactari*. Duk. 'Jactanti' etiam Flor. Doujatius, haud facile *via jactans* obcurrere præfatus, alia adhuc litera expuncta, *jactati* legendum esse conjecit. Insuper *Scipio vero vexationem* Gaertn.

Jam enim revocatum ex Sicilia audierat] Plures codd. *jam enim et revoc.* Vulgo copulativa deest. *J. F. Gron.* Copulativam agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. aliique. Eamdem etiam habent omnes Hearnii codd. excepto solo N. *Jam enim esse rev.* inveni in Lov. 4. et 5.

Locum, &c. delectum communivit] *Dilectum* Flor. Lov. 1. et Gaertn. Tum *communiit* Flor. et Ber. III. 42. 'Loco edito castra communierat.' XLII. 58. 'Castra communiit.' Vide ad VI. 18. § 10.

§ 8 *Quæ per hostium agros euntem, &c. major in dies excipiebat*] *Quam per host. agros euntem, &c. major in dies excipiebant* Hearnii N. Verum, ut commodus sensus foret, insuper dandum erat, *euntes*, *majorem*. At vulgatum præfero, licet *euntes* habeat Ber. Tum *comparatis commeatibus*, pro *præparatis*, Hav. Ita 'scalis in occulto comparatis' est XXV. 23. At vulgatum verius est. Supra IV. 10. 'Quid ad eam diem non commeatu præparato, sed ex populatione agrorum rapto aluisset militem.'

§ 9 *Ad Clastidium vicum*] Polybius III. 69. Κλαστίδιον πόλιν vocat: mentio 'Clastidii' est in triumpho Mar-

celli Capitolino. *Sigon.* In optimis hodie Polybii edd. et eo loco, et II. 24. constanter legitur Κλαστίδιον. Neque aliter vocatur ab omnibus, qui ejus meminerunt, scriptoribus. Vide Cluver. Ital. Ant. I. 10. § 79. Male igitur *Clastinum* Lov. 1. *Clastium* Lov. 5. qui etiam mox vocem *magnum* non agnoscit. In seqq. *cum præpararent*, pro *pararent*, Gaertn. et Hearnii D. atque N. quorum ultimus *pararent* servat in margine.

Nummis aureis quadriagentis datis P. Brundusino] Otiosum est illud *datis*. Præterea insolens hominis appellandi ratio, *P. Brundusino*: est enim posterius nomen patriæ, non familiæ. Ἄνδρα Βρεντησῖνον vocat Polybius III. 69. ubi male in versione *Publius* additur. Put. *quadringentis Dasiro Brundusino*. Scribe *Dasio*. Quod nomen occurrit et inferius l. XXIV. c. 45. *J. F. Gron.* *Quadringentis dati pprovidissimo* Lov. 1. *quadr. datis P. Brund.* Lov. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. *quadr. tantum datis P. Brund.* Gaertn. *quadr. datis Brund.* Hafn. *quadr. dati Brund.* Rec. *quadr. datis pro Brund.* Voss. et Lov. 4. *quadr. dati pro Brund.* Cant. Veram lectionem ex vestigiis Put. optime indagavit Gronov. quem etiam vide Obs. IV. 11. *Brundisino* est in Flor. Vide ad XLII. 17. § 2.

CAP. XLIX. § 1 *Et a Sempronio consule, et ante adventum ejus*] Prius *et* deerat in Hearnii D. Sed vide ad II. 44. § 8. *Sempronio Siciliæ consule* Lov. 3. et Hafn. Deinde *ante eventum ejus* Lov. 1. Paullo ante *constituisset bellum*, pro *constitisset*, Gaertn.

§ 2 *Viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram*] *Viginti biremes* Ber. Tum *ad depellendam oram* Lov. 1.

Novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æstus] Pall. duo, *octo ad insulas*. Pal. 3. *ad insulam*. Gebh. Jac. Gronovius ad Livii I. 1. scribit, hic in omnibus Mss. esse *ad insulam Vulcani ten.*; nec dubitat quin legendum sit, *novem ad Liparas, octo ad insulam Vulcani ten.*: quemadmodum I. 1. in quibusdam scriptis 'ad Laurentem agrum tenuisse:' et XXXI. 45. etiam in vulgatis 'ad Mendim maritimum civitatis ejus vicum tenuere:' quod ad XXIV. 3. adversus Glareanum tuetur pater illius. Verum primum hic non in omnibus scriptis legi *ad insulam Vulcani tenuerunt*, ex eo satis constare arbitror, quod Hearnius id ex nullo suorum codd. adnotavit: deinde longe usitatius est in hoc genere loquendi omitti præpositionem. Vide loca Livii apud Gronovium patrem ad I. 1. Adde XXX. 24. 'Apollinis promontorium tenuit.' Ibidem cap. 39. 'Ita vexata ac lacerata classis Carales tenuit.' XXXVI. 21. 'Tenum primo tenuit.' Ovidius Met. XV. 699. 'modicisque per æquor Ionium Zephyris, &c. Italiam tenuit:' et Fast. I. 498. 'Nave secat fluctus, Hesperiamque tenet.' Vix credo, eum, qui navem in portum, ad insulam, littus, terram appellit, Latine dici 'ad portum,' 'insulam,' 'littus,' 'terram tenere.' *Duk.* *Lipparas* Lov. 4. 5. *Liparius* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Hav. Tum *ad insulam Vulcani* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1531. Ex reliquis codd. meis nihil notari video. Jac. Gronov. tamen ad I. 1. § 4. *ad insulam* in omnibus Mss. legi, et hinc legendum censet *ad Liparas, octo ad insulam*. Quod genus loquendi si probamus, videndum est an sit locutio elliptica, pro 'tenere portum,' 'littus,' 'terram' vel simile 'ad insulam Vulcani:' quamvis tamen talis ellipsis insolentior videatur. Neque etiam alibi locutione hac 'tenere ad insulam' Livius usus est, quam loco a viris doctis laudato ex XXXI. 45. ubi adhuc scripturam illam dubiam facit dissensus codd. ut et I. 1. § 4. Contra 'tenere' sine præpositione passim apud eum obcurrit. XXII. 22. 'Portum Tar-

raconis ex alto tenuit.' XXVIII. 18. 'Die quarto novæ Karthaginis portum tenuit.' XXXI. 45. 'Classis Geræstum, nobilem Eubœæ portum, tenuit.' XXXII. 9. 'A Brundusio quum transmisisset, Corcyram tenuit.' lib. XXXVII. c. 11. 'Vento adverso ante lucem Pygela portum tenuit.' c. 12. 'Postero die Corycum Teiorum promontorium tenuerunt.' c. 16. 'Pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram:' et alibi. Ceterum *advertit* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Ber. Vide ad VI. 28. § 8.

§ 3 *Naves Messanam in portum deduxerunt*] *Aduxerunt* Harl. *detulerunt* Hearnii D. Paullo ante *rege Syracusarum* Ber. Deinde *tunc Messanæ erat* Lov. 5. Vide ad II. 12. § 15.

§ 4 *Ad sollicitandos veteres socios*] *Ad sollicitandum* Voss. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 5 *Lilybæi occupandi præcipuam curam esse credere: eadem tempestate, &c.*] Non potest placere hæc distinctio. Namque hi captivi Carthagine profecti scire optime poterant, quæ potissima cura Carthaginiensium foret; non tantum credere: classem vero alteram eadem fuisse tempestate disjectam non nisi opinari et conjicere. Quare distinguas censeo, *Lilybæi occupandi præcipuam curam esse: credere eadem tempestate, qua, &c.* Prorsus ut XXVII. 5. etiam ex captivis quæstione habita compertum ait, 'quinque millia Numidarum Carthagine esse, &c. Classem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam,' (hæc, quasi certo ab ipsis scirentur, narrat: addit tum eos pro dubio edidisse) 'eamque se credere brevi trajecturam.' *Jac. Gron.* Recte vir clarissimus. Verum ita distinguunt omnes edd. usque ad Gruterum, in cujus demum ultimam interpunctio, quam jure merito culpat, recepta est. Priorem itaque reduxi.

Qua ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Ægates insulas dejectam] *Qua ipsi devecti forent* Lov. 3. Male. Ex classe enim viginti quinqueremium novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æstus, ut modo Livius narravit. Bene ergo *disjecti*. Virgil. Æn. I. 128. 'Disjectam Æneæ toto videt æquore classem.' Livius XXIII. 49. 'Ceteras' naves 'metus, haud secus quam tempestas, passim disjecit.' Tum *classem decades* Cant. *classem de Gadis* Lov. 3. Hav. et Voss. in contextu. *Classem de Egadis* Lov. 1. *classem de Egatis* Ber. Præterea *insulam* plerique codd. et vett. edd. pro quo Gronovius *insulas* dedit. Et ita erat in Flor. ac Cant. Vide hoc lib. ad c. 10. § 7. Tandem *dejectam esse* Hav.

§ 6 *Hæc sicut audita erant, rex Messanæ Æmilio prætori, &c.*] Lege ex vet. lib. *Hæc sicut nunciata erant Mess., rex Æm. prætori*. Hiero enim Syracusarum rex fuit, non Messanæ: nisi intelligas, Messana, ubi tum forte erat, perscribit. Æmilius hic est tertius hujus anni prætor. *Sigon.* Lege, inquit Sigonius, ex vet. lib. *Hæc sicut nunciata erant Messanæ, rex Æmilio.* Quo libro, mi Sigoni? nullum a vulgata discrimen in omnibus veteribus, qua manu exaratis, qua typis expressis, reperi, nisi quod exstet in iisdem *præscribit*. Gebh. Prænomen omissum, quod habet Put. scribendumque *rex M. Æmilio*, deleto τῷ *Messanæ*, quod nesciunt Put. Flor. Gud. *J. F. Gron.* In edd. Gronoviorum est *ex Messana;* quod in nullo est codice. Ita tamen dedisse videntur, quia displicebat locutio *rex Messanæ perscribit prætori.* Verum quum Florent. non tantum omittat vocem *Messanæ*, sed etiam Put. consentiens insuper legat *rex M. Æmilio*, ita edere non dubitavi. Similiter Crevier. edidisse video.

Cujus Sicilia erat provincia, perscribit, monetque] Æmilium, itidem ut Sigonius, hujus anni prætorem facit

Pighius ad a. IↃXXXV. Hoc dubitationem recipere potest. Nam Sempronium consulem hoc anno Africam cum Sicilia sortitum, et in Siciliam profectum, scribunt Livius hoc lib. c. 17. et c. 50. ac Polybius III. 41. ac 61. Unde non absurde quis colligat, Æmilium anno superiore præturam gessisse, ac Siciliam provinciam habuisse, et in ea ex more Sempronium consulem successorem exspectasse. Potest tamen vera esse sententia Sigonii et Pighii. Livius autem non nisi per occasionem prætores aliquot hujus anni nominat: fortassis libro XX. de comitiis eorum egerat. Sed hoc plane incertum est, quum ne quidem comitia prætorum sequentis anni memoret: qua in re diligentia illius desiderari potest. *Duk.* *Sicilia prov. erat* Flor. et Harl. vox *provincia* omittitur in Voss. Lov. 1. et Ber. Tum *præscribit* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Frobenianam 1531. Vide ad IX. 10. § 7. Deinde *monet, Lilybæi* Lov. 5. *monetque, Lil. firmo tenere præsidio* Lov. 4. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *monetque, Lil. præsidio firmo tenere* Rec. *monetque, et Lil. firmo tenere præsidio* Hearnii N. *monetque, et Lil. firmo teneret præsidio* Cant. Lov. 1. 3. et Voss. *monetque, ut Lil. firmo teneret præsidio* Flor. Ber. Harl. et Hav. idque in Voss. inter versus adscriptum erat. Sed potest videri illud *ut* a manu glossatoris additum esse. Solet enim τὸ *ut* post verba monendi omitti. Vide ad XXXIX. 27. § 2.

§ 7 *Extemplo et circa prætorem a civitate missi legati tribunique*] *Ad civitates* recte quidam emendarunt. Sed *circa prætorem* credo Græcam esse locutionem. Et illud 'ante omnia Lilybæum teneri' obscure dictum, nisi 'jussit' vel quid simile intelligas. *Glar.* *Circa prætorem* dixit, pro a prætore. Ego malim *circa a prætore.* Sigon. Genus hoc dicendi peregrinum et Græcanicum. Nos aliquanto inusitatius infrequensque magis reddemus, sed tamen non penitus insolitum et inauditum. Legendum enim censemus *Extemplo e circa prætorem:* ut sit, ex his qui circa prætorem erant: ut a M. Tullio 'ex ante diem Calend.' ad Attic. II. 16. scriptum esse legimus. *Turneb.* Advers. XXVII. 11. Maluit Sigonius *circa a prætore.* Pal. 2. *et ad prætorem a civ. missi legati.* Reliqui duo cum prisca ed. *a civitate:* perperam, ut dudum vidit Loritus. *Gebh.* Sic I. 41. 'Tarquinium moribundum quum, qui circa erant, excepissent.' XXII. 3. 'Flaminio super caput equi effuso: 'Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omine.' Rursusque c. 30. 'Incedentes ad dictatoris castra in admirationem et ipsum et omnes, qui circa erant, converterunt.' Nec recte Sigonius interpretatur a prætore, aut Turnebus reponit *e circa.* Nam 'legati tribunique circa prætorem' sunt, qui circa illum erant, et honoris caussa assectabantur, relictis præsidiis suis. Suetonius Julio c. 27. 'Omnibus vero circa eum atque etiam magna parte senatus gratuito atque levi fœnore obstrictis.' *J. F. Gron.* Donjatius testatur, se, quidquid contra nitatur Gronovius, Sigonio adhærere, et *circa prætorem* intelligere a prætore per Hellenismum: similiter enim Græcos dicere 'qui circa Platonem' non tantum pro discipulis sive comitibus Platonis; sed etiam pro Platone ipso. Nam licet legati tribunique circa prætorem essent, non tamen hic dici, 'ab iis qui circa prætorem erant,' quemadmodum in exemplis a Gronovio adlatis. Verum, quidquid ipse dicat, contendere possem, ut exemplo vel uno probaret, Græcismum hunc *οἱ περὶ Πλάτωνα* pro ipso Platone etiam Latinis in usu fuisse, eosque *qui circa prætorem* usurpasse pro ipso prætore. Id tamen urguere nunc nolo; sed potius, quemadmodum Græci numquam

περὶ Πλάτωνα, vel περὶ τὸν Πλάτωνα, sed addito articulo οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα, dixerunt, ita neque Latinos 'circa regem' simpliciter dixisse, sed semper addidisse aliud nomen, idque vel pronomen 'qui circa regem,' vel quodvis aliud 'turba circa regem,' 'omnes circa se.' Et quidem multo magis in sensu constructo, in quo Polybius dixit Exc. Legat. num. 21. Διεπέμπετο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον· *misit ad Lucium:* non autem Διεπέμπετο περὶ τὸν Λεύκιον. Et paullo inferius, Ἀπεκρίθη τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον· *respondit Antiocho:* non Ἀπεκρίθη περὶ τὸν Ἀντίοχον. num. 22. Οὐκ ἀλλότριος ἦν τοῦ κοινωνεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον. num. 23. Ἔκρινε διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον καὶ Πόπλιον: et inferius, Τὸν υἱὸν τὸν τοῦ Σκιπίωνος γεγονέναι τοῖς περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον. num. 24. Τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον φιλανθρώπως προσδεξαμένων αὐτόν· et sæpissime alibi. Similiter Divus Johann. Evang. XI. 19. Ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν· *venerant ad Martham et Mariam:* non Ἐληλύθεισαν περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν· Hæc contra sententiam illam Sigonii, quam Donjatius probavit. Quod autem ad sententiam Gronovii adtinet, neglegenter admodum Donjatius legisse debuit exempla a Gronovio laudata; non enim in omnibus, ut credebat, sed in plerisque illa locutio *qui circa erant* obcurrit. Certe non est in loco Suet. qui huic plane similis est. Ut enim ibi 'omnibus circa eum,' ita hic *legati tribunique circa prætorem*. Eo modo 'puella circa' apud Tibull. I. 3. 87. accipiendum docent viri docti: ubi alia similia ex Virg. et Mart. exempla laudavit Broekh. quemadmodum ex Suet. et Plin. Torrent. et Casaub. ad Suet. Cæs. c. 27. Vel itaque cum Gronovio locum eo modo exponendum puto, vel, quæ altera erat Sigonii sententia, legendum est *circa a prætore:* quam ejus conjecturam maxime firmat Flor. in quo a m. pr. scriptum erat *circa prætore:* a m. sec. autem, et ipsa admodum antiqua, *circa a prætore*, ut præpositio intercepta sit a vocis præced. litera ultima. Vide ad v. 52. § 10. Ita autem *circa* referri debet ad sequentia 'ad civitates;' et 'civitates circa' sunt undique vicinæ. Vide ad I. 17. § 4. Insuper *a civitate* cum plerisque edd. vett. Voss. (qui pro varia lectione habet *in civitate*) Lov. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. in margine; in cujus contextu erat *ac civitatem;* quod etiam vidi in ed. Ven. 1498. Flor. quoque *a civitate* habuit a m. pr. *civitates* a m. altera. Tum *legati missi* Ber.

Qui suos ad curam custodiæ intenderent: ante omnia Lilybæum teneri ad adparatum belli] Vocula *qui* deficit in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et ed. Rom. principe. Deinde *ad curam cust. incenderent* Gaertn. et Lov. 4. Sæpe hæc verba in Mss. confunduntur. Vide ad XXIV. 37. § 3. *Ad curam cust. ut tenderent* Lov. 3. *ad curam cust. ut intenderent* Ber. Potest quidem videri pronomen *qui* elisum esse a præcedenti *que;* quale exemplum habuimus VI. 16. § 2. Potest tamen etiam recte omitti, modo, quemadmodum quidam codd. volunt, recipiamus *ut*. Præterea *Lil. teneri apparatu belli statuit* Ber. et Hafn. *Lilybæi teneri apparatu belli* Flor. a m. sec. *Lilybæum teneri apparatum belli* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Hav. Verum et hic præpositio *ad* intercepta est a vocis seq. *adparatum* syllaba prima. Neque est, quod hæc obscurius dicta putet Glareanus ad verba priora. Quia autem addit, nisi 'jussit' intelligamus, videtur perspicere non potuisse unde pendeat infinitum *teneri:* quod referendum puto ad *misit* præcedens. Jam vero *misit Lilybæum teneri* eodem modo dictum est, quo illa de quibus actum est ad

VIII. 23. § 1. Neque displicere debet mutatio constructionis *misit, qui intenderent, ante omnia Lilybæum teneri*. Illa enim adprime Liviana est. Vide ad XXXIX. 14. § 9. Crevier. Glareano adsensus ad vocem *teneri* ex sensu supplet 'jussit.' Deinde, mutata distinctione, legit *teneri: ad apparatum belli, edicto, &c.* et *ad* exponit 'præter,' ut XXVI. 5. quod posterius probavi, ac recepi.

§ 8 *Ubi signum datum esset, ne quid moram conscendendi faceret*] Vet. lib. *ne quis moram cons. faceret*. Malim tamen *ne quid*. Sigon. *Ne quis* solus Pal. 2. reliqui tamen duo et vet. ed. *ne quid*, quod mavult Sigonius. *Gebh. Et ubi signum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et quædam ex primis edd. Deinde *ne quid moram* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Haverk. Gaertn. Hearnii D. et edd. antiquissimæ. *Ne quis moram* Flor. Ber. et, ut videtur, Cant. quam lectionem primus Sigonius in contextum recepit. *Ne qui moram consc. facerent* Lov. 2. *ne quid moram conso. facerent* edidit Vascosanus, ejusque exemplum quidam secuti sunt: in qua lectione τὸ *quid* abundat; quod post voculam *ne* sæpe accidere, vidimus ad VIII. 7. § 6. Jam vero si quis cum Sigonio *ne quid* malit, in præcedentibus copula *et* admitti nequit. Verba enim tum ita cohærent: *cibaria ad naves deferrent, ne quid moram faceret*. Contra, quamcumque trium aliarum lectionum probemus, eadem copula recepta nihil sensui obficit. Ita enim edicto proposito hæc tria injuncta erunt, ut socii cibaria ad naves deferrent, et ne quis moram faceret, utque prospicerent hostium classem. Potest tamen vel ita etiam membrum secundum sine copula proponi. Quin etiam licet aliquam harum trium posteriorum lectionum præferamus, attamen concipere possumus, duo tantum edicto jussa esse, tum ut cibaria ad naves deferrent, tum ut prospicerent adventantem classem. Et tum verba media prioris mandati quasi caussam reddent; ideo enim *cibaria ad naves deferrent, ne quis moram faceret*, vel *ne qui*, vel *ne quid moram facerent*. Et tum iterum copula *et* rejicienda est: quam in tot codd. natam esse censere poterimus ex ultimis literis verbi præced. *deferrent*, vel, ut scriptum forte fuit, *deferrēt*. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Omnibus bene subductis, *ne quis moram conscendendi faceret* verum esse puto, ita ut his verbis primi mandati ratio reddatur, adeoque τὸ *et* rejiciatur. Si enim tria capita edicti statuamus, ad ultimum *perque omnem* non ex proximo *ne*, sed ex primo *ut* foret repetendum: quod orationem nimis ambiguam aut etiam vitiosam redderet. Si tantum duo capita, omnia optime procedunt *ut deferrent, perque omnem oram*, sive *et* ut *per omnem oram*. Præterea perperam *descendendi* Hearnii N. altera tamen lectione in margine manente. 'Conscendere' enim in hac re proprium verbum esse, videbimus ad XXIX. 25. § 5. In præcedentibus *coacta cibaria* male Flor. Lov. 1. Cant. et Harl. Vide ad III. 23. § 3.

Perque omnem oram qui erant, ex speculis conspicerent] Insuetum dicendi genus: *qui* enim videtur referre eos qui in speculis erant. *Gebhard.* Lege *quidam ex speculis*. T. Faber. Videtur hoc brevius dixisse Livius. Verbum *erant* neque in Put. neque in aliis Mss. reperimus: dein fere omnes *prospicerent*. Scribe ergo *perque omnem oram uti ex speculis prospicerent*: nempe homines cujusque oræ, vel custodes ad id destinati. *J. F. Gron.* Vide eumdem Gronovium ad XXXVIII. 1. § 4. Verum in pr. ed. nott. hoc loco legebat *perque omnem oram ex speculis prospicerent*. Ceterum *per omnem oram* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii

N. Tum *qui ex speculis* Flor. Cant. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et D. Tandem *prospicerent* Flor. Cant. et Voss. quod recte Gronov. probavit. Vide ad XXII. 6. § 8.

§ 9 *Simul itaque*] Vide ut suspensum est ad longe sequentia 'extemplo datum signum,' &c. *Glar.* Pall. duo *Simili itaque.* Pal. 3. ut et vet. ed. *Simul itaque.* Gebh. Hæc *Simul itaque* non ad illa 'extemplo datum signum' referenda sunt, ut Glareanus existimavit, verum ad propiora 'præsensum tamen est:' quod recte vidit J. F. Gronovius, qui primus in ed. 1665. media parentheseos notis inclusit. Oratio enim ita cohæret: *Simul itaque præsensum est,* (sc. adventare hostium classem,) *extemplo datum e speculis signum.* Secundum Glareanum series orationis foret *Simul itaque extemplo datum e speculis signum.* Eam autem ineptam esse, nemo non videt. Videtur ipsi fraudi fuisse *τὸ tamen,* quod addidit Livius ob præcedens *quamquam.* Idem est ac si pluribus verbis Livius dixisset, *quamquam autem de industria, &c. Lilybæum, præsensum tamen est, quia, &c. veniebant. Simul itaque præsensum est, extemplo, &c.* Ceterum Gebhard. notans in Pal. 3. et ed. vet. legi *Simul itaque,* quemadmodum circumfertur, ob oculos habuit ed. Gruteri primam, quæ simul cum reliquis post Sigonium exhibuit *Simul atque.* Indicare itaque voluit, id in nullo vel cod. vel ed. antiq. sibi obvium fuisse; et recte. Est enim nec in ullo a me cod. repertum. At *Simili itaque* præferunt Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *Simili itaque ingenio,* addita postrema voce, Ber. et Hafn.

Et luna pernox erat, et sublatis armamentis veniebant] Quod ait *sublatis armamentis,* relativum videtur illi, quod postea dicturus est *demendis armamentis.* Glar. *Sublatis* intelligit in altum elatis, ut procul conspici possent. Itaque subsequitur oppositum, 'demendis armamentis eo tempore consumpto.' *Sigon.* 'Venire sublatis armamentis' est navigare sublatis velis ad cursus celeritatem: quo enim magis elata vela sunt, eo majore impetu classem impellunt. Hic autem 'armamenta' perspicue pro antennis et velis dixit: ut ab *ἄρμενον* Græca voce 'armamentum' deductum quis existimare possit: etsi ab 'armis' verius est. *Turneb.* Advers. XXVII. 11. Quod hic laudat Sigonius *ornamentis,* contra omnes libros facit. *Gebh.* *Ornamentis* Sigonius in capite Scholii ad hunc locum dederat, non tamen eo animo, quia ita legendum existimabat, ut ex verbis Livii sequentibus ab eo laudatis constat: ideoque vix dignus erat, ut reprehenderetur hoc nomine. Recte autem Turnebus 'armamenta' antennas et vela. Ita XXXIII. 48. quod 'vela cum antennis' dixerat, paullo post eodem cap. 'armamenta' vocavit. Ceterum prius *et* perperam omittitur in Ber. Vide ad II. 44. § 3.

§ 10 *Datum e speculis signum, et in oppido ad arma conclamatum est*] *Ex peculis* Flor. *ex speculis* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum vox *signum* deficit in Flor. Cant. et Lov. 3. At, ea transposita, *signum datum ex speculis* Harl. *datum signum ex speculis* Hav. *datum est signum e speculis* edd. Aldo priores: *datum ex speculis signum est* Gaertn. Se etiam *est* in N. a m. pr. sed postea deletum invenisse, auctor est Hearnius. Deinde *arma conclamatam est* Lov. 1. Male. Vide ad III. 15. § 6. Mox *in naves consensum* Hav. *in naves ascensum* Lov. 3. Vide modo ad § 8. Deinde *in muris portarumque stationibus* Lov. 3. et Hav. cum edd. usque ad Jac. Gronov. qui recte mutavit *portarumque in stationibus.* Ei enim consentiunt reliqui codd. Vide ad VI. 28. § 6.

§ 11 *Demendis armamentis eo tempore*] Iterum XXXVI. 44. 'Ut demen-

dis armamentis tumultuari primum cœptum est.' Dicuntur autem 'demi armamenta,' cum vela contrahuntur, mali inclinantur, antennæ et reliqua armamenta componuntur; quod in pugna navali sollemne erat. Liv. ibidem: 'Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit, malosque inclinat, et simul armamenta componens opperitur insequentes.' Paullo ante *quia Karthaginienses* alio ordine Ber. et: *se portu abstinuerunt* Lov. 4. et 5. In verbis seqq. *aptanda ad pugnam classe absumto* Harl. *aptandaque ad pugnam assumta* Lov. 1. *aptandaque ad pugnam classe assumta* Voss. et Gaertn. *aptandaque ad pugnam classe assumto* Hav. Vide ad IX. 17. § 17.

§ 18 *Nec Romani detrectavere pugnam*] *Detractavere* Flor. Lov. 1. 4. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Mox *circa ipsa loca* Lov. 4. *circa ea tempora* Hav.

Cap. L. § 1 *Romanus conserere pugnam*] *Romanos* Flor. Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Romanis* Lov. 5. *Romani* Hearnii N.

§ 2 *Naviumque, quam virorum aut armorum, malle certamen facere*] Vox postrema fabrefacta in scholis scribarum. *Grut.* Gruterus *facere* expunctum vellet; ego *malle*, si opus esset. Sed maneat utrumque. *J. F. Gron.* Utrumque etiam, et *malle*, et *facere*, in omnibus scriptis et edd. constanter superest. Ceterum *navium* sine copula typis excusi usque ad Aldum.

§ 3 *Ut sociis navalibus adfatim instructam classem, ita inopem milite habebat*] Mirum, si socii navales non erant milites: nisi milites solos Carthaginenses cives, non socios, intellexerit: aut socios fortasse, qui ducendis navibus idonei, cæterum ad pugnandum inutiles: id quod quibusdam magis verisimile. At lib. XXVI. cap. 48. Sex. Digitius socius navalis dicitur, haud dubie non inutilis ad pugnandum, quippe qui muralem coronam peteret. *Glarean.* 'Socios navales' hoc loco remiges vocat, eosque demum, qui nautica ministeria aliqua in navi obeunt, ut XXVI. 35. 'De remigum supplemento agi cœptum est, in quam rem cum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur, stipendiumque acciperent, pecuniæ quidquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent. Nam unde, cum pecunia in ærario non esset, paraturos socios navales?' paulo post ait, 'milites nautasque.' Item, 'legiones sociosque navales.' Item, 'classicos milites, navalesque socios.' *Sigon.* Perperam intrudunt post τὸ *adfatim* Pall. duo *minus*. Ceterum Pall. 1. ac 3. *ita inopem militem habebat*. Gebh. Put. Pet. Reg. Men. duo Pall. Voss. *nam ut sociis navalibus adfatim minus instructam*. De quo quid sentiendum probabiliter, diximus in Observationibus IV. 2. § 29. *J. F. Gron.* Similiter Flor. Cant. Lov. 3. 4. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. pr. Inde Gron. in Obs. legit, *nam ut sociis navalibus adfatim, minus instructam classem milite habebat*. Sed præstare videtur, ut vulgatum servantes τὸ *minus* ex ultimis præcedentis et primis proximæ vocis literis natum censeamus. Certe particula *ita*, respondens præcedenti *ut*, vix omitti potest. Ceterum *ut socii navalibus, &c. ita inopem militem habebant* Lov. 1. et Harl. *ut socii navalibus, &c. ita inopem militibus habebant* Lov. 4. *ut socii navalibus, &c. ita inopem milite habebant* Lov. 3. *inopem militibus habebant* Lov. 5. *inopem militum habebant* Hav. *inopem militem habebant* Flor. et Gaertn. *inopem milite habebant* Hearnii L. 1. D. N. et typis excusi usque ad Mogunt. qui primi dederunt *habebat*: forte quia præcedebat *Poenus*. At similia nomina, quamvis singularia, tamen more conlectivorum verbum

plurale admittunt. Supra IX. 27. 'Nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat:' ubi etiam vide. Tot itaque membranis in *habebant* conspirantibus, id recepi, quod etiam ex tribus suis codd. probat Crevier.

Sicubi conserta manus esset] Pall. tres *conserta navis.* Sequitur enim statim 'haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat:' nisi malis ad remotius 'classis' suspendere, quod verius est. *Gebh.* Omnes *navis:* nempe ad pugnam. Curtius IV. 3. 'Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant.' *J. F. Gron. Navis* etiam non tantum mei, sed et Oxon. Hearnii, nisi quod N. *manus* præferat in marg. Mox *numerus par armatorum* Lov. 5. *par numerus armorum* Ber. Vide ad v. 39. § 1. *Par numerus armatorum expugnabat* Hearnii N. a m. pr.

§ 5 *Fugam ceteræ ceperunt*] Vet. lib. *cæteræ fugam ceperunt.* Sigonius. Consentit unus meorum Hav. Reliqui vulgatum servant; nisi quod *receperunt* sit in Voss. Ber. et Lov. 1. *recepere* in Lovel. 3. et Gaertn. Sed prima syllaba *re* iterata est ex fine vocis præced. Vide ad XXXVII. 41. § 5.

Mille et octingenti fuere in navibus capti, milites nautæque] Quidam *DCC.* legunt. At res non est magni momenti; qualia sæpe alibi quoque; quæ lubentes negligimus. *Glar.* Paucæ tantum ex edd. ita præferunt. Contra non modo et plures et optimæ, verum etiam omnes scripti legunt *mille et septingenti,* nisi quod *mille septingenti* sit in Gaertn. Deinde *fuere in navibus captis milites nautæque* Flor. *fuerunt in navibus captis milites nautæque* Lovel. 5. *captis* etiam Put. non minus recte legere monuit Crevier. *fuerunt* est quoque in Lov. 4. *milites nautæ* sine copula in Lovel. 1. *milites inventique* in Exc. Pithœi.

§ 6 *Sed ea quoque ipsa reduce*] *Sed ea quoque reduce* Lov. 1. *sed ea ipsa quoque reduce* Lov. 5. et Harl. *sed ipsa quoque reduce* Lov. 4. *sed ea quoque ipsa reduci* Gaertn.

§ 7 *Secundum hanc pugnam, nondum gnaris eis, qui Messanæ erant*] Pal. 1. *qui Messana ierant.* Gebh. Put. *ejus* recte, pugnæ nimirum ad Lilybæum. *J. F. Gron. Nondum gnaris ejus* etiam Flor. Cant. et, ut videtur, Voss. ac Lov. 1. Deinde *qui Messanam ierant* Lovel. 4. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus tamen posterioris margo *Messanæ erant* servat. *Qui ad Messanam ierant* Hafn. *qui Messanam ierat* Lovel. 3. *qui Messana ierat* Flor. Lovel. 1. et Voss. a m. pr. Sed *erant* et *ierant* alibi sæpe commutantur. Vide ad XXXIX. 21. § 6. *Qui necessariam ierant* Harl. Mox *L. Sempronius* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. quem tamen *Tiberii* prænomen habuisse, vidimus ad c. 6. § 3.

Et fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit] Vet. lib. *Ei fretum intranti.* Sigon. Pall. tres *Ei fretum intranti.* Gebh. Eamdem lectionem exhibent Lov. 4. Hafn. Hearnii D. et apud Crevier. Put. Cui id recipienti adsensus sum. Tum *rex Syracusanorum Hiero* Hafn. et Lov. 3. Verum quum cap. proximo præcesserit 'naves ab Hierone rege Syracusanorum missæ,' hic mediam vocem ab interpretis glossa esse puto. Certe nulli alii codd. eam agnoscunt.

§ 9 *Quo animo priore bello populum Romanum juvenis adjuvisset*] *Ut quo animo* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed voculam illam oratio respuit. Tum *juvenis adjunxisset* Lov. 1. errore librarii. Similiter commutari 'adjutus' et 'adjunctus,' vidimus ad X. 14. § 11.

§ 10 *Frumentum vestimentaque sese legionibus*] *Frumenta vestimentaque* Harl. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Jac. Gronov. qui *Frumentum* substituit. Ei autem

consentiunt reliqui scripti. Certe ex quibusdam, præsertim Flor. id aperte adnotatum video. Aliorum cum ed. Gronoviana conlatorum excerpta silent. Præterea idem Gronov. primus *sese*, pro *se* vulgavit, idque probatur fide Flor. a m. sec. et Cant. Eodem ducunt codd. qui *esse* præferunt; quales sunt Flor. a m. pr. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav. Duas lectiones *esse se* in Gaertn. inveni. Sæpius *esse* et *sese* transpositione literarum confundi, videbimus ad XL. 36. § 5. Præterea *consuli* Lov. 4. Sed ultima litera hausta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 20. § 5.

Grande periculum Lilybæorum maritimisque civitatibus esse] Meliores *Lilybæo*. Illud ne quidem Latinum est. *Lilybætanos* dicunt. *J. F. Gron. Lilybæo* etiam Flor. Cant. Lov. 5. et Voss. a m. sec. Hearnius ex solo tantum N. *Lilybæorum* profert: ut alii ejus codd. itidem *Lilybæo* habuisse videantur.

Quibusdam volentibus novas res fore] Vet. lib. *et quibusdam*. Sigon. Idem et de hac ultima dictiuncula dictum volo, non esse ab auctore. *Grut.* Pal. 1. *et quibusdam*. Pal. 2. *a quibusdam volentibus*. Gebh. Iidem [meliores] *et quibusdam*. Τὸ *et* vulgo deest. *J. F. Gronovius*. *Et quibusdam* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et alii. Deinde τὸ *fore* perperam a Grutero deleri, eoque corrumpi elegantiam τοῦ *volentibus*, monuit Gronov. ad XXI. 39. § 4. Ita 'volens' usurpatur XXII. 27. 'Se numquam volentem parte, qua posset, rerum consilio gerendarum cessurum.' Vide Schegk. ad Vell. Pat. II. 62. et Cortium ad Sallust. Jug. cap. 84. § 3. *Nolentibus* est in Gaertn. Vide ad XXXIX. 15. § 11.

§ 11 *Ob hoc consuli nihil cunctandum visum*] Pal. 3. *Ob hæc consuli*. Gebh. Ita et omnes mei, præter solum forte Lovel. 3. Hearnius etiam *Ob hoc* ex uno tantum suorum D. memoravit. Insuper *Ob hæc* etiam Aldus edi curavit: verum inter errata priorem lectionem revocavit. Gronovius tandem 1665. bona fide *Ob hæc* recepit. In sequentibus *propugnatum*, pro *pugnatum*, Lovel. 4. et *fugatasque*, pro *fusasque*, Hav.

Cap. LI. § 1 *Ipse in insulam Melitam, quæ a Karthaginiensibus tenebatur, trajecit*] *Ipse ins. Mel.* Hav. Sed præpositio elisa est a prima syllaba vocis seq. Vide ad XXXIV. 28. § 3. *Ad ins. Mel.* datum est in Lov. 4. et 5. Præterea pronomen *quæ* exsulat a Lov. 3. Distinguendum igitur foret *in ins. Mel.* (*a Karth. tenebatur*) *trajecit*. Sed uno huic testi credere periculosum est. Paullo ante *ad tuendum Siciliæ*, pro *tuendam*, Gaertn. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 2 *Præfectus præsidii, cum paullo minus duobus millibus militum, oppidumque*] Duæ priores voces desunt in Lov. 4. Vox *minus* in Voss. et Lov. 3. *cum paullo ante minus duobus mill.* legit Harl. *cum paullo minus duobus mill. mil. occurrit* Gaertn. *cum paullo minus duo milibus mil.* Flor. Deinde *oppidum cum insula* Hearnii N. a m. sec.

Captivique et a consule a prætore, &c. venierunt] Immitte copulam ex Pall. tribus *et a consule et a prætore*: neque secus vetusta ed. *Gebh.* Vitium est operarum in prima Gruteri ed. commissum, sed ab ipso postea emendatum. Neque aliter erat in omnibus scriptis, nisi quod prius *et* exsulabat a Gaertn. Vide ad II. 44. § 3. Tum *venerunt* Lov. 1. 3. Voss. et Gaertn. Vide ad V. 2. § 4.

§ 3 *Ab ea parte satis tutam Siciliam censebat*] *Satis tutam Sic. ex ea parte* Lov. 4. et 5. Tum *cernebat* Hearnii N. in margine. In sequentibus *ibi stare* trajectis vocibus Lov. 4. 5. et Ber. Τὸ *ibi* non adparet in eodem Hearnii cod. a m. pr.

§ 4 *Depopulatoque Vibonensi agro*] *Uiuonienai* Put. Voss. Gud. sequen-

tibus etiam duobus locis Gud. altero Flor. *uiuoniensem:* ut hoc malim propemodum, quemadmodum 'Crotonienses.' *J. F. Gron.* *Viboniensi* est apud me in Gaertn. apud Hearnium vero in N. *Vivoniensi* in Harl. *Vinoniensi* in Lov. 3. *iunoniensi* in Lov. 4. *iuboniensi* in Lov. 5. Quæ pleraque, licet corrupta, indicant tamen librarios voluisse *Viboniensi*, non *Vibonensi.* Vide ad XXVIII. 26. § 1. Paullo ante *transiverant*, pro *transmiserant*, Ber. Vide ad c. 20. § 9.

§ 5 *Excursio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur*] Liber Ms. *exscensio hostium.* Germanum et familiare de egressu navium Livio verbum. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 20. Hanc ipsam vocem etiam nos olim Curtio Rufo nostro restituimus, ut patet ex nostris ad eum scriptorem notis; quas adire poterit, cui operæ videbitur. *Modius.* Pal. 1. *exensio*, ut in suo quoque invenit cl. Lipsius, quod vocabulum Livio restituendum et hic, et XXII. 32. et XXVII. 5. ubi Pal. 1. exhibet *ascensionem*, Ibidem c. 31. 'Ad Clupeam urbem exscensione facta, agrum late, nullo ferme obvio armato, vastabat.' *Gebh.* *Excessio hostium* Hearnii D. *extensio hostium* Lov. 3. *hostensio hostium* Harl. *excensco hostium* Flor. a m. pr. pro quo emendatur *excensio.* Sed *exscensio* fuisse videtur in Cant. Voss. et Lov. 1. quod idem vocabulum duobus locis a Gebhardo laudatis Lipsius antea restituit. Vide etiam Gronov. ad VIII. 17. § 9. Eodem usus est Curtius IX. 4. 'Exscensione facta ducenta et quinquaginta stadia processit:' ubi etiam admodum variatur, et Modius quædam notavit. Præterea *in agro Vironense* Voss. et Lov. 1. *in agro Vibonensi* Ber. *in agrum uiuoniensem* Harl. *in agrum uinoniensem* Lov. 3. *in agrum iunoniensem* Lov. 4. *in agrum Viboniensem* Lov. 5. et Gaertn. Vox autem *facta* exsulat ab Hav. et Ber. a m. pr.

§ 6 *Exercitum, extemplo in naves impositum, Ariminum Supero mari misit*] *Extemplo* et *mari* exsulant ab Harl. Deinde *et Ariminum* legit Gaertn. Tum *mari Supero* Flor.

Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus] *Sex. Pompeio* Gaertn. Vide ad Epit. Livii l. VII. Deinde *cum XXX. longis navibus* Lov. 1. *cum triginta quinque longis navibus* Hav. Mox *Vibionensem agrum* Gaertn. *Vivoniensem agrum* Harl. Præterea *maritimam oram Italiæ* Lov. 1. *oram* non adparet in Ber. a m. pr. sed *maritimamque Italiæ oram* datum est a m. sec.

§ 7 *Ipse, compositis Siciliæ rebus, decem navium classe oram Italiæ legens*] Pro *decem navium classe*, alibi *decem navibus* legitur. Cæterum cum dicit *oram Italiæ legens*, non satis clare percipitur, utro mari, supero an infero, viam fecerit. At quia Ariminum venit, videtur supero ivisse, quo et exercitum miserat, ut ait Livius, cum contra Polybius III. 68. Sempronii exercitum quadraginta diebus a Lilybæo Trebiam pedestri itinere venisse dicit, non navibus. *Glar.* Omnes, quas vidi, edd. antiqq. *decem navium classe:* pro quo deinde Aldus *decem navibus* vulgavit. Eam autem non tantum recentiores editores secuti sunt; verum nec aliter exstat in omnibus Mss. Tum *is, compositis* Ber. qui etiam paullo ante *L. Cecilio*, pro *L. Æmilio*, dedit.

CAP. LII. § 1 *Quidquid Romanarum virium erat*] *Romanorum virium* Flor. Lov. 3. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *virium Romanorum* Lov. 4. *virium Romanarum* Lov. 5. Mox *posse defendi* alio ordine Lov. 4. et 5. Tum *spem nullam esse*, una voce omissa, Harl. Denique *satis declarabatur* Lov. 3. Hafn. Hearnii N. in margine, et edd. Aldo antiquiores: *satis declarabant* Lov. 4. et 5.

§ 2 *Equestri prælio uno et vulnere suo minutus, trahi rem malebat*] Quid

si legas *una*? Sigon. Nequiquam Sigonius mutatum it *una* contra omnes codd. Infra c. 53. 'Eum, animo magis, quam corpore ægrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere.' *Gebh.* Sigonius conjicit *una*. Hoc si voluisset Livius, *simul*, non *una*, posuisset. Tamen suspectum τὸ *uno*. Illud *minutus* accepit a Græcis. Homerus Ἰλ. O. 492. Ἠδ' ὅ τινας μινύθῃ τε, καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν. Apollonius I. 285. Δμωῇς ὅπως μὲν ἔοῖσι λελείψομαι ἐν μεγάροισι Σεῖο πόθῳ μινύθουσα δυσάμμορος. Et IV. 1308. ἀμηχανίῃ μινύθοντας. Lucianus μειοῦσθαι dicit de Mercede Cond. I. 342. *J. F. Gron.* Vocem *uno* vel vacare, vel vitium aliquod celare, judicat Crevier. *Et vulnere suo ictus trahere rem malebat* Hearnii N. in margine: *et vulnere suo munitus* transpositis literis Lov. 5. Vide ad VI. 27. § 8. *Et vulnere suo et minutus* Flor. pro quo *et vulnere suo eminutus* manus altera emendavit. Ex qua lectione, nisi vulgatum ex Græcis inlustrasset Gronovius, scribendum putassem *ēminutus*, sive *comminutus*. Mox *recens animi* Hafn. et Hav. pro *recentis*. Tum *delectionem*, pro *dilationem*, Lov. 5.

§ 3 *Gratiam victoris spectantes*] *Victos* Lov. 1. *victori* Harl. ultima litera exclusa a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Victo*s Gaertn.

§ 4 *Ab Gallis adcitum se venisse ad liberandum eos, dictitans*] Scripti *liberandos*. J. F. Gron. Ex scriptis meis *liberandum* soli servant Lov. 3. 4. 5. Harl. Hafn. et Gaertn. ex Hearnii autem codd. ita legunt L. 1. D. et N. Vide ad XL. 49. § 1. Ceterum Gronov. jam etiam ita emendabat in pr. ed. nott. ad XXX. 37. Præterea *ab Gallis*, pro *a Gallis*, primus recepit Jac. Gronov. consentientibus Flor. et Cant. *dicitans* legit Lov. 1. Vide ad VIII. 31. § 3. Paullo ante *modo ne quid moverent*, alio ordine, Flor.

§ 5 *Duo millia peditum et mille equites, Numidas plerosque, mixtos quosdam et Gallos*] Polybius III. 69. ἐξαπέστειλε πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νομάδας εἰς χιλίους. Sigon. *Et mille equites Numidas, quosdam et Gallos* Lov. 1. Quæ lectio indicat mille Numidis equitibus quosdam adhuc alios extra hunc numerum ex equitibus Gallis junctos fuisse; quod adversatur Polybio, qui et Numidas et Gallos simul mille equitum numerum effecisse tradit: qui idem sensus est vulgatæ hoc loco scripturæ, in quam reliqui codd. consentiunt, nisi quod *etiam Gallos* sit in Harl. et Gaertn. Præterea paullo ante *milites aleret* Lov. 4. In seqq. *populari deinceps omnem agrum ad Padi ripas jussit* Gaertn. Tum *misit*, pro *jussit*, Lov. 4. et 5. Vide ad IX. 43. § 2.

§ 6 *Legatisque ad consulem missi*] Ex sequentibus patet ambos consules de auxilio Gallis ferendo consultasse; ex fine autem cap. præc. utrumque consulem copias junxisse. Cur ergo hic unius eorum tantum mentio fit? Codd. nihil mutant. Puto tamen, olim per compendium scriptum fuisse *legatisque ad cons. missis*, quod perperam postea redditum est *consulem*, quum deberet *consules*. Vide ad X. 10. § 2. Aliter huic difficultati obcurrere conatur Jac. Gronov. ad XXIV. 24. § 1. existimans, unius adpellatione ambos comprehendi. Videat lector quid eligere malit.

§ 7 *Tum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate obsolevissent*] Integra hæc servat cæca ed. At Pall. 1. et 3. *tum ob utilia vet. obsol.* (Pal. 1. *absolvissent*.) Pal. 2. vero *tum quod utilia vetustateque obsolvissent*. Gebh. Similia monstra in plerisque meis inveni. *Tum ob Italia vetustate absolvissent* legit Cant. *tum ob utilia vetustate absolvissent* Voss. Harl. et Gaertn. *tum ob utilia vetustate obsolvissent* Lov. 1. et 4. *tum quod utilia vetustate absolvissent* Lov. 3. Hafn. et Hav. *tum quod utilia vetustate obsolevissent* Ber. *tum cum utilem vetustatem absolvissent*

Rec. tum utilia vetustate abolevissent Flor. qui simul erroris fontem indicat. *Utilia* simili errore datum est pro *ut alia*, quo 'utilis' pro 'ut illis' XXII. 50. § 1. Nihil mutandum. *Ut* hic ponitur pro 'licet,' 'quamvis.' Vide ad XXII. 25. § 2. Praeterea *cum ob infida* Flor. Lov. 4. 5. et Ber. Vide ad VI. 28. § 3. Paullo ante *nec tempus, nec caussa* Ber. qui etiam copulam *que* omittit.

§ 8 *Primos, qui coissent, ope defensos*] Pall. omnes *primosque, qui coissent*. Gebh. Potius opprimendi, quam defendendi, sunt primi cœtus facientium. Put. Voss. Andreas, et omnes aliæ vett. edd. præter Mogunt. *primosque, qui coissent:* quemadmodum et advocat Salmasius de Re Mil. p. 172. Sed non hic sistendum. Scribe, *continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui eguissent ope, defensos*. Dixerat scilicet *Egentes ope Galli*. Lib. IV. c. 27. 'Ubi præsenti ope res egebant.' X. 18. 'Illiberali et ingrato, si eguerat ope, dissimulantem.' *J. F. Gron. Primosque, qui coissent* Flor. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. usque ad Aldum; qui, quum similiter in contextu edidisset, in erratis deinde reposuit *primos, qui coissent*. Insignis neglegentiæ hoc loco reus reperitur Doujatius: qui, quum verba Livii ex emendatione Gronovii et in contextum recepisset, et adnotationi præmisisset, subjungit ita habere primas edd. et optimos codd. sibique non inprobari, quia non absurdam recipiunt interpretationem, quidquid velit Gronovius. Patet eum adnotationi adponere voluisse lectionem, quæ ante Gronovium recepta erat; ea enim in edd. et codd. quos memorat, superest. *Qui coissent* autem exponit, 'qui nobiscum coissent,' 'convenissent.' Verum oportuerat, ut idoneis exemplis demonstrasset 'coire' ita simpliciter poni pro ad alium convenire ejus opis inplorandæ caussa.

§ 9 *Tum, collega cunctante, equitatum suum, mille peditum, jaculatoribus ferme admixtis*] *Cum collegam cunctantem* Flor. Cant. et Lov. 1. *Cum collegam cunctantem videt* Ber. *Cum collegam cunctantem videret* Hafn. et Hav. *Cum collegam cunctantem Sempronio* Lov. 4. *Cum collegam cunctantem videret Sempronius* Hearnii N. At nihil mutandum. Praeterea *mille pedites* Hearnii N. in margine. Quod nec ipsum probum est. Non enim Sempronius, quum collega ejus equitatum suum cunctaretur, misit mille pedites, quibus ferme jaculatores admixti erant: sed misit equitatum suum, cui mille jaculatores ex peditibus adjuncti erant. Id docet Polyb. III. 69. Ἐξαπέστειλε τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖστον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χιλίους. Hinc simul patet, minorem distinctionem, quam Heins. in ed. Elzevir. post vocem *peditum* recepit, et Gronovii ac Clericus servarunt, inducendam esse, quemadmodum recte Hearnius fecit. Crevier. conjecit *mille peditibus, jaculatoribus ferme, adm.*

§ 10 *Ii, sparsos et incompositos oneratosque præda plerosque quum inopinantes invasissent*] In Ms. *incomp. ad hoc caravis præda*. Livii germana lectio erit *incomp., ad hoc graves præda*. Nam antiqui librarii *C* pro *G*. *Lipsius*, Ep. Quæst. I. 12. Bonus augur Lipsius esse poterat; nam expresse Pall. tres (nisi quod Pal. 1. cum 3. *caravis*) mittit. *Sparsos et incomp., ad hoc gravis præda plerosque, cum inopinatos invasisset:* ut in meo libro quoque correxi. Prisca autem ed. adhæret vulgatis. XXVII. 31. 'Palatos passim per agros gravesque præda, ut qui nihil tale metuerent, adortus, Romanos compulit ad naves.' XXVIII. 11. 'Cum agmen jam grave præda esset.' *Gebh.* Auctor omnium, quos habemus, codd. *incomp. ad hoc caravis pr. pl. q. inopinatos*. Nec desunt, qui servarunt, recentiores: ex quibus recte Lipsius *gravis*, vel

graves; quod quidem totidem literis Reg. et unus Pal. Lib. XXVII. c. 31. 'Palatos passim per agros gravesque præda, ut qui nihil tale metuerent, adortus.' *J. F. Gron.* *Incomp. pleroque* mediis omissis Ber. *incomp. caussa prædæ pleresque* Hav. *incomp. ad hoc cura vix præda plerosque* Rec. *incomp., ad hoc cura visa præda* Lov. 3. *incomp., ad hoc cura vis præda plerosque* Cant. *incomp., ad hoc curavis præda plerosque* Lov. 1. et Gaertn. *incomp. hæc cura vis prædæ pleraque* Hearnii N. sed duobus punctis sub *ra.* positis, quibus literas illas delendas esse indicatur. *Incomp., ad hoc gravis præda plerosque* Flor. Voss. Lov. 4. 5. et Harl. cum Hearnii D. nisi quod duo postremi *ad hæc* habuisse videantur. Voss. autem pro varia lectione inter versus ostentet *adhuc.* Ex his patet plures et optimos codd. *ad hoc,* paucos *ad hæc,* unum *adhuc* præferre: quæ sæpissime alibi in Mss. commutari solent. Vide ad II. 23. § 4. c. 59. § 11. V. 16. § 2. VI. 11. § 6. c. 12. § 6. c. 14. § 11. c. 20. § 8. VII. 12. § 2. VIII. 12. § 4. XXI. 54. § 8. c. 55. § 7. XXVI. 19. § 5. XXVIII. 14. § 16. c. 35. § 2. c. 44. § 5. XXIX. 4. § 6. c. 26. § 6. XXXVI. 40. § 12. XXXVII. 23. § 2. XXXIX. 5. § 17. Cur igitur Gronovius hoc loco *ad hæc* recepit, eamque lectionem secuti viri docti servarunt? Ceterum illud *ad hoc* idem notat, atque 'insuper,' 'præterea,' et quidem, ut ex laudatis locis patebit, eo Livius utitur, nulla habita ratione aut generis aut numeri, quod præcessit. Recte etiam *gravis præda.* Supra III. 3. 'Gravem præda, eoque inpeditiore agmine incedentem adgressus.' Hoc lib. cap. 5. 'Agmen grave præda turbavere.' XXII. 20. 'Jam præda gravis ad Longunticam pervenit classis.' XXXVIII. 15. 'Præda grave agmen trahens:' et c. 40. 'Grave præda omnis generis agmen trahens:' et alibi. Literas autem C et G passim in Mss. confundi, dictum est ad VI. 25. § 6. *Inopinatos* denique, pro *inopinantes,* etiam omnes mei, præter solum Hav. Ita alibi peccasse librarios, constat ex illis quæ viri docti, Cortius ad Sall. Catil. c. 44. et Oudend. ad Front. III. 1. § 2. notarunt. Est autem ex eodem genere erroris, quo *palantes* dederunt pro *palati;* (vide ad I. 11. § 1.) *concionantes* pro *concionati;* (vide ad IV. 9. § 7.) *vociferans* pro *vociferatus;* (vide ad IV. 1. § 6.) *conantes* pro *conati;* (vide ad V. 26. § 7.) *persequentes* pro *persecuti;* (vide ad VII. 16. § 6.) et similia passim. Præterea vocula *Ii* deficit in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Ad castra stationesque hostium fecere] *Ferme fecere* Harl. Verum Polybius inquit III. 69. Τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἐποιοῦντο χώραν: ut particula illa opus non habeamus. Contra eamdem omisere cap. seq. § 1. ubi a Livio profecta esse videtur. Simili modo librarios particulam *prope* pro arbitrio suo vel addere, vel demere solitos fuisse, vidimus ad VI. 28. § 11.

§ 11 *Varia inde pugna sequentes*] Hæc longe clariora apud Polybium III. 69. leguntur. *Glar.* Forte *Varia inde pugna cedentes sequentesque.* J. F. Gron. Sane etiam F. Sanctium conjecisse intelligo *Varia inde pugna cedentes sequentesque.* Non queo tamen admittere; et me judice legendum est, deleta una litera, *Varia inde pugna sequente:* hoc est, quum sequens ac posterior pugna fuisset varia. Sic in Epitome lib. XXVII. 'Priore pugna Annibal superior fuit, Marcellus insequenti.' Sic 'victoria insequens' Livio XXVIII. 41. 'Prior quum major clariorque, tum caussa etiam insequentis fuerit.' *Jac. Gronov.* Quamquam nihil melius foret, quam quod Jac. Gron. in mentem venit, pessimi tamen exempli esse videretur, id quod Clericus fecit, nihil monito lectore ejus conjecturam in contextum admittere. Crevier. J. F. Gronovii potius emendationem probat, quia

Put. clare legit sequentiaque. *Varia deinde pugna* Lov. 4. et 5. Vide ad XXXVI. 24. § 10.

Quamquam ad extremum æquassent certamen] Pal. 1. *quæcumque:* reliqui duo et vetus ed. *quacumque.* Gebh. *Quæcumque* Flor. et Lov. 4. *quacumque* Lov. 5. Harl. Rec. Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui in erratis *quamquam* emendavit. *Quocumque* Lov. 3. Ber. et Hav. *cumque ad extremum* Put. unde hic majus vitium latere Crevier. suspicatur.

Major tamen hostium Romanis fama victoriæ fuit] Ambigue dictum videri poterat, nisi, quæ continue sequuntur, verba amphibolon tollerent. *Glarean.* Vide an non legendum fuerit, *major tamen, quam hostibus.* T. Faber. Hæc menda non carere, facile est animadvertere. Put. *Romanos.* Fortasse, *major tamen justiorque Romanæ fama victoriæ fuit:* vel, *major tamen justiorque ad Romanos fama victoriam tulit.* Nam videtur voluisse ludere repetitione scita τῶν *major justiorque.* Infra hoc lib. c. 59. 'Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit.' Illustrant ista v. 49. 'Justiore altero deinde prœlio vincuntur.' IX. 38. 'Quum anceps cædes fuisset, adversæ tamen rei fama in Romanos vertit.' XXVII. 42. 'Aut victoria illa major clariorque, quam hæc, futura est.' *J. F. Gron.* Videtur *major tamen cum Romano fama victoriæ fuit.* lib. XXIII. c. 33. 'Posteaquam tertia jam pugna, tertia victoria cum Pœnis erat.' *Jac. Gron.* Clericus, præfatus Livium brevitati studentem sæpe paullo obscurius loqui, nihil mutandum putabat, sed hunc verborum ordinem constituebat: *fama victoriæ major fuit Romanis fama victoriæ hostium.* At si Livius id dicere voluisset, potius scripturus fuisset videtur, *major tamen Romanorum quam hostium fama victoriæ fuit.* Burmann. vocem hic excidisse putans, suis ad me literis scribendum conjecit *major tamen hostium cædes Romanis fama victoriæ fuit.* Et tale quid Livium voluisse, fidem facit Polyb. plures hostium, paucos Romanorum interfectos referens, III. 69. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνέλυσαν, ὀλίγους μὲν αὑτῶν ἀποβαλόντες, πλείους δὲ τῶν Καρχηδονίων διεφθαρκότες. *Romanus* est in Hearnii L. 1. Tum *victoriæ est* in Lov. 4.

Cap. LIII. § 2 *Restitutos ac refectos militum animos*] Scripti *militibus.* Lib. XXV. c. 18. 'Restituit tamen his animos, et illis minuit audaciam parva una res.' Adde ad VII. 7. *J. F. Gron.* Non tamen ita præferunt omnes scripti, sed tantum optimi. Certe ex meis nulli, nisi Flor. et Cant. Reliqui omnes *militum,* nisi quod *refectos milites ac militum animos* sit in Gaertn. Infra XLII. 67. 'Hic dies et Romanis refecit animos, et Persea perculit.' Ejus generis plura apud Livium obcurrunt. Ita 'augere,' 'minuere animum alicui' VII. 33. § 6. XXXVI. 16. § 9. XLIV. 35. § 1. XLV. 10. § 7. 'quo magis iram hosti acuat' XXVII. 4. 'hostibus cresceret animus' XXVIII. 19. ubi vide: 'ferociores animos iis faceret' XXVIII. 22. 'ad suam cuique culpam levandam facundus' cap. 25. in perniciem adolescenti verterunt' XXXIX. 48. 'movere iram alicui' I. 36. 'fugientibus terga cæsa' II. 25. 'inclinatur Sabinis cornu' III. 63. 'sinistrum cornu pelleretur Romanis' XL. 32. 'tollit animos audientibus' VII. 7. 'ampliare vires alicui' Epist. Liv. lib. CXX. Apud alios scriptores interdum etiam similia obcurrunt. Paullo ante § præc. *fuerat,* pro *foret,* Lov. 5.

Nec quemquam esse, præter collegam, qui dilatam] Τὸ *esse* exsulat a Voss. et Lov. 1. Legi posset *nec quemquam, præter coll., dilatam dim. velle.* Sed reliquis nihil mutantibus, receptum servo. Mox *magis animo* alio ordine Lov. 4. et 5. quorum posterior etiam *aciem aut tela,* pro *ac tela.* Vide ad § seq. *Memoriam vulneris* Rec.

§ 3 *Quod enim ultra differri ac teri tempus*] Vet. lib. *aut teri*. Sigon. Ita etiam plerique meorum. Passim hæ particulæ commutantur. Vide ad I. 13. § 3. c. 18. § 5. II. 2. § 1. III. 6. § 9. c. 9. § 12. c. 11. § 13. c. 16. § 4. c. 42. § 4. IV. 3. § 7. V. 54. § 1. VI. 7. § 6. c. 16. § 2. c. 41. § 4. VII. 34. § 13. c. 35. § 9. X. 15. § 5. XXI. 4. § 4. c. 5. § 14. c. 33. § 6. XXII. 28. § 13. XXVI. 39. § 10. XXXIV. 51. § 5. Adde Bentl. ad Horat. Sat. I. 6. 68. et viros doctos ad Suet. Aug. c. 10. et ad Calig. c. 52. *Teri corpus* habet Cant.

§ 4 *Nec cis Iberum Hispaniam peti, sed solo patrio*] *Nec his Iberum Hisp.* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 4. *nec cis Iberum Hisp.* Lov. 5. cum paucis edd. *nec cis Hisp.* Hav. Tum *petisset: solo patrio* Flor. *peti, sed solo paterno* Hav. quomodo variatur hec lib. c. 3. § 2. Paullo ante *in aspectu urbis*, pro *in conspectu*, Hearnii N. altero in marginem rejecto.

§ 5 *Quantum ingemiscant, inquit, patres nostri, circa mœnia Karthaginis bellare*] *Ingemescant* Flor. et Voss. eodem errore quo 'tremescere' etiam in optimis Virgilii codd. exaratum reperiri, monuit Pierius ad Æn. III. 648. V. 694. XI. 403. et XII. 916. quod recte rejiciendum adversus Pierium docuit Voss. Gramm. V. 43. Hinc *Carthag. circa mœnia bellare* Gaertn. *circa mœnia Carth. bellari* Lov. 4. *circa mœnia Carth. certare* Rec. In sequentibus *patientis*, pro *paventis*, Lov. 3.

§ 6 *Hæc adsidens ægro collegæ*] *Hæc adsidens ergo*, transpositis male literis, Lov. 5. Mox *concionabundus agit*, pro *agere*, Hearnii D. Male. Vide ad I. 50. § 5. Tum *propinquum* deest in Lov. 1. Deinde *unum in se* alio ordine Ber.

§ 7 *Itaque, nequidquam dissentiente Cornelio*] *Ita diss.* Hearnii N. a m. sec. Innumeris locis *itaque* et *ita* Mss. commutantur; quæ si omnia coacervare vellem, nimius forem. Vide exempli caussa ad I. 10. § 3. c. 26. § 2. II. 7. § 1. c. 10. § 4. c. 11. § 10. c. 31. § 11. c. 33. § 2. c. 35. § 7. c. 45. § 13. c. 47. § 10. &c. Adde Nann. ac Gruter. ad Cic. in Verr. III. 1. et Oudend. ad Front. I. 3. 5. Tum *nequiquam* Flor. a m. sec. et Gaertn. Vide ad XL. 47. § 9. Mox *temere ac improvide* Lov. 4. Male. Vide ad X. 36. § 17. *Temere ac avide atque improvide* Hearnii L. 1.

§ 8 *Sed quum alterius ingenium*] Recidunt Pall. tres τὸ *sed*. Pal. 3. autem *cum vero alterius*. Gebh. Deest omnibus τὸ *sed*, et quidem elegantius aliquanto. *J. F. Gron.* Deest etiam ab omnibus meis et Hearnii codd. Sæpe eam vocem Livio a librariis additam fuisse, vidimus ad VI. 32. § 8. *Quum vero alterius* unus Harl.

Deinde recognitum percitum ac ferox sciret esse] Lege *re cognitum*. Sigon. Pal. 2. *deinde re cognitum, percitum alterius ac ferox sciret esse*. Gebh. Recte divisis vocibus *re cognitum* Sigonius. Simili fere menda Horatium liberat Bentl. *res sponsore*, pro *responsore*, substituens Epist. I. 16. 43. Vide ad IV. 55. § 5. Tum *fama percitum* Hearnii L. 1.

Ferociusque factum ex prospero cum prædatoribus suis certamine] Ejiciunt τὸ *ex* tres Pall. *Gebh.* Iidem omnes *factum prospero; non ex prospero*. J. F. Gron. Præpositio *ex* non comparet etiam in ullo meo vel Hearnii cod. Insuper tamen *ferociusque esse factum* Gaertn. Mox *rei gerendæ fortunam* Lov. 4. 5. et Ber.

§ 9 *Sollicitusque et intentus erat*] Pal. *sollicitus intentusque*. J. F. Gron. Ita et Flor. et Cant. Sed *sollicitusque intentusque* Voss. Reliqui vulgatum servant. Mox *dum tiro hostium miles esset*, trajectis vocibus, Flor.

§ 10 *Quanto longius ab domo traheretur*] Pall. tres *traherentur*. Gebh. Pal. tres Pall. Voss. *traherentur*. Galli scilicet. *J. F. Gron.* *Traherentur* etiam omnes mei, nisi quod *traherent* habeat Hav. Vide ad X. 10. § 1. *Traherentur* itidem Hearnii Oxon. et primæ edd. *traheretur* primum obcurrit in ed. Sigonii, sed forte operarum errore: in

scholiis enim nihil monet. Et tamen reliqui usque ad Gronovium id servarunt. Neque opus est, ut ad τὸ *traherentur* intelligamus cum Gronovio 'Galli.' Præcessit enim 'multitudo:' quam vocem ad exemplum conlectivorum adsciscere verbum plurale, vidimus ad VI. 19. § 7.

§ 11 *Quum ob hæc taliaque speraret propinquum certamen, et facere*] *Ad hæc taliaque* Harl. obvio errore. Vide ad XXXVII. 27. § 5. *Ob hoc taliaque* Gaertn. Vide ad XXII. 47. § 9. Tum *etiam facere* Lov. 1. Paullo post *quæ vellent* Flor. Voss. Lov. 4. Ber. et Hav. quod sibi quoque in Mss. repertum esse, Gronov. in pr. ed. nott. monuit. Sed nihil mutandum. *Quæ vellet* nempe Hannibal explorari. Præterea *in utriusque castris*, pro *utrisque*, Ber. Denique *paratosque esse pugnæ Rom.* Lov. 4. *paratosque pugnæ esse Rom.* Gaertn. *paratos pugnæ Rom. esse* Ber.

CAP. LIV. § 1 *Erat in medio rivus, prœaltis utrimque clausus ripis*] Pal. 1. *rivus peraltus.* Reliqui duo *peraltis utrinque clausus ripis.* Gebh. *Rivus utrimque peraltis* primæ edd. sollemni errore. Ita peccabatur olim hoc lib. c. 36. § 5. Solent autem *præ* et *per* in Mss. commutari. Vide ad IX. 10. § 7. *Rivus perlatis utrimque*, literis insuper perperam transpositis, Hearnii L. 1. Vide ad V. 37. § 7. *Rivus peraltus utrimque* Lov. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *rivus prœaltis utrimque* Flor. Cant. et Lov. 1. ac 4. Recte *prœaltis* Moguntini restituerunt. Ita 'prœalta fluminis ripa' XLIV. 39.

Obsitus palustribus herbis, et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis] *Oppositus pal. herbis* Lov. 3. *obsitis pal. herbis* Harl. Male. Vide ad I. 14. § 7. *Ferme* autem exsulat a Lov. 4. quæ tamen vox hic emphasin habet, et idem ac plerumque vel semper notat: quomodo ejus synonymum 'fere' exponit Burm. ad Phædr. I. 13. 2. Solent autem librarii hanc similesque particulas pro arbitrio interponere vel demere. Vide ad cap. præc. § 10.

Ad equites quoque tegendos satis latebrosum locum] Væ illis, qui genuinam lectionem comparentem in Pall. 1. et 2. expunxerunt hoc plebeia substituta, *quem ubi equiti quoque tegendo satis latebrosum.* Alludit quoque Pal. 2. *quem ubi equites quoque tegendo latebrosum.* Lectio, quam edidi, auctoritate optimorum codicum locupletissime stabilitur. *Gebh.* Quis non putet a correctoribus esse, si comparetur cum lectione non spernendorum Mss. *ubi equiti quoque tegendo satis latebrosum.* Put. tamen, et quos alios in Gallia contuli, nisi male oculis usus sum, vulgatum servant: eoque nihil ausim mutare. Nihilominus puto verum esse, quod et Muretus e suis profert, *equiti quoque tegendo.* Nam in Voss. et a m. pr. Gud. unoque Pall. *ubi equites quoque tegendo satis* exstat: in Flor. *ubi equites quoque tegendos.* Et idem puto in Put. esse, etsi notare prætermiserim. *J. F. Gron.* Quemadmodum Gronov. in Put. esse conjecerat, in eo legi mihi adfirmavit Sallierius: neque aliter Hearnii N. At ex Flor. excerptis didici, lectionem, quam ex illo laudat Gronov. interpolatam, et a manu admodum recenti ultimam literam voci *tegendos* adscriptam esse, quum olim exaratum fuisset *equites quoque tegendo satis latebrosum:* quomodo præferunt etiam Cant. Lov. 1. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Et ita dare voluisse existimo librarium Gaertn. qui tamen aberrans pinxit *regendo*, solito scribarum lapsu. Vide ad XXXVII. 11. § 3. Denique *equiti quoque tegendo satis latebr.* Lov. 3.

§ 2 *Cum viribus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est*] Ego *viribus* reor mutari debere in *quibus.* Valla. Illud *viribus* superest in Flor. Cant. Lov. 1. 3. et Voss. a m. pr. in quo pro varia lectione *quibus* adscriptum erat. *Cum quorum*

viribus ad me legit Lov. 4. qui etiam præfert *corpora parare*. Male. Sollemnis enim et Livio frequenter usurpata locutio est *corpora curare* de militibus cibum sumentibus. Vide VII. 60. XXV. 23, et 38. XXXI. 39. XXXVI. 18. 'Cibo curare' dixit Liv. IX. 37. 'Corpora cibo somnoque curare' III. 2. 'Curare' autem verbum mensæ atque convivii esse, notavit Broekhus. ad Tibull. I. 5. § 33. Paullo ante *equite atque pedite* alio ordine Lov. 5. *equite ac pedite* edd. usque ad Aldum, qui in contextu mendose *equite pedite atque*, in erratis deinde *pedite atque equite* edidit. Vide ad XXXIV. 26. § 2. et mox § 5.

§ 3 *Ita præconium missum*] Puto hanc continere sententiam; præconem missum esse, qui juberet omnes corpora curare. *Turneb.* Advers. XXVII. 11. Ego vero non admitto in Romana aut Punica militia *præcones*, etsi Græcos habuisse probe scio: magisque accedo veteribus libris, in quibus constanter repperi *prætorium missum*: et quis non probet? Latinis enim *prætorium* non pro loco solum dicitur, sed pro conventu et hominibus, qui in eo loco. Hoc sensu 'prætorium dimittere' dicunt, quasi 'curiam mittere,' aut 'senatum.' Livius XXX. 5. 'Tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso signa concinuissent.' Idem iterum XXXVII. 5. 'Priusquam prætorium dimitteret, denunciavit.' Iterumque XXVI. 15. 'Fulvius dimittens prætorium tribunis militum imperat.' Quæ missio semper ad horam et statutum tempus facta, scilicet vespere et luce abeunte, cum vigiliæ mox constituendæ essent, et quisque ad corpora aut munia sua curanda abiret. Ideo mandata, si qua in noctem aut primam lucem imperator vellet, tunc dabat, ne quies turbaretur castrorum. Simile est alterum illud e militia 'mittere principia.' In Frontino leges IV. 1. 'Perstare in principiis, donec ea mitterentur, præcepit.' *Lipsius* de Milit. Rom. v. 2. Scripti, ut quisque antiquior, *Ita prætorium missum:* de quo monere præcepit Lipsius de Mil. Rom. v. 2. 'Mitti prætorium' dicebatur, cum legati, tribuni, centuriones, præfecti, et si qui alii circa imperatorem esse consilii communicandi, aut imperiorum, tesserarumque excipiendarum ergo solerent, suprema tempestate plerumque, ad corpora curanda, aut si quæ restabant, munia administranda discedebant: ut et 'mitti principia,' cum frequentia, quæ ibi esse soleret, difflueret. Hic dicit eo sensu quo XXXV. 19. quamquam in alia re: 'Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur.' Tale Cæsaris Civil. I. 5. 'Illud extremum atque ultimum senatusconsultum, quo nisi in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis numquam ante discessum est.' Habet vernacula lingua simile, cum *Reichsabscheide*, discessus imperii, vocat quæ in conventibus principum placuerunt; et in privatis quoque negotiis eadem voce, quæ *discessum* significat, pronunciantur quæ convenerunt. *J. F. Gron.* Lipsius de Mil. Rom. v. 5. hæc ab Annibale, ab illo loco perlustrando scilicet in castra reverso, in tabernaculo dicta existimavit. At Perizonius Diss. de Prætorio II. p. 120. et 130. quia hic nulla mentio tabernaculi prætorii est, *prætorium* pro stipatoribus et comitibus, quos Annibal, hunc locum perlustrans, secum habebat, poni putat. Verior sine dubio est sententia Lipsii, in qua etiam Schelium fuisse liquet ex principio illius notarum ad Polybium de Castris. Nam quis credat, Annibalem inspecto loco omnes a se dimittere, et solum sine ullo comitatu in castra reverti voluisse? Numquam apud Livium imperator alibi, quam in castris, 'prætorium misisse' dicitur. Vide ad XXVI. 15. XXX. 5. XXXVII. 5. nec ulla probabilis ratio est, cur id hic aliter interpretari

debeamus. Sed et verba Annibalis, 'nunc corpora curare tempus est,' indicant hæc non alibi, quam in castris et prætorio, dicta fuisse. *Duk.* *Prætorium missum* etiam omnes mei, Hearnii Oxon. et Latinii Brancal. præferunt. Lipsii hanc emendationem probat etiam Schelius ad Polyb. de Castris in princ. at simul eumdem refellit, quum rationem rejectæ vulgatæ lectionis hanc reddit, quia præconum usum in militia Romana non admittebat, quos in ea adhibitos fuisse docet. *Ut prætorium missum* est in Cant.

Ut et numero etiam, non animis modo, valeatis] *Ut e numero etiam* Flor. *ut numero etiam* Ber. *ut et numero, et non animis modo* Lov. 4. et Gaertn. Mox *e turmis* Lov. 4. et 5.

Hostem cæcum ad has belli artes habebitis] Pall. duo *habetis*. Gebh. Pariter Flor. Cant. Hearnii N. a m. sec. et primæ edd. pro quo Aldus demum *habebitis* substituit: *habetis* etiam in Put. esse monuit Crevier. Tota ea vox deerat in Lov. 4. pronomen *has* in Harl. *ad has artes belli* legit Lov. 4.

§ 4 *Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis*] Non scio quid sit; et dubito, an usquam alibi ea significatione, quam hic locus postulat, pro *cum Magone missis*, vel *Magoni traditis*, inveniatur. *Duk.* Displicuit etiam Ant. Perizonio, qui ad marginem Livii legendum conjecit *mille equitibus cum Magone*. J. Alex. Roëllius legendum conjicit *commissis*, vel *permissis*. Ceterum codd. nihil mutant, nisi quod *et mille peditibus* sit in Lov. 4.

Hannibal prima luce] Polybius III. 71. ἅμα τῷ φωτί. *Sigon.*

Jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem: injecto deinde certamine] *Jaculandoque stat. elicere ad pugnam: hostem inj. deinde cert.* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. nisi quod Lov. 3. et Harl. insuper legant *jaculandoque stationes*, et solus Lov. 3. *inito deinde cert.* Præterea *hostes* Hearnii N. Mox *c* *flumen pertrahere* Ber. *circa flumen pertrahere* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. Hav. et quædam ex primis edd. Vide hoc lib. ad c. 48. § 6. *Citra flumen protrahere* Lov. 5. Sed, *per* et *pro* in compositis commutari, dictum est ad IX. 10. § 7.

§ 5 *Ducibus peditum equitumque præceptum, ut prehendere omnes juberent*] Cur in codice regio non emendastis *prandere*, pro *prehendere*? Valla. Polybius III. 71. πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. *Sigon.* *Ducibus equitum peditum* Harl. *ducibus equitum peditumque* Lov. 4. et 5. Vide hoc cap. § 2. Mox *armatosque deinde*, addita copula, Lov. 5. *armatos dein* Hearnii N. Vide ad III. 3. § 6. Deinde *instratis equis*, sine copula, Hav. *instructisque equis* Lov. 3. et Rec. Vide ad hujus lib. c. 27. § 9. *instratique equis* Lov. 5. *stratisque equis* Gaertn. Verum quum præcedat particula *deinde*, eaque per compendium *deiñ* scribi soleat, ultimam ejus syllabam elisisse primam hujus vocis puto.

§ 6 *Ferox ex parte virium*] Pall. tres *ferox ea parte virium*. Recte. Supra c. 53. 'Gaudio efferri; qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse:' et cap. eodem, 'Ferociusque factum' (ingenium Sempronii) 'ex prospero cum prædatoribus suis certamine crederet.' *Gebh.* *Ex parte* operarum errore non alibi legitur, quam in prima Gruteri ed. quod sequens emendavit.

Postremo omnes copias ad destinatum jam ante consilio, avidus certaminis, eduxit] Vos *consilio* mutastis in *consilium*, quasi ad consilium, non ad locum consilio destinatum ierit: cum sic dicatur substantive *destinatum*, ut 'propinquum:' quale fuit illud superius c. 46. 'Exque propinquo speculandas copias.' *Valla.* Bene vetus ed. *ad dest. locum jam ante consilio.* Nam vitiose Pall. tres *ad destinatum jam ante*

consilium. Neque interim male Valla, qui absolute emendabat *ad destinatum jam ante consilio*. Gebh. Relegant omnes scripti *τὸ locum*: ut et Vallæ codex, qui censet *ad destinatum* dici, ut ante 'ex propinquo.' Forsan recte: sic 'ad constitutum,' 'ad condictum.' Lib. XXXVIII. c. 26. 'Ab destinatum petentibus.' Vide tamen an fuerit *ad destinatum jam ante consilio avidus certamen eduxit*. J. F. Gron. In nullo etiam meorum codd. *τὸ locum* inveni, nisi in uno Ber. a m. sec. verum ibi transponitur *ad destinatum jam ante locum consilio*: a m. pr. idem cod. cum Hav. legebat *ad destinatum jam ante consilium*. Brancal. Latinii etiam *consilium*, pro *consilio*, præfert. Neque dictio *locum* in Hearnii Oxon. adparet. Nescio itaque unde Arntzenius hauserit *locum* interponere scriptos, ad Epitom. Aur. Vict. c. 47. § 4. Ob hæc vocem *locum* expunxi; quæ etiam admitti nequit, quia Sempronius de loco pugnæ nihil statuere potuit, utpote artibus Hannibalis in eum protractus. Vide num ad *τὸ destinatum* cum J. Alex. Roëllio ex seqq. intelligi possit *certamen*. Insuper *postremo omnes alias copias*, una voce auctior, Hearnii N.

§ 7 *Erat forte brumæ tempus et nivalis dies*] Polybius III. 72. οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς. *Sigonius.* Florus inquit II. 6. § 12. 'Frigidum et nivalem nacti diem.'

Propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis] Genitivus antiquus residet in Pall. 1. ac 3. *fluminum ac paludium*. Gebh. Ita et Flor. quod ex Oxon. cod. in Cæs. laudatur Gall. IV. 28. Utrumque antiquis in usu fuisse, observat Voss. Gramm. IV. 14. Deinde *p̄ergelidis* Ber. in quo linea capiti prioris literæ adposita a m. sec. deletur: quum potius convenisset ut literæ secunda ac tertia expungerentur, atque ita *prægelidis* superesset. Id enim verum est, et in optimis aliisque omnibus codd. restat. Ita contra 'præfervidus' est IX. 18. § 5. Et alibi etiam sæpe Livius compositis cum præpositione *præ* intensiva delectatur.

§ 8 *Ad hoc raptim eductis hominibus atque equis*] Ita edidit primus Gronovius, in pr. ed. nott. testatus, ita præferre omnes veteres: cui ex meis adsentiuntur tantum non omnes codd. Antea vulgabatur *ad hæc*, quod soli servant Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav. ex Oxon. Hearnii N. et D. Vide ad c. 52. § 10.

Et quidquid auræ fluminis adpropinquabat] Videtur et hoc obscure dictum, quamquam sensus utcunque percipitur. *Glar.* Liber optimus *adpropinquabant*. Recte omnino: et est genus loquendi, quale VII. 32. 'Quicquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eo prodire.' *J. F. Gron.* Similiter etiam Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Supra VIII. 39. 'Quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant:' ubi vide quæ notantur.

§ 9 *Pectoribus tenus aucta nocturno imbri, tum utique egressis rigere*] Ἕως τῶν μαστῶν Polybius III. 72. *Sigon.* *Tum undique egressis* Hav. et Hearnii N. in margine. Vide ad XL. 19. § 7.

Vix armorum tenendorum potentia esset, et similitudine: et procedente jam die] Credo sic legendum, *potentia essent, et lassitudine*, vel *et simul procedente*. Valla. Pall. tres *potentia esset*. Nam hujus verbi multitudinis numerus hic a Valla invectus est. Pal. autem 2. *potentia esset ex lassitudine: et procedente jam die*. Gebh. Ab ingenio Vallæ lectio; cum prius haberetur *potentia esset, et similitudine procedente*: nec differunt Put. et melioris notæ libri. Dederat et aliam conjecturam Laurentius, *potentia essent et lassitudine*. A quo parum discedunt Regius, *etsi lassitudine*; et Pal. unus,

ex lassitudine. Itaque olim ipse conjeceram, ut schedis meis demonstrare possum, *simul lassitudine, et procedente:* quod postea se malle submonuit A. Rubenius. Sed illa 'lassitudo' hic tota correctorum est, non scripturæ veteris. Polybius, quem Livius hic quoque vertit, III. 72. μόλις ἕως τῶν μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον· ἐξ ὧν ἐκακοπάθει τὸ στρατόπεδον ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἐνδείας, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης. Quamvis famis meminit Noster, tamen aliquid latet in τῷ *similitudine*, quod reddere voluit τὸ τῆς ἐνδείας, et explicandum videtur hoc modo, *simul jejuni.* Scriberem igitur, *tum utique egr. rig. omn. corp., ut vix arm. ten. pot. essent, simul jejuni, proc. jam die, fame etiam def.* Infra cap. seq. 'Contra jejuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant.' XXVIII. 15. 'Et procedente jam die, vires etiam deficere Asdrubalis exercitum cœperant, oppressos matutino tumultu, coactosque, priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire.' De prœlio eodem Frontinus Strateg. II. 5. 23. 'Hes consul et adortus temere, et secutus, jejunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigefecit:' ita enim Ms. non *rigere fecit.* Est autem elegans 'rigefacere,' ut 'adsuefacere.' *J. F. Gron.* *Potentia essent* recte in contextum admissum est: id enim servant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hearnii D. Deinde *et similitudinem deficere* reliquis omissis Lov. 1. *et similitudine et procedente jam die* Flor. Cant. Voss. et Hearnii D. *et similitudine procedente jam die* ejusdem Hearnii L. 1. *et simul lassitudine et procedente jam die* Voss. in marg. et Lov. 3. *et simul lassitudine procedente jam die* Ber. Hafn. et Hav. *et simul procedente jam die* Hearnii N. *simul procedente jam die* Gaertn. *et lassitudine et procedente jam die* Lov. 4. et Harl. *et procedente jam die* Lov. 5. Gronov. in pr. ed. notarum aliam adhuc conjecturam proposuit; scribendum nempe, *tum utique eg. rig. omn. corpora, ut vix arm. ten. potentes essent, simul jejuni, proc. jam die fame etiam def.* In ejus conjecturis id minus rectum videtur, quod voculæ *et*, quæ in plerisque, certe in optimis codd. post *potentia essent* exstat, nullam rationem habuerit; quasi nempe *rigere, et simul deficere* non satis bene diceretur. Id insuper probare nequeo, quod conjecturam suam, nullius codicis testimonio probatam, in contextum receperit. Ejus loco itaque restitui quod in tribus codd. supra memoratis reperi. Si quis potius *et procedente jam die,* quod alii præferunt, malit, per me licebit. Ego tamen alterum præstare puto, ut *procedente jam die* et ad lassitudinem et ad famem referatur. Non equidem lectionem illam veram esse contendere audeo; videtur tamen verisimilis esse, quæ ferri possit, donec certiora aliunde adpareant. Quamvis enim Polybius, quem Livius hic interpretatur, lassitudinis non meminerit; ea tamen æque hic ferri potest, ac cap. seq. loco, quem ipse Gronov. laudavit; ubi 'jejuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu' tribuuntur.

CAP. LV. § 1 *Oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso*] Duo vocabula *ut mollirent* absunt Pal. 2. At Pal. 3. *ut mollirentur artus.* Gebh. *Oleoque, ut moll. artus, per man. misso* Lov. 4. et 5. Dein *transgressos flumen nunciatum est hostes* edebatur ante Gronov. qui, consentientibus Flor. et Cant. ordinem vocabulorum transposuit. Reliqui codd. stant a prioribus edd. nisi quod *transgressum flumen nunciatum est hostem* præferat Gaertn. Præterea *atque in aciem prodit,* pro *procedit,* Hav. quod ex interpretis glossa natum est. Vide alia exempla ad I. 41. § 6. et IX. 27. § 7. *In aciemque procedit* edd. antiqq.

§ 2 *Baleares locat ante signa, levem*

armaturam] In Polybio III. 72. legitur cum conjunctione *ac levem armaturam*, ut non intelligamus Baleares dici levem armaturam, sed alios. Tum hæc, quæ sequuntur, verba 'deinde graviorem armis peditem,' eodem authore ad 'circumfundit' verbum referenda putamus, quorum viginti millia inter Hispanos atque Afros mixtis Gallis fuisse scribit. Nec sequentia obstant, quippe equites et elephanti in cornibus divisi fuere, eodem authore; si modo Perottus Græca recte extulit. Hæc ideo admonitione digna duximus, quod non est verisimile, tam negligenter Livium hæc traduxisse. *Glar.* Vet. lib. *levemque armaturam.* Sic XXII. 4. 'Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit.' Et Polyb. III. 72. τοὺς λογχοφόρους καὶ Βαλεαρεῖς, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους. *Sigon.* Vulgatam lectionem *Baleares locat ante signa, levem armaturam*, tuentur omnes libri, a nulloque, quos vidi, adjuvatur correctio Sigonii *levemque armaturam.* Gebh. Sigonio unus tantum meorum Hav. consentit. Utrum malis, res eodem redibit. Si *Baliares levemque armaturam*, eodem modo dictum erit, quo 'Virginius et tribuni,' de quo vide ad III. 25. § 4. vel τὸ *que* hic accipi debet pro particula exegetica, quasi diceret Baliares, qui erant levis armaturæ. (Vide ad VI. 16. § 8.) Baliares enim levis armaturæ fuisse, postea hoc cap. indicatur: 'Prœlium a Baliaribus ortum est; quibus quum majore robore legiones obsisterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ sunt:' si *Baliares levem armaturam*, erit adpositio, ut XXVIII. 14. 'Eques levisque armatura, velites, circumductis alis in latera incurrebant.' Vide ibi Gronov. In loco Livii, quem laudat Sigonius, non simpliciter est *Baliares levemque armaturam*, verum insuper *Baliares ceteramque levem armaturam*, ut eodem XXII. 46. 'Baliaribus levique alia armatura præmissa transgressus flumen.' Neque etiam Livius Polybium secutus tanta religione verbis ejus inhæsisse censeri potest, ut, quum ille λογχοφόρους καὶ Βαλεαρεῖς dixerit, propterea etiam Livius dicere debuerit *Baliares levemque armaturam.* Ceterum *Baliares* hoc loco, et paullo post *Baleares* legit Flor. Vide ad cap. 21. § 12. Mox *dein*, pro *deinde*, edidit Jac. Gronov. consentientibus Flor. et Cant. Vide ad III. 8. § 6. Præterea male Glareanus voces *graviorem armis peditem* ad verbum 'circumfundit' refert, sed repetendum est ex præcedenti 'locat.' Non enim graviorem armis peditem circumfudit Baliaribus, sed locat deinde, id est post Baliares. Et id volunt ipsa Polybii verba Græca. Denique *circumfundit*, pro *circumfudit*, edidit Sigonius; cujus lectionem nullus recentiorum recepit. Et recte. Non alibi enim id mihi obvium fuit, quam in Lov. 4. 5. et Hafn.

In utramque partem divisos elephantos statuit] Pall. tres, et vetus ed. *diversos elefantos*: quod legitimum est. *Gebh.* Omnes *diversos.* Nec aliter Andreas, Ascens. Beccar. Tarv. Ven. Polybius tamen III. 72. τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο. Et facile hæc duo confunduntur. *J. F. Gron.* *Diversos* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *divisos* ex editis primus exhibuit Aldus in erratis. Sæpius autem hæc vocabula confundi, dictum est ad X. 33. § 10.

§ 3 *Effusos sequentes equites, quum ab resistentibus subito Numidis*] *Effusos sequens equites* Ber. et Hav. Mox *a resist. undique Numidis* Ber.

§ 4 *Duodeviginti millia Romanorum erant, socium nominisque Latini viginti*] Polybius III. 72. ait, sedecim millia peditum Romanorum; ex sociis vero Latini nominis ad viginti millia: id,

quod verisimilius est, quando legiones quaternum millium erant, ut ipse Livius superius scriptum reliquit, non ita longe ab hujus libri initio c. 17. Addit autem Polybius, perfectum numerum copiarum, ubi de summa rerum agebatur, conveniebantque simul duo consules, ex tot millibus constitisse. *Glar.* Polybius III. 72. Romanorum XVI. millia tradit: *τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. Sigon.* Put. Andreas, Tarvis. Saveter. *Romana.* Lege *Romani erant*, ut fecerunt Ascensius, Beccar. Veneti. *J. F. Gron.* *Socium nominisque Latini* sane alibi quoque. Ceterum hoc loco manuscripti omnes *socium nominis Latini.* Quod satis eo confirmare auctor videtur, quod Flaminio, qui harum copiarum reliquias excepit anno insequenti, caeso captivos distinguat tantum in Romanos et qui Latini nominis essent, XXII. 7. tanquam vel nulli alii fuerint, vel sub iis comprehendantur potius: nam fuisse alios Italici generis, apparet ex libri sequentis c. 18. Lib. XXII. cap. 38. 'Milite atque equite scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum.' *Jac. Gron.* *Romana* etiam Flor. Lov. 1. 3. Hav. et Ber. a m. sec. in quo tota vox a m. pr. omissa erat. Similiter quoque *Romana* Hearnii N. edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. et aliae. *Romani* contra Mediol. 1505. *Romanorum* primi receperunt Mogunt. quod etiam superest in Lov. 4. 5. et Gaertn. Hinc *erant* exsulat a Lov. 4. Tum *sociorum nominis Latini* legunt Lov. 3. 4. et Hearnii L. 1. *socium nominis Latini* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Paris. 1573. *sociorum nominisque Latini* Hav. Utramque formulam 'socii nominis Latini,' ac 'socii et nomen Latinum' in usu esse, Sigonius monuit ad XXXIX. 20. § 7. quem etiam vide de Antiq. Jur. Ital. I. 2. librarios autem pro arbitrio modo copulam addidisse, modo detraxisse, videbimus ad XXXVII. 2. § 4. Ceterum *τὰ millia Romanorum erant, socium nominis Latini viginti* non adparent in Hearnii D. Ut autem tollatur difficultas, quam ex diverso numero Romanorum a Polybio et Livio edito injiciunt Sigonius et magis Glareanus, existimari posset Polybium solos pedites numerasse, non enim simpliciter *τοὺς Ῥωμαίους*, sed *τοὺς πεζοὺς τοὺς Ῥωμαίους* memorat: Livium vero comprehendisse etiam equites, qui treoenti unicuique legioni additi erant: (vide hoc lib. c. 17.) adeoque mille ducenti legionibus quatuor, et hinc numero rotundo dictum esse *duodeviginti millia*, pro *septemdecim millia et ducenti.* Verum ita similiter inter eos non convenire debuisset in numero sociorum, quem ille exclusis, hic additis equitibus edidisset; quum tamen ambo viginti millia eorum fuisse tradant. Videant itaque alii, qua ratione haec difficultas tollenda sit.

Auxilia praeter a Cenomanorum] Vos emendastis *praeter*, cum fuerit emendandum *praeterea.* Valla. *Praeter aciem Numanorum* Hafn. *auxilia praeterea Acenomanorum* Lov. 3. *auxiliatorum praeter a Cenom.* Ber. *auxilia praeter Acenomanorum* Hav. *auxilia praecenomanorum* Lov. 4. *auxilia praeterea Nocemanorum*, transpositis syllabis, Lov. 5. Reliqui, ut Valla emendavit. Hearnius notat Cluverium Ital. Ant. I. 26. 250. *Cenomannorum* legisse. Sed ad verba ejus non adtendit. Loco enim laudato primo refellit sententiam eorum, qui apud Livium scribendum esse per *ae* contendunt *Caenomani*, apud Graecos enim vocari *Κενομανούς*. Addit deinde, nihil esse, quod quidam ex Plinii exemplaribus docent, geminato *nn* legendum esse ubique *Cenomanni*, utramque enim scriptionem rectam probamque esse. Verba ejus excerpsi ad V. 35. § 1. Mox *remanserat*, pro *manserat*, Lov. 4. 5. et Harl.

Male. Infra xxviii. 24. 'Non socii in fide, non exercitus in officio mansit.' xxxi. 2. 'Gratias agerent regi, quod in fide mansisset.' c. 7. 'Hæc vos quietura, aut in fide mansura creditis?' xl. 35. 'Existimesne, Celtiberos perpetuo in fide mansuros?' xlv. 31. 'Nec aliter eas mansuras in fide gentes.' Vide ad Auct. Epit. Liv. lib. lxxviii.

§ 5 *Prœlium a Baliaribus ortum est*] Verba hæc desunt in Lov. 1. At *prœlium ab equis ortum est* legunt Ber. et Hav. *ab equitibus ortum est* Hafn. Rec. et Hearnii N. *ab equitibus inceptum est* Lov. 5. *inceptum est* etiam Lov. 4. quod ex interpretatione natum puto. *Ab Alpibus ortum est* Flor. Cant. et Voss. in cujus margine *a Balearibus* pro varia lectione visitur. *Ab Alpinis ortum est* Lov. 3. *ab alearibus ortum est* Harl. Unus Gaertn. recte *a Baliaribus ortum est* servat.

Deductæ propere in cornua leves armaturæ sunt] Quænam inter 'deducere' et 'diducere' differentia fuerit, vide ad v. 38. § 1. Ex illis autem, quæ ibi dicta sunt, sequi videtur hic potius legendum *diductæ*. Indicatur enim, milites levis armaturæ in duas partes divisos hinc inde in utraque exercitus cornua se recepisse. Sæpius hæc verba inter se commutantur. Ita emendandum puto xliv. 33. *Vix diducta summa arena erat*, ubi nunc *deducta* legitur. Forte etiam similiter ex auctoritate optimi Sangerm. scribendum apud Colum. viii. 11. 'Mares sine rixa diducuntur in sua quisque septa cum feminis:' ubi etiam edd. præferunt *deducuntur*. Vide Burm. ad Ovid. Am. i. 7. § 48. Met. iv. 372. viii. 586. Cortium ad Sall. Jug. c. 25. ad Plinii ii. 19. et Oudendorp. ad Lucan. iii. 584. ad Front. Præf. et ad ii. 3. 8. et 23. et ad Cæs. Bell. Civ. ii. 6. Adde quæ notavi ad Silii xv. 187. Insuper *prope* Lov. 1. 5. et Gaertn. Vide ad xxxix. 31. § 4.

§ 6 *Fessi Romani plerique integris Pœnis*] Voces *Romani* et *Pœnis* absunt a vet. lib. et glossema sunt alicujus, qui verba illa, ut fit, interpretatus est. *Sigon.* Edidi auctoritate trium Mss. Pall. *et fessis plerisque integris, obruti sunt insuper*, adsentiente quoque Sigonii libro: cum in vulgatis hactenus sit a liberalitate editorum *et fessi Romani plerisque integris Pœnis*. Gebh. Obsecuti Sigonio sumus, volentibus tamen omnibus vett. libb. et delevimus τὰ *Romani* et *Pœnis*. Satis vel sic intelliguntur. *J. F. Gron.* Neutrum etiam horum vocabulorum in ullo vel meo vel Hearnii superest; nisi quod ex meis solam vocem *Pœnis* agnoscat Lov. 3. Simile glossema etiam mox ejicitur ex contextu cap. seq. § 8. Insuper alio ordine *fessi integris plerisque* Flor. Paullo ante *quæ res efficit*, pro *effecit*, Flor. a m. pr. Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *jam vix per se resisterent* idem Flor.

Obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Baliaribus conjecta] *Velut nubes jacul.* Ber. Hav. et Hearnii N. a m. sec. Tum *ab alaribus* Voss. et Har. *a Blaribus* Lov. 1. *a Baleatoribus* Lov. 4. et 5. *a Balatribus* Putean. *abalaribus* Flor. a m. pr. *a Baliatoribus* a m. sec. consentiente Gaertn.

§ 7 *Ad hoc elephanti eminentes*] *Ad hæc* Lov. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et N. Vide ad c. 52. § 10.

§ 8 *Qua recentis Pœnos paullo ante*] Vos emendastis *quam recentis*, cum fuerit emendandum *quia recentis Pœnus*, hoc est Hannibal: vel *quas recentis*, pro *recentes, Pœnus*, id est milites Pœni. *Valla.* Prisca ed. obtemperavit Vallæ, exhibens *quia*. Sed Pall. aliter; quorum 1. ac 2. *quos recentis*. Gebh. *Quam recentis* Lov. 1. Harl. et Flor. *quia recentes* Lov. 3. *quam recens* Lov. 4. *quas recens* Lov. 5. Ber. Hav. et Hearnii D. in margine: *quas recenter* Gaertn. *quas recentis* Voss.

Restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum] Pal. 3. ha-

bet, *si tum ped. solo foret pugn.* Gebh. Ita et Lov. 5. et Rec. *sicut pedite solo* Guertn. *si cum solo pedite solum* Ber. a m. pr. Insuper *restitissent tamen, si,* omissa voce, Hafn. *restitissent tum, si* Lov. 3.

§ 9 *Simul latebras eorum inprovida præterlata acies est*] *Latebras* legendum, ut quidam restituere. Nota autem illud *simul*, pro 'statim ut,' accipi, huic authori oppido quam familiare, ut Horatio, quod in superioribus quoque alicubi admonuimus. Ceterum hic 'præterlatam aciem' ait, quam versu sequenti 'immotam aliquamdiu mansisse' dicit: quamquam cavillum hoc est, in hoc appositum, ut videat lector quid sit cum judicio authores legere. *Glar. Simul latebris* Lov. 3. et quædam ex primis edd. Deinde *prælata acies est* legendum censet Gebhardus ad II. 14. § 7. quod non contemnendum videtur, partim quia 'prælatus' hoc sensu apud Livium freqnens est: (vide ad XXIX. 32. § 8.) et contra 'præterlatus' apud eum numquam, quod sciam, obcurrit: partim quia *præ* et *præter* in compositis alibi a librariis commutantur. Vide Torrent. ad Suet. Cæs. cap. 37. Neque magis mirum est *præt'*, sive *præter*, et *præ* commutari, quam *int'*, id est *inter*, et *in*; de quo videbimus ad XXXVIII. 57. § 6. Non tamen *præterlata* ut minus Latinum damnandum existimo. Eo enim Lucretium usum esse IV. 573. lexica observarunt. Tum *est* non adparet in Lov. 1. 3. 4. et Voss. Præterea paullo ante *sese intulerant*, pro *tulerant*, Lov. 5. quod, si plures ac meliores codd. conspirarent, admittendum censerem. Ita enim sæpissime Livius loqui solitus est. Vide ad III. 5. § 7. alterum vero nondum apud Livium notavi; quod tamen Duker. apud Ovidium obvium esse monuit Am. III. 10. § 37. 'Omnia, qua tulerat se Dea, messis erat:' et ita 'ferre se' pro 'ire' sæpissime poni. Deinde *et Magonis Numidarumque* Hearnii N. qui etiam *latebras nostra inprovida* legit.

§ 10 *Tamen in tot circumstantibus malis*] Præpositionem non agnoscit Lov. 3. Mox *contra elephantos*, pro *adversus*, Lov. 4. 5. Vide ad Epit. Liv. lib. LVII.

§ 11 *Eos pedites, ad id ipsum locati, verutis conjectis et avertere*] Præclare Put. *eos velites ad id.* Propria horum cum elephantis pugna. Polybius I. 33. de prælio M. Atilii Reguli et Xanthippi: καὶ προυρώμενοι τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον, προθέμενοι τοὺς γροσφομάχους. Eodemque libro c. 40. τινὰς μὲν τῶν εὐκινήτων πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρης παρέβαλε, προστάξας ἂν ἐγγίζῃ τὰ θηρία πρὸς αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφθόνως: quæ et mox πυκνοῖς τοῖς ὑσσοῖς καὶ τοῖς γρόσφοις ait confixa. Lib. XXVIII. c. 15. 'Elephanti etiam tumultuoso genere pugnæ equitum velitumque et levis armaturæ consternati.' XXX. 33. 'Paucæ tamen bestiarum, intrepidæ in hostem actæ, inter velitum ordines cum multis suis vulneribus ingentem stragem edebant: resilientes enim ad manipulos velites,' &c. Vegetius III. 24. 'Præcipue tamen velites antiqui adversum elephantos ordinarunt.' Isidor. Orig. IX. 3. 'Ab his velitibus elephanti quondam Annibalis retro acti,' &c. *J. F. Gron.* Oxon. et Cantabr. *ad ipsum.* Vide ad V. 43. Sic rursus XXII. 4. Flor. Voss. Gud. Cantabr. Oxon. *Velut ad ipsum de industria relicto spatio.* Vulgo *ad id ipsum.* Sic Cicero Leg. II. 5. 'Lege autem carens civitas, anne ob ipsum habenda nullo loco?' De Divin. II. 58. 'Contrahi animum Zeno et quasi labi putat, et concidere, et ipsum esse dormire.' *Jac. Gron. Velites,* haud dubie ex eodem cod. Put. etiam hic legit Salmasius c. 16. de Re Milit. Roman. sed simul notat Livium, qui velites dixerit, antequam eorum nomen in militia Romana notum erat; nam ipsum XXVI. 4. scribere, eos demum

aliquot post annis in obsidione Capuæ institutos. Poterat eamdem notam adponere iis, quæ xxiv. 34. ante inchoatam obsidionem Capuæ leguntur 'sagittarii, funditoresque, et velites:' qui locus Lipsio quoque de Milit. Rom. iii. 1. consideratione egere visus est. Sed responderi potest, Livium his locis magis ad rem, quam ad verba, respexisse, et per prolepsin quandam nullis non scriptoribus usitatam 'velites' pro 'jaculatoribus' dixisse, eo quod, qui deinde proprie velites vocati sunt, itidem ut jaculatores, jaculis instructi pugnabant. Voruta Servium regem quartæ classi dedisse auctor est Livius i. 43. Ipse tamen militibus Romanis ea raro tribuit. De iis agit Lipsius Poliorc. iv. 4. At de Milit. Rom. iii. quo ex professo de armis agit, ea præterit, ut et Schelius ad Polybium, c. 14. quod de telis legionum est. *Duk.* *Ad ipsum locati* etiam Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. D. et N. a m. pr. Vide ad xxvi. 40. § 9. Ita *ipsum* pro 'me ipsum' habuimus supra in Præfat. § 2. Insuper *verrucis* Flor. a m. pr. pro quo emendatur *verrutis*, quod etiam superest in Voss. Lov. 3. 5. et Gaertn. Vide ad ii. 20. § 9. Tum *conjectis avertere*, vocula *et* media neglecta, Gaertn. et Lov. 3. Vide ad ii. 44. § 2. *Conjectis et advertere* Flor. a m. pr. Vide ad vi. 23. § 8. Mox *adversos* Voss. Harl. Ber. a m. pr. Hafn. et Gaertn. Vide ad ii. 31. § 6. Denique *maxume* Flor. Vide ad iii. 17. § 5.

Cap. lvi. § 1 *Trepidantesque prope jam in suos consternatos*] Ita edidit Jac. Gronov. in contextum revocans priscarum edd. scripturam, quam insuper exhibent Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Ascensius antea a. 1513. ediderat *Trepidantes propeque jam in suos*, quod usque ad Jac. Gronov. editores retinuerunt, et Crevier. servavit ex vetustiorum, ut testatur, fide. At unus tantum meorum codd. Lov. 2. hunc ordinem dictionum probat. *Trepidantesque in suos prope jam const.* legunt Lov. 4. et 5.

Media acie in extremam, ad sinistrum cornu] Videtur excidisse præpositio *e media acie*. J. F. Gron. *Ad sinistrum cornum* Flor. Sed vide ad iii. 62. § 8. Verum neque hic in animum inducere possum, ita Livium dedisse; sed potius puto librarium errasse; et quidem errorem ex illo fonte promanasse, quem indicavi ad vi. 3. § 8. Mox *Gallos auxiliatores* Ber. et Hafn. At alibi ea voce Livium usum esse non memini. Neque etiam hujus ævi esse videtur.

Quoque additus novus terror Romanis] Vos mutatis *quoque* in *estque*; ego tantum locum muto, sic: *additus quoque terror*. Valla. Vallæ emendationem confirmat prisca ed. Sed Pall. 1. ac 2. *quoque add. novus terror R.* Pal. 2. vero *estque terror novus additus Rom.* Gebh. Malim *fecere fugam: additusque novus terror.* J. F. Gron. *Quoque auditus novus terror* Lov. 1. *quoque adductus novus terror* Ber. a m. pr. *quoque addictus* a m. sec. *additus novus terror* Lov. 3. *quoque novus terror additus* Flor. a m. pr. *novus quoque terror additus* a m. pr. quod idem etiam præfert Cant. *et novus quoque terror additus* Harl. Paullo ante *haud fecere fugam* Lov. 1. *haud dubiam fecere pugnam* Ber. a m. pr. *haud dubium fugam fecere* Lov. 4. *haud dubium fecere fugam* Lov. 5. Mox *viderant*, pro *viderunt*, Rec.

§ 2 *Itaque quum jam in orbem utrimque pugnarent*] A Pall. duobus abest τὸ *utrimque*. In Pal. 3. vero reperitur *utrique*. Gebh. Flor. Voss. Gud. duo Pall. ignorant *utrimque*. Et certe incommodum est: nam *utrimque* significat 'in partes duas:' at in *orbem*, 'in partem omnem:' quemadmodum hos fuisse circumventos jam docuit Livius. *J. F. Gron.* *Ita quum jam* Hearnii D. Vide ad c. 53. § 7. Illud *utrimque* deest etiam in omnibus meis ut

et Hearnii codd.

Quum alias evadere nequivissent] Pal. 1. *cum alii* (Pal. 2. *aliis*) *evadere nequissent*. Pal. 3. *cum alio evadere*. Gebh. Put. Voss. Pall. *quum alii ev. nequissent*. Andreas quoque et plerique veteres *alii*. Scribe *quum alia evadere nequissent*. Ut XLIII. 19. 'Et transitus ea est in Labeatas.' XLIV. 43. 'Alii alia in civitates suas dilapsi sunt.' Statim fortassis, 'mediam Afrorum aciem, qua Gallicis.' Polybius III. 74. *ἐκράτησαν τῶν Κελτῶν καὶ μέρους τινὸς τῶν Λιβύων· καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, διέκοψαν τὴν τῶν Καρχηδονίων τάξιν*. Non constabat autem media acies tantum ex Afris et Gallis, sed et Hispani partem tenebant: quos significat immotos stetisse. Polybius III. 72. *τοὺς μὲν πεζοὺς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν παρενέβαλε, περὶ δισμυρίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λίβυας*. *J. F. Gron.* *Quum aliter evadere* Hav. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *quum alii evadere*, quod idem Hearnius etiam invenit in L. 1. mihique obvium fuit in Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. primis. Moguntini deinde *alio*, Aldus in erratis *alia* reposuerunt: Aldi autem lectionem alii receperunt, usque dum Francofurtenses 1578. ei substituerent *alias*: quod ferri nequit. *Alias* enim pro 'aliter' apud Cic. et æquales scriptores haud facile occurrit. Vide Grævium ad Sueton. Tib. c. 71. Quod autem Charisius, Instit. II. 175. ita locutum existimet Terent. in Andr. III. 2. 46. 'Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?' in eo fallitur. Nam, ut jam Donatus observavit, *quid alias* ibi ponitur pro 'cur alio tempore.' Recte itaque Gronov. *τὸ alias* hic rejecit. Ipse vero non tantum conjecit, verum etiam in contextum recepit *alia*, quod foret 'alia via,' 'alia parte.' De eo vide viros doctos ad Flori II. 12. 7. Mihi *alii*, quod in tot apud me ac Gronovium codd. iisque optimis, superest, revocandum videtur. Indicat enim, ex omni exercitu Romano decem tantum millia per mediam aciem erupisse, 'quum alii' milites Romanorum simul cum his 'evadere nequissent.' Postea vero § 4. et 5. subjungit fortunam illorum 'aliorum,' qui cum decem millibus his evadere nequierant. Nescio, quid viros doctos induxerit, ut *τῷ alii* controversiam moverent. Deinde *evadere non possent* Haverk. Reliqui omnes *evadere nequissent*. Quod recte Gronov. recepit. Vide ad v. 10. § 10. Mox *per mediam Afr. aciem* Hav. quod, si plures accederent codd. non spernendum putarem. Nunc levior medicina videtur, quam Gronovius adhibuit legendo *mediam Afr. aciem*: utrumque enim in usu est 'perrumpere aciem,' et 'per aciem.' Vide Duker. ad VII. 24. § 7. *Prorupere* habent Lov. 4. 5. Ber. et Gaertn. errore scribarum. Vide ad IX. 48. § 15.

§ 3 *Et, quum neque in castra reditus esset flumine interclusis*] Pal. 3. *in castra quoque red. esset flumine inclusis*. Gebh.

Neque præ imbri satis discernere possent] Pall. tres cum principe ed. *decernere*. Gebh. Scripti et Andreas eumque secuti, ut vult ratio, *decernere*. Pone enim hic vel *judicare*, vel *separare*: statim apparebit utrum commodius. *J. F. Gron.* *Cernere* Harl. *discernere* primum recepit Ascens. 1513. Omnes priores eum reliquis codd. meis et omnibus Hearnii *decernere*, quod recte Gronovius vindicavit. Vide ad VII. 9. § 7. *Præ imbribus* habet Hearnii N. a m. sec.

Quæ suis opem ferrent, Placentiam recto itinere pervenere] Deprehensa mihi solum hæc lectio est in Pal. 2. ab aliena manu reposita, et in vetusta ed. nam reliqui Mss. Pal. 2. *suis ut opem ferrent*. Pal. 3. *sua vix opem ferrent*. Gebh. *Quo suam opem ferrent* Lov. 3. *quavis opem ferrent* Gaertn. et

Lov. 5. *sua vi opem ferrent* Lov. 4. *suavis opem ferrent* Cant. Lov. 1. et Flor. a m. pr. pro quo sec. emendavit *suis ut opem*, consentiente Harl. Tum *perrexerunt* Lov. 3. *pertendere* Rec.

§ 4 *Aut gurgitibus absumti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi*] Quatuor priora vocabula omittuntur in Lov. 1. culpa librarii ob voculæ *aut* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde *inter civitatem ingred.* idem Lov. 1. *inter cunctationem ingredi* Lov. 3.

§ 5 *Vestigia cedentis sequentes agminis*] Vet. lib. *vestigia sequentes ced. ag.* Sigon. Non tantum omnes Hearnii codd. vulgatum tuentur, sed et mei, nisi quod *sequentes* desit in Harl. *sequentis* legat Gaertn.

Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit] Pall. duo, et vetusta ed. *aud. ingredi flumen.* Gebh. Ita et Lov. 1. 4. Hav. et edd. usque ad Ascens. 1513. Insuper *alius timor* Gaertn. *audaciam* vero perperam omittitur in Ber. Mox *in castra pervenerunt* primus recepit Jac. Gronov. consentientibus omnibus meis, nisi quod *rediere* præferat Lov. 5. qui omnia sequentia usque ad verba § 7. *ut vix lætitiam* omisit propter similitudinem τῶν *in castra pervenere* et *in castra rediere.* Antea hic edebatur *pervenere.*

§ 6 *Et elephantos prope omnes absumsit*] Polyb. III. 74. ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός. *Absumpsit* reposui ex vet. lib. cum ante *consumpsit* legeretur. *Sigon.* *Consumpsit* quidem vetusta ed. at contra Pall. tres, et Sigonii liber, ut creberrime solet Livius. Sic in fine c. 58. 'Elephanti quoque ex his, qui prœlio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumpti.' *Gebh.* Parum interest: sed Put. et omnes, ut Sigonianus, *absumpsit.* J. F. Gron. *Absumsit* etiam omnes mei, nisi quod *assumsit* præferat Ber. *absumsit* etiam Hearnii Oxon. Paullo ante *imber ruinæ mixtus* Hafn. Deinde *multos homines* Ber. τὸ *multos* non est in Harl.

§ 7 *Et ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent*] Pall. tres *in castris.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Præterea *et* omittit Harl. Tum *victoriæ lætitiam* Ber. *victoriam lætitiæ* Hafn. Paullo ante *insequendi hostem*, pro *hostis*, Hearnii N.

§ 8 *Præsidium Romanorum castrorum*] Put. et Regius abjurant mediam vocem: et sine damno aut ambiguitate sensus omittitur. Nec τὸ *Romanorum* modo hic, sed nec mox τὸ *Pœni* agnoscit Flor. Et deleatur utraque vox, ut inserta ab interprete. Voss. quoque, Gud. Pal. sine τῷ *Pœni.* J. F. Gron. Utramque igitur vocem ex contextu ejeci. Simile glossema etiam sublatum est cap. præc. § 6. *Præsidia Rom. castr.* legit Ber. *præsidium castr. Rom.* Lov. 1. Paullo ante *nocte insequente* Voss. Lov. 1. et Ber. Vide ad VI. 21. § 1.

Nihil censere Pœni, obstrepente pluvia] Erratum operarum. Legendum ex libris omnibus, ut cæco adparet, *sensere.* Nomen *Pœni* penitus ignorat Pal. 3. Vetusta autem ed. *nihil sensere Pœni, obstrepescente pluvia.* Gebh. Vox *Pœni* exsulat etiam a Cant. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad verba præc. *obstrepescente* omnes edd. quas vidi, Moguntina priores: sed nullus consentit codex. In præcedentibus *ex magna militum parte*, alio ordine, Ber. Hinc *trajecerunt*, pro *trajicerent*, Lov. 4. et Hearnii D.

§ 9 *Quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus*] *Quia moveri* Hav. *quia inde moveri* Ber. *quia inde admoveri* Voss. Harl. et Gaertn. *quia jam amori* Hafn. *quia jam admoveri* Lov. 1. Hinc *neq. præ lassitudine*, trajectis vocibus, Flor. *post lassitudinem neq.* Hafn. Tum *aut vulneribus* Voss. Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii N. in cujus margine tamen est *ac vulneribus.* Vide ad XXI. 53. § 3. In

sequentibus *dissimulaverunt* Voss. Ber. et Gaertn. *dissimularent* Hav.

Inde Pado trajectus Cremonam] Repræsentat Pal. 2. *Pado trajecto.* Gebh. In præcedentibus *traductus*, pro *perductus*, Hafn.

CAP. LVII. § 1 *Ut jam ad urbem Romam crederent*] Quædam veteres edd. *Romani.* Put. *Romanam.* Sed rectius ea vox deleatur. *J. F. Gron.* Quod etiam placebat Nic. Heinsio ad Vell. Pat. II. 111. 1. Ceterum *ad urbem Romanam* etiam Flor. Vox *nec quidquam spei aut auxilii esset* Lov. 3.

Quo portis mœnibusque vim arcerent] Pall. 1. et 2. *qua.* Pal. 3. *de qua portis mœnibus vim arcerent.* Gebh. *Quam portis* Lov. 1. *qua portis* Flor. Cant. Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 2 *Uno consule ad Ticinum victo, altero*] Sic omnes libri. Exspectes tamen forsan, *Uno consule ad Tic., altero ex Sicilia revocato ad Trebiam cum duobus consul. ex. victis.* Sed *arcessantur* Put. et Reg. non *arcesserentur.* J. F. Gron. Voces *duobus consulibus* exsulant ab Hearnii N. a m. sec. prior tantum earum ab Hearnii D. Deinde *victis exercitibus*, transpositis vocibus, Lov. 1. Hinc *quæ accersentur* Voss. et Gaertn. *quæ accerseantur* Lov. 3. *quæ acerscantur* Ber. *quæ arcessentur* Lov. 1. *quæ accersantur* Lov. 4. *quæ arcessantur* Flor. et Cant. *quas accerserent* Reg.

§ 3 *Per effusos passim ad prædandum hostium equites*] *Per fusos passim* Lov. 1. *per effusos sibi passim* Hearnii N. a m. pr. Mox *resistendique* Hafn.

§ 4 *Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur*] Forte *transgressus: et, quod unum.* J. F. Gron. *Id quidem unum quod maxime* Gaertn. Si scripti exhiberent ut Gronovius conjecit, non displiceret. Verum iis invitis vulgatum mutari vix necesse puto. *Id quod* inlustratur XXIII. 5. § 9. Hinc *præsentia desid.* sine præpositione Harl. *in præsentia desiderabat* Hav.

Creati consules C. Servilius et Cn. Flaminius] Sic plerique codd. habent, pro eo quod non *C.* sed *Cn. Servilius* scribendum fuit, et *C. Flaminius*, non *Cn.* Sabell. Addendum *iterum* ad *C. Flaminius*, ut ipsemet Livius auctor est, non ita longe a fine hujus voluminis c. 63. 'Flaminio (inquit) favorem apud plebem, alterumque inde consulatum peperit.' Fuit autem consul ante hunc anno septimo. *Glar.* Vide ad II. 16. § 7. *Creati consules Sempronius et C. Servilius* est in Hearnii L. 1. *Cn. Sempronius et C. Flaminius* in Lov. 3. *Cn. Flaminius* in Lov. 4.

§ 5 *Equeque his inpeditiora erant Celtiberis Lusitanisque*] Vos emendatis *æqueque*, tantummodo adjecta diphthongo, cum sic fuerit emendandum *et quæque.* Valla. Verba de Celtiberis ac Lusitanis impeditioribus, quam Numidæ essent, haud quaquam a me intelliguntur. Suspicor autem ea corrupta esse. *Glar.* Glareanus Celtiberos et Lusitanos impeditiores, quam Numidas, fuisse intelligit: in quo vehementer, ut opinor, errat. Sensus enim est: Hyberna et Romanis inquieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, et eådem his equitibus erant impeditiora, quam Celtiberi Lusitanique in Hispania fuerant. Nam paulo ante dicebat Hannibal ad milites c. 43. 'Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum vidistis.' Causam deinde subdit, quod omnes undique clausi commeatus erant. In vet. lib. est *æqueque his impeditiora erant:* ut sit sensus, et æque hic hiberna erant impedita propter Lusitanos et Celtiberos vagantes. ['Glareanus hic nihil definit. Sigonius autem non est ausus in contextum hoc ponere, cum dubitet.'] *Sigon.* Puto Livium dicere; quæ infesta reddere, popularique non potuerint Numidæ, quod impedita es-

sent equiti et inaccessa, ea ipsa Celtiberos et Lusitanos, qui assueti erant aspera et montana percursare, pervagatos esse atque populatos. *Turneb.* Advers. XXVII. 11. In Pal. 2. hæc omnia, *et quæ his impeditiora erant*, desiderantur. Reliqui duo Mss. *æquæque his impeditiora.* Vulgatæ lectioni a Valla inculcatæ adsentitur princeps editor Andreas. *Gebh.* Mirare, si lubet, doctissimos viros Glareanum et Sigonium. Turnebus sententiam vidit: quæ ut apertior sit, lege *qua.* Ait enim, passim vagatos fuisse Numidas, et ubi loca erant impeditiora Numidis, qua vagari Numidæ ob asperitatem locorum non possent, ea vagatos Celtiberos Lusitanosque. Causam habes libro sequenti de Hispanorum cohorte c. 18. 'ea adsuetior montibus, et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu.' Plutarchus, quasi vertens Livium, in Fabio Max. 178. Ἕως παρ' Ἀννίβου τῶν ὀρειβατεῖν δεινῶν Ἰβήρων ἄνδρες ἐλαφροὶ καὶ ποδώκεις, πεμφθέντες, &c. De patria illorum XXVIII. 1. 'Impediebant et asperitates viarum et angustiæ saltibus crebris, ut pleraque Hispaniæ sunt, inclusæ.' *J. F. Gron.* *Equeque his impeditiora* Voss. Lov. 2. Harl. et Hearnii L. 1. *et quæque his impeditiora* Flor. Cant. Gaertn. et Hav. *æque his impeditiora* Hafn. et ed. Rom. 1472. *æque ipsis impeditiora* Lov. 4. *quæque ipsis impeditiora* Lov. 5. *et quæ his impeditiora* reliquæ edd. antiqq. *et, qua his impeditiora*, ut Gronovius conjicit, suos D. et N. præferre testatur Hearnius. Ad optimorum codd. lectionem *et queque* propius accederet *atque, quæ his impeditiora erant.*

Nisi quos Pado naves subvehere temporium prope Placentiam fuit] Vos nihil aliud, quam dempsistis illud *t*, ut *emporium* tantum esset, non intelligentes, literam illam ad præcedentem pertinere dictionem: vel, quia figuræ majusculæ erat, fuisse apicem cum litera conjunctum, scriptumque reliquisse auctorem *subveherent.* Valla. J. F. Gron. 1665. edidit *nisi quod Pado*, nulla mutationis ratione reddita. Puto igitur natum esse ex operarum aberratione. Plurimi enim, si non omnes, codd. legunt *nisi quos*, quod se quoque Hearnius in N. et D. et Crevier. in Put. et Victor. reperisse testantur. Deinde *subveherat* Flor. *subvehere* Harl. et Hav. *subtexere* Lov. 3. Tum *Temporium* Lov. 1. et 3. Paullo ante *Omnes igitur undique clausi* alio ordine legit Flor. Sigonius vero in prima Scholiorum ed. *Omnes enim undique* legendum suspicatur; quæ conjectura demum in ed. quæ post mortem ejus Venet. 1592. prodiit, omissa est.

§ 6 *Et opere magno munitum, et valido munitum præsidio*] *Munitum*, quia iteratum est, mutastis in *firmatum:* ego muto in *militum.* Valla. Vet. lib. *et opere magno munitum, et valido firmatum præsidio:* valde probo. Sic paulo post XXII. 15. 'ad firmandum præsidio saltum.' *Sigon.* Vetus lectio custoditur in Pal. 2. nequicquam curiositate Vallæ exacta, *et opere magno munitum, et valido firmatum præsidio:* quæ restat quoque in Pal. 1. nisi quod *munitum* ibi bis scribatur pro *firmatum:* quam lectionem non inepte quoque probat Sigonius. Lib. XXII. c. 49. 'Abi, nuncia publice Patribus, urbem Romam muniant, ac, priusquam hostis victor adveniat, præsidiis firment.' *Gebh.* Non est illorum, quos Valla culpat, sed ipsius Livii, probatum Sigoniano, Puteanorum ante illorum tritavos natos scripto, Reg. Pal. et optimo ac vetustissimo cuique. Sic I. 33. 'Namque et urbs tuta munitionibus, præsidioque firmata valido erat.' XXII. 49. 'Urbem Romanam muniant, ac, priusquam hostis victor adveniat, præsidiis firment.' XXIV. 21. 'Præsidiis firmat horrea publica: locus

saxo quadrato septas, atque arcis in modum emunitam.' XXVIII. 6. 'Parte alia ab terra egregie munitam præsidioque valido firmatam.' XXXI. 46. 'Valida ea civitas et mœnibus, et firmo erat præsidio.' XXII. 54. 'Itaque et firmiore id præsidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa triplici ac vallo munitum.' XLIV. 39. 'Ideo quum munimentis ea sepsissent, præsidio quoque valido firmabant.' Toties et pluribus locis imitatur se Livius. Justinus XVIII. 2. 'Firmatis sociorum civitatibus valido præsidio.' Valla inveniebat in libro suo, *et opere magno munitum, et valido munitum præsidio*: ut nos in Voss. et Aldina. Corrigebat *munitum* posterius *in militum*, et reprehendebat eos qui subdidissent *firmatum*. Nullo jure, uti diximus: sed majore peccato fecit Andreas *et opere valido et magno munitum præsidio*: quod obsequutæ sunt vulgatæ. Oblitus fuerat, quid esset *opere magno munitum*. Cato apud Festum: 'quibus villæ atque ædes ædificatæ atque expolitæ maximo opere.' Seneca Epist. LV. 'Speluncæ sunt duæ magni operis.' Noster XXXVIII. 4. 'Magni operis oppugnatio visa est.' In contrarium XXVI. 42. 'Quum tam parvi operis munitio esset.' Eodem lib. c. 46. 'Nam neque opere ullo munitus erat, nec ulla armatorum statio opposita.' Et rursus XXVIII. 20. 'Partem neque opere ullo munitam et defensoribus vacuam.' *J. F. Gron.* Quod Valla in suo, et Gronovius in Voss. invenit, ego quoque reperi in Lov. 1. et Gaertn. sed, pro posteriori *munitum*, Lov. 4. exhibet *murum cum*. Verum *et opere magno et valido munitum præsidio* Lov. 3. et Rec. *et opere magno munitum et valido præsidio* Lov. 5. Reliqui atque inter eos optimi Flor. et Cant. aliique *et opere magno munitum et valido firmatum præsidio*, quod multis Gronov. inlustravit. Quædam etiam notavit ad XXXII. 40. § 10. et XXXVI. 17. § 4. De locutione 'firmare præsidio' vide Cortium ad Sall. Jug. c. 23.

Ejus castelli obpugnandi spe] Facile quid oppugnatur; sed expugnatio speratur. Itaque leges *expugnandi*, si quid ratio in his valet, aut exemplum, quo XL. 31. ibidem restituit ὁ πάνυ Gronovius. 'Haud dubia spe castra eo die se expugnaturum:' et eodem lib. capp. 33. 47. et 50. *Jac. Perizon.* Ita etiam Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit. Sæpissime ita variant libri scripti. Vide ad IV. 46. § 5. c. 57. § 7. V. 4. § 15. c. 28. § 11. VII. 7. § 2. c. 37. § 12. VIII. 18. § 8. c. 29. § 13. IX. 41. § 17. X. 37. § 8. c. 45. § 13. XXI. 5. § 2. c. 18. § 1. c. 60. § 7. XXII. 53. § 1. c. 55. § 2. XXIV. 2. § 2. c. 33. § 8. XXV. 6. § 22. XXVI. 1. § 2. Alia exempla vide ad XL. 33. § 9. Mox *in celando inceptum*, pro *incepto*, Lov. 3. et postea *adortus vigiles*, omissis duabus vocibus mediis, Harl.

§ 7 *Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat*] De P. Scipione hoc intelligo. Nam Sempronius Romam ad habenda comitia profectus erat. Quanquam hoc miram, cum ad Emporium hoc prope Placentiam eccurrisset Hannibali, egregieque locum defendisset, cur non ad Victumvias quoque adfuerit: an quia multitudo temere ibi egerit, ut verisimile est? an historia non omnibus vera credita, quippe non ab omnibus scripta, etiam a Polybio omissa, ut quæ luculentum damnum Romanis rebus attulerit? Et sequentia quoque, usque ad res Hispaniæ, ab aliis non sunt tradita. *Glar.* *Sub luce* Lov. 3. et Harl. Vide ad II. 55. § 1. Præterea *cum equitibus* Ber.

§ 8 *Quia Hannibal saucius pugna excessit*] Pal. 1. *pugnæ excessit*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 4. 5. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rem. 1472. ac Parm. Præterea Jac. Gronovius mutato ordine dedit *saucius Hannibal*,

adsentientibus Flor. et Cant. Mox *pavore in hostibus injecto* Gaertn. *pavorem hostibus injecit* Voss. Lov. 1. Ber. et Hafn.

§ 9 *Paucorum inde dierum quiete sumta, et vixdum satis percurato vulnere*] *Paucorum deinde dierum* Lov. 4. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Τὸ *inde* non adparet in edd. Rom. 1472. ac Parm. sed mox adscribitur *inde ad Vicumvias.* Tum *quiete assumta* Lov. 4. et 5. Præterea *procurato vulnere* Harl. et Hav. Male. 'Percurare' hoc sensu inlustrat Gronov. ad Senec. Ep. XCIV. De similibus scribarum erroribus vide ad IX. 10. § 7.

Ad Victumvias ire pergit obpugnandas] *Ad Victummas* Lov. 3. *ad Victũnias* Hav. *ad Vinctunias* Ber. Vide hoc lib. ad c. 45. § 3. Τὸ *ire* omittitur in Ber. *ad Victumvias oppugnandas ire pergit* Flor.

§ 10 *Et tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat*] Invenitur in Pal. 3. *ex agris pepulerat.* Gebh. *Et cum terror popul.* Lov. 4. et Hav. *et cum terror populantium* Ber. *et tunc terror popul.* Gaertn. qui etiam *in eo,* addita præpositione, præfert. Hinc *compulerit* Lov. 4. Paullo ante *frequentaverunt* Lov. 4. et 5.

§ 12 *Magis agmine, quam acie, in via concurrerunt*] Pal. 3. *occurrerunt.* Gebhard. Put. *agmina, quam acies.* Recte. Sic XXV. 34. 'Agmina magis, quam acies, pugnabant: superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat.' Etsi XXIX. 36. 'Agminibus magis, quam acie, pugnatum est. Romani pulsi, et tumultu verius, quam pugna,' &c. *J. F. Gron.* Consentit etiam Flor. *occurrerunt* in nullo meorum inveni. Id autem ex errore librarii natum puto. Vide ad Livii XXXVI. 24. § 4. Verum *concurrē,* sive *concurrere,* est in Gaertn. *concurrunt* in Lov. 4. 5. et Ber.

Et duci fidens miles, ad triginta quinque millia hominum a paucis fusa] Pal. 3. exhibet *ad XXXV. millia a paucis fusa.* Gebh. *Hominum sunt a paucis fusa* Hearnii N. a m. sec. *duci miles fidens* Flor. Lov. 4. Hav. et edd. vett. *miles duci fidens* Lov. 3. Paullo ante *dux militum,* pro *militi,* Hearnii N. in margine.

§ 13 *Postero die, deditione facta, præsidium intra mœnia accepere: jussique arma tradere quum*] Pal. 3. exhibet *intra mœnia accepere, arma tradere jussi.* Gebh. *Accepere, arma tradere jussis* Rec. *accepere, jussi arma tradere* Hav. Quatuor autem prima verba exsulant ab Hearnii D. Mox *quum edicto paruissent,* pro *dicto,* Ber. et Hafn. Vide ad IX. 14. § 2. Præterea vocula *vi* deficit in Voss. Lov. 1. et Gaertn. quæ facillime elidi potuit ab ultima litera vocis proximæ *tamquam* ob ductuum similitudinem. Vide ad X. 46. § 11.

§ 14 *Prætermissa clades est*] *Clades præt. est* Ber. *præt. cladis est* Gaertn. quemodo et alibi hoc vocabulum casum rectum in Mss. format. Vide ad IV. 9. § 10. V. 51. § 7. X. 35. § 3. c. 47. § 6. et XXII. 42. § 9. Similia aliarum vocum exempla vide ad IV. 25. § 3. Hic tamen uni illi cod. fidem abrogandam censeo. Mox *in miseros exemplum,* omisso medio verbo *est,* Hav. *in miseros exemplum est* legit Flor. Insuper *Hæc fuere hibernæ expeditiones* Lov. 3. Ber. et Gaertn. Sed vide ad II. 44. § 12. *Hæ fuerunt* Hav. et edd. ante Aldum.

CAP. LVIII. § 1 *Haud longis inde temporibus*] Suspicor *Haud longi inde temporis.* J. F. Gron. *Haud longe inde temporibus* est in Harl. et Rec. Gronovii conjecturam probat etiam Crevier. *temporibus* pro *temporis* eodem fere errore, quo *penatibus* pro *penatis.* Vide ad XXII. 8. § 7.

§ 2 *Aut voluntate adjuncturus*] *Adjungiturus* præferunt Flor. Voss. Lov. 1. et Harl.

§ 3 *Transeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempestas est*] Vet. lib. *Transeuntem autem App.* Sigon. Vo-

culam *autem* Sigonio intrusam ejiciunt Pall. tres, quorum auctoritate delendam quoque censeo. *Gebh.* Particulam, Sigonii additamentum, omnibus bonis libris ignoratam, resecui. *J. F. Gron.* Eamdem particulam ex meis solus exhibet Hav. solus ex Hearnii Mss. N. a m. sec. Optime itaque Gronovius expunxit. Vide hoc lib. c. 40. § 11. Ceterum *tempestas adorta est* omnes edd. usque ad Jac. Gronovium, qui ordinem mutavit. Ei adsentiuntur Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. *Tempestas orta est* legunt Hafn. et Gaertn. Mox *feritatem prope superaverit*, pro *fœditatem*, primæ edd. 'Fœditas' et 'fœdus' passim de tempestatibus usurpantur. XXIII. 34. 'Classis, fœda tempestate vexata, ad Baliares ejicitur.' XXV. 7. 'Tempestates fœdæ fuere.' XXIX. 18. 'Classis postero die fœdissima tempestate lacerata, omnesque naves in litora nostra ejectæ sunt.' XXXVIII. 2. 'Ibi unum diem fœda tempestate retentus.' XL. 2. 'Tempestas fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta fœde dissipavit.' Sed *fœditatem pene superaverit*, pro *prope*, Lov. 4. et 5. Ita alibi variant scribæ. Vide ad I. 14. § 4. hoc lib. c. 61. § 9. Epit. Liv. lib. XXIV. et viros doctos ad Sueton. Ner. c. 51. *Prope fœditatem superaverit* Flor.

Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora, &c.] Silius meus Ms. quo nihil melius probiusque, III. 520. 'haurit hiatu Nix resoluta viros, altoque a culmine præceps Umenti (vulgo *Viventes*) turmas operit delapsa ruina. Interdum adverso glomeratas turbine Corus In media ora nives fuscis agit horridus alis. Aut rursum immani stridens avulsa procella Nudatis rapit arma viris, (vulgo *Audacis rapit arma viri*) volvensque per orbem Contorto rotat in nubes sublimia flatu.' *Modius.* *Imber conferretur in ipsam oram* Hafn.

Contra enitentes vortice intorti adfligebantur, consistere] Vide Gronov. Obs. IV. 8. *Duk.* *Contra eminentes* Ber. Alibi hæc verba a scribis commutari, observat Burm. ad Suet. Calig. c. 15. *Contra enit. vertices intorti* Hav. *contra enit. vertices contorti* Ber. *contra eminentes vortices contorti* Hafn. *contra enitentes vertice intorti* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. Tum *confligebantur* Lov. 3. et 4. Male. De verbo 'adfligere' vide Lambin. ad Horatii Satyr. II. 2. § 79. et quæ notavi ad Silii I. 674. Deinde *consistere* Ber.

§ 4 *Deinde, quum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret*] Pall. codd. triga, et vetus ed. *dein, cum jam spiritum includeret.* Longe rectius: nam intercluso spiritu omnes periissent. *Gebh.* *Dein* Jac. Gronovius in contextum Livii recepit. Et ita Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Vide ad III. 3. § 6. Deinde *spiritum includeret* etiam Flor. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et, ut Crevier. testatur, Put. Similiter etiam omnes edd. antiqq. usque ad Mogunt. unde *intercluderet* Aldus in erratis et reliqui recentiores adoptarunt. Alteram omnium Mss. lectionem esse, et Jovianum Pontanum, ea verba citantem in dialogo qui inscribitur Actius, ita legisse, Gronovius monet ad XXVI. 5. § 11. Eam itaque lectionem recepi ob tot codd. auctoritatem, non ob rationem a Gebhardo datam. Nam 'intercludere spiritum' interdum quidem eo modo sumitur, ut inde mortem insecutam indicetur. Ita XL. 24. 'Injectis tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt.' Sed non semper. Sane non infra eodem XL. 16. 'Dicenti hæc lacrimæ simul spiritum et vocem intercluserunt.' Solent autem 'includere' et 'intercludere' in Mss. commutari, ut exemplis Gronov. d. l. docuit. Eadem varietas etiam obcurrit II. 2. § 8. Deinde *recepiare animam* Gaertn. invitis reliquis libris. Mox *a vento*

aversi Ber. *aversi vento* Lov. 4.

§ 6 *Capti auribus et oculis metu omnes torpere*] Pall. 1. et 3. *captis auribus:* sed Pal. 2. *capti auribus et oculis omnes metu*, rescisso verbo *torpere*. Gebh. *Captis auribus et oculis* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii Oxon. Tum *metu* deficit in Rec. *corpore*, pro *torpere*, legit Hav.

§ 7 *Nec, quod statutum esset, manebat, omnia perscindente vento et rapiente*] *Nec, quod statum esset.* Gebh. De errore hoc scribarum vide ad XXIII. 35. § 12. Tum *prascindente vento* Lov. 3. *persuadente vento* Hafn. Deinde *ac rapiente* Lov. 4. *et repente* Gaertn. Paullo ante *de integro initum*, pro *initium*, Harl. qui et *neque explicare*, pro *nec*.

§ 8 *Aqua levata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset*] Scripsimus alibi, veteres existimasse, cornices crocitantes pluviam suo cantu vocare: et arcum eos credidisse suis cornibus aquam haurire. Videntur etiam censuisse, ventos grassantes impetu suo aquam e terra et fluminibus sursum in nubes tollere et levare: qua ex opinione scriptum est hoc a Livio. *Turneb.* Advers. XXVII. 11. Put. et Reg. *gelida montium juga:* cujus alterum haud dubie interpretamentum. *J. F. Gron.* Similiter etiam Flor. et Cant. Præterea *aqua levato vento* Lov. 1. 3. 4. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. cum multis edd. vett. Deinde *conjecta esset* Hearnii N. in margine: in cujus D. vox *concreta* omittitur, et pro *esset* legitur *essent*; quod posterius etiam præferunt Lov. 1. 4. Harl. Ber. et Hearnii L. 1.

§ 9 *Tantaque vis frigoris insecuta est*] *Tanta vis frigoris* Lov. 4. et 5. *tantaque frigoris vis* Lov. 3. Hinc *secuta est* Ber. Sed passim 'insequi' pro sequi usurpatur. Infra XXVIII. 22. 'Vetus miles cæde primorum insequentes subpressit.' Et ita passim 'insequens annus' est sequens. *Est insecuta* Gaertn.

Se quisque adtollere] Put. *extollere.* J. F. Gron.

Torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant] *Torrentibus rigore* Flor. et Voss. Similitudo literarum *r* et *p* librarios in errorem conjecit. Vide ad XXIII. 1. § 6. *Rigentibus rigore* Gaertn. *torpentibus frigore* Lov. 4. Hafn. et Rec. Eodem modo 'rigere' et 'frigere' in Mss. commutantur. Vide Cortium ad Plinii v. 20. § 4. et viros doctos ad Sueton. Aug. c. 66. Et ita Mstum Sangerm. legit apud Colum. IX. 6. 'Nec hieme frigent, nec candent æstate;' ubi vulgo editur *rigent*. Hic autem nihil mutandum, quia mox præcessit 'tantaque vis frigoris.' Tum *nervis suis flectere* Flor. a m. pr. pro quo m. sec. in margine emendavit *nervis vix flectere*. Utraque lectione simul juncta *nervis suis vix flectere* legit Cant.

§ 10 *Ut tandem agitando sese movere ac recipere animos*] Vos (quasi mendosa scriptura sit) mutastis *recipere* in *recepere*, opinantes esse præteriti temporis *movere*, cum sit infinitum, aut referendum ad illud 'cœptus est,' ut sit, *sese movere ac recipere animos cœptum est*, aut accipiendum pro 'movebant.' Ite, et me reprehendite, tanquam nescientem tali infinitivo uti, qui vos hoc ipsum doceo. Taceo mille in locis vestrum in orthographia errorem. *Valla.* Genuina lectio mihi deprehensa est in Pal. 1. et editionem primam, quam et judicio Vallæ adprobatam, post modo inspectis ipsius emendationibus, vidi: *ut tandem agitando sese movere ac recipere animos:* elegantissima, ut in superioribus prolixe admonui. *Gebh.* *Agitando sese movere ac recipere animos* Flor. Lov. 1. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. neque aliter Lov. 4. et 5. nisi quod *se* pro *sese* præferunt: *recepere* primum obvium fuit in Mediol. ed. 1505. hinc in Ascensianis 1513. et 1516.

Mogunt. apud Aldum in erratis, et postea in reliquis omnibus. *Ut tandem agitando sese movere capere animos* solus legit Lov. 3.

Raris locis ignis fieri est cœptus] *Fieri ignis est cœptus* Lov. 5. *ignis fieri cœptus est* Lov. 4. Mox *inops quisque tendere* Ber. *quisque tendere inops* Lov. 4. *ad alienam opem quisque tendere inops suæ* Lov. 5.

§ 11 *Elephanti quoque ex his, qui prœlio ad Trebiam facto superfuerant*] Polybius III. 74. auctor est, elephantos omnes, uno excepto, prœlio ad Trebiam absumtos; et c. 79. eo deinde Annibalem, ex hibernis in Etrariam proficiscentem, per paludes vectum fuisse. De itineribus Annibalis post pugnam ad Trebiam quoque non eadem scribunt Livius c. 58. et seqq. hujus libri, et XXII. 1. et 2. Polybius III. 77. et seqq. et Cornelius Nepos in Annib. cap. 4. quæ apud illos legi, et conferri inter se possunt. *Duk.* *Superfuerunt* Hav. Paullo ante *multi milites*, pro *homines*, Lov. 5.

CAP. LIX. § 1 *Degressus Apennino*] *Digressus* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. cum omnibus edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. *Degressus* recte vulgavit. Vide ad IV. 17. § 11.

Ad decem millia progressus consedit: postero die duodecim millia peditum] *Ad quinque millia progr. Hannibal consedit* Hav. Mox *quinque millia equitum* Gaertn. et Hav. Male. Vide ad XXXI. 34. § 7. Tum *adversum hostem* Lov. 4. et 5. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Ceterum verba *post. die duod. &c. bina castra fuere* omittuntur in Hearnii L. 1. ob neglegentiam librarii: cui errandi caussa fuit vocum *postero die* repetitio. Vide ad IX. 11. § 7.

§ 2 *Detrectavit certamen*] *Detractavit* Lov. 1. 5. et Ber. Vide ad XXXIV. 16. § 9. Paullo ante *jam cũ redierat a Roma* Gaertn. unde conjici poterat *jam tum redierat*. Voculæ enim *cum* et *tum* passim commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Quum tamen omnes reliqui τὸ *enim* servent, potius arbitror *eñ*, id est *enim*, et *cũ*, id est *cum*, ob literarum similitudinem commutari. *Redierat Roma* Ber. et Hav.

§ 3 *Sed perculsos hostes in castra persequerentur, mox castra quoque obpugnarent*] Vet. lib. *pulsos hostes.* Sigon. Nihil immutat prisca ed. At Pall. tres *pulsos hostes*. Gebh. Sigonius *pulsos*, et confirmant nostri. Voss. *sed solos hostes*, cujus in margine *fusos*. J. F. Gronov. *Pulsos* etiam omnes mei, præter Voss. cujus lectionem Gronovius recensuit, et Gaertn. qui *post hostes* præfert: *et pulsos hostes* habet Lov. 5. Tum *prosequerentur* Lovel. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Hinc *moxque castra obp.* Ber. *mox castra obp.* Gaertn. Paullo ante *ingentibus animis varioque eventu*, addita copula, Ber. qui idem omittit τὸ *fuit*.

§ 4 *Confertos in media castra recepit*] *Confectos in media castra* Hav. qualem varietatem habuimus VI. 13. § 4. *In media valle* edd. antiqq. Tum *recipit* Lovel. 5. quod verbum deest in Hafn.

§ 5 *Postquam nulla spes erat potiundi castris*] *Spes erat potiundis castris* Ber. quod dictum foret ad exemplum eorum, de quibus egi ad III. 46. § 2. At, reliquis pro vulgato stantibus, verius arbitror librarium ita per errorem scripsisse, et quidem errorem ex eo fonte profluxisse, quem indicavi supra ad VI. 3. § 8. Τὸ *erat* deest in Voss. quæ eadem vox supra hoc § omittitur in Harl. Verum ibi alio ordine *nona ferme hora diei erat* legit Lov. 2. *nona diei ferme hora erat* Lovel. 4. *nona ferme diei erat hora* Gaertn.

§ 6 *Laxatamque pugnam et recessum a castris vidit*] Velim legi *et ire cessim a castris.* Lipsius, Epist. Quæst. I. 9. Interpolandum amicus noster Lipsius putabat, faciendumque ex eo *ire*

cessim. Neque nescio ego, ita dictum a Justino meo II. 12. 'Aut si hoc parum tutum existat, vos commisso prœlio ite cessim, inhibete remos, et a bello discedite.' Sed cum vulgata lectio non incommoda tamen fit, et in eam consentiant omnes cum veteres, tum novi libri, nihil muto. *Modius.* Lipsius *ire cessim:* quod non necessarium existimat Modius, neque in ullo vidi codd. Mss. aut excusorum. *Gebh.* Sic [*et recessum a castris*] omnes: et non necesse est cum Lipsio *ire cessim a castris.* J. F. Gronov. *Recessum a castris* tuentur etiam omnes mei. Insuper *lassatamque pugnam* Lov. 4. et Hav. Vide ad x. 5. § 6. Vox *pugnam* non adparet in Lov. 1.

Ipse cum peditum robore de his castris erupit] Quid est *de his castris?* Nihil juvant libri. Audacter tamen legendum adfirmo *ipse mediis castris.* Nam ita Livius rem narrat superius: 'Annibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, ceteros confertos in media castra recepit.' *Lipsius,* Ep. Quæst. I. 20. Lipsius conjecturæ eo lubentius accedo, quod in veteri Moguntina ed. reperio *ipse de iis castris:* quæ scriptura ab emendatione propius abest. *Modius. De his castris erupit* etsi habeant omnes scripti, nisi quod quidam *iis,* tamen certum est corruptum esse pro *mediis castris,* ut vidit Lipsius. Nam et Put. *Diis.* Malim tamen *medius,* ut referatur ad dextra lævaque emissos pariter castris equites, quorum ipse cum peditibus erat medius. *J. F. Gronov. De his castris* etiam omnes mei, nisi quod voces *de his* desint in Lovel. 5. Præterea *robore peditum* Lov. 4. 5. et Ber. quorum posterior paullo ante etiam habebat *læva dextraque.*

§ 7 *Pugna raro ulla magis ea et cum utriusque partis pernicie clarior fuisset*] Vos tollitis *ea:* ego muto in *sæva.* Opinor enim *s,* quæ ultima est in *magis,* fecisse ut sequens *s* excideret, sicut factum est in illo superiore, cap. 36. *rectis ac si istud,* pro *rectis saxis.* Valla. Pall. 1. ac 3. scriptura congruit cum illa, quam ante bina secula profligavit Valla: itaque non necessum est eam revocare. Sed Pal. 2. *pugna raro magis ulla cum utriusque partis pern. clarior fuisset.* Turbavit correctores, quod τὸ *magis* cum τῷ *clarior* comparatum hic Livio esset. Ast adnotavi talem quoque junctionem v. 16. 'Nec intra muros magis quietiora negotia esse.' Ita Plautus dixit Aulul. III. 2. § 8. 'Ita fustibus sum mollior miser magis, quam ullus cinædus:' et Menæchm. Prol. vs. 55. 'Magis majores nugas egerit.' Sic l. XXIII. c. 10. audacter suasu Pall. trium, et vett. edd. reposui, *Nusquam magis malle, quam in regno ejus, vivere:* et XXVI. 49. *Venisse enim in populi Romani potestatem, qui magis beneficio, quam metu, obligare homines malit.* Gebh. [Vide Lectt. Varr.] *Raro magis ulla ea cum utriusque* Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. *raro magis ulla ea de caussa utriusque* Gaertn. *raro magis ulla, et ea cum utriusque* Lov. 5. *raro magis ulla ea utriusque* Cant.

Si extendi ea dies in longum spatium quivisset] Mutastis *quivisset* in *sivisset,* quia quidam codd. habent *si extendi eam.* Si vero scribendum est *ea dies,* ut est apud codd. alios, nihil ista mutatione opus est. *Valla.* Tolerabilius Valla *ea dies.* Sed quia omnes boni libri *si extendi eam dies,* non cessavi τὸ *quivisset* mutare in *sivisset,* quod et veteres nonnulli habent, et voluerant illi, quos Valla incessit, memor etiam id verbum sæpe vitiatum in Livio. Put. *spatium uisset.* Forte *sisset.* J. F. Gron. *Si extendi ea dies, &c. quivisset* Lovel. 3. 5. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *extendi illa dies, &c. quivisset* Gaertn. *si extendi eam dies, &c. quivisset* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hearnii N.

quorum ultimus in margine habet *eam diem*. Nihil propius video, quam ut cum Gronovio legamus *si extendi eam dies in longum spatium sivisset*, vel *sisset*. Similes enim contractiones apud Livium frequentissimæ sunt. Vide ad III. 18. § 6. *Si extendi a die, &c. quivisset* pessime ediderunt Mediol. 1480. et postea omnes reliqui usque ad Gronov.

§ 8 *Ita clade discessum est*] Vet. lib. *ita pari clade disc. est.* Sigon. Vocem *pari* in nulla ed. deesse vidi, quam in ipsius Sigonii. Reliquæ priores omnes habent *clade pari:* quo ordine constanter Mss. etiam legunt. Paullo ante *acrior fuit concursus* Flor.

Ab utraque parte sexcentis plus peditibus] Omnes scripti *ab neutra parte.* J. F. Gron. Non dissentiunt vel mei, vel Hearnii Oxon.

§ 9 *Tres sunt interfecti*] Medium verbum a librario ortum habet. Supervacuum profecto est et radit aures. *Grut.* Omnes tamen codd. uno ore defendunt. Nimium in fingendis glossis fuisse Gruterum, sæpe dictum est. Vide ad XXIII. 34. § 15. Paullo ante *quam numero*, omissa præpositione, Harl. Supra VII. 8. 'Multiplex quam pro numero damnum est.' IX. 27. 'Majus, quam pro numero, auxilium advenerat.' Hoc lib. cap. 29. 'Prœlium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur.' XXXIII. 18. 'Majus aliquanto prœlium, quam pro numero edidere pugnantium.' Et sæpe alibi. Deinde *jactura erat*, pro *fuit*, Lovel. 5. Hinc voces *ordinis aliquot* desunt in Lov. 3. Tandem *et ex tribunis militum* legit Hav.

§ 10 *Quinque equestris ordinis*] Vox *equestris* non adparet in Lov. 4. Paullo ante *Lucaniam*, pro *Lucam*, Ber. Deinde *Veniente in Lig. Hannibale* Flor. a m. sec. sed tamen antiqua.

Quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur] Sensus est, Venienti in Ligures Annibali quæstores tribunique Romani intercepti a Liguribus traduntur, quo ipse ratam magis societatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta injuria affecissent. *Sigon.* *Ratam cum his fore* Lov. 2. Deinde *crederent* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. et Rec. quomodo dedisse videntur, quod etiam numero plurium sequatur *traduntur*. Vide ad VI. 3. § 8.

CAP. LX. § 1 *Cn. Scipio in Hispaniam cum classe et exercitu missus*] Put. *Cn. Cornelius Scipio.* J. F. Gron. Ita et Flor. Cant. et Lov. 1. ac 5. Deinde *cum classe missus* Voss. *cum ex. et classe missus* Lov. 3.

§ 2 *Emporiis adpulisset classe*] Alii *classem* in accusandi casu emendarunt. Cæterum Livius *Emporias* fœminino genere usurpat, ut lib. XXVIII. cap. 42. in oratione Fabii adversus Scipionem, et XXXIV. 9. urbem eam describit, postquam Cato in Hispanias venit. Quare paullo post hic legendum c. 61. *Emporias cum classe redit*, non *Emporia:* etiamsi Græci Ἐμπόρειον dicant, nominatim Strabo in lib. III. pagg. 159. et 160. *Glar.* *Emporium* vocat Polybius III. 76. πρὸς τοὺς κατὰ τὸ καλούμενον Ἐμπορεῖον τόπους. Item Strabo lib. III. *Sigonius.* Ἐμπόριον numero singulari vocat Steph. Byz. ea voce. Inter eos qui *Emporiæ* numero multitudinis extulerunt, numerat Marca in Marc. Hisp. II. 18. Polybium, Livium, Melam, Plinium, et Silium Italicum. De reliquis convenit, præterquam de Polybio. Nisi enim loci Polybiani interpretatio Græca eum deceperit, ubi Polybius *Emporiæ* numero plurali usurparit, nondum inveni. Ejus loco producere potuisset Ptolemæum Geogr. II. 6. Ceterum *Temporis*, pro *Emporiis*, legunt Flor. Voss. Cant. et Lov. 1. *Temporiis* Lov. 3. *Emporis* Harl. *Emporio* Hav. *Appulisset classem* autem omnes codd. et pleræque edd. pro quo *classe* inveni in Mediol. 1480. et quibusdam aliis. De ea locutione vide ad VIII. 3. § 6. Hic

tamen *classem* verius esse, codd. consensus evincit. Paullo ante *Pyrenæos montes circumvectus*, omisso τῷ *que*, Lov. 4. et 5.

§ 3 *Orsus a Lacetanis usque ad Iberum flumen*] Vet. lib. *orsus a Lac. omnem oram usque ad Ib. flumen, &c.* Sigon. Delendæ sunt istæ voculæ *omnem oram* auctoritate Pall. Mss. et vetustæ ed. temere a Sigonio intrusæ. *Gebh.* *Omnem oram* addidit Sigonius: ego haud memini, me usquam reperisse. Nec necessario requirit oratio, si cogites τὰ *partim, partim* poni eo sensu quo 'alia, alia,' vel 'alios, alios.' Vide Observ. III. 2. *J. F. Gron.* *Ortus a Lacetanis* Rec. *orsus a Laceranis* Lov. 3. et Hafn. *orsus a Lacetenis* Lov. 1. Doujatius legendum docet *a Laletania*. Laletanos enim, qui a Ptolem. II. 6. *Læetani*, et a Strabone III. 159. *Lestani* vocantur, fuisse populum ad mare situm; Lacetanos autem in mediterraneis regionibus coluisse a Pyrenæo ad Iberum, quem etiam vide hoc lib. ad c. 23. sed inprimis Marcam in Marca Hispan. II. 13. et 23. qui tamen posteriori loco existimavit, Livium Lacetaniæ nomine hic et cap. seq. intellexisse totum illum tractum terrarum, qui ab Ausetanis Iberi adcolis pertinebat usque ad fauces Galliæ Narbonensis et Hispaniarum. Ceterum voces a Sigonio additæ *omnem oram* desunt quidem in multis meorum codd. et, ut Hearnius testatur, in Oxon. supersunt tamen in optimis Flor. ac Cant. ut et in Lov. 1. 2. ac Ber. unde eas ex contextu Livii ejicere non sustinui; præsertim quum nec exempla, a Gronov. in Obs. laudata, per omnia plane conveniant. In verbis seqq. *nobis instituendis* legit Flor. a m. pr. Vide ad XXVIII. 41. § 10.

§ 4 *Societas etiam armorum parata est*] Ant. Perizonius ad oram Livii adscripsit, se vix dubitare, quin dederit Livius *parta est*. Et ita exstat in Gaertn. et Hearnii N. Sæpissime autem librarios voces *partus* et *paratus* inter se commutasse, vidimus ad v. 6. § 1. Ita 'amicitia meritis parta' XLII. 46. Paullo ante *conciliata clementiæque fama* Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Sed copulam sensus respuit. Hinc igitur probatur, quod Jac. Gronov. Diss. Epist. in Livii loca quæd. Geogr. ep. II. p. 15. observat, codd. Livii in hac ejus parte sæpissime turbare copulativa *que* vel addenda, vel auferenda. Corruptius *dementiæque* Harl. literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. Contrario exemplo *clementia*, pro *dementia*, datum erat VIII. 5. § 7.

§ 5 *Hanno noniscis Iberum in provincia erat: eum reliquerat Hannibal*] Ridiculum pene est, quod dicam, plurima Livii exemplaria ita habere; quum haud dubie legendum sit *Hannonis cis Hiberum provincia erat*. Sabell. Nemo est, qui non sit quæsiturus nomen hujus regionis, in qua Anno erat; quod ipsum librariorum vitio prætermissum est, illud est in vet. lib. *Anno non inscius in Iberi provincia erat*. Idque historiæ veritas quærit. *Sigon.* Lectio *Hannoni cis Iberum provincia erat* est debita uni e Pall. codd.; quam recepi sua sede; exturbata vulgari, quæ habebat *Hanno non inscius erat*: illo enim sine dubio melior est: neque multum recedunt Pall. ceteri, et edd. primæ: *Hannonis cis Iberum provincia erat*: quæ etiam ferri potest, utpote præstantior ea quæ postremis evulgata fuit. *Grut.* *Hannoni cis Iberum provincia erat* Pall. 2. cui fere subscribit vetusta ed. *Hanno cis Hiberum in provincia erat*. At Pal. 1. *Hanno non inscius trans Hiberum in provincia erat*. Pal. 3. vero *Hanno non inscius in Iberia provincia erat*. Vulgatam lectionem subnixam auctoritate Pal. 2. nolui sollicitare. *Gebh.* Hic locus exemplo sit, ut sæpe in liquidis etiam et planis, quæ sancta esse debebat,

vetustas vexetur. Andreas dedit *Hanno noniscis Hiberum in provinciam erat*. Tarvis. *Hanno noniscis Iberum in provincia erat*. Duæ Venetæ *Hanno Hannonis cis Iberum provincia erat*. Beccar. denique, Aldus, Juntas, Ascensius, Saveter. *Hannonis cis Iberum provincia erat*. Sic exortam veritatem obnubilarunt Moguntiaci, inducentes *Hanno non inscius erat: cum reliquerat*: quod expresserunt Frobenius, Gryphius, Cario, et cæteri, etsi Sigonius interim tentasset *Anno non inscius in Iberi provincia erat*: donec Gruterus revocaret quod editur. Sed liber optimus et Vossiani margo *Hannonis*. J. F. Gron. Priscæ edd. quarum lectiones Gronovius recensuit, duplicem lectionem, quæ in Livii codd. reperiebatur, quodammodo jungere, ac simul exprimere voluisse videntur, *Hanno cis Iberum in provincia erat*, et *Hannonis cis Iberum provincia erat*. Sed et codd. variant. *Annon insciens Hiberum provincia erat* legit Flor. a m. pr. *Anno non insciens* a m. sec. *Hanno non insciens erat* Cant. *Hanno tamen inscius Iberum provincia erat* Voss. in contextu. *Hannonis cis Iberum provincia erat* in margine. *Hanno non inscius Hiberum provincia erat* Lov. 1. 5. et Harl. *Hanno non inscius Iberia provincia erat* Lov. 3. *Hanno non inscius Iberi in provincia erat* Lov. 4. et Gaertn. *Hanno non inscius Iberi provincia* Ber. *Hanno non inscius inhiberi provincia erat* Hav. *Hanno non inscius in Hiberi provincia erat* Hearnii N. *Hanno non Hiberi istius in provincia erat* ejusdem D. *Hanno in cis Hiberum provincia erat* Exc. Pithœi. At jam Sabellicus veram lectionem vidit, quæ etiam Gronovio placuit. Insuper *cum reliquerat eum Hannibal* Gaertn. Paullo post *ita priusquam*, pro *itaque*, Harl. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. Hinc *obviam ejusdem*, pro *eundum*, Cant. Deinde *in conspectū hostium positis* Gaertn.

§ 6 *Quum adversus duos simul rem gerere*] *Rem gerere simul* Ber. Τὸ *simul* exsulat a Lov. 3. In præcedentibus *malleque*, pro *malletque*, Flor. Voss. Lov. 5. et Gaertn. qui ultimus etiam præfert *dimicandum fore*, pro *esse*.

§ 7 *Atque ipse dux militum cum aliquot præsidiis capitur, et Scissum*] Fatuum hic *dux militum*: nec *præsidia* occupantur acie, sed obsidio vel oppugnatione. Put. *atque ipse dux cum aliquod principiis capiuntur, et Scissis*. Nec aliter optimus Etruscorum. *Aliquod* pro *aliquot*, et *principiis* pro *principibus* errores sunt librarii. De iisdem XXII. 21. 'Celtiberi, qui principes regionis suæ legatos miserant, obsidesque dederant.' Et XXIX. 3. 'Quibus culpam in auctorem belli Indibilem ceterosque principes conferentibus.' Regulos Hispaniæ intellige. Polybius III. 76. ζωγρεία δὲ πάντε Καρχηδονίων Ἄννωνα καὶ τὸν τῶν Ἰβήρων Ἀνδοβάλην. Frequens autem illud genus mendi cum alibi, tum in optimo cod. observavimus. Sic lib. XXII. c. 30. 'Exercitusque his tuis,' pro *exercitibusque*. Lib. XXIII. c. 4. 'Jam omnis concedentibus.' Eodem, cap. 7. 'Pacem cum eo conditionis fecerunt.' XXV. 9. 'Terroremque late agrestis injecisse.' XXVII. 2. 'Recentibus animis corporisque.' XXIX. 2. 'Junctis et ipsi exercitus.' Et sæpius. Salmasius ad Trebellium Pollionem in Tyrann. XXX. c. 10. p. 302. retinet *principiis*, et 'principia' intelligit principales milites. Sed nec Livii ævo sic loquebantur, nec Romani sunt hi, verum Pœni et Hispani. Nec debuit attribuere codici *capitur*, quum in eo sit *capiuntur*. 'Dux cum principibus capiuntur,' ut Virgil. Æn. I. 292. 'Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.' Ovidius Fast. V. 329. 'consul cum consule ludos Postumio Lænas persoluere mihi.' Noster X. 15. 'L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priori item consulatu inter se compa-

rati:' ubi etiam dubito an non fecerit Livius *consules fiunt*. Vide ad M. Senecam Controv. III. 18. *J. F. Gron.* Lectionem, quæ ante Gronovium obtinebat, servant Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *cum aliquot præsidiis capitur* Hafn. et Hearnii D. et N. *cum aliquot principibus capitur* Lov. 1. *cum aliquot principiis capitur* Exc. Pithœi: *ipse dux cum aliquot principiis capitur* Flor. a m. pr. *cum aliquot principibus capitur* a m. sec. et Cant. In excerptis ex Voss. nihil notatum video; quem tamen per omnia lectionem a Gronovio revocatam servasse, vix verisimile videtur. Salmas. non tantum loco a Gronovio laudato, sed insuper de Milit. Rom. XVIII. 1424. legendum putat *ipse dux militum cum aliquot principiis capitur:* et 'principia' exponit vel milites principales, vel principes, id est, tribunos vel ordinum primorum ductores. Sed recte Gron. docuit *principiis* errore librarii in optimo cod. pro *principibus* scriptum esse: quomodo non tantum ejus, sed et omnium aliorum codd. librarii passim lapsi sunt. Ita *corporis* pro *corporibus* II. 20. § 6. *populationis* pro *populationibus* c. 30. § 9. *certaminiis* pro *certaminibus* c. 42. § 8. *levis* pro *levibus* VII. 32. § 5. *necessitudinis* pro *necessitudinibus* VIII. 3. § 3. *municipiis* pro *municipibus* c. 14. § 2. *prædiis* pro *prædibus* V. 55. § 3. *artificiis* pro *artificibus* VII. 2. § 6. *ferocioris* pro *ferocioribus* XXVII. 30. § 5. *omnis* pro *omnibus* XXIX. 29. § 4. *triumphantis* pro *triumphantibus* XXX. 15. § 12. *superioris* pro *superioribus* cap. 31. § 2. *insidiantis* pro *insidiantibus* XXXIV. 49. § 10. *prætoriis* pro *prætoribus* XXXVIII. 42. § 5. *perduellis* pro *perduellibus* cap. 50. § 3. *judiciis* pro *judicibus* XXXIX. 6. § 5. *libidinis* pro *libidinibus* XL. 4. § 6. *fustis* pro *fustibus* Epit. Liv. lib. LVII. Vide insuper ad XXXIII. 1. § 2. XLII. 33. § 1. XLV. 29. § 7. et c. 32. § 6. Quin et contrario modo peccarunt librarii. Ita *penatibus* dederunt pro *penatis*. Vide ad XXII. 8. § 7. Elegans autem genus loquendi 'dux cum principibus capiuntur.' Ita I. 59. 'Exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis.' XXVI. 46. 'In quam Mago cum omnibus armatis refugerant.' XLII. 20. 'Taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos.' XLV. 28. 'Filiam cum filio adcitos.' Vide etiam ad XXXII. 25. § 9. XXXVII. 12. § 6. et ad Epit. Liv. lib. LXXIII. Terent. in Heaut. III. 1. 64. 'Syrus cum illo vestro consusurrant.' Sallust. Catil. c. 43. 'Lentulus cum ceteris constituerunt.' Adde Gron. ad XXII. 21. § 4. in Syllog. Epist. a Burm. editarum tom. III. ep. 169. Burmann. ad Seren. Samon. vs. 208. viros doctos ad Flor. III. 10. § 8. Cortium ad Sall. Jug. c. 101. et Voss. Gramm. VII. 3. Paullo ante *millia hominum*, pro *hostium*, est in Ber. Vide ad XXIII. 37. § 11. Præterea *nam castra*, omisso medio *et*, Ber. Vide ad II. 44. § 2.

Et Stissum, propinquum castris oppidum, expugnatur] *Cissam* vocat Polybius III. 76. ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς περὶ πόλιν προσαγορευομένην Κίσσαν. Veteres libri habent *Scissum*. Sigon. Pal. 2. et vet. ed. *Scissum*. Reliqui duo codd. *Scissis*. Gebh. *Scissis*, quæ Polybio est Κίσσα, non est in Put. modo, sed in Pet. Reg. Men. Florentinis, duobus Pall. Voss. immo omnibus quos adhibuimus. Et sic finiebant plusculа vocabula Hispaniæ urbium, 'Anitorgis,' 'Oringis,' 'Meningis,' 'Iliturgis.' Quare frustra est Sigonius, cum ad XXVI. 17. necessario vult *Iliturgi* scribi, quia Priscianus id numeret inter nomina neutra, quæ finiunt in *i*, et sunt ἄπτωτα. Nam eorundem nominum sunt, quæ in *is* quoque fœminino genere desinunt, ut 'sinapi, sinapis.' Et omnes illic habent libri *Iliturgis*. Sic et XXIV. 41. *Carthaginienses Ilitur-*

gis oppugnare, Put. et Pet. melior, ubi vulgo *Illiturgum*. J. F. Gron. *Et Sissum* primi ediderunt Mogunt. et Aldus inter errata. Priores excusi habent *et Scissum*, quod etiam superest in Harl. *et Scissium* Rec. *et Scise* Ber. *et fusis* Hearnii L. 1. *et Sciscis* Hav. *et Scissis* Cant. Lov. 1. 3. 4. 5. Hafn. Gaertn. et Hearnii N. ac D. Doujatius vocabulum corruptum esse existimat ex *Setelsis*, quod Lacetanorum oppidum Ptolem. memorat II. 6. vel legendum esse *et Lyssa*, quod oppidum erat ad Sicorim. In situm hujus oppidi inquirit etiam Marca Marc. Hisp. II. 24. Præterea *oppugnatur* Cant. Vide ad c. 57. § 6.

§ 9 *Sed et ejus, qui cum Hannibale in Italia militabat*] *Sed etiam ejus* Hav. Vide ad XXII. 47. § 9. Hinc *in Italiam militabat* Harl. Vide ad Epit. hujus lib.

Circa Pyrenæum relictis] Vet. lib. *citra*. Sigon. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. Harl. pluresque alii; quomodo etiam Freinshem. legendum conjecit ad Curtii IV. 14. § 16. Vide hoc lib. ad c. 48. § 6.

CAP. LXI. § 1 *Priusquam certa hujus cladis fama accideret*] Ita primus edidit Frob. 1535. Priores præferunt *fama accederet;* quod servant Lov. 3. 5. Hafn. Ber. Rec. et Gaertn. Sed vide hoc lib. ad c. 10. § 12.

Transgressus Iberum Hasdrubal cum octo millibus peditum mille equitibus] Pall. 1. et 2. ac vetus ed. *mille equitum*. Miror ab sciolis immutatum. *Gebh.* Put. Etrusc. Regius, Voss. cum duobus Pall. et Andrea *mille equitum*. J. F. Gron. Sic in Justino XXXI. 3. 'Decem millia peditum et mille equites poscebant,' plerique Mss. Bongarsii, duo in Var. Lect. Burmanni, et scriptus Academiæ Duisburgensis habent *mille equitum*, quod merito probat Bernegg. *Duk.* Ita et Cant. ac plerique mei, uno vel altero excepto, omnesque Hearnii, nec non et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ita VII. 16. 'Mille jugerum agri possideret.' Pariter 'mille equitum' XXVIII. 2. XXVII. 38. et XLII. 55. 'mille peditum' XXI. 52. et XXXIII. 14. 'mille sagittariorum ac funditorum' XXII. 37. 'mille hominum' XXIV. 41. et XLIII. 23. 'mille armatorum' XXV. 24. 'mille Macedonum' XXXIII. 14. 'mille talentum' XXXVII. 1. ubi alia vide. Adde quæ notantur ad v. 26. § 5. *Et mille equitum* est in Lov. 4.

Ad primum adventum Romanorum occursurus] *Ad* hic significat tempus. Vide Gronov. ad Senec. de Benef. IV. 6. *Occurrere* autem in tempore venire. Vide Gronov. ad Senec. Controv. II. 11. *Duk.* *Concursurus* Lov. 1. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

Postquam perditas res amissaque castra accepit] Omiserunt mentionem oppidi, cui modo nomen reddidimus: *perditas res ad Scissim amissaque.* Ita enim Put. Flor. Reg. *J. F. Gron.* Ita et in Cant. fuisse videtur. *Amissa castra* sine copulante particula habet Harl.

§ 2 *Haud procul Tarracone classi milites navalesque socios*] Vos emendastis pro *classi*, *classis*, supraque scripsistis minutis literis has duas dictiones *ubi erat:* quasi sic obscure loquatur Livius, ut duo verba subaudiri oporteat: cum sic emendandum esset, *classicos milites*. Valla. *Haud procul Tarraconem* Lov. 4. *Haud procul a Tarracone* Harl. Deinde *classicos*, ut Valla emendat, servant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. aliique. Sed, ea voce in duas divisa, *classi consules milites* legit Lov. 4. *classi consulis milites* Harl. *classe consulis milites* Lov. 3. *ubi erat classis classicos milites* Ber. *ubi erat classis consulis milites* Hav. *erat classis consules milites* Hafn. 'Classici milites' etiam memorantur XXVI. 48. 'Stare hinc legionarios milites, hinc classicos:' ab aliis sæpius 'classiarii' vocantur: ab his distinguuntur 'socii navales,' ut c. 50. 'Ut sociis navalibus adfatim instructam classem, ita inopem milite habebat.' Per eos

autem plerumque intelliguntur remiges et nautæ; licet interdum hoc nomine etiam milites classici indicentur. Vide Scheff. de Milit. Nav. II. 3. Mox *socios palantes per agros* Hav. Male. VII. 17. 'Multos populatores agrorum vagos palantes obpressit.' X. 20. 'Vagos prædatores in agros palantes excipiant.' XXIII. 42. 'Obprimere populatores nostros vagos, sine signis, palatos.' XXXIII. 15. 'In vagos palatosque per agros hostes inpetum fecerunt.'

Quod ferme fit, ut secundæ res negligentiam creent] Malim *creant*. Quasi diceret, quia videlicet secundæ res negligentiam creant. *T. Faber*. Sed ita quodammodo supervacua erunt illa *quod ferme fit*. Duk. *Creant*, ut Faber conjecit, etiam Voss. et Lov. 1. Sed vulgatum adversus eum defendit quoque Doujatius. *Quod ferme sit* Lov. 5. Vide ad V. 3. § 8. Tum *neglegentiam* Flor. Vide ad II. 11. § 4. In sequentibus *equite admisso* Lov. 4. 5. Quid sit 'admittere equum,' vidimus ad II. 19. § 6. Id tamen ne hic probemus, tum sensus prohibet, tum auctoritas optimorum codicum. Deinde *magna cæde et majore fuga* Lov. 4. *magna cade, majoreque fuga* Gaertn. Frustra.

§ 4 *Raptim ad famam novorum hostium agmine acto*] Vet. lib. *accito*: accivit autem agmen Scipio classicorum militum et navalium sociorum, quos vagos palantesque per agros Asdrubal oppresserat, ut in paucos præfectos animadverteret. *Sigonius*. Revocavi lectionem trium Pall. *agmine acto*, nam Sigonius substituerat ex uno suo *accito*; quod non exputo, cur præponi debeat nostræ trigæ. *Grut*. Sigonii liber *accito*, quod ignorant nostri codd. *Gebh*. *Agmine aucto* Hearnii L. 1. sollemni et passim obvio scribarum errore. Vide ad I. 32. § 3. c. 37. § 1. c. 43. § 7. c. 56. § 9. III. 22. § 1. IV. 2. § 2. VIII. 17. § 11. c. 23. § 12. IX. 38. § 9. X. 46. § 6. XXI. 26. § 1. c. 31. § 12. et alibi. Similiter etiam 'actor' et 'auctor' commutari, vidimus ad I. 26. § 5. Nihil mutandum hoc loco. Pessime etiam hic versatus est Sigonius. Non enim Scipio, ut credidit, classicorum militum et navalium sociorum agmen ad se accivit, ita enim classem præsidio destitutam hostibus opportunam reddidisset; sed ipse, raptim agmine acto, ad eos profectus, quum in paucos præfectos navium animadvertisset, et modicum Tarracone præsidium reliquisset, cum classe Emporias rediit. Locutionem 'raptim agere agmen' ipse Sigonius Livio restituit, ac Gronovius inlustravit XXV. 9. § 3.

Quum in paucos præfectos paululum animadvertisset] Quid est hoc *paululum animadv.*? Non sic Latini: dixisset potius *leviter*, *modice*, *clementer*: quid, quod et historia repugnat? Nam Polybius eandem rem tangens III. 76. auctores fugæ et acceptæ cladis more patrio ait punitos: τοὺς αἰτίους τῶν συμβεβηκότων, inquit, κατὰ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐθισμοὺς κολάσας. Nec ignotus in talibus delictis militiæ mos. Planissime igitur scribendum *palam animadvertisset*. Lipsius Epist. Quæst. I. 12. Pall. tres *quum in paucos refectos*. Gebhard. [Vide Varr. Lectt.] *Paulum animadvertisset* Flor. et Cant.

Modico relicto, Emporias cum classe rediit] *Modico reliquo* Cant. Eædem voces etiam alibi commutantur. Vide Gudium ad Phædri I. 31. 13. et quæ notantur ad XXII. 51. § 1. Dein *Emporia* Flor. Cant. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Vatic. Latinii, et quædam edd. vett. *Emptoria* Voss. et Lov. 1. *Emptoriam* Hav. *Temporia* Lov. 5. *Emporiam* Hearnii N. *Emporium* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad cap. præc. § 2.

§ 5 *Et Illergetum populo*] *Et ille argentum populo* Flor. Cant. et Lov. 1. ac 4. *et Ilergetum populo* Gaertn. *et Ilargetum populo* Lov. 3. *et Illargetum populo* Lov. 5. Mox *quasi obsides*, pro

qui obsides, Lov. 4.

§ 6 *Excito deinde Scipione hibernis stoicosis Tarracone Iberum rursus cedit. Agros Scipio*] Vetus codex *stoicohis* habet. Sed neutrum, ut ingenue fatear, intelligo. Verum haud omnino absurdum sit, si quis *hosticosis* legat ab eo, quod 'hosticum' sit, quod et impacatum. Nam hiberna illa ob incursus hostium fuerant inquietissima. *Sabell.* Cum *stoicosis* omnino corrupte legatur, quidam ex nostris professoribus adscripsit in margine, 'vide ne legendum sit *hosticosis.*' Sed, præterquam quod sensus inest nullus, quis verbum hoc, nisi barbarus, admittat? Nos vero, multo studio, sed et pari labore, perquisitis veteribus exemplaribus, cum tandem inciderimus in illud quod in cœnobio Divi Johannis a viridibus Patavii custoditur, sic legendum asserimus: *Excito deinde Scipione hibernis, hostis cis Tarraconem Iberum versus cedit:* ut sit sensus: Cum andisset Hasdrubal, hibernis excitum Scipionem, statim ille, qui Iberum trajecisset, et citra Tarraconem cum exercitu tunc esset, Scipionis adventum haud ferens, Iberum versus cedit. Aliter nec verborum structura, nec sensus quadrat. *Bapt. Egnatius*, Racemat. c. 5. Ita [*hostis cis Tarraconem, Iberum rursus redit*] veteres habent codd. quæ lectio placet, si recte intelligatur, quod hostis Hasdrubal, qui cis Tarraconem una cum Ilergetibus, qui et ipsi cis Iberum sunt, socios Romanorum vexabat, adventu Scipionis perterritus rursus ad Iberum redit. Nam Tarraconem versus eum cessisse, ubi præsidium erat Romanorum, vix intelligitur: quanquam hoc quidam ita emendarunt, temere, meo quidem judicio. *Glar.* Hunc locum [*hostis cis Iberum Tarraconem versus cedit*] vitiosum notat Glareanus, probatque ut ita legatur, *hostis cis Tarraconem Iberum rursus cedit:* neque Livii sententiam assequitur, quæ vetusta in lectione continetur, ita: *Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu invasisset, &c.* Quod enim ait, *toto cis Iberum rursus cedit agro*, recte ait: quia paulo ante idem Asdrubal trans Iberum se receperat: post autem, digresso ab Tarracone Scipione, reversus est: tum excito hibernis Scipione, toto rursus cessit agro. Quia vero trans Iberum Asdrubal se receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem sollicitaverat, ab auctore defectionis Asdrubale relictam fuisse. Nam Ilergetes cis Iberum sunt. [' Recte hic Glareanus dubitavit, quod ex vetusto exemplari Sigonius ostendit.'] *Sigon.* Pal. 2. *stoicosis Ilergetum cedit agro.* Pall. vero 1. et 3. *stoicosis Hiberum rursis cedit. Agros Scipio, &c.* Vet. ed. *Tarraconem cis Hiberum rursus redit. Agros.* Evolvatur monstro suo Pal. 2. lectio, extrahatur aliquid, quod profecto volet Livius sibi esse genuinum. Mox statim Pal. 2. *relictos ab auctore defectionis et Ilergetum gentem.* Gebhard. *Exacto deinde Scipione hibernis* Hafn. Tum *stoicosis Hiberum rurus cædit agros* Flor. a m. pr. *versus cedit* a m. sec. *stoicosis Iberum rursus cedit agros* Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. neque differt Lov. 5. nisi quod *sorsus*, pro *rursus*, legat. *Stercosis Iberum rursus cedit agros* Lov. 4. *stationibus Hibero rursus cedit* Rec. *toto cis Iberum rursus cedit agro* Ber. et Hafn. neque aliter etiam Hav. nisi quod vocem *cis* omittat. *Rursus* itaque, pro quo Gron. a. 1665. *rursum* dederat, in contextum revocavi.

Compulsis omnibus Athanagiam, urbem (quæ caput ejus populi erat) circumsedit] Firmat huic oppido suum nomen ed. vet. Pall. tres *Atanagrum.* Gebh. Primo duæ priores voces exulant ab Exc. Pithœi. Hinc *Atanagrum* legunt Hearnii N. Exc. Pithœi, Voss. Lov. 3. 4. Hafn. et Flor. a m. pr.

Adtanagrum a m. sec. *Attanagrum* Harl. Gaertn. et Hearnii D. *Attanagium* Lov. 5. *Atanagium* Rec. *Atanagiam* edd. Rom. 1472. ac Parm. *Athanagram* Hav. *Athanagrum* Cant. Ber. et Brancal. Latinil. Si verum est, quod suspicatur Marca Marc. Hisp. II. 26. hanc urbem esse, quæ etiam Ilerda vocatur, eamque Ligures Salyos, quibus Græci Massilienses permixti erant, a se expugnatam quasi *Athanasiam* Græca voce, sive inmortalitatem vocasse, vulgatum *Athanagiam* servandum erit. Deinde *quæ caput populi ejus erat* Lov. 3. *quæ caput hujus populi erat* Gaertn. *urbem (caput ejus populi erat) circumsedit* Exc. Pithœi: quod non displiceret, si plures ac certiores codd. consentirent. Vide ad XXII. 46. § 9. Tandem *obsedit* Ber. *circumdedit* Lov. 4. Vide Burmann. ad Suet. Calig. c. 48.

§ 7 *Pecunia etiam mulctatos in jus ditionemque recepit*] Reperitur in Pal. 2. *in jus ditionemque suscepit*. Gebh. *Multos* Harl. et Flor. a m. pr. *multatos* a m. sec. Vide ad II. 52. § 4. Tum *in jus deditionemque* Voss. Lov. 1. et Hafn. Passim hæ voces commutantur. Vide ad XXVI. 21. § 17.

§ 8 *In Ausetanos prope Iberum*] *Ausetanes* Voss. et Hav. *Ansatanos* Lov. 1. *Auxetanos* Lov. 3. *Ausitanos* Lov. 4. *Inde jam Lusetanos* Hafn. Doujatius, prætexens Ausetanos nulla ex parte Iberum adtigisse, *Cosetanos* scribendum esse conjicit. Quamvis enim Cosetanorum caput Tarraco fuerit, Scipionum opus, opinatur tamen forte aliquem illorum angulum inter Tarraconem et Iberum tunc a Romanis defecisse. Sed ut Ausetanos hoc loco prope Iberum, ita eos haud procul Ibero sitos esse dicit l. XXXIX. c. 56. 'Haud procul flumine Ibero in agro Ausetano prœlia secunda cum Celtiberis fecit.' Hinc Marca Marcæ Hisp. II. 9. Ausetanos Plinii alio loco, quam Ausetanos Livii, sitos esse statuit, et hos quidem Ibero vicinos fuisse ex ipsa Livii narratione ac serie rerum gestarum ostendit.

Haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis] Omnes tres Pall. *haud procul jam urbem*. Gebh. *Procul jam urbem* etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. usque ad Ascensium, qui a. 1513. primus *urbe* dedit. Etiam alibi τὸ *procul* cum casu quarto in Mss. construitur. Vide ad VII. 39. § 7. IX. 32. § 5. c. 41. § 14. hoc cap. § 2. XXVII. 42. § 14. XXVIII. 5. § 5. Dubitat Vossius Gramm. VI. 22. utrum accusativum adsciscat. Posset tamen hoc loco *urbem* regi non a *procul* sed a verbo sequenti *intrare*. Et ita sensit librarius Ber. qui dedit *haud procul, quum jam urbem intrare vellent*. Deinde *excipit insidiis* Lov. 4. Paullo ante *urbem eorum obiressa* Flor. *urbem eorum obires* Cant. *urbe eorum abscessa* Lov. 5. Tum *Lacetanos* Lov. 4. *Lacedones* Lov. 5.

§ 9 *Cæsa ad duodecim millia, exuti pene omnes armis*] *Cæsa duod. millia* Lov. 3. et Ber. a m. pr. Tum *exuti prope omnes* Flor. Vide hoc lib. c. 58. § 3. Mox *obsessos alios ulla res* Rec. *obsessos ulla alia res* Lov. 3. Tum *tutatur* Lov. 4. et 5.

§ 10 *Raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit*] *Raro umq. vix minus quat. pedes nix alta jacuit* Hearnii N. a m. sec. *raro nix umq. minus* Ber. a m. pr. *raro nix minus* a m. sec.

Adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola] *Adeo pluteas ac vin.* Lov. 3. *adeoque pluteas et vin.* Lov. 4. *adeoque plateas et vin.* somniant Voss. et Hearnii N. *adeoque platras ac niveas* Hav. Τὸ *sola* deficit in Voss. Lov. 1. et Hearnii D. atque N. a m. pr.

§ 11 *Viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum est*] Pall. 1. et 3. *pacti deducuntur Tarr.: in hib. reditum est*. Gebh. Ita et Flor. Cant. Lov. 3. Harl. et Hear-

nii D. et N. a m. pr. *pactis deducuntur Tarraconem* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Præterea *viginti talentis argenti* Ber. et Gaertn. Hinc *in hiberna reductum est* Ber. et Hafn. Paullo ante vero Ausetanorum princeps vocatur *Amusicus*, pro *Amusitus*, in Flor. Voss. Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *Amusicius* in ultimi cod. marg. et Hav. *Armisicus* in Lov. 4. et 5. *Amuscus* in Harl. *Amulicus* in Hafn.

CAP. LXII. § 1 *Romæ autem et circa urbem multa ea hieme prodigia facta*] Pall. tres *Romæ aut circa urbem:* ut refert quoque vetus ed. *Gebh.* Put. Men. Voss. tres Pall. Andreas *Romæ aut circa urbem.* Melius foret *Romæ et circa.* J. F. Gron. *Romæ aut circa urbem* etiam omnes mei, et Hearnii codd. neque aliter edd. principes. Postea pro *aut* datum est *autē* sive *autem*, quam lectionem in Ven. ed. 1498. et paucis proximis vidi. Mogunt. demum dederunt, id quod vulgo exstitit, et recte a Gronov. ejectum est. Ejus autem conjectura *Romæ et circa* firmatur loco Obseq. de Prodig. c. 112. 'Romæ et circa fulmine pleraque decussa.' Similiter Nic. Heinsius ad Vell. Pat. I. 3. legendum conjicit *Romæ aut circa multa, &c.* Τὸ *circa* sæpe absolute sine causa poni vidimus ad IX. 2. § 7. Verum invitis libris id non recipio. Supra I. 38. 'Collatia et quidquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademtum:' ubi etiam Gronov. vocem *Collatiam* ex conjectura delebat. XXXVI. 14. 'Proërnam inde recepit, et quæ circa eam castella erant.' Hic quoque τὸ *eam* Gronovio displicebat. XXXIX. 25. 'In controversiam autem veniebant Philippopolis, Tricca, Phaloria, et Erymenæ, et cetera circa eas oppida.' Vide plura ad locum medium notata. Mox *motis semel religione animis* Ber. *motis in religionem animis* Hearnii D. Insuper *temere creduntur*, pro *credita sunt*, Lov. 3.

§ 2 *In queis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse*] *In quis* Flor. pluresque alii codd. et edd. Vide quæ notavi ad Silii I. 13. Adde plenius de hac scribendi ratione agentem Cortium ad Sall. Jug. c. 80. § 5. Verum duæ hæ voces desunt ab Lov. 1. reliquis omnibus invitis: contra quinque posteriora vocabula exsulant ab Cant. quæ intercidisse credo ob repetita mox *et foro.* Ceterum idem prodigium refert etiam Valer. Max. I. 6. 5. verum id *in foro boario* accidisse narrat: quum autem proxime apud Livium sequatur *et in foro boario*, errorem hunc ipsius Valerii in exscribendo oscitantia admissum esse suspicatur Jac. Periz. ad eum locum; Torren. vero ex Msti unius vestigiis *olitorio*, pro *boario*, legendum suspicatur. Denique vir doctus in Observ. Miscell. tom. V. 201. et hic et apud Valer. Max. *Io triumphe* scribendum conjicit: priorem enim vocem *Io* elisam esse ab ultimis literis præcedentis; ea vero exemta, *triumphe*, quod per se idoneum sensum non efficere credebatur, in *triumphum* mutatum esse: pluribusque deinde formulam hanc inlustravit: quibus adde simile prodigium ab infante nondum nato editum XXIV. 10. 'Infantem in utero matris in Marrucinis Io triumphe clamasse.' Codd. tamen, quibus usus sum, omnes constanter in vulgatum conspirant.

§ 3 *Et foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse*] *Et in foro* Gaertn. et Hav. quod non displiceret, si gravioris auctoritatis codd. idem servarent, ut tanto magis adpareret caussa, cur superiora verba in cod. Cant. interciderint, qui hic pro *et foro* legit *in foro;* tanto magis autem id probarem, quia Livium præpositiones repetiisse docui ad VI. 28. § 6. Deinde, quum hic olim *scandisse* ederetur, Gronovius *escendisse* substituit, quod se Put. auctoritate fecisse testatur ad II. 28. § 6. Optimo autem huic cod. etiam

Flor. consentire ex ejus excerptis disco. Videri potest litera prima intercepta esse ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6.

§ 4 *Et navium speciem de cœlo adfulsisse*] *Affulxisse* Lov. 4. *affluxisse* Ber. et Hafn. quomodo et alibi erraruut librarii. Vide ad IX. 10. § 2. Infra XXIII. 32. § 7. et ad Silii II. 121. *Effulsisse* Harl. Vide ad XLIII. 15. § 3. *Offulsisse* legendum conjicit Burm. ad Quinctil. Declam. IX. 7. Vide quæ de hoc verbo notantur ad Silii Ital. XIII. 114. Mox *quæ in foro olitorio*, omisso τῷ *est*, Cant. Lov. 1. et Harl. cum multis ex primis edd. *quæ est in foro olitorio* Flor. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum ed. Rom. principe, Rom. 1472. ac Parm. quod secutus sum.

Et Lavinii hostiam se commovisse] Satis constat, ut supra monui ad VI. 2. § 8. *Lanuvii* esse legendum, et paullo post [hoc cap. § 6.] *Lanuvium*, quia ibi Juno Sospita: inde *hastam* se movisse, non *hostiam*, verosimilius est Livium scripsisse: quod 'hostia' mota sit, in prodigiis numquam, quod sciam, est legere, sed 'hastam.' Idem auctor alibi [XXIV. 10.] 'Hastam' Martis Præneste motam pro prodigio nunciatum. Quod Junoni fuerit 'hasta,' Homerus et alii demonstrant. Idem Livius alibi [XL. 19.] 'Pontifices hastas motas nunciavere, et Lanuvii simulachrum Junonis Sospitæ lachrymasse.' *Sabell.* Voculam *et* non agnoscit Cant. Tum *Lanuvi*, sive *Lanuvii*, Florent. Cant. Voss. Harl. et Lov. 1. 2. Reliqui cum Brancal. Latinii *Lavinii* legunt, quod non sine ratione Sabellico displicuit propter Junonis mentionem, proximis verbis factam: Junonem enim sub nomine Sospitæ, non Lavinii, sed Lanuvii cultam esse. Vide etiam Sigon. ad VIII. 12. § 5. Urbium autem *Lanuvii* et *Lavinii* nomina sæpissime in Mss. commutari, docui ad III. 29. § 6. Deinde *hostiam* tantum non omnes codd. mei et Hearnii D. servant. Recte tamen pro eo *hastam* Sabellicum substituisse puto. Vide ad XL. 19. § 2. Mox *pulvinari*, pro *pulvinario*, Lov. 2.

§ 5 *Hominum species procul candida veste visas, nec tamen illis congressas*] Vet. lib. alii, *nec tamen cum illis congr.*: alii, *nec tamen cum ullo congr.* Sigon. Pall. tres, et vet. ed. *hominum specie procul cand. veste visos, nec tamen ullos congr.* Gebh. Omnes ante Gryphium, *multis locis hom. specie cand. veste visos, nec cum ullo congr.* Neque mutandum fuit. Ita loquitur religionis et εὐφημίας χάριν, non ausus certo nomine, quicumque fuerint, ignaros appellare, ne peccaret: cæterum intelligi potest 'Dæmonas aërios,' genios vel 'nescio quos.' Notum est illud 'si Deus, si Dea.' Sic de Ænea I. 2. 'Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicium flumen: Jovem Indigetem appellant.' Alioquin et Noster XXIV. 10. 'Hadriæ aram in cœlo, speciesque hominum circa eam cum candida veste visas esse.' *J. F. Gron.* *Hominum species visas* non primus Gryphius, sed jam ante Frob. 1535. recepit: quod unus ex meis Hafn. servat; unus item Hearnii N. *Hominum species visos* Ber. et Hav. *hominum speciem visos* Lov. 5. Rec. et Gaertn. reliqui *hominum specie visos*. Insuper *procul a candida veste* Harl. Deinde non etiam Gryphius *nec tamen illis congressas* primus dedit; sed jam prior idem Froben. 1535. admiserat: quum edd. principes ad eum usque *nec tamen illos congr.* exhibuissent; *nec cum illos congressos* habet Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Harl. *nec tum illos congr.* Lov. 4. *nec tam illos congr.* Hafn. *nec tamen illos congr.* Ber. Gaertn. et Rec. *nec cum illis congr.* Hav. et Lov. 2. *nec tamen cum illis congr.*, vel *nec tamen cum ullo congr.* Hearnii N. *nec cum ullo congr.* Lov. 5. et Hearnii D. atque L. 1. Paullo ante *Miternino* erat in Lov.

5. *Amiturnino* in Lov. 4. et Hearnii D. *Amiterno* in Lov. 3.

Et in Piceno lapidibus pluisse] *Lapides* Lov. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Utramque locutionem in usu fuisse, docui ad III. 10. § 6. quare etiam vulgatum *lapidibus*, quod reliqui, et inter eos omnes optimæ notæ codd. defendunt, servandum puto. Deinde *pluvisse* Flor. et edd. vett. quomodo antiquitus hic lectum fuisse, constat ex Prisciano x. 881. Vide ad I. 31. § 1.

Et Caere sortes extenuatas] Ita habent vetustiores codd. Quidam *extenuatæ* restituerunt, sed errant. *Glar.* Quid in ternis Livii locis, hic, mox hoc cap. et XXII. 1. 'extenuatæ sortes' sint, mente et oculis jam diu investigo. Quæ autem vis, aut quæ mens hic verbo 'extenuandi,' præsertim in sortium ista re? quas majores aut minores in prodigiis factas nusquam legi; nec, si legi, capiam satis. Cui enim significationi id aut notæ? Vide omnino ne remotius, ut solet in his talibus, vetustiusque verbum fuerit quod per imperitiam exscribentium mutarit. Ego non improbe id suspicor, et ausim ubique rescribere *extæniatas sortes:* quod interpretor 'tæniis vittisque solutas et liberatas.' Nam rem ita habuisse puto. Sortes taleoli aut surculi e ligno fuere non grandes: quibus literæ ad divinandum insculptæ sive notæ. Eæ privatim habitæ, eæ publice. Sed quæ in publico præsertim religiosæ censebantur, et cana quadam veritate sacræ. Itaque sancte et religiose in templis ipsis habebantur in arca reconditæ, et, nisi fallor, tæniis vittisque laneis seorsum involutæ. De arca suggerit Sueton. in Tib. c. 63. 'Majestate Prænestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca:' et Cic. in Divin. II. 41. qui arcam eam ipsam ex olea fuisse pluribus verbis narrat. At de vittis quid ni suspicer? cum hunc cultum et velamen adpositum sciam omnibus sacris. Quibus tamen puris manibus evolvi solent, cum promerentur ad consulentium usum. Hoc nunc Livius narrat jure ut prodigium, sortes eas sponte evolutas et (uno proprioque verbo) sponte extæniatas esse: tamquam si Fortunæ ipsius manu sparsæ et jactæ ad grande aliquid prædicendum. Plutarchus non modice me juvat, qui in Marcello [immo in Fabio p. 174.] hoc alterum Faleriis prodigium e Livio ipso ita vertit: Τοῦ δὲ ὑπὲρ Φαλερίου οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει. En excidisse ait sortes, et varie dispersas; non e cœlo ipso, quod quispiam censuerit, (pugnem enim id palam cum Livii mente,) sed ex involucro et arca. 'Extæniatas' igitur ille clare vertit ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι. *Lipsius,* Elect. II. 12. Sortis instrumenta *sortes* dicebantur. Cicero de Divin. II. 32. 'Simia sortes evertit, sortes dissipavit.' Accipiuntur et nonnumquam sortes pro oraculi responso; quæ olim, Satana suggerente, diversis in locis consulentibus reddebantur, quibus impostoris et hodiernis temporibus impuri impiissimique quidam delectantur, et 'sortilegi' dicuntur, 26. quæst. I. in toto titulo Extrav. de Sortileg. Erant autem, ut docet Cic. de Divin. I. 18. duo oraculorum genera, seu responsorum: unum, quando ore dabatur a furentibus, ac demum afflatis (puta a Pythia, Apollinis numine correpta); alterum, quod æquatis et paribus sortibus ex urna ducebatur. Habebant enim tabellas, seu folia, aut paginas taleolasve ligneas, certis quibusdam sententiis obscuris notatas; quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem prænunciabant: educebantur vero e sitella vel urna, et hæc etiam sortes seu oracula vocabantur. Cic. loc. cit.

[de Divin. I. 34.] 'Quum Spartiatæ oraculum ab Jove Dodonæo peterent, legatique illud, in quo inerant sortes, collocavissent, simia et sortes ipsas et cætera, quæ erant ad sortes parata, disturbavit.' Quod pariter Æschylus docuit. Oraculum itaque Cære reddebatur non modo responso voce dato, sed sortibus inscriptis. Has autem *extenuatas* ait Livius, eo quod vel tabellæ imminutæ ex se essent, vel responsa non semper nec omnibus ex more darentur, quod portentosum habitum. Quæ tamen interpretatio ne exacte satisfaciat, efficiunt ejusdem Livii verba per initia subsequentis libri hujusmodi: 'sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: Mavors telum suum convertit.' Itaque 'extenuare' et 'attenuare' non propria significatione et communi accipiendum, sed pro eo, quod est disgregare seu disjungere, et concreto et aggerato seu conjuncto opponitur. Sic Cic. de Nat. Deor. II. 39. aërem die extenuatum nocte concretum dixit. Ita ut sensus sit, sortes, quæ in urna insimul junctæ erant, attenuatas sponte, hoc est, nullo responsum petente, nec sacerdote dante, ex se extenuatas, hoc est, disjunctas, et unam ex urna excidisse, in qua erat inscriptum 'Mavors,' &c. quod pro portento habitum. Cære urbs præclara Hetruriæ fuit ex eodemmet Livio lib. I. et in extrema parte lib. IV. et lib. XXVIII. Plinio III. 5. et Strabone lib. v. Hanc perperam Servius Agillinam vocatam tradit in eum Virgilii locum lib. VIII. Æneid. 'Urbis Agillinæ sedes,' et illud lib. X. Æn. 'Qui a Cærete domo.' Servio autem errandi occasionem præbuisse puto Plinii verba loco cit. quæ disjunctive legenda, non conjunctim. Agillinam enim aliam urbem fuisse a Cærete palam est. In urbe itaque Cære religionis eximium fuisse cultum, præter oraculum et sortes, ex eo colligimus, quod Festus tradat, cærimonias dictas a Cære oppido, quamvis Gellius IV. 9. a Cerere derivatas, sed minus apposite, scripserit. Nec non ex eo quoque, quod, Gallis Capitolium obsidentibus, flamen Quirinalis aliique sacerdotes, Vestales virgines, ac populi Romani sacra Cære convexere ex ipso Livio lib. v. Petasones Cæretanos, et Cæretana vina mire extollit Martialis. Quamvis autem a Cæretanis Romana sacra servata fuerint, unde et hodie vulgo 'Cærete' de servatis dicitur, illi tamen sola civitate Romana donati sunt, nec umquam suffragii jus obtinere potuerunt; unde qui Romani cives suffragandi, notæ causa, munere privantur, ita ut nec ferre suffragia in comitiis, nec in eisdem ad honores promoveri possent, dicebantur 'referri in Cæritum tabulas,' ut docet Gellius XVI. 13. *M. Donatus.* Haud aliter [*extenuatas*] libri calamo exarati. Verisimiliter Lipsius reponit *extæniatas;* quamvis conjecturam improbat Gutherius de Jure Pontificio IV. 12. *Grut.* Lipsius legendum censet *extæniatas*, hoc est, tæniis vittisque solutas ac liberatas. At M. Donatus *sortes extenuatas* intelligit 'disgregatas,' 'disjunctas.' Ego vero *extenuatas sortes* interpretandas censeo 'eas quæ evanuerunt et disparuerunt consulentibus.' Suet. Tib. c. 63. 'Majestate Prænestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca.' *Gebh.* *Extenuatas* prodigii instar est eruditis viris, ita certatim illud vel emendant, vel perverse explicant. Lipsius legebat *extæniatas.* Alii aliter vel legunt, vel exponunt: perperam. Vetustissimus liber bibliothecæ Puteaneorum majusculis literis scriptus *attenuatas* habet, non *extenuatas.* Utriusque tamen vocis eadem significatio est. Quippe ἰσχνανθείσας vel μειωθείσας, hoc est minores factas, intelligendum. Ovidius Art. Am. I. 735. 'Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.' Plinius XXXVI. 6. 'Ita sectæ attenu-

antur crustæ.' Martialis Epigr. XIV. 104. 'Attenuare nives norunt et Cæcuba nostra.' Nam vinum infusum nivibus eas attenuat et minuit. Ita igitur 'attenuatæ' sortes, quæ imminutæ sunt, ac minores factæ. In ostentis, ut et somniis, omnia majora et auctiora videre, lætum ac prosperum judicant aruspices et ὀνειροκρίται. E contra triste ostentum est, si quæ res solito minor et tenuatior defectiorque apparet. Quadrigæ fictiles præparatæ in fastigium delubri Jovis Capitolini, quod in fornace crevissent, felix fortunatumque omen rebus Romanis portenderunt. Narrat Plinius XXVIII. 2. Perdiccæ uni ex Temenidis, quum apud regem Macedoniæ ovibus pascendis operam suam locasset, panis, qui ejus nomine coquebatur, in furno duplo major factus regnum Macedoniæ attulit. Vide Herodotum VIII. 137. Si res aliqua per prodigium major facta prosperi eventus habet significationem, e diverso necesse est, ut eadem attenuata et imminuta tristes exitus denunciet. Inde igitur interpretandæ 'sortes attenuatæ,' vel 'extenuatæ,' quæ pro malo ostento habitæ sunt. Idem de somniis judicium. Penes veteres eorum interpretes membrum aliquod aut aliud quodcumque per quietem solito majus et auctius visum læta significat: contractum et emaciatum contraria. Eodem pertinent septem opimæ vaccæ et septem macie defectæ, quas e flumine ascendentes vidit rex Ægyptius. Vide Artemidorum et alios scriptores 'Ονειροκριτικῶν. *Salmas.* ad Solin. p. 487. *Extenuatæ* legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. omnesque, quas vidi, edd. principes. Rejecta Lipsii conjectura Salmasii interpretationem probat Perizon. Animadv. Hist. IX. p. 380. Mox *ex vagina*, pro *e vagina*, legit Flor.

§ 6 *Prope civitas operata fuit*] Vet. lib. *prope tota civitas.* Sigonius. Quod Sigonius in veteri libro invenit, non tantum in omnibus scriptis, sed et omnibus, quas vidi, edd. constanter superest: ut nesciam, quam scholio huic addendo caussam Sigonius habuerit. Paullo ante *decemviri jussi sunt* edd. vett. Tum *pluvisset*, pro *pluisset*, Flor. Hav. et edd. antiqq. Vide ad § præc. Deinde *aliis procurationibus*, pro *procurandis*, Lov. 4. et 5.

§ 7 *Hostiæque majores, quibus editum est, Diis cæsa*] Mss. *editum.* Ut XLI. 13. 'Editis ab aruspicibus Diis, quibus supplicaretur.' XLII. 2. 'Editumque ab decemviris est, et quibus Diis quibusque hostiis sacrificaretur.' *J. F. Gron.* Ita etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. aliique cum Hearnii L. 1. et D. Infra XXII. 10. 'Quia ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset.' XXIX. 10. 'Responsum oraculo editum, majorem multo victoriam adesse populo Romano.' XXX. 2. 'Editi a collegio pontificum Dii, quibus sacrificaretur.' XL. 45. 'Decemviri jussi adire libros edidere, quibus Diis et quot hostiis sacrificaretur.' XLV. 34. 'Edita tribunis centurionibusque erant, quæ agerentur.' Pluribus hoc verbum inlustrarunt Gronovius ad XXV. 12. § 4. XLIII. 13. § 7. et, qui jam hæc loca laudavit, Burmann. ad Lactantii Metam. IV. 1. ubi etiam docet librarios ita sæpissime errasse: cujus neglegentiæ eorum plura in Mss. Livii exempla obcurrunt. Vide ad II. 50. § 10. III. 5. § 9. c. 28. § 3. c. 34. § 6. IV. 23. § 2. V. 18. § 8. VI. 22. § 12. c. 33. § 5. VII. 35. § 2. XXII. 10. § 10. XXIX. 6. § 10. XXX. 2. § 13. c. 20. § 1. XXXIV. 56. § 12. XXXVI. 37. § 5. Adde viros doctos ad Suet. Cæs. c. 18. et ad Aug. c. 72. Paullo ante *urbis lustrata est*, pro *urbs*, Flor. *ursis lustrata est* Voss. et Gaertn.

§ 8 *Et donum ex auri pondo quadra-*

ginta Lanuvium Junoni portatum est] Pal. 3. et vet. ed. *Lavinium*. Gebh. Put. et vetustiores consensu *Lan. et Junoni*. Lege *Lan. ad Junonis portatum est*. J. F. Gron. *Lanuvium*, non *Lavinium*, legendum esse, Sabellicus jam monuit § 4. *Et Junoni* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. et N.

Junoni in Aventino ædificaverunt] Belle. Signa scilicet et æreæ statuæ ædificantur, ut domus, ac templa. Ridiculum est, et tamen depravatio ea manifestaria in omnibus adhuc libris. Quin tu lege *dedicaverunt*, et Livium impuri sermonis absolve. *P. Rubenius*, Elect. I. 36. Recepimus conjecturam Phil. Rubenii *dedicaverunt*. Nam in Put. erat una litera minus *edicaverunt*: in Voss. *hedificaverunt*. J. F. Gron. *Edicaverunt* etiam ed. Rom. 1472.

Ubi sortes extenuatæ erant] Put. *adtenuatæ*: ut et Reg. Pet. Men. Messalla apud Plinium XXXIV. 14. 'Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt, quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem aut deminutionem familiæ significari.' *J. F. Gronov*. *Sortes attenuatæ erant* etiam Flor. et Cant. Infra XXII. 1. 'Sortes sua sponte adtenuatas, unamque excidisse.'

§ 9 *Et supplicatio Fortunæ in Algido; Romæ quoque et lectisternium Juventæ*] Put. Reg. Pet. Men. *Juventati*. Sic enim proprie appellatur id numen *Juventus*. Priscæ edd. alludunt *Juventuti*. J. F. Gron. Omnia hæc vocabula deerant in Ber. propter repetitionem τῶν *et supplicatio*. Eadem vocabula cum præcedentibus *ubi sortes adtenuatæ erant, imperatum* similiter exsulant a Lov. 4. Sed *Juventuti* legunt Lov. 1. 3. 5. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Juventati* Flor. Cant. Voss. et Harl. Vide ad XXXVI. 36. § 5.

Supplicatio ad ædem Herculis; nominatim deinde universo populo] Burmannus me monuit, mutata distinctione legendum esse *ad ædem Herculis nominatim; deinde universo populo*. Et ita non tantum quidam codd. præferunt, verum Aldus etiam excudi jussit in contextu; qui tamen inter errata priorem interpunctionem revocavit: quod perperam ab eo commissum videtur.

§ 10 *Si in decem annos R. P. eodem stetisset loco. Hæc procurata votaque*] Quidam *R. P.* legerunt *Romanum populum*, cum *respublica* significetur. Ego priorem dictionem *Res* integre scriberem. Quidam etiam pro *loco* legunt *statu*: denique *procurata vota* adjectivum ac substantivum cum relativo *quæ*, non cum conjunctione *que*: sed mihi displicet, tametsi res est non magni admodum momenti. *Glar*. *Si in decem annos p. r. in eodem statu stetisset* Berol. quod exponi debet *populus Romanus*. Sed *Romanus populus* est in Rec. Hafn. et multis edd. antiqq. Sæpe ita peccasse librarios, vidimus ad IX. 26. § 8. *Rempublicam* habet Harl. de quo errore vide ad X. 37. § 15. *Eodem stetisset loco* est in antiquitus editis, pro quo Aldus *statu* recte substituit. Eam enim lectionem tuentur omnes codd. Recte etiam Glareanus *Hæc procurata votaque* probat. Alterum vix sensum efficit, licet ita in quibusdam Mss. reperiatur.

§ 11 *Magna ex parte levaverunt animum religione*] In Ms. est *levav. an. religionis*. Nec id mutem. Legi apud nescio quem veterum *levare curarum*. Apud Plautum in Epid. II. 2. 55. 'Nec sermonis fallebar tamen.' Apud Quadrigarium 'Quiescere pugnæ.' Cujus locus apud Agellium IX. 13. diserte et expresse sic legitur in optimis Giselini scidis: 'Manu significare cœpit, utrique ut quiescerent pugnæ. Facta pausa est.' *Lipsius*, Epist. Quæst. IV. 10. Vulgata lectio

tuetur se consensu omnium librorum nostrorum. *Gebh.* Lipsius ex suo *animum religionis*, quod in Voss. notavimus. Cæteri non subscribunt. Put. *religione animos.* Lib. VII. c. 3. 'Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit.' *J. F. Gron.* *Regionis* Hafn. *religionis* etiam Lov. 1. et Hearnii D. quod etiam probat Colvius ad Apul. Metam. l. v. p. 70. At recte lectio illa Gronovio suspecta est ad Gellii IX. 13. Licet enim Quadrigarius, Plautus, et alii ita loquantur, non tamen Livius ita loqui solet, apud quem similes Græcismi vix reperiuntur. Præterea *religione animos* Flor. Cant. Harl. et Exc. Pithœi, quod recepi. Deinde *levaverunt* Lov. 4. 5. et Gaertn.

CAP. LXIII. § 1 *Arimini esset in castris*] Vet. lib. *adesset.* Sigon. Pall. tres *adesset in castris.* Gebh. Put. Men. Voss. cum Sigoniano *adesset.* Polybius III. 77. et alii testantur Etruriam Flaminio, Ariminum Servilio evenisse provinciam: notissimumque est, apud Trasimenum lacum in Etruria prope Arretium Flaminium esse ab Hannibale cæsum. Itaque mirabar eum Ariminum diem ad conveniendum edixisse exercitui, ibique consulatum iniisse dici ab Livio, censebamque pro *Arretio* illius urbis nomen suppositum. Sed repressit me Zonaras, e cujus comparata cum aliis narratione colligo, etsi divisæ fuerint ita consulibus provinciæ, placuisse tamen ambos junctis viribus Hannibali opponi in Liguribus, ubi exspectaturum Romanos ille se simulabat, et pugnandi copiam facturum: ut vero necopinantibus eis, equitatu in castris relicto, noctu silenti agmine profectus, superatis angustiis in Etruriam contendit, tum consules γνόντας ἠπατημένους, Servilium αὐτοῦ ὑπομεῖναι, Flaminium persecutum eo instantius, quod speraret, se absque socio laudis victoriam habiturum, Arretium pervenisse. *J. F. Gron.* *Adesset* etiam omnes mei, et Hearnii codd. *Ariminum* Lov. 3.

§ 2 *Huic in provincia consulatum inire consilium erat*] Pall. tres *in provinciam.* Gebh. Ita etiam Flor. Harl. et Hav. Præterea *Hac in provincia* Lov. 3. *Hic in provincia* Hearnii N. in margine.

Memori veterum certaminum cum Patribus; quæ tribunus plebis, et quæ postea consul] De C. Flaminii tribunatu sic Cicero in Catone c. 4. 'Q. Fabius Maximus consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, quod potuit, C. Flaminio tribuno plebis restitit, agrum Picenum et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.' Et Valerius v. 4. 5. 'Cum Flaminius tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo promulgasset invito senatu, precibus minisque ejus resistens, ac ne exercitu quidem adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem jam ferenti pater manum injecit, privato fractus imperio, descendit e rostris.' Idem Polybius II. 21. Cicero de Invent. II. 17. De consulatu et triumpho C. Flaminii scribit Plutarchus in Marcello 299. 'Cum augures vitio creatos esse consules Flaminium Furiumque dixissent, senatum eos extemplo ab exercitu literis emissis revocasse: receptas autem literas Flaminium non ante aperuisse, quam hostes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum vix concessum esse, ipsum privatum triumphasse, atque consulatu se abdicare coactum esse.' Triumphavit de Gallis. *Sigon.* *Memoria veterum cert.* Lov. 3. Rec. et Hearnii N. in contextu: *memor veterum cert.* Gaertn. Deinde *quæ prius tribunus plebis, et quæ postea consul de consulatu*, trajecta voce *prius*, Harl. Mox *deinde triumpho*, pro *dein de triumpho*, Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. usque ad Froben. 1531. Legis,

quam C. Flaminius tribunus plebis de ægro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, meminit etiam Cic. in Bruto c. 14.

§ 8 *Invisus etiam senatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius tribunus plebis adversus senatum, uno Patrum adjuvante*] Τὸ *inique* disparet in libris Mss. Deinde exhibent *atque uno Patrum adjuvante*. Gebh. Put. *invisus etiam Patribus*. Idemque, ut et Voss. ac tres Pall. ignorant τὸ *inique*: et profecto magis impedit sensum, quam juvat. Forte et, quamvis multis scriptis, legendum *adverso senatu*. Lib. XXXIII. c. 22. 'Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adversum omnem senatum videret.' XLII. 22. 'Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo.' VI. 42. 'Comitia consulum adversa nobilitate habita.' Cur autem Put. plurimique nostri *atque uno*, non exputo, nisi fuit *tantumque uno*, aut *adversante senatu, uno*. Potuit enim fieri, ut librarius exprimeret ADVERSSENATUANTE, emendaturus, quod peccarat, nescio qua festinatione parte posteriore vocis præterita; unde sequentes *atque* fecerint. *J. F. Gron.* *Invisus etiam senatu* Lov. 1. 5. Harl. et Gaertn. *invisus etiam Patribus* Flor. et Cant. Deinde vocem *inique* in nullo cod. inveni, ut nec Hearnius in suis. Verum insuper *quam Claudius*, omisso ejus prænomine, Lov. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii D. ac N. *quamq; Claudius* Harl. *quemque Claudius* Lov. 1. *quemq; Gladius* Flor. a m. pr. *quamq;* a m. sec. *adversus senatum* etiam superest in omnibus meis, pro quo Gronovius *adverso senatu* conjicit. Ita hoc lib. c. 10. 'Hanno unus adverso senatu caussam fœderis magno silentio egit.' XXXIX. 41. 'His accensi homines adversa nobilitate non M. Porcium modo censorem fecerunt.' Sall. in Jug. c. 84. 'Neque illi senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat.' Similiter *adversa Patrum voluntate*, pro *adversus Patrum voluntatem*, optimi cod. auctoritate Gronov. restituit I. 46. § 2. ubi vide quæ notavi. Verum *atque uno Patrum adjuvante* hic legunt etiam Flor. Cant. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *atque ut uno* Lov. 2. Hinc veriorem puto ingeniosam Gronovii conjecturam *adversante senatu, uno patrum adjuvante*.

Q. Claudius] Hunc Pighius, nescio quo auctore, cognomine 'Flaminium' vocat, et inter tribunos plebis A. U. C. IↃXXXV. recenset. Sed id ex hoc loco non satis certo demonstrari potest. Nam quod paullo post dicit Livius, Flaminium hac lege suadenda sibi favorem plebis et secundum consulatum peperisse, ex eo non necessario consequitur, legem illam hoc anno latam fuisse. Quum enim inter primum et secundum consulatum Flaminii quinque anni interjecti fuerint, potuit etiam tertio vel quarto eorum ferri. Certe in his verbis Livii 'Q. Claudius legem, &c. tulerat,' nihil est, quod nos cogat id ad annum, qui secundum consulatum Flaminii proxime præcessit, adligare. Qui et ob quas causas legibus Romanis prohibiti fuerint naves habere, docet Cujacius Obs. VI. 28. Quod autem Livius naves maritimas memorat, et Claudio quæstum omnem Patribus indecorum visum dicit, eo significari videtur, quum Romani post bellum Punicum primum partem Siciliæ, Sardiniam et Corsicam tenerent, senatores sibi in his prædia comparare, et per speciem deportandorum ex iis fructuum negotiationes amplissimo ordine indignas exercere cœpisse. *Duk.* De hoc Q. Claudio ejusque cognomine 'Flaminino,' quo a Pighio adpellatur, vide ad XXVII. 21. § 5. Illud autem forte Pighio ansam dedisse potuit Q. Claudii tribunatum plebis ad annum proxime præcedentem referendi, quoniam a Livio vocetur 'nova lex;' quod tamen etiam

alio sensu accipi potest.

Ne quis senator, quive senatoris pater fuisset] *Ne quis senatorum* Hafn. Gaertn. et Hav. Tum *qui senatoris pater* Ber. a m. pr. *quive senatoris filius* ad oram Livii Ant. Perizonius; verisimilius *cuive senator pater* J. Alex. Roëllius conjecerunt. Mox *centum amphorarum* Lov. 3.

§ 4 *Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos*] Vocula *Id* non adparet in Lov. 4. Deinde *in agris* legunt Voss. et Lov. 1. In verbis seqq. *quæstus omnium Patribus* Gaertn. *quæstus omnibus Patribus* Rec. Tum *indecorus visus est* omnes edd. usque ad Jac. Gronovium, qui τὸ *est* omisit, quod in nullo etiam scripto meo inveni. Hinc *legis Flaminio suasori* Lov. 4. *Flaminio suasori legis* Lov. 5. Probare autem nequeo quod Glareanus ad § seq. receptam interpunctionem mutare conatur, legens *invidiam apud nobilitatem suasori legis, Flaminio favorem apud plebem*, ac *suasori legis* de Q. Claudio accipiens. Licet enim, qui legem tulisset, eamdem interdum suaderet, quum tamen Q. Claudius adjuvante Flaminio legem illam tulisse dicatur, vulgatam distinctionem servo, ut potius Flaminius vocetur suasor legis, eaque res invidiam apud nobilitatem, favorem apud plebem eidem Flaminio peperisse dicatur.

§ 5 *Ob hoc ratus auspiciis emendis, Latinarumque feriarum mora*] Ita vulgo habent recentiora exemplaria. Vetus codex *ementiendis* habet. Ego monui, ut videret lector, ne *emendandis* sit legendum. *Sabell.* Sabellicus *emendandis* legendum putavit. Sed ex codice Moguntino *ementiendis* recte restitutum est. Nam loquitur hic author ex opinione Flaminii. Præcedenti autem versu distinguendum post *legis*, ut suasor legis intelligatur Q. Claudius, non C. Flaminius. *Glar.* Fuit olim *emendis:* inde *ementiendis* factum est: in quo verbo sensus est ille quidem, verum non germanus. Quis enim erat, cujus interesset *ementiendis* consulto auspiciis C. Flaminium consulem retinere, ne adversus ferocissimum hostem exiret? Malim ego *petendis*, aut *repetendis*, ut est in vett. aliquot libris, id est, cum secunda non apparuerunt, iterum atque iterum usque ad perlitationem petendis. Quam rem sæpissime consules, ne extemplo in provincias exire possent, moratam esse, alibi tradit, ut XLI. 16. Cn. Cornelio et Q. Petilio consulibus. *Sigon.* *Ob hæc ratus ausp. ementiendis* Pal. unus. Reliqui *Ob hoc ratus ausp. emendis.* Sigonio placuit ex libris, ut vult, *Ob hoc ratus auspiciis petendis*, aut *repetendis:* utrumque inepte. Verebatur ne mora ei objiceretur vel mentitis auspiciis, quod frequentissimum erat: mirorque quærere Sigonium, cujusnam interesset, ementiendis consulto auspiciis C. Flaminium retinere, ne adversus ferocissimum hostem exiret? Quin Patrum universorum intererat, quibus indignum videbatur, res magnas geri a plebeio Flaminio, &c. *Grut.* Probissime solus Pal. 2. *Ob hæc ratus ausp. ementiendis.* Nam, ut retineret senatus Flaminium, auspicia et alias remoras objiciebat atque ementiebatur. Cicero Philipp. II. 35. 'Audiebam quidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum.' Quare vana est correctio Sigonii *petendis* aut *repetendis* substituentis. *Gebh.* Sigonius *repetendis:* male. Timebat Flaminius, ne, sicut in priore consulatu suo ob prodigia, quæ augures sibi inter auspicandum oblata retulerant, jussus erat a Patribus magistratu se abdicare, ita et nunc vana auspicia ementirentur. Plutarchus in Marcello 299. et Zonaras VIII. 20. *H. Vales.* *Auspiciis ementiendis* Mss. optimi: et sic jam inter veteres editos Becc. et Mog. Frustra infestus est Sigonius subjiciendo *repetendis*. Cicero de Divin. I.

16. 'M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnunciatione neglecta. In quo Appius non satis scienter virum bonum et civem egregium P. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscripserit.' Philipp. II. 33. 'Magna, ut spero, tua potius, quam reipublicæ calamitate ementitus es auspicia:' et rursum c. 35. 'Audiebam quidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum:' et III. 4. 'Collega uno referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis fecerat.' Pro Domo c. 48. 'Ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem voluisti. Et qui religiones omnes polluerit aut ementiendo, aut stuprando.' Flaminius in priore consulatu, *ἐπαιρόμενος τῇ νίκῃ, τήν τε αἵρεσιν αὐτῶν ἀπεδείκνυ δι' αὐτῆς ὀρθῶς ἔχουσαν, καὶ διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν φθόνον ἐνέκειτο καὶ τοῦ θείου τοὺς δυνατοὺς καταψεύδεσθαι*, ut ait Zonaras VIII. 20. *J. F. Gron.* *Ob hæc*, præter unum Hav. qui alteram lectionem servat, omnes codd. quibus utor: quare id recte in contextum Gruterus admisit. Deinde *petendis auspiciis* Rec. et Hearnii N. in margine. *Emendis auspiciis* Lov. 1. 4. 5. et Voss. qui in margine exhibet *habendis auspiciis:* sed *emetiendis auspiciis* Hav. Hearnius etiam *emetiendis* vel *emendis* se in suis reperisse testatur. Sed recte *ementiendis* viri docti probarunt, quod in reliquis meis superest. 'Ementiri auspicia' est falsa auspicia nunciare: 'mentiri' dixit x. 40. 'Pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit.' Pariter 'ementiri falsa naufragia' Livius dixit XXV. 3.

§ 6 *Non cum senatu modo, sed jam cum Diis immortalibus, C. Flaminium bellum gerere*] *Neque cum senatu* Ber. Deinde *sed cum Diis imm.* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Jac. Gronov. qui substituit *sed jam cum Diis.* Et ita præferunt reliqui codd. Hinc Flaminii prænomen, quod in omnibus apud me libris superest, se in L. 1. et N. non invenisse, Hearne testatur. Insuper *gerere bellum* Lov. 3. Paullo ante *infensis jam ante Patribus*, pro *infestis*, Ber. Vide ad II. 46. § 7. *infestis jam Patribus* Lov. 3. et edd. vett.

§ 7 *Consulem ante inauspicato factum revocantibus ex ipsa acie Diis*] *Consulem antea* Ber. Vide ad XL. 12. § 3. *cons. autem inausp. factum* Hav. Vide ad XXVII. 35. § 7. Deinde *revoc. ex ipsa arce Diis* legere jubet J. Clericus, invita omnino historia. Constat enim ex Plutarcho in Marcello 299. et Zonar. Ann. VIII. 20. eo in primis tempore ex provincia literis senatus revocatos fuisse Flaminium cum collega, quo cum hostibus prœlio congressuri erant. Illos vero auspicatos, se a senatu revocari, non ante literas perlegisse, quam pugna commissa victoriam reportassent.

Et nunc comitia prætorum et Capitolium et sollemnem votorum nuncupationem fugisse] C. Flaminium, ut dixi, vitio consulem factum a senatu a bello, quod cum Gallis gerebat, revocatum non paruisse, tradit Plutarchus. Quod cum ita sit, sane intelligi potest, cum in vet. lib. *conscientias prætorum* inveniatur, *conscientia præteritorum* esse emendandum. Nam, quo modo vulgo legitur, *comitia prætorum*, nihil ad rem pertinet: neque enim initio consulatus habebantur comitia prætoribus creandis, sed eodem fere tempore quo consulibus. Hanc autem lectionem excogitavit Paullus Manutius, qui in ejusmodi veterum auctorum mendis et dignoscendis et emendandis maxima cum ingenii et doctrinæ laude jam per multos annos versatur. *Sigon.* Adprobavit Paulli Manutii emendationem *conscientia præteritorum* C. Sigonius. Interim constanter libri scripti et casca ed. *ne nunc conscientias præte-*

rum. Pro *votorum* quoque in Pal. 1. erat *victorum*. Gebh. P. Manutii conjectura est, laudata Sigonio; cum vulgo esset *comitia prætorum*, quod pressum invenio primum Moguntiæ. Scripti et Andreas, Aldus, Asc. B. aliique priores *conscientias prætorum*. Unde vere, puto, fecimus, *et nunc conscientia spretorum* (Deorumque et hominum) *et Capit. et sol. votorum nunc. fugisse*. Hanc nempe conscientiam metum ei fecisse, ne et Dii contemtionem sui adversis ominibus vindicarent, et homines, præcipue Patres atque augures, impedimentis honorem ei exterquerent. Lib. xxxv. c. 12. 'Ut, quum in Græciam Antiochus trajecisset, conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ amicitiæ conjungeret se cum Antiocho.' *J. F. Gron.* *Ne nunc conscientias prætorum* Voss. Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. *nec nunc conscientias prætorum* Hav. *et ne nunc conscientias prætorum* Lov. 5. *nunc conscientias prætorum* Flor. pro quo recte Gronov. *conscientia spretorum*, unica litera ex fine præced. vocis in initium sequentis retracta: quod genus errorum, quia olim voces continua serie scribi solebant, ab indoctis librariis sæpissime commissum est. Mox *votorum supplicationem*, pro *nuncupationem*, Hav.

§ 8 *Ne senatum, invisus ipse, et sibi uni invisum, videret*] Vet. lib. *invisus ipsi*. Sigon. Pall. tres *ipsi*. Vetus autem ed. *ne senatum invisus, et sibi ipsi uni invisum, videret*. Gebh. *Invisus ipsi* Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. quod Gronovius etiam in prima ed. notarum in libris esse monuerat. Et ita edidit Aldus, qui tamen in erratis *ipse* revocavit. *Ne senatum invisus, et sibi ipsi uni invisum* omnes antiqq. edd. Quod nunc vulgo legitur, jam vidi in Ven. 1498. *nec senatum* habet Hav. Paullo ante *Jovis circa templum* Gaertn. *Jovis omne templum* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. a m. pr. (τὸ *omne* a m. altera erat deletum) et edd. vetustissimæ. *Jovis omen templum* Rec. Per compendium scriptum fuerat *Jovis OM templum*, ut in Flor. exstat; quod *omne* vel *omen* reddiderunt indocti librarii, quum debuissent *Optimi Maximi*, quemadmodum Frobenius 1531. reposuit.

Jovique Latiali sollemne sacrum in monte Albano faceret] Abiit a tribus libris *Albano*. Gebh. Optimi *Latiari*: nam *Albano* nusquam scriptum invenimus. A Moguntinis est. Andreas, Becc. Asc. Aldus, Juntas, Tarv. Ven. ignorant. Lib. xxv. c. 12. 'Eo die perpetrato sacro in monte in suas quisque provincias proficiscuntur.' xl. 45. 'Latinas mox subito coorta et intolerabilis tempestas in monte turbavit.' *J. F. Gron.* 'Latialis' et 'Latiaris' in vetustis libris scribi, multi adnotarunt. Vide interpretes Ciceronis ad Orat. pro Milone c. 31. In Varrone de Ling. Lat. iv. 16. est 'collis Latiaris,' non *Latialis*. Duk. *Latiari* apud me Flor. et forte etiam Cant. Similis lectionis diversitas etiam est in Sueton. Calig. c. 22. 'Quidam eum Latiarem Jovem consalutarunt;' ita optimus Salmasii aliique codd. ibi servant. Vide Casaub. Græv. et Burmann. ad eum l. Adde Oudend. ad Lucani i. 198. Vox *Albano* in nullo etiam apud me cod. superest, in nullo etiam apud Hearnium. Lib. xxii. c. 1. 'Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis.' xliv. 22. 'Latinis, quæ pridie Kalendas Apriles fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato.' Eadem etiam perperam in uno cod. addita erat xxv. 12. § 2.

§ 9 *Paludatus inde ad provinciam iret*] Put. Reg. et alii non nisi optimi *pal. inde cum lictoribus in prov. iret*. Pessimo facinore duas voces *cum lictoribus* omiserunt. *J. F. Gron.* *Paludatus deinde* Hearnii D. Vide ad xxxvi. 24. § 10. Male: *inde* est ex

Capitolio. Voces *eum lictoribus* supersunt in Flor. et Cant. quibus et L. 1. adstipulari, Hearnius testatur. Paullo ante *profectus in Capitolio* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hav.

Lixæ modo sine insignibus, sine lictoribus, profectum clam] *Lixa non* Lov. 4. Sed indoctus scriba *mō*, id est *modo*, et *nō*, id est *non*, perperam commutavit. Vide ad IV. 56. § 6. Tum *sine lationibus* Lov. 3. in contextu. Deinde *profectus* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Moguntinos.

§ 10 *Magis pro majestate videlicet imperii*] *Imperii vid.* Harl. Sed vox *videlicet* non adparet in Ber. qui etiam mox *in penates suos* præfert a m. pr. *ad penates* a m. sec. Idem codex § seq. omittit vocabulum *universi*.

§ 12 *Legatos enim mitti placuit*] Pal. 3. *legatos emitti*. Gebh. *Legatos ei mitti* Lov. 5. et Hav. Vide ad IX. 19. § 5. Mox *eum moverunt*, pro *movere*, Flor. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *eum commoverunt* Ber. et Hearnii L. 1. Deinde *priore consulatu*, pro *priori*, Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Inmolantique ei vitulus jam ictus*] Paulo aliter Silius hoc maxime modo idem refert V. 63. 'Nec rauco taurus cessavit (flebile) ad aras Immugire sono, pressamque ad colla bipennem Incerta cervice ferens, altaria liquit.' Ceterum tristis admodum portenti loco semper habitum, si hostia aufugisset: unde scribit in Julio Sueton. c. 59. Cæsarem ne religione quidem ulla a quoquam incepto umquam absterritum vel retardatum exemplo subjecto: quod, licet immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem et Jubam non distulerit. Et in Galba c. 18. 'Magna et assidua monstra,' inquit, 'jam inde a principio exitum ei, qualis evenit, portenderant. Cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim victimæ cæderentur, taurus, securis ictu consternatus, rupto vinculo essedam ejus invasit.' Item Tacitus de Vitellio Hist. III. 56. 'Concionanti (prodigiosum dictu) tantum fœdarum avium supervolitavit, ut nube atra diem obtunderent. Accessit dirum omen. Profugus altaribus taurus, disjecto sacrificii apparatu, longe, quam ubi feriri hostias mos est, confossus.' Hinc et Lampridius inter omina mortis Alexandri Severi ponit in ejus vit. 60. quod, cum natalem diem concelebraret, hostia cruenta effugit, albamque ejus vestem, cum qua constiterat, cruentavit: et Val. Max. I. 6. inter portenta, quibus Dii Pompeium monuerant, ne cum Cæsare ultimam belli fortunam experiri vellet, hostiarum ab ipsis altaribus fugam recenset. Qua de re etiam ita Dio XLI. 182. καὶ πολλὰ τῶν ἱερείων αὐτοῖς ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα ἐξέδρα. Videatur et Ammianus Marcell. lib. XXIII. et iterum Silius XVI. 265. *Modius*. Vide quæ notavi ad Silii V. 63. Paullo ante *magistratus iniit*, pro *magistratum*, Harl. Tum in sequentibus *sese quum preripisset* Flor. a m. pr. et Lov. 1. *sese quum prorupisset* Lov. 3. et Harl. *quum sese prorupisset* ed. Rom. 1472. 'Proripere' et 'prorumpere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad II. 23. § 8. ubi locutionem 'sese proripere' inlustravi aliis exemplis III. 17. § 1. VIII. 28. § 5. et Cortium ad Sall. Catil. c. 32. *Quum se proripuisset* Ber.

§ 14 *Id a plerisque in omen magni terroris acceptum*] Fortasse rectius *id a plerisque omen magni terroris acceptum*. Tacitus Ann. I. 28. 'Id miles, rationis ignarus, omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans.' *J. F. Gron.* Si quid mutandum, magis placeret, ut legamus *id a plerisque ut omen magni terroris acceptum:* quod sibi etiam in mentem venisse Dukerus indicavit. Propius enim ad lectionem vulgatam

accedit, si τῷ *in* substituamus *ut*, quam si totam voculam expungamus. Et ita fere est x. 11. 'Tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit. Quo velut omine belli accepto,' &c. Epit. Liv. lib. XLIX. 'Uticenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus.' Paullo ante *Fuga etiam procul major* Hav. *Fuga etiam procul et major* Ber. *Fuga procul etiam in animo* Lov. 3. Deinde *et occursatio fuit*, pro *concursatio*, Lov. 1. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

§ 15 *In Etruriam jam per Apennini tramites exercitus duci est cœptus*] Pall. omnes *in Etruriam per Apennini tramites*, omissa vocula *jam*. Gebh. Delevimus τὸ *jam*, quod abest a scriptis, et ex præcedenti voce repetitum videtur. Ignorat et Andreas: Tarv. et Ven. jam adsciverunt. *J. F. Gron.* Τὸ *jam* abest etiam ab omnibus meis, et Hearnii codd. Ante Tarvis. autem id jam adscitum vidi in Mediol. 1480. Hanc voculam etiam alibi ex vocis præced. literis ultimis repetitam esse, vidimus ad VI. 14. § 13. Præterea *et in Etruriam* Flor. Voss. a m. pr. Lov. 1. 3. Harl. et Ber. Tum *duci cœptus est* Gaertn. In verbis præcedd. *duabus a Sempronio prioris anni consule, et C. Atilio prætore acceptis* Lov. 3.

LIBER XXII.

Cap. I. § 1 *Jam vero appetebat, quæ Hannibal ex hibernis metuit, et neque eo qui jam ante conatus transcendere*] Vos, tanquam *appetebat* activum sit, et non absolutum, pro eo, quod est 'appropinquabat,' sive 'incipiebat,' sic emendastis: *Jam vero appetebat quæ Annibal ex hybernis, quæ et metuit:* nec hoc amplius. Petrarcha sic: *Jam vero appetebat, quæ Annibal ex hibernis metuit, ut neque eo qui ante conatus transcendere Apenninum, et cum ingenti periculo moratus ac metu.* Hæc si quis leget, non habens in promptu Livium, volo sciat Annibalem ante conatum fuisse ex Gallia Cisalpina, ubi se parum credebat tuto moraturum, transcendere Apenninum; sed fœdis cœli tempestatibus repulsum, et interea sæpe eisdem Gallis insidiantibus in ultimum discrimen adductum. Hunc locum, Poggius, ad quem Antonius et Bartholomæus suas in me invectivas miserant, cum superioribus diebus has emendationes ostenderem, dixit, aliquot jam annis Florentiæ sic emendasse una cum Leonardo et Carolo Aretinis: *Jam vere appetebat, cum Annibal ex hybernis movit:* cætera negabat egere correctionis, sicut illum communem mihi cum Candido locum, et alia multa, quod vellet sic accipi, *neque eo metu qui* (pro *quo*) *jam ante conatus erat:* solere namque Livium dure ac scabre loqui. Ego, etsi magis Livii, quam meam vicem doleam, tamen nihil dixi, nisi ut ad reliqua pergeret. Cujus quam docta sit expositio, et quam vera de Livio opinio, docti judicent. Ego sic lego, *Jam ver appetebat, cum Annibal ex hybernis movit: et nequicquam ante conatus transcendere.* Valla. Priore libro c. 59. ita habet Livius: 'Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit.' Nec interea quicquam de ejus in Galliam ex Liguribus reditu. Polybius omisit Hannibalis in Ligures discessum. Cum igitur Hannibalis hyberna apud omnes in Gallia fuerint, mihi hoc quoque suspectum totum Hannibalis iter visum est, ut pleraque, quæ in hac historia extra Polybium admiscet Livius. *Glar.* Polybius III. 77. ἐνισταμένης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας. *Sigon.* Annibalem in Gallia hybernasse, tradit Polybius: itaque tacite intelligendum est apud Livium, eundem ex Liguribus, in quos profectum esse ante dixit, in Galliam in hyberna se recepisse. *Sigon.* *Jam vero adpetebat, quæ hannibal ex hibernis metuit* Flor. Cant. Lov. 3. et Hav. *Jam ver adpetebat, quæ Annibal ex hibernis metuit* Harl. *Jam ver apetebat, et Hannibal ex hibernis* Ber. a m. pr. *ex hibernis se movit* a m. sec. *Jam ver appetebat, et Hannibal ex hibernis movit* Hafn. *Jam ver appetebat, neque Hannibal ex hibernis movit* Lov. 5. *Jam ver appetebant, cum Hannibal ex hibernis movit* Gaertn. *Jam vero apparebat, quæ Hannibal ex hibernis metuit* Voss. et Lov. 4. nisi quod hic *apparebant* legat. *Jam vero apparebat, quum Hannibal ex hibernis metuit* Lov. 1. *apparebat* etiam in codd. suis esse, Hearne monuit. De quo errore vide ad XXXVII. 32. § 14. Deinde *et neque eo, qui jam ante con.* Flor. Voss. Lov. 4. Harl. et Gaertn. *et neque eo qui ante con.* Cant. *et neque eo quia jam ante con.* Lov. 1. *et neque eo quo jam*

ante con. Lov. 3. et Hafn. *et neque eo quod jam ante con.* Ber. *et præterquam quod jam ante con.* Lov. 5. In his verbis editores emendationem Vallæ receperunt, nisi quod *Jam vero*, pro *Jam ver*, servent edd. Rom. 1472. et Parm. Mox *et tam ing. per. moratus* Ber. et Rec. *et cum ing. per. moratus est* Lov. 5.

§ 2 *Ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque*] *Agerent raperentque* Hearnii L. 1. At Virgil. Æn. II. 374. 'rapiunt incensa feruntque Pergama.' *Raperent agerent*, omissa conjunctione, Ber. a m. pr. *impeterent agerentque* Rec. Paullo ante *Gallis*, pro *Galli*, Flor. *consciverat*, pro *conciverat*, idem Flor. et Hav. Vide ad x. 18. § 2.

Sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum viderent hibernis] Vet. lib. *hibernis viderent.* Sigon. Ita et Flor. voces digerit omnesque codd. uno excepto Lov. 3. Insuper *viderent* primus recepit Curio, quum antea ederetur *viderunt*, quod Gronovius 1665. revocavit. Paullo ante *belli sedem esse* Gaertn.

§ 3 *Verterunt retro ad Hannibalem ab Romanis odia*] Pal. 1. et vet. ed. *verterunt retro Hann.* Pal. 2. *verterunt retro in Hann.* Gebh. *Verterunt retro Hann.* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. et Harl. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *verterunt retro in Hann.* Lov. 4. 5. et Ber. *vertunt retro ad Hann.* Hav. Vide ad x. 12. § 4. Mox *petitusque est sæpe* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. Frobenius demum τὸ *est* 1531. expunxit.

Ipsorumque inter se fraude] Flor. Gud. Voss. Mureti libri nesciunt particulam copulativam. Et certe supervacanea est. *J. F. Gron.* Eamdem nesciunt etiam Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. omnesque Crevierii, qui eam recte ex contextu ejecit. *Sed ipsorum inter se fraude* legit Ber.

Eadem levitate, qua consenserant, consensu indicantium servatus erat] Pro *consensu*, alii *consensum* restituerunt, quod placet. Perottus, cum hæc verteret, *crimen indicantium* extulit. *Glar.* *Qua inter se consenserant* Lov. 3. Deinde *consenserant consensui indicantium* edd. Rom. 1472. et Parm. *consensu indicantium* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. Haverk. Hearnii D. N. et aliæ ex primis edd. quarum quædam, ut Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et plures *inter se fraudem*, pro *fraude*, legunt. *Consensum* Froben. 1531. recepit. Deinde τὸ *erat* non adparet in Cant. In seqq. *tegmenta capitis*, pro *tegumenta*, Lov. 3. 4. et Ber. Vide ad XXXVI. 32. § 6. Deinde *errorem etiam sese* sine sensu Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. *errore sese* Gaertn.

§ 4 *Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis magistratum iniit*] Inserit optimus codex, *Cn. Serv. consul Romæ.* J. F. Gron. Eadem vox in uno meorum Flor. reperitur. At *ipse Cn. Serv. Romæ* Hav. *Romæ Cn. Serv. Idibus* Ber. Paullo ante *hic ei timor fuit*, duabus vocibus omissis, Gaertn. *hic quoque timor ei caussa fuit* alio ordine Ber. et *ex hibernis movendi* Lov. 3.

§ 5 *Duos se consules creasse, unum habere: quod enim illi justum imperium, quod auspicium esset magistratus, id a domo, &c.*] Querela est senatus: ea tamen verba me male torquent. Priore enim libro cap. ult. Flaminius privatus clam in provinciam abiisse dicitur, quod rebatur Latinarum feriarum mora et consularibus aliis impedimentis Patres retenturos se in urbe. Hic autem contra Latinis feriis actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, justum imperium auspiciumque secum ferre dicitur. Quod ea de caussa admonemus, ut eo attentius lector id legat. *Glar.* Nihil erat caussæ, cur hoc loco verbum facerem, nisi Glareanus admoneret nos, ut vi-

deremus, quemadmodum Livius paucis verbis pugnantia diceret: nam paulo ante dixisse, Flaminium Capitolium et solennem votorum nuncupationem fugisse, ne Latinas indiceret, ne Jovi Latiali solenne sacrum in monte Albano faceret: nunc autem dicere, eundem, feriis Latinis actis, sacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis, ab domo justum imperium atque auspicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te cæterosque admonere, ut videant, ne temere Glareano assentiantur: neque enim ipsum, ut alias, Livianam sententiam percepisse. Hoc enim ait Livius: questum esse senatum, duos se consules creasse, unum habere: consulem enim eum demum esse, qui justum imperium et auspicium habeat. Justum autem imperium et auspicium a domo, et a privatis publicisque penatibus secum in provinciam ferri, Latinis feriis actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea consulem non esse habendum, sed privatum; auspicia enim non sequi privatum: qui autem sine auspiciis sit profectus, ut Flaminius, ea in externo solo nova atque integra ipsum non posse concipere. *Sigon.* Offendit in hoc loco Glareanus: nec tam immerito, quam videri vult Sigonius. Nam vitiata et scriptura et distinctio tota est. Restituo *quodnam enim illi justum imperium, quod auspicium esse? magistratum id a domo, &c.* clara lectio, confirmata etiam a codice meo. *Lipsius,* Epist. Quæst. v. 10. Recte viderat Glareanus, hæc sibi non satis per omnia constare; frustraque est Sigonius, dum illum illi scrupulum interpretatione horum verborum eximere conatur. Nos pedibus imus in sententiam eruditissimi et literatissimi Lipsii: quem eundem vide etiam de auspiciis his ad Tacit. Ann. l. III. c. 59. et l. IV. c. 36. *Modius.* Haud aliter *quod auspicium esse? magistratus, &c.* distinguunt Pall. tres. *Grut.* Ita quidem distinguendum censuit Lipsius. Sed Pall. et ed. vetus *quod ausp. esse magistratus: id a domo.* Gebh. *Esse,* pro *esset,* præter unum Cant. omnes mei, præterquam etiam quod vox illa in solo Harl. desit. Hearnius quoque unum suorum N. memorat, qui præfert *esset:* quod tamen habent omnes edd. usque ad Gruterum, qui recte Lipsii emendationem et interpunctionem recepit. Ber. legebat *quod auspicium esse magistratus, quum id ab domo, &c. secum ferret.* Neque aliter Lov. 3. nisi quod præferat *quam is ab domo.*

§ 6 *Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto*] *Feriis indictis* Exc. Pithœi, quod forte repetitum est ex lib. præc. cap. ult. 'Ne Latinas indiceret.' Et ita passim feriæ, quæ quidem quotannis, sed nullo certo die, celebrabantur, dicuntur 'indici.' Vulgatum tamen verius est. Antequam enim consules in provincias exibant, non tantum Latinas 'indicere,' sed etiam 'agere' debebant. Et ita 'agere ferias' I. 31. 'Ut feriæ per novem dies agerentur.' Deinde *in monte peracto* Harl. et Rec. quod est ex glossa interpretis. Infra lib. XXIII. c. 14. 'Rebus divinis perfectis.' 'Facere' in hac re verbum sollemne esse, vidimus ad v. 52. § 5. Solent autem 'factus,' vel 'facere,' et 'actus,' vel 'agere,' in Mss. confundi. Vide ad VI. 28. § 2.

§ 7 *Nec privatum auspicia sequi*] Pal. 2. *privatim.* Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *pervatum* sit in Rec. Mox *in extremo ea sola nova* Lov. 5. et ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIV. 25. § 6. *In externo solo nova* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Hav. et Ber. a m. pr.

§ 8 *In Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse*] Pal. 1. *in Sardinia rudes.* Pal. 2. *in Sard. rudes.* Pal. 3.

in Sicilia miti scip., quem manu teneret, arsisse. Gebh. Put. duo Medic. Barber. Reg. Men. *in Sardinia audes in muro circumeunti vigilias eq.* Alii *sudes, rudes, cudes, audex.* Operarum, credo, erratum, quod in novissimis omissum *τὸ vigilias.* Lib. XXVIII. 24. 'Probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta.' XXXII. 26. 'Romæ vigiliæ per vicos servatæ, jussique circumire eas minores magistratus.' l. XXXIV. c. 9. 'Quanta, si hostis ad portas esset, servabant vigilias et circumibant cura.' Equitum vero id munus fuisse testis Polybius VI. 33. ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἵππεις ἀνατίθεται. *J. F. Gron.* Postrema est Gruteri, quæ vocem *vigilias* omisit, quam sequuntur Elzevir. Heinsii, ac Blavian. sed sine dubio operarum errore: est enim in prioribus edd. omnibusque scriptis. *Sudes* pro *autem* inveni in Lov. 4. Harl. Ber. Hafn. et Hav. *audex* in Lov. 1. *audes* in Flor. Lov. 3. et Hearnii N. quorum Lov. 3. etiam voces priores *in Sardinia* omisit. Hinc *circumeunti vig. equites* Flor. et Cant. *circ. vig. equite* Hafn. *circ. vig. equitem* Voss. *circ. vig. equitum* Lov. 3. Tum *stipem, quem manu tenuerat* Rec. Totum locum ita exhibet Harl. *in Sardinia sudes in numero circ. vig. equites scipionem, quem manu tenuerant, arsisse.* Verum 'numerus' et 'murus' etiam alibi librarii commutarunt. Exemplum habuimus v. 21. § 6. In *circumuenti* pro *circumeunti* unica tantum litera transposita est; quamvis tamen 'circumire' et 'circumvenire' etiam alibi confunduntur. Vide ad IX. 27. § 8. et X. 35. § 3. Jac. Gronovius in Diss. Epist. in Livii Loc. Quæd. Geogr. Ep. II. p. 16. legendum conjicit *in Sardinia Sulcis in muro, &c.* quam emendationem pluribus refellere conatus est Jasitheus in Apolog. p. 16. Argumenta, quibus sententiam firmare conati sunt, ex eorum scriptis peti possunt. Licet autem Gronovii conjecturam, quæ ingeniosa est, et proxime ad quorumdam codd. lectionem accedit, veram esse, adfirmare non audeam; aliquid tamen monstri in vulgato latere, inde admodum verisimile fit, quod notissima vocula *autem* in plerisque codd. in tot alienissimas a sensu hujus loci voces abierit. Paullo ante *prodigia simul ex multis locis nunciata* edd. principes. Tum *in Sicilia nubibus aliquot spicula cecidisse* est in Hearnii L. 1. *aliquot spicula cecidisse* mihi quoque obvium fuit in Hav.

Et scuta duo sanguinem sudasse] Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio p. 174. θυρεὸυς τε ἀφ' αὐτῶν αἵματι γένεσθαι διαβρόχους. Et quod ait 'ardentes lapides cœlo cecidisse,' ille vertit, καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι. Et quod ait, 'Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse,' ille vertit, καὶ θέρη σταχύων περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι. *Sigon.* Pall. duo *sanguine.* Gebh. Ita et Flor. atque Harl. Quemadmodum 'pluere sanguine' ac 'sanguinem,' 'lapidibus' et 'lapides,' ita etiam utrumque 'sudare sanguine' et 'sanguinem' in usu fuisse constat. Hic tamen *sanguine* malo, non modo ob cod. Flor. auctoritatem, verum etiam quod Livius ita loquatur XXVII. 4. 'Quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse:' et perpetuus Livii imitator Silius Ital. II. 455. 'Heu quantum Ausonio sudabitis arma cruore!' ubi alia Silii et aliorum scriptorum exempla hujus locutionis laudavi. Ita etiam, hoc ipsum prodigium referens, legit Oros. IV. 15. 'In Sardinia sanguine duo scuta sudasse:' neque aliter, eum verbo tenus ferme describens, Freculph. tom. I. l. v. c. 7. Quin et apud Val. Max. I. 6. 6. ubi similiter recensetur, *sanguine* etiam in Mss. esse, Perizonius notavit. Vocula autem *et* deficit in Lov. 4. Tum *duo scuta* legit Hav. In verbis præcedd. *crebrius ignibus fulsisse* præfert Lov. 5.

§ 9 *Præneste ardentes lapides cælo cecidisse*] Vox *cælo* non adparet in Lov. 1. Deinde *descendisse* Ber. a m. pr. et Hafn. Quinam vero 'lapides ardentes' sint, non intelligo, nisi indicentur candentes, candefacti. Latinii Brancal. legit *Præneste lampades cælo cecidisse.* Scribendum itaque puto, *Præneste ardentes lampades cælo cecidisse,* quemadmodum etiam Lycosthen. medio seculo XVI. Julii Obseq. supplementa edens, hic legisse videtur: prodigia enim hujus anni referens c. 81. inter alia scribit, 'Præneste ardentes lampades de cælo ceciderant.' Simile est prodigium apud eumdem Obseq. c. 70. 'Lavinii fax ardens in cælo visa:' et c. 105. 'Fax ardens Tarquiniis late visa, subito lapsu cadens.' Certe quod *fax* vocatur eidem Obseq. c. 128. et c. 131. λαμπὰς dicitur Dioni Cass. XLV. 278. et LIV. 534. ut partim Oudendorp. partim Scheffer. ad dicta loca Obseq. observarunt. *Lampadum* meminit Plin. Hist. N. II. 26. Facile autem *lampades,* vel *lapades,* in *lapides* ab indoctis librariis commutari potuerunt.

Et Arpis parmas in cælo visas] Habent Pall. tres *et Arpii palmas* (Pal. 2. *parmas*) *in cælo visas.* Gebh. Put. *Arpis parmas.* Atque ita legit Orosius IV. 15. 'Et apud Arpos parmæ in cælo visæ.' *J. F. Gron.* *Arpii* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. *Harpinii* Lov. 5. *Arpiis* Flor. Sed *Arpis* rectum est. Deinde *parmas* Flor. Cant. Lov. 4. Ber. Hav. et Latinii Brancal. quam scripturam recte Gron. ex libro optimo probavit. Et ita legunt Freculph. Orosium describens, tom. I. l. V. c. 7. et Lycosth. supplementa Jul. Obs. edens, in prodigiis hujus anni c. 81. 'Parma' et 'palma' etiam alibi a librariis permutari, docuit Broekhus. ad Propert. IV. 10. 40. Caussa erat perpetua literarum *L* et *R* confusio, de qua vide ad XXVIII. 36. § 7.

§ 10 *Et aquas Cærete sanguine mixtas fluxisse*] Put. *Cærites:* idque probat Val. Maximus I. 6. 'Cærites aquas sanguine fluxisse.' Noster V. 50. 'cum Cæretibus publice hospitium fieret.' *J. F. Gron.* *Aquas Cæretes* etiam Flor. et Cant. Similiter etiam Cluver. Ital. Ant. II. 2. 491. *aquas Cærites,* vel *Cæretes,* ex conjectura legendum censet. Utrumque *Cærites* et *Cæretes* etiam apud ipsum Livium obcurrit. Et quidem prius aliquoties: ut VII. 19. 20. et XXVIII. 45. posterius V. 16. 'Per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi.' Nomen enim hujus urbis Græcis erat Καῖρε vel Καιρή: a priori *Cærites,* ab altero *Cæretes* formabatur, ut Cluver. d. l. docuit. Quod autem reliqui codd. cum primis edd. *Cærete* hic exhibeant, inde evenit, quod prima litera vocis *sanguine* præcedentis ultimam eliserit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Paullo ante *Capuæ,* pro *Capenæ,* Hav. Oros. IV. 15. *Carpenas,* Freculph. tom. I. l. V. c. 7. *Capemenas* dixerunt; verum recte reliqui codd. Liv. *Capenæ* præferunt, et *Capenas* apud Oros. et Frecnlph. emendandum esse, diu viri docti monuerunt. Præterea *interdiu duas lunas* alio ordine Ber.

Fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis] *Fontemque ipsius Herculis* Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. *fontemque ipsorum Herculis* Flor. Voss. et Lov. 1. quod probari potest. *Fontemque ipsorum* (scilicet Capenatium) licet præcesserit 'Capenæ.' Nam eodem modo est XXXVIII. 29. 'Quatuor menses obsidionem Same sustinuit, quum ex paucis aliqui eorum caderent:' ubi plura dicentur. Atque ita *ipsius* potest considerari tamquam ex glossa τοῦ *ipsorum* natum. Neque displicere debet, duos genitivos *ipsorum* et *Herculis* ex uno substantivo *fontem* pendere. Id enim apud Livium et alios obvium esse, videbimus ad XXXIV. 26. § 5. Deinde *cruentis manasse sparsum lacrimis* Hearnii D. literarum transpositione et li-

tera *u* in *ri* dissoluta.

Et Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse] In vet. libris est, *et in Antii agro met.* Sigon. Legendum e libris Mss. omnibus, *et Antii met.* ut et profert vet. ed. *Gebh.* *In Antii agro* ab Sigonio est. Prius erat *et Antii met.* Omnibus certe, quos vidimus, abest τὸ *agro*, quod Sigonius adjecit. Suspicor scripsisse Livium *et in Antiate metentibus:* ut VI. 14. 'Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi.' XXXIII. 26. 'Ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat.' XLI. 13. 'In Crustumino sangualem avem sacrum lapidem rostro cecidisse.' Valerius et Orosius 'apud Antium.' Plutarchus περὶ Ἀντίου. Livius XXVIII. 11. ubi par prodigium narratur, 'Ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas metentibus visas esse.' *J. F. Gron.* *Et Antii* Lov. 1. 5. Harl. Gaertn. et Rec. *et Aritii* Lov. 4. Vide viros doctos ad Valer. Max. I. 6. 5. *et in Antii* Voss. a m. pr. (τῷ *in* notæ adduntur a m. sec. quibus indicatur, eam vocem delendam esse) Flor. Hearnii D. N. et ed. Rom. princeps: *et in Antii agro* Lov. 3. et Hav. *et in Anciagro* Hafn. *et Antii in agro* Ber. *apud Antium* dixit etiam Freculph. tom. I. l. V. c. 7. Si cum Gronov. *in Antiate*, sive potius, ut edidit, *in Antiati*, legendum est, ex ejus interpretatione ortum videri debebit, quod alii codd. præferunt, *in Antii agro*, vel *Antii in agro*. Nam *in Antiati* ponitur pro 'in agro Antiati.' Ita 'in Tusculano' VII. 39. Vide etiam ad II. 59. § 5. et hoc modo recte 'in Mutinensi' adversus Scheffer. apud Jul. Obseq. exponit Oudendorp. ad c. 130. 'in Antiati agro' plene dixit VIII. 12. Præterea *in orbem* Voss. Lov. 1. Hafn. et ed. Rom. 1472. *in urbem* Gaertn. Sed præter reliquos codd. *in corbem* servant etiam Val. Max. Oros. et Freculph.

§ 11 *Et Faleriis cœlum findi velut magno hiatu visum, &c. sortes sua sponte adtenuatas*] Sic XXI. 62. 'Cære sua sponte sortes extenuatas.' Prænestinæ antem quædam sortes inter cæteras fuerunt, quæ perfracto quodam saxo erupisse dicuntur; id est, in robore insculptæ priscarum literarum notæ: auctor Cic. de Div. II. 41. Plutarchus autem in Fabio, 175. ubi hoc prodigium tradit, tabulas quasdam cœlo decidisse ait, quarum una has literas haberet; sic enim ait: Τοῦ δὲ ὑπὲρ Φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα· καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν· Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει. *Sigon.* Pall. *et Phalernis* (Pal. 3. *Falercus*) *cœlum findi velut magno hiatu visum.* Gebh. Vocula prima *et* non adparet in Cant. Deinde *Falernis* legunt Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Rec. et Hav. *Phaleris* Lov. 5. *Salernis* Hearnii D. Hinc *cœlum scindi* Ber. et Hearnii L. 1. quem librariorum errorem sæpius viri docti notarunt. Vide Zinzerl. Diatr. prior. post Promuls. Crit. p. 186. et Nic. Heinsium ad Ovidii Met. II. 159. Hinc *visum velut magno hiatu* editi usque ad Jac. Gronov. qui ordinem vocabulorum immutavit. *Ei* autem consentiunt omnes scripti. Insuper *quaque potuerit* Gaertn. *quaque patuit* Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 10. Præterea, *extenuiatas* Lipsium legisse, vidimus ad XXI. 62. § 5. cui adsentitur van Dale de Orac. Diss. II. p. 347. Verum Philipp. a Turre in Monum. Vet. Ant. c. 1. p. 15. docet, Hieron. Aleandrum juniorem peculiari dissertatione, quæ inter ejus Mss. exstat, nil mutandum opinatum fuisse. Insuper monet male eumdem van Dale hunc locum referre ad sortes Antiatinas, quum Livium de Faleriis loqui, contextus verborum planum faciat; quod etiam ex loco Plutarchi a Sigonio laudati constat. Observat autem Jac. Perizon. in Animadv. Hist. IX. 380. Plutarchum verba Livii ita accepisse, quasi cœlum fissum et sortes

adtenuatæ unum idemque forent prodigium, et Faleriis ex ipso cœli hiatu sortes sive tabellæ excidissent; id autem Livii menti adversari: Lipsium quidem ad XXI. 62. § 5. conatum fuisse, Livium et Plutarchum in consensum redigere, sed incassum laborasse, atque ejus interpretatione vix aliam violentiorem dari posse. Denique *cœlum suum concutit* Hav. et quædam edd. Vide ad Silii XVI. 651. *Suum telum concutit* Lov. 1. et Ber.

§ 12 *Romæ signum Martis Appia via ad simulacra luporum sudasse*] Put. *Appia via ac simul. lup.* Signi Martis Appia via meminit Cic. ad Quintum Fr. Ep. III. 7. *J. F. Gron.* *Ac simulacra* etiam Flor. et Hearnii N. quod forte melius esse putat Crevier. Voculas *ac* et *ad* sæpius a librariis in Mss. commisceri, dictum est ad XXI. 32. § 2. Puto tamen recte Gronov. hanc lectionem, quamvis optimi libri testimonio firmatam, in contextum non recepisse. De hoc signo Martis et de simulacris luporum vide Fam. Nardin. Romæ Vet. III. 2. ubi male Lycosth. supplementa Obsequentis pro ipso Obseq. laudat. *Ad simulacra luporum* est in Lov. 1. *ad simulacra laborum* in Lov. 5. Vox autem *Romæ* non adparet in Harl.

Et caput speciem cœli ardentis fuisse] *Caput*, pro *Capuæ*, audacter reposui. *Sabell.* Hoc loco Sabellicus ait, '*Caput* pro *Capuæ* audacter reposui:' quod et ego puto audacter factum. *Capuæ* enim legendum est, non *caput*: nisi alia verba aliter legerit. *Glar.* Omnes primæ edd. legunt *et caput speciem*. In illis demum, quæ Sabellici adnotationes in Livium simul exhibent, receptum video *et Capuæ speciem*: unde fides mihi fit, in adnotationibus ejus errorem commissum esse, eumque audacter *Capuæ* reposuisse, pro *caput*. Ceterum *ardentis cœli fuisse* Ber. *cœli speciem ardentis fuisse* Gaertn.

Lunæque inter imbrem cadentis] Lego *candentis*: id est, splendentis: præcessit enim 'speciem cœli ardentis.' *Sigon.* Et hoc a Sigonio. Nostri omnes *cadentis*. Julius Obseq. c. 111. 'C. Lælio, L. Domitio consulibus, Vulsiniis nova luna decidit, et non nisi postera die hora tertia comparuit.' *J. F. Gron.* Lectio hæc in omnibus prostat codd. et edd. nisi quod *lunæ* ꝗ;, id est *lunæ quoque*, præferat Ber. Si autem vulgata scriptura vera est, *luna cadens* erit, quæ instar stellæ cadentis videtur de cœlo labi. Verum quomodo inter imbrem, cum cœlum nubibus obductum est, luna videri potest? Notat itaque Oudendorp. ad d. l. Obseq. Scaligerum oræ libri adnotasse, legendum esse apud Obseq. *nova lana decidit*. Verum hæc conjectura licet Obsequenti convenire non videatur propter verba quæ mox sequuntur, 'non nisi postera die hora tertia comparuit;' ansam tamen mihi dedit cogitandi, an non Livius hoc loco *lanæque inter imbrem cadentis* dederit? Et huc tum pertinebunt exempla, quibus Oudendorpius simile prodigium ad Obseq. inlustravit. Solent autem *u* et *a*, præsertim in scriptura Longobardica, passim ob ductuum adfinitatem a librariis confundi. Vide ad XLI. 9. § 4.

§ 13 *Gallum in feminam sese vertisse*] Ita omnes præferunt codd. per quos, si liceret, mallem τὸ *sese* deleri: ut *vertisse* ponatur pro 'versum esse.' Non enim ipse vertit naturam suam, sed in feminam versus est. 'Vertere' autem sæpe passive sive significatione neutra a Livio usurpari, vidimus ad II. 62. § 2. Et ita, simile prodigium referens, loquitur Auson. Epigr. LXIX. 'Femineam in speciem convertit masculus ales; Pavaque de pavo constitit ante oculos.' Præterea paullo ante *minoribus etiam prodigiis fides habita* Harl. *minoribus etiam dictu prodigiis habita fides* Gaertn. *minoribus etiam dictu prodigiis fides*

adhibita Cant. Verum locutio 'adhibere fidem' pro credere, si non barbara, certe non ævi Liviani est, ut recte docuit Pascas. Grosipp. sive Scioppius in Parad. Literar. p. 38. quidquid in contrarium ei defendendæ adfert Borrich. in Cogitat. p. 306. et in Analect. p. 7. Vide etiam viros doctos ad Nepot. Themist. 7. 2. et quos ibi laudarunt. Præterea *et gallum in marem* Lov. 4. et Rec. Tum *convertisse* Gaertn.

§ 14 *Auctoribusque in curiam introductis*] *In curiam productis* Hav. Mox præpositio *de* exsulat a Voss. et Lov. 1.

§ 15 *Ut ea prodigia partim majoribus hostiis, partim luctantibus procurarentur*] Quæ sunt hostiæ *luctantes*, nullus commentatorum me docuit. Pal. 1. *partim lactantibus.* Pal. 2. *partim minoribus lactentibus;* quod exscriptum utrumque in contextum recepit, dubitans utra esset verior. Recte ergo nunc legitur *lactentibus*, ut habet Pal. 3. et vet. ed. 'Lactentes hostiæ' opponuntur majoribus. XXXVII. 3. 'Decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt.' *Gebh.* *Luctantibus* operarum errore in edd. Gruteri prioribus datum est pro *lactantibus*, idque ipse Gruterus in ultima ed. emendavit, *lactentibus* substituens; quum a Curione usque ad Gruter. edd. paucis exceptis, legissent *lactantibus.* Quod posterius in Put. est, ut me Sallier. monuit, nec aliter Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. et D. Si discrimen, quod vulgo statuitur inter *lactans* et *lactens* apud Servium ad Virg. Georg. I. 315. perpetuum est, omnino *lactentibus* hic legendum est, non *lactantibus.* Quoniam autem 'lactentes hostiæ' hic 'majoribus' obponuntur, minores et adhuc crescentes intelligi, ut Gebhardus monuit, certum est. Similiter 'suovetaurilia lactentia' memorantur apud Caton. de Re Rust. c. 142. Quando vero majores, quando lactentes hostiæ inmolarentur, hæc notat Servius ad Virg. Æn. XII. 170. 'In rebus, quas volebant finiri celerius, et senibus et jam decrescentibus animalibus sacrificabant; in rebus vero, quas augeri et confirmari volebant, de minoribus et adhuc crescentibus inmolabant.' Ceterum *partim majoribus hostiis, partim minoribus lactentibus* legunt Hafn. et Hearnii N. Sed librarios eorum codd. qui similes lectiones præferunt, duplicem scripturam junxisse, optime jam Gebhardus observavit. Paullo ante *Decretum est* edd. vett. Mox *et ut supplicatio*, pro *uti*, Ber. Vide ad XXXVII. 46. § 10.

§ 16 *Quemadmodum cordi esse Divi carminibus præfarentur*] Contaminata hæc lectio est in omnibus Pall. libris, *cordi esset divinis carminibus præf.* vet. ed. *cordi esse divinis carm. præf.* Gebh. Lege *profarentur*. Ut Petronio c. 89. reddidit Scioppius: 'Cum, Delio profante, cæsi vertices.' Ulpianus l. I. ✱. 9. D. de Ædil. Edict. 'Si servus inter fanaticos caput jactaret, et aliqua profatus esset.' Auctor sub nomine Messalæ de progenie Augusti: 'Is Helenus, Æneæ futura prædicens, monitus interpres Deorum profatus fuerat.' *J. F. Gron.* Sed præterea omnes plane scripti *divinis carminibus.* Lege *Divi suis carm. profarentur*, vel *Divi in carminibus.* Jac. Gron. *Quemadmodum cordi esset* Flor. a m. pr. Cant. Voss. Lov. 3. 5. Harl. et Gaertn. *uti cordi esset* Lov. 4. Hinc *divinis carminibus* præter omnes edd. ante Moguntinam, etiam omnes Mss. mei, nisi quod Rec. legat *quemadmodum cordi esse Divis;* quomodo etiam Jac. Perizon. sibi legendum videri, in ora cod. notavit. 'Divus' autem et 'divinus' etiam alibi commutantur. Vide ad XXIII. 11. § 1. Recte vero *profarentur* conjecit J. F. Gronovius. Catull. de Nupt. Pel. et Thetid. vs. 383. 'Talia, profantes quondam felicia Pelei, Car-

mina divino cecinerunt pectore Parcæ:' ubi videndus est Passer. et Burm. ad Petron. loc. laud. Paullo ante *Ceterum*, pro *Cetera*, Rec. et Gaertn. Deinde *ut fierent ita* Lov. 4. *et ut fierent ita* Lov. 5.

§ 17 *Id decemvirorum monitu decretum est*] Optimi *Id virorum*. Scribe deleta prima voce *Decemv. monitu*. J. F. Gron. *Id decemv. monitu* Voss. in contextu, Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *Id virorum monitu* Flor. Cant. Lov. 1. 4. 5. et Harl. *Decemv. monitu*, ut Gronov. legendum censet, Voss. in marg. et, ita L. 1. et N. exhibere, Hearnius testatus est.

Junoni Minervæque ex argento daretur] Tria magna Romæ numina, Jupiter, Juno, atque Minerva. Ceterum cum primum Jovi donum fulmen aureum pondo L. fieret, quod Junoni Minervæque datum sit ex argento, non explicatur. Nisi quis argenteum fulmen dicere velit. *Glar.* Irridet hic Livium Glareanus, quasi nihil aliud intelligi possit, nisi et Junoni Minervæque fulmen argenteum datum. Pall. 1. ac 3. *darentur*. Sed Pal. 2. scriptorem præstantissimum a cavillatione hominis fatui vindicat, plenissime ingerens *Junoni Minervæque ex argento dona darentur*. Sic mox 'Quin et libertinæ et ipsæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus conferrent.' *Gebh.* *Ex argento daretur* vulgatæ, nisi quod in ultimis, nescio quis, postremam vocem expunxit. Non sine caussa moratus hic est Glareanus, sed tollimus mendum ex Put. Reg. optimis Med. et duobus Pall. scribendo *ex argento dona donarentur*. J. F. Gron. *Ex argento daretur* Ber. et Hav. *ex argento darentur* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. *ex argento dona darentur* Cant.

Junonique Sospitæ Lavinii majoribus hostiis sacrificaretur] At *Lanuvii*, ut dixi, integra est lectio. Cicero et Livius auctores. *Sabell.* Optimi apud me *Lanuvii*; reliqui cum Hearnii N. et edd. prioribus *Lavinii*, vel *Lavini*. Vide ad III. 29. § 6. et ad VIII. 13. § 5. Præterea *Junonique Hospitæ* Lov. 4. et 5. quomodo etiam 'hospes' et 'sospes' commutari solent. Vide ad V. 28. § 4.

§ 18 *Pecunia conlata, quantum conferre cuique commodum esset*] Excusari potest, sed ex more Livii scribe *quantum*. J. F. Gron. Idem mihi in Lov. 3. obvium fuit. Ceterum *quantum conferrent quique commodum* Flor. Nihil mutandum esse, censet Burm. ad Lucani VIII. 766.

Quin et libertinæ et ipsæ, unde Feroniæ donum daretur] Put. Pet. Reg. Med. Voss. *quæ et ut libertinæ*. Scribe *quin et libertinæ ut ipsæ*. J. F. Gron. Libertinarum Dea erat Feronia. Ser. ad Virg. Æn. VIII. 564. et Gyrald. Hist. Deor. Syntagm. III. *Duk.* *Quin et ut lib. et ipsæ* Flor. et Hearnii D. *quæ et ut lib. et ipsæ* Lov. 4. Harl. et Gaertn. *quæ et ut lib. et identidem Feroniæ* Lov. 3. *et ut lib. et ipsæ* Lov. 5. *et ut lib. ipsæ* Ber. et Hav. *quin ut lib. et ipsæ* Exc. Pithœi, et edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1531. recepit id, quod usque ad Gronovium probatum est. Vox *donum* deficit in Voss. et Lov. 1. quasi id ex præcedentibus subintelligendum foret.

§ 19 *Decemviri Ardeæ in foro majoribus hostiis sacrificarunt*] Mirum verum, quid ita Ardeæ sacrificatum, cum nullum prodigium illic visum in prioribus narretur. Jejunum etiam est, quod sequitur: sed his omnibus vere mederi nequimus. *Glar.* Mirum Glareano videtur, decemviros Ardeæ sacrificasse, cum ibi prodigium nullum exstitisset: neque videt, idem cum alias factum, tum XLII. 20. Nam cum columna rostrata Romæ fulmine discussa esset, 'decemviri lustrandum oppidum, supplicationem obsecrationemque habendam, victimis majoribus sacrificandum et in Capitolio Romæ, et in

Campania ad Minervæ promontorium renunciarunt.' *Sigon.*

Postremo ex libris Decembri jam mense in ædem Saturni] Put. Pet. Reg. optimi Florentini extrudunt τὰ *ex libris.* Voss. *postremo libri X. jam:* dein omnes *ad ædem*, ut et prius vulgatæ. *J. F. Gron.* Lectio, quæ vulgo ante Gronov. exstitit, primum mihi obvia fuit in ed. Mogunt. Priores exhibent *postr. liberi*, vel *Libero decimo jam mense.* Similiter *postremo libri X. jam mense* Lov. 1. et Gaertn. *postr. libri decimo jam mense* Lovel. 4. *postr. liberi decimo jam mense* Hearnii N. a m. pr. sed postea manus secunda vocem *liberi* induxit, ut legeretur *postr. decimo jam mense*, quod est in Hav. *postr. X. jam mense* Lovel. 5. *postremo quidem Decembri jam mense* Harl. *postr. jam mense Decembri* Ber. *postr. Decembri jam mense* præter Gronovii codd. insuper Cant. et Lov. 3. Illud *in ædem* primum vidi in edd. Gruteri; quum priores, ut et scripti mei, *ad ædem* recte præferant.

Et cum lectum senatores straverunt] Sic quidem veteres libri constanter: nihilominus auspicor duas voces insiticias esse, et scripsisse Livium, *lectisterniumque imperatum* (*lectum senatores straverunt*) *et convivium publicum.* J. F. Gronov. *Et cum lectum* Lov. 3. et 4. *et quom lectum* Gaertn. *et tum lectum* Hav. et Hearnii N. Præterea *imperatum et conv.*, addita prima voce, Lov. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii D. atque N. a m. pr.

§ 20 *Ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum*] Optimi *Sat. diem ac noctem clamatum.* Forte et *clamata.* Ut XXI. 62. 'Infantem trimestrem triumphum clamasse.' Ovid. Am. I. 2. 'populo clamante triumphum.' *J. F. Gronov.* *Diem ac noctem* ex meis Flor. et forte Cant. unde nihil monetur in excerptis. Gronovii conjectura *Saturnalia clamata* inlustrari potest ex loco Macrob. Sat. I. 10. 'Quo solo die apud ædem Saturni convivio dissoluto Saturnalia clamitabantur:' quem locum temere Pontan. tentasse videtur. Observat etiam Crevier. in optimo Put. legi *clamatam;* literam autem *m* in fine vocum persæpe in eo redundare. Burmann. forte legendum me monuit *Io Saturnalia*, ac respicienda esse quæ notantur ad Petron. LVIII. Et ita vir doctiss. legendum censebat in Observ. Miscel. tom. v. 201. ubi hæc formula erudite inlustratur. Hæc vero conjectura si placet, necesse non erit ut cum Gronov. *clamata* legamus.

Populusque eum diem festum habere ac servare] Hic dies ad XIV. Kal. Januar. fuit, auctore Macrobio Saturn. I. 10. *Sigon.* Loquitur de Saturnalibus tum primum institutis. Sed II. 21. ea non multum post reges pulsos instituta scribit. Hæc in concordiam redigere conatur Lipsius Sat. I. 2. *Duk.* *Conservare* Lov. 3. et Hearnii D. atque N. a m. pr.

CAP. II. § 1 *Dum consul placandis Romæ distrahendoque delectu dat operam*] Vos sic emendatis: *Dum consul plac. D. Romæ distrahendoque delectu*, nescientes *distrahendo* duo verba esse: *Dis*, quod fere veteres non gemino *ii* scribebant, et *trahendo*, id est differendo. Nam 'distrahere delectum' nusquam legimus. Palam ergo est, quomodo emendare debuistis. *Valla.* Legendum, ut habetur, in Pall. duobus, et vet. ed. *trahendoque delectu.* Alludit Pal. 2. *placandis Diis Romæ distrahendoque delectu.* Verum ita dudum quoque emendandum esse monuit Valla. *Gebh.* Put. aliique Gall. et duo Pall. cum Voss. Andrea, Aldoque, et omnibus ante Juntam *trahendoque delectu*, id est, producendo delectu, morando per delectum. Lib. XXIV. c. 27. 'Prætores dissimulare primo, et trahenda re esse, postremo victi,' &c. *J. F. Gronov.* In recepta scriptura tamen apertior est sententia: nisi creda-

mus consulem de industria cessasse in habendo delectu, eumque aliquantisper distulisse, aut inchoatum in plures dies produxisse, quem paucioribus perficere potuisset. Sed hujus consilii ratio non apparet. Et Servilium jam in provincia fuisse, quum ad Trasimenum pugnatum est, ex Liv. infra c. 9. et Polyb. III. 86. intelligitur. *Duk.* *Diis plac. Romæ distr. delectu* Hav. *plac. Diis Romæ distr. delectu* Harl. *plac. Diis Romæ habendoque delectu* Ber. quomodo ante Juntam jam ediderunt Ascens. 1513. et 1516. Mognnt. et Aldus in erratis. Id vero ad Gronov. usque obtinuit. *Plac. Romæ distr. delectu* Flor. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. neque aliter Cant. nisi quod *Dum supplicandis*, pro *Dum consul placandis*, insuper legat. At viri docti, disjunctis duabus quæ perperam coaluerant vocibus, legendum docuerunt *placandis Romæ Dis*, vel *Diis, trahendoque delectu.* Olim enim *Di* et *Dis*, pro *Dii* et *Diis*, scribebatur. Vide ad II. 12. § 5. et v. 14. § 4. Eodem errore *detulissent*, pro *Di tulissent*, erat v. 13. § 8. *depascebatur pecus*, pro *Deæ pascebatur pecus*, XXIV. 3. § 4. *displicet*, pro *Dis placet*, XXXVII. 53. § 5. Et ita *Di mergite*, pro *dimergite*, emendat Nic. Heinsius ad Nason. Her. v. 119. et *Dis ponit*, pro *disponit*, Fast. III. 301. Sæpissime librarios duabus vocibus in unam contrahendis peccasse, vidimus ad I. 47. § 9. *Trahendo delectu* autem non aliter exponi posse videtur, quam Gronov. hoc loco exposuit, quo sensu etiam 'trahere bellum' habuimus v. 11. § 8. An tamen Servilius operam dedit, ut, acerrimo bello instante, Romæ delectum traheret? aliquid latet, quod aliis excogitandum relinquo. Crevier. *habendoque* tuetur, idque in plerisque codd. ob literarum similitudinem in *trahendoque* perperam mutatum putat. *Placandis Romæ Diis delectu dat operam* legit Hearnii D. An forte legendum *Dum consul, placatis Romæ Diis, delectu dat operam?* *Delectu* pro *delectui*, quod ipsum præfert Ber. a m. sec. Sed non necesse est. Vide ad XXIV. 19. § 6. Librarios autem *placādis* et *placatis* facillimo errore confundere potuisse, vidimus ad VI. 37. § 4. Sed nihil definio.

Quia in Flaminium consulem Arretium pervenisse fama erat] Pall. tres *quia jam Flam. cons. Arr. prævenisse fama erat.* Gebh. *Quia in Flam.* lapsu operarum inrepsit in primas edd. Gruteri, pro quo ipse in ultima recte *quia jam Flaminius* reposuit. *Prævenisse* autem in nullo meo cod. inveni, aberrantium itaque librariorum est, qui similiter peccarunt IX. 23. § 2. et XXV. 9. § 5. Caussam vide ad IX. 10. § 7.

§ 2 *Propiorem viam, &c. petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat*] *Propriorem viam* Flor. Vide ad IV. 17. § 5. Tum *viam petiit* Gaertn. et Hearnii D. et N. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Deinde *quam fluvius Arnus, &c. inund.* Lov. 5. *quam fluvius Sarnus inund.* Lovel. 3. ultima litera vocis *fluvius* perperam in voce sequenti *Arnus* repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Sarnus* etiam est in Ber. Verum 'Sarnus' Campaniæ, quo Hannibal nondum pervenit, 'Arnus' Etruriæ fluvius est. De Arno vide Cluver. Ital. Ant. II. 2. 461. de Sarno IV. 3. 1156. Nomen fluminis omittitur in Flor. voces sequentes *per eos dies* in Ber. a m. pr. quarum loco *per eosdem dies* perperam legit Rec. Vide ad X. 10. § 6. Insuper *magis solito*, trajectis vocibus, Gaertn. Paullo ante *aliunde longius, ceterum commodius* Lovel. 5. *aliud longius captum commodius* Hav.

§ 3 *Hispanos et Afros et omne quod veterani erat robur exercitus*] Pal. 1. *ad Hispanos et Afros et omne veterani erat, &c.* Pal. 2. *at Hispanos Afrosque et omne veterani robur exercitus:* quæ mihi non adeo inconcinna videtur

lectio. Pal. 3. vero *Ispanos et Afros, et omne quod veterani erat exercitus.* Gebh. Put. *Atspanos:* alii *at Hispanos*, vel *ad Hispanos*. Dein omnibus deest τὸ *quod*. Emenda *Ac Hispanos et Afros* (*id omne veterani erat robur exercitus*) *admixtis ipsorum, &c.* Sic XXVIII. 2. 'Hanc justam legionem (et id ferme roboris erat) in prima acie locat.' Polybius III. 79. εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως. Id recte reddidit Livius, ut restituimus: neque enim alii sunt πᾶν χρησιμώτερον μέρος, quam οἱ Λίβυες καὶ Ἴβηρες. Ideo paullo post de iisdem Polybius: οἱ μὲν οὖν Ἴβηρες καὶ Λίβυες δι' ἀκεραίων, &c. nullo adjecto tertio genere. *J. F. Gronov.* *Aspanos et Afros* Flor. in quo tamen prima litera vocis primæ a manu recentiori notata est, altera, quæ prius exstiterat, inducta. Similiter autem in multis meis vel *ad Hispanos*, vel *at Hispanos*, vel *ac Hispanos* inveni; quod posterius, Gronovio ex conjectura repositum, exstabat in Voss. a m. sec. Ber. et Gaertn. Viri docti quidem observarunt, licet optimi veterum scriptorum voculam *ac* ante voces a vocali incipientes usurpare non soleant, adspirationem tamen sæpe vice consonæ fungi, eique τὸ *ac* præponi. Verum, quum nullum ejus exemplum apud Livium notarim, Gronovii lectionem *ac Hispanos*, quamvis a nonnullis codd. firmatam, probare etiam nequeo. Credere itaque malo, in codd. qui *at Hispanos* præferunt, vocem illam *at* perperam repetitam esse ex præcedentis literis ultimis: quale exemplum etiam habuimus II. 27. § 2. et occurret XXX. 34. § 5. Eam vero, quum commodum sensum non haberet, in *ad* vel *ac* ab aliis commutatum esse. Si quis nihilominus hujus voculæ rationem habendam existimet, videat, num probanda sit lectio *hac Hispanos*, quam in Hafn. et Hav. inveni, *hac*, nempe via propiore per paludem, Hispanos et Afros ire jussit. Ita 'ire via,' 'itinere' IV. 4. 'Cur non sancitis, ne vicinus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat?' Lib. XXV. cap. 9. 'Convocatos milites monuit, via omnes irent.' Ovid. Her. XVI. 115. 'Protinus Ægæis ire jubebar aquis.' Horat. Sat. I. 9. § 1. 'Ibam forte via Sacra, sicut meus est mos.' Ut tamen verum fatear, illud *hac* abesse malo. Deinde *et omne vet. exer. robur* Flor. *et omne vet. robur exer.* Voss. Lov. 3. 4. et Harl. Gronovio itaque *id* pro *et* scribenti adsentior. At insuper vide an non etiam *erat* delendum, ac scribendum sit *id omne vet. ex. robur*. Si quis tamen et *erat* defendere malit, non adversabor, siquidem in simili compositione orationis sæpe 'est,' 'erat,' 'fuit,' ac similia Livius adhibuerit. Vide quæ notantur ad XXVII. 1. § 2. Mox *necessaria aversis deessent*, pro *ad usus*, Lov. 4.

§ 4 *Maxime Gallos, &c. ut est mollis ad talia gens*] Succensere solet Livio Glareanus, ut falsam Gallis mollitiem adscribenti, idque immerito. ['Non solum hoc loco male Gallis loquitur Livius: sed et in prima decade multis in locis.'] Hæc enim ille ab aliis sumpsit, ut a Polybio III. 79. καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοὐπίσω, κωλύῃ. Et paulo post: 'Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant,' &c. Polybius ibidem: οἱ δὲ Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προὔβαινον, διατεταραγμένοι καὶ διατεταγμένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν, ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν. *Sigon.* Mox *sed si subsisterat*, addita media voce, Ber.

§ 5 *Per prœaltas fluvii ac profundas voragines, hausti pene limo*] *Prope altas* Lov. 4. *ppr altas*, id est *propter altas*, Gaertn. Sed, *præaltus* sæpius a Livio usurpari, vidimus ad Epit. lib. VII. Hinc *aut profundas vor.* Flor.

Vide ad XXI. 53. § 3. Mox *tamen* omisit Lov. 3. quam vocem reliqui omnes agnoscunt. Librario forte displicuit, *tamen* usurpari, non præcedente τῷ *licet*, *etsi*, vel simili. Id tamen sæpe usu venire, videbimus ad XXXVII. 25. § 11.

§ 6 *Galli neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere, &c.*] Nullus propemodum liber est, in quo non male loquatur Gallis Livius, ipse in Gallia Cisalpina natus. Sed scilicet Patavini ab Antenore nati ad Galliam non attinent: nam id aliquot locis innuere videtur. Rideo ineptiam tanti viri. Hoc etiam loco credemus, (si Diis placet) Gallos neque sustinere se prolapsos, neque assurgere ex voraginibus potuisse, qui prius toties hoc iter totis exercitibus peragrarint, atque adeo ipsam urbem, victis Romanis, ceperint diruerintque. Sed, hercules, affectus ab historica fide longe abesse debebant. *Glar.* Haud scio quis addiderit τὸ *qui* [post vocem *Galli*]. Certe non modo scripti omnes, sed et editi, etiam Gruteri, ignorant. Videtur tamen animadvertisse ejus auctor hiare orationem. Quod vitium rectius curabimus deleto altero *aut*, hoc modo: *Galli neque sustinere se prol., neque ads. ex vorag. poterant; aut corp. animis, animos spe sust.* J. F. Gron. D. Heinsius exstitit, qui, inserto pronomine *qui*, apud Elzevir. edidit *Galli, qui neque sustinere se.* Verum id neque in ullo meorum codd. superest. Quemadmodum autem Gronov. deleto altero *aut*, ita Ant. Perizon. inserta voce *neque*, huic loco mederi conatus est hoc modo: *Galli neque sust. se prol., neque ads. ex vor. poterant, neque aut corp. animis, aut animos spe sust.* Crevier. censebat non opus esse, ut prolapsi sustineant, sed erigant se, transpositis vocibus legebat *neque sustinere se, neque prolapsi adsurgere.* Ad verba autem seqq. *aut corpora animis* repetendam esse censet ex præcedentibus particulam negantem, quasi legeretur *neque corpora animis, neque animos spe sust.* Ceterum *aut animos spe sustinere* legit Harl. ut referatur pariter ad præcedens *poterant*. Sed *sustinebant*, in quod reliqui codd. conspirant, præferendum est.

§ 7 *Fessa ægre trahentes membra; alii, ubi semel victis tædio animis*] *Fessa ægra trahebant membra* Ber. sed *ægra* a m. sec. qui etiam *ut semel tædio victis animis* præfert a m. pr. *ubi semel* a m. altera. Mox *passim jacentia* Hav.

Maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam et tres noctes] Polyb. III. 79. πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν· ἕως ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν. *Sigon.* Vocula *jam* non adparebat in Hearnii N. a m. pr.

§ 8 *Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant*] Pal. 2. *cum. in aqua sarcinis insuper incumb.* Pal. 3. *tumulatis in aquas sarcinis insuper incubabant.* Gebh. *Cum. in aquis sarcinis* Lov. 3. Harl. a m. pr. et Ber. *cumulatas in aquis sarcinas incumb.* Gaertn. qualis constructio occurrit apud Avien. in Descr. Orb. 889. ‘ Ast Asiam incumbit vasto mons aggere Taurus.’ Eodem modo ‘ incubare ’ construi docuit Gronov. ad Senec. Phœn. 490. Hæc tamen lectio, dissentientibus reliquis codd. non Livii, sed librarii esse videtur, præsertim quum similis constructio alibi apud eum non occurrat. *Sarcinis superincumbebant* Ber. Verum neque id genuinum puto. Vide ad XXI. 1. § 5. Vulgatum itaque servandum. Ceterum hæc verba cum quinque sequentibus perperam desunt in Hearnii D.

§ 9 *Jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi tantum, quod exstaret aqua*] Hoc ita Polybius III. 79. Τῶν δὲ ὑποζυγίων αὐτοῦ τὰ πλεῖστα πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπώλοντο, μίαν

παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν ἀνθρώποις· καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν, καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον· καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο. *Sigon.* Non bene fluit oratio. Ante *jumentorum* videtur desiderari *vel.* Alii incumbebant sarcinis in aquas cumulatis, alii acervis jumentorum. De vocabulis autem *tantum quod* vide Gronov. ad XXXIII. 4. *Duk.* *Passim* deficit in Lov. 3. Deinde *tantum quod exstarent aqua* Lov. 1. *tantum quod exstarent aquæ* Voss.

§ 10 *Ipse Hannibal æger oculis, &c.*] Hoc sic Polybius ibid. Ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, παραλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ· δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως. *Sigon.*

Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque] *Ex verna prius temperie* Lov. 4. Deinde *variantes calores frigoraque* Harl. et Voss. a m. pr. in quo postea emendatur *variante calore frigoreque*, quod etiam superest in Lov. 4. ac 5. quasi *variante* hic poneretur tamquam verbum neutrum, de quo vide ad XXXV. 31. § 13. Vulgatum tamen, reliquorum codicum testimonio firmatum, malo. Vide Gronov. ad d. loc.

Quod altius ex aqua exstaret] Vet. lib. *ab aqua.* Sigon. *Ab aqua* Pall. tres: *ex aqua* cæteræ edd. *Grut.* *Ab aquis* Lov. 4. *ab aqua* ceteri, quos adhibui, ut et Hearnii Oxon. quod verum puto. Sæpius enim Livius verbo cum præpositione composito in regimine aliam præpositionem addere consuevit. Hoc modo 'excludere ab urbe' dixit VIII. 26. 'exire ab Capua' XXV. 22. 'emergere de paludibus' hoc lib. cap. seq. 'erumpere a porta' XXXVI. 26. 'ejicere a castris' in Epit. Liv. l. LVII. quorum plerisque eodem, quo hic, aliisque modis codd. peccabant. Vide etiam ad XXXVII. 27. § 6. Præterea *quo altius* Flor. Ber. et, teste Crevierio, Put. atque unus ex Regiis. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Sensus utrumque admittere potest: æquum igitur est, ut optimos codd. sequamur. Paullo ante *supererat* Lov. 4. 5. et Hearnii N. a m. pr.

§ 11 *Vigiliis tandem et nocturno humore palustrique cælo gravante caput*] *Vigiliis tamen* plerique codd. et edd. usque ad Dan. Heinsium, qui apud Elzevir. *tandem* substituit. Id autem requirere videtur præcedens 'primum intemperie.' Sæpe 'tamen' et 'tandem' in Mss. commutari solent. Vide ad III. 9. § 9. IV. 3. § 6. c. 46. § 3. V. 3. § 9. c. 23. § 10. VI. 4. § 10. c. 19. § 3. VIII. 23. § 17. X. 9. § 11. c. 45. § 13. XXI. 20. § 5. c. 37. § 1. XXII. 17. § 5. XXV. 27. § 3. XXVII. 20. § 12. XXX. 30. § 23. XXXI. 32. § 2. et XXXIV. 32. § 8. Adde Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 50. Gronov. ad Epit. Liv. l. XLIX. Dukerum ad Flori I. 13. § 15. et 21. IV. 2. § 6. et Cortium ad Sall. Jug. c. 25. Deinde *palustrique cæno* Lov. 3. 5. Ber. a m. pr. et Gaertn. *nocturno palustrique cælo*, omissa voce, Harl. Mox in verbis seqq. *nec tempus nec locus* Lov. 4. et 5.

Altero oculo capitur] Ferrett. ad Taciti Hist. IV. 13. scribit hoc vulgo ita accipi, ut oculum amiserit Annibal, et eum uno oculo caruisse fere ab omnibus credi, atque adeo ab Juvenale IX. 157. 'ducem luscum' vocari; sed Cornel. Nep. Annib. 4. tradere eum 'hoc itinere adeo gravi morbo oculorum adfectum, ut numquam dextro æque bene usus sit;' et 'captum oculis,' ut 'captum mente' dici, et qui mente caret ac oculis, et qui mente oculisque non bene utitur. Verum uti posterius testimoniis idoneorum scriptorum probandum fuerat, quæ ille nulla adfert, ita certum est 'captum oculis' et 'luminibus' dici eum qui cæcus est. Livius lib. IX. cap. 29. et

Val. Max. I. 1.17. de Ap. Claudio, qui ab amisso visu 'cæcus' dictus est, 'luminibus captus,' et Ovid. Fast. VI. 204. de eodem 'lumine captus erat.' Cic. de Divin. II. 3. 'Si oculis captus sit, ut Tiresias fuit.' Suet. Aug. c. 53. 'Gallum Tarinium senatorem, &c. captum repente oculis, et ob id inedia mori destinantem.' Plinius H. N. XXXIII. 5. 'Oculis membrisque captum exspirasse.' Nec dubito, quin Virg. Georg. I. 183. 'oculis captos talpas' pro cæcis dixerit, ex opinione vulgari. Annibalem autem alterum oculorum amisisse, non Juven. tantum, verum etiam Polyb. credidit III. 79. eum τῆς μιᾶς ὄψεως στερηθῆναι scribens. Silius quoque IV. 764. 'amissum' ei 'visum' dicit. Nec aliter sensit Tacit. l. d. 'Civilis, &c. Sertorium se aut Annibalem ferens, simili oris dehonestamento:' quia scil. itidem, ut hi, altero oculo carebat. Nam Sertorio alterum oculum bello Marsico effossum fuisse, tradit in vita illius Plutarchus, quem et ipsum id, quod de Annibalis incommodo proditum est, de amisso altero oculo accepisse, ex eo liquet, quod ibidem quatuor summos duces Philippum, Antigonum, Annibalem, et Sertorium ἑτεροφθάλμους fuisse dicit. Corn. Nepotem alios auctores secutum fuisse credibile est. Nam et solus 'dextrum oculum' dicit, et in eo etiam a Polybio, quem Livius sequitur, abit, quod hoc Annibali 'in transitu Apennini' accidisse auctor est, non ex Liguribus in Etruriam per paludes iter facienti, ut Polybius et Livius. *Duk.*

Cap. III. § 1 *Multis hominibus innumerisque fœde amissis*] Legendum e Mss. *Multis hom. jumentisque fœde amissis.* Gebh. Illud *innumerisque* ex errore operarum exstat in prioribus Gruteri edd. qui ab ipso in postrema emendatus est.

Exercitum Romanum circa Arretii mœnia esse] *Romanum incirca Arretii.* J. F. Gron. Ita et Flor. Præterea *Romanum exercitum* Ber.

§ 2 *Itineraque, et copias atque commeatus expediendos*] Scribe ex Put. *ad commeatus.* Etsi illic est *at commeatus.* Sed has duas literas innumeris locis confundit. *J. F. Gron.* *Ad* et *at* passim commutari, dictum est ad v. 24. § 8. Et hanc Gronovii conjecturam firmat Flor. *ad commeatus* exhibens, quæ lectio etiam in Cantabr. exstitisse videtur, unde nullam varietatem scripturæ ad Gronovii ed. notatam video. Proxime etiam accedit Lov. 4. quæ *ac commeatus* legit. Insuper *et itinera et copias* Lov. 4. et 5. Paullo ante *consulis inde*, pro *deinde*, Lov. 4. et 5. Vide ad XXXVI. 24. § 10.

Cetera, quæ cognoscenda in re erant] Pal. 2. *quæ cognosse in rem erant:* ad quod adludit quoque Pal. 3. *quæ cognosce in re erant.* Gebh. Liber optimus, *quæ cognosse in rem erat.* Et eodem alludunt Voss. et Pall. Sic XLIV. 19. 'Cognitis mox, quæ nosci prius in rem esset.' Cicero Famil. I. 5. 'Ea te et literis multorum et nunciis cognosse arbitror.' Sic enim Victorius e Mss. quod nollem displicuisse Camerario. Valer. Maximus IV. 6. 'Quæ cum apud Philippos victum et interemtum virum cognosses.' Lib. VI. cap. 3. 'Tamen externa summatim cognosse, fastidio non erit.' Ita invenimus in scriptis, ubi vulgatæ *cognosceres* et *cognoscere.* J. F. Gron. *Quæ jure cognoscenda erant* Hav. *quæ cognoscere in re erant* Voss. et Gaertn. *quæ cognoscere in re erat* Lov. 4. et Hearnii L. 1. *quæ cognoscere in rem erat* Lov. 1. 5. *quæ cognosse in rem erant* Flor. Sed recte Gronov. ex Put. probavit *quæ cognosse in rem erat.* Recte, inquam, recepit *cognosse:* hac enim contractione ejus verbi Livius admodum delectatus est; sæpius vero librarii corruperunt. Vide ad IV. 19. § 2. XXVII. 40. § 8. XXIX. 21. § 5. et XXXVII. 52. § 4.

Ita etiam in aliis scriptoribus peccatum esse, constat ex illis quæ Grævius notavit ad Cic. ad Fam. I. 9. p. 35. et viri docti ad Suet. Tib. c. 35. et ad Val. Max. III. 2. 15. Ejusdem generis alia vide ad VI. 18. § 10. Recte etiam admisit Gronov. *in rem erat*, id est, 'utile erat,' 'proderat.' Infra c. 29. 'Primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit.' XXVI. 17. 'Loquendo plura scribendoque, quæ in rem non erant.' c. 44. 'Hortatur, imperat, quæ in rem sunt.' XXX. 4. 'Ad comparanda ea, quæ in rem erant, tempus habuit:' ubi vide Gronov. XXXIV. 18. 'Nec cogitaret modo imperaretque, quæ in rem essent.' XXXV. 35. 'Monendique eum, quæ in rem esse videbantur.' Ter. in Andr. III. 3. 14. 'Si in rem est utrique, ut fiant, arcessi jube.' Tacit. Hist. III. 8. 'Coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamque videbatur.' Justin. XIII. 6. 13. 'Sed in rem visum est, ab Ægypto incipere.' Mox *exquirendo*, pro *inquirendo*, Ber.

§ 3 *Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent*] Polybius et cæteri Φαισόλαν vocant. Quare non est omittenda diphthongus. *Sigon.* De orthographia vocis *Fæsulæ* vide Cluverii Ital. Ant. II. 3. 509. et Cellar. Geogr. II. 9. 459. Ceterum *et Tusci campi, qui Fæsulas* Harl. *et copiosi campi Fæsulas* Hearnii N.

Omnium copia rerum opulenti] Ms. Cantabr. *copiæ*. Miror quidem, in uno codice isto ita legi; non est tamen, cur plane abhorreamus. Vide ad IX. 36. et c. 25. § 1. *Jac. Gron.* *Omnia copia rerum* Gaertn. *omni copia rerum* Voss. Lov. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Mal. Vide ad V. 9. § 7. et hoc cap. § 12.

§ 4 *Non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat*] Habent Pall. omnes *non modo legum aut Patrum maj., sed ne D. satis metuens.* Gebh. Ocius dele τὸ *erat*. Non enim modo Put. Flor. Voss. Gud. tres Pall. sed et omnes veteres editi arguunt ante Frobenium: sufficit præcedenti periodo positum esse. *J. F. Gron.* Illud *erat* exsulat etiam ab omnibus meis et Hearnii codd. quod non primus Frobenius, sed ante eum Moguntini adsciverunt. Præterea *legum aut Patrum maj.* Flor. multique alii, cum omnibus editis usque ad Grut. qui *ac Patrum* vulgavit. Tum *nec D. quidem satis vini metuens* Lov. 3.

Hanc insitam ingenio ejus temeritatem] *Hanc sitam ingenio ejus tem.* exhibet Pal. 2. *Gebh.*

§ 5 *Ferociter omnia ac præpropere acturum*] *Ac propere act.* Lov. 1. et Hav. Mal. Infra c. 19. 'Raptimque omnia præpropere agendo:' ubi vide. Ex hoc errore admisso alius insuper additus est in Gaertn. qui *omnia ac prope acturum* dedit. Quum enim per compendium *prap'e*, vel *prope*, scriptum esset, nota compendiariæ scripturæ omissa est, ut sæpe alibi peccatur. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Mox *cogitare*, pro *agitare*, Cant.

§ 6 *Et, læva relicto hoste, Fæsulas petens, Etruriæ agros prædatum profectus*] Pall. 1. ac 3. *Hetruriæ agro præd. prof.* Pal. 2. *medio Hetruriæ agro præd. prof.* Gebh. Put. Reg. Pal. Medic. *Fæsulas petens, medio Etruriæ agro præd. prof.* Quid hic offendit insubidos correctores? quemadmodum et c. 31. 'Juxta effusi ac si insulis cultorum egentibus prædarentur.' Ita namque Put. Pet. melior, Menardi: ubi *insulas egentes* supposuerunt. Lib. XXIII. c. 42. 'Latronum modo percursant totis finibus.' XXIV. 20. 'Aliquot cohortes in agro hostium prædatum misit.' Iterum Put. et Pet. melior, non *agros*. Eodem libro c. 47. 'per speciem prædandi ex hostium agro.' XXXIV. 20. 'Quoniam sæpe in agro eorum impune persultassent.' Cluverius refingit, *et a Fæsulis profectus a læva*

relicto hoste Etruriæ agros prædatum petens, quantam maximam, Ital. Antiq. II. 3. *J. F. Gron*. Locus exstat apud Cluver. p. 580. ubi dedita opera de his Livii verbis egit: verum ibi non *a læva*, sed *læva*, legendum conjicit. Aliam etiam emendationem ibidem proposuit p. 509. legendum censens, *et Fæsulis profectus a læua relicto hoste Etruriæ agros prædatum petens quantum maximam*. Verum Holsten. ad priorem locum miratur, Cluverium in perspicua Livii narratione tenebras sibi aliisque offundere, atque adeo infeliciter loci sanissimi correctionem vel corruptionem potius tentare. Jac. Gronov. in Dissert. Epist. ad Livii Loca Quæd. Geogr. II. 13. monuit vel ad emendationem Cluverii, quemadmodum a patre proponitur, vel ad locum, qui p. 509. exstat, eum male inserta particula *a* conjecisse *a læva*: quum Livio *dextra*, *læva* simpliciter posita denotent ad dextram, ad lævam. Ceterum emendationem Gronovii probare videtur Cant. unde nihil notatur. Proxime autem accedunt Voss. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et N. in margine, qui *Fæsulas petens, Etruriæ agro prædatum profectus* legunt.

§ 7 *Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat*] *Flam. nec quieto quidem hoste* Hearnii N. *Flam., qui neque quieto quidem hoste* Harl. *Flam., qui nec quieto quidem hoste* Flor. Voss. Lov. 5. Gaertn. et editi ante Aldum, qui *ne quieto quidem hoste* recte reposuit. Vide ad I. 10. § 2. *Flam., qui nec quidem hoste quieto* Hav. *Flam., qui nec quieto hoste* Ber. Vox *quieto* deerat in Lov. 1. et 4. Insuper, *Flam., qui ne quidem cum hoste quiet. erat* Lov. 3. Verum ita dari oportuisset *qui ne cum hoste quidem*. Vide ad XXXVIII. 25. § 14. Sed vulgatum præstat. Mox *suum id dedecus esse ratus* Ber. a m. sec. *suum dedecus ratus* Cant. *summum id dedecus ratus* Lov. 4. et 5. quomodo et alibi scribæ lapsi sunt. Præter illa quæ notavi ad v. 11. § 16. vide viros doctos ad Suet. Ner. c. 41.

Ceteris omnibus in consilio salutaria magis] Ita edidi, scriptis omnibus præeuntibus. Neque hic magis *concilio* erat retinendum, quam mox 'ex consilio se proripuit.' *Jac. Gron*. *Ceteris omnibus consilia sal.* Hafn. et Hav. Reliqui omnes mei, cum pluribus edd. vett. *in consilio* probant. Et ita jam hoc loco legendum monuerat J. F. Gronov. ad XLIV. 2. § 5.

§ 9 *Ab effusa prædandi licentia*] *Effusa licentia* recte dicitur. Præferrem tamen, si per libros liceret, *effuse*. Infra c. 9. 'Refertum præda' agrum 'quam effuse avidi atque egentes rapiebant.' XXXIV. 16. 'Effusius, ut sparsis hostibus fugæ, prædati sunt.' *Duk*.

Hostem cohibendum; iratus se ex consilio proripuit] *Cohib. ratus, se, &c.* Lov. 3. 4. Rec. et Gaertn. Neque tantum similiter Harl. legit, verum insuper *cohib. ratus, se ex cons. pror.; simulque signum it. pugnæque cum dedisset: Arretii ante mœnia, &c.* Sæpe 'ratus' et 'iratus' commutantur. Vide ad III. 2. § 10. Corruptius *cohibendum proponens, iratus se* edd. Rom. 1472. ac Parm. mox omittentes τὸ *proposuit*. Verum, quum illa quæ præcedunt, 'interim equitatu auxiliisque,' non Flaminii, sed in consilio salutaria magis quam speciosa suadentium, sententiam proponant, vulgatum servandum esse ratio docet. Mox *proposuit* exsulat etiam a Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 3. 4. cujus loco *proponit* est in Lov. 5. *exposuit* in Hafn.

§ 10 *Quin immo Arretii ante mœnia sedeamus, inquit*] *Cum limõ* Cant. *Tum imo* Lov. 4. *Cum immino* Lov. 1. *Quin immo Arr. ante mœnia perveniat, nec ante*, omnibus mediis omissis, Voss. quæ eadem etiam desunt in Lov. 1. Sed vocis *mœnia* repetitio librarios neglegentes in errorem abripuit. Vide ad IX. 11. § 11. Mox *hæc patria*

et penates sint Gaertn. *hic enim patria et penates sint* Lov. 3.

Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam] Voces *e manibus* non agnoscit Harl. Male. Infra hoc lib. c. 41. 'Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem e manibus.' XXVIII. 42. 'Quem tu e manibus tuis in Italiam emisisti.' Similiter 'amittere e manibus' XXIX. 32. 'emittere de manibus' XXI. 48. et XXXVII. 12. 'emittere manibus' XLIV. 36. In quibus omnibus similibusque bene multis locis 'manus' potestatem notat. Vide quæ notavi ad Silii XI. 163. Deinde *populaturus Italiam* Hav. *populetur Italiam* Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. cum edd. Parm. Tarvis. utraque, Ven. 1495. et nonnullis aliis. Male. Vide ad XXIII. 36. § 7. Mox *vastandoque urendoque omnia* Hav.

Sicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio] Hac de re lib. VI. *Sigon.* Immo Camillus non Veiis, sed Ardeæ exsulavit, teste Livio v. 43. atque inde arcessitus est Veios a militibus Romanis, qui ex prœlio ad Alliam aufugerant, consentientibus, qui Romæ in Capitolio obsessi erant a Gallis. Vide ibid. cap. 46. quin et Camillum Ardea Veios profectum esse, atque inde demum Romam movisse, ut ita quasi Veiis arcessitus dici possit, ex Livio non constat. Immo ex eo, quod Camillus L. Valerium magistrum equitum miserit, qui, dum ipse per se Ardeæ delectum habet, a Veiis abduceret exercitum, ut narrat Livius c. 48. potius efficiendum videtur, eum Veios non abiisse. An itaque errorem, quem in Floro viros doctos notare monui ad v. 43. § 7. etiam Livius commisisse censeri debet? Codd. nihil mutant, nisi quod *ad Veios* sit in Lov. 4. et Ber. *ab Veios* in Lov. 1. Quamvis autem Livius v. 46. innuat Camillum Ardea Veios ex quorumdam sententia arcessitum fuisse, id tamen ob sequens *ab Arretio* probari nequit. Idem fere error etiam committitur IX. 4. 'An a Veiis exercitum Camillumque ducem inplorabunt?' Præterea *sic C. Flaminium* Rec.

§ 11 *Quum ocius signa convelli juberet*] Valer. Max. locum, quia mire huc facit, non pigebit hic adscribere ex I. 6. ubi 'C. autem Flaminius,' inquit, 'cum inauspicato consul creatus, apud lacum Thrasimenum cum Annibale conflicturus, convelli signa juberet, lapso equo, super caput ejus humi prostratus est. Nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus, signa moveri sua sede posse, malum, ni ea continuo effodissent, minatus est. Verum hujus temeritatis utinam sua tantum, non etiam populi Romani maxima clade, pœnas pependisset! In ea namque acie,' et quæ sequuntur, ad ea, quæ porro Livius traditurus est, comparanda. Ceterum hic Silius, forte an poëtice, majus etiam monstrum narrat, dum ait v. 66. 'Signa etiam effusa certant dum vellere mole, Teter humo lacera nitentum erupit in ora Exsultans cruor, et cædis documenta futuræ Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento.' *Modius.* Quæ alia ad hunc locum notarat Modius de locutione 'convellere signa,' expunxi, quia eadem legi possunt apud Briss. de Form. IV. 345. unde, ne laudato quidem auctore, descripsit.

Consulemque lapsum super caput effudit] Plut. in Fabio p. 175. Φλαμίνιον ἐξέτεσε, κατενεχθεὶς εἰς κεφαλήν. *Sigon.*

§ 12 *Signum omni vi moliente signifero*] *Omnium vi* Hearnii N. in margine. Vide hoc cap. § 3.

§ 13 *Quæ me rem gerere vetent*] *Quæ morem gerere* Voss. a m. pr. Lov. 5. et Gaertn. *quæ memorem gerere,* juncta utraque lectione, Lov. 1. *quæ me regere* Lov. 3. quæ lectio ex neglectis compendiariæ scripturæ notis *rē ger'e* nata est. Præterea *vetant* Flor. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et pleræque edd. principes. *Veten-*

tur Hav. Vide ad XXXII. 22. § 8.

Signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint] *Effod. signum* Flor. Deinde *obtorp. præ metu* Ber. *manus præ metu obtorpuerit* Flor. Harl. Voss. et Gaertn. *manus præ metu torpuerit* Lov. 1.

§ 14 *Super quam quod dissenserant a consilio, territis etiam duplici prodigio*] Non moveo: nec tamen damnarem, si qui haberent *in consilio*, ut paullo ante 'ceteris omnibus in consilio.' Et, 'iratus se ex consilio proripuit.' *Duk. Super quam diss. a consilio tantis etiam duplici prodigio* Gaertn. *discesserant a consilio*, vel *a concilio* edd. pleræque vetustissimæ. Male et contra consensum omnium codd. Non enim primores a consilio discesserant, sed Flaminius iratus se ex consilio proripuerat. Pariter 'consensum' et 'concessum' commutantur IX. 7. § 7. ubi plura vide. Mox *in vulnus*, pro *in vulgus*, Hafn. Tum vox *ipsam* deficit in eodem Hafn. *spei* in Ber. Tandem *intuerentur*, pro *intueretur*, Harl.

CAP. IV. § 1 *Quod agri est inter Cortonam urbem Trasimenumque lacum*] Polybius III. 82. Κυρτώνιον vocat, quam Livius *Cortonam*: neque esse in Polybio menda potest, cum Stephanus scribat Κυρτώνιος πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Κυρτωνῖνος, ὡς Σατορνῖνος. Πολύβ. γ. Et alio loco Κορτόνα urbem esse Etruriæ. *Trasimenum* Græci Ταρσιμένην λίμνην appellant. *Sigon. Cortonam* Livii aliorumque et Κυρτώνιον Polybii ejusdem urbis diversa nomina esse, nisi quis Κυρτώνιον apud Polybium mendam, Stephano vetustiorem, existimet, censet Cluver. Ital. Antiq. II. 3. 573. *Crotonam* legunt Lov. 3. et Hav. literis transpositis, quum etiam Græcis Κρότων dicatur, teste ibidem Cluver. Lacus autem nomen corrupte *Transimenum* scribunt plerique codd. et edd. antiqq. nisi quod *Transymenum* legat Lov. 3. *Transymenum* Flor. *Thrasymenum* vel *Thrasimenum* Put. et quidquid est scriptorum præferre, docet Gronov. Obs. IV. 17. 276. *Trasimenum* in notis ad § 2. nisi dicamus, eum de orthographia nihil adfirmare, et lectionem propositam tantum respicere additam præpositionem *in*. Ταρσιμένη, quod apud Græcos obvium esse Sigonius dicit, apud eos non inveni: certe non in vulgatis hodie edd. nam Θρασιμένη dicitur Polyb. III. 82. Τρασυμένα apud Strab. V. 226. unde Θρασυμένη laudat Dausquei. in Orthogr. parte II. voce 'Thrasymenus.' Id tamen ferme, quod Sigonius dicit, se in Quinctil. invenisse putant viri docti, apud quem legunt Instit. I. 5. pag. 54. 'Tharsomenum pro Thrasumeno multi auctores, etiamsi est in eo transmutatio, vindicaverunt.' Gruter. in postr. ed. dedit *Trasimenum*, eamque scripturam recentiores servarunt; quum ætate proximi *Thrasymenum* dedissent. Vide etiam viros doctos ad Flori II. 6. 13. Gruterum ac recentiores secutus *Trasimenum* retinui, unde facilius codd. plerorumque et vett. edd. lectio *Trāsimenum*, sive *Transimenum*, formari potuit, quam si per adspirationem ac vocalem Græcam *Thrasymenum* scriptum fuisset, contra sentiente Torren. ad Val. Max. I. 6. 6. Mox *cum clade belli*, pro *omni clade*, Lov. 3. Deinde *qua magis iram hosti*, pro *quo*, Flor. Lov. 3. et Harl. *iram hostis, &c. acuat* Ber. Male. Vulgatum enim dicitur eodem modo, ut 'reficere militibus animos,' de quo vide ad XXI. 53. § 2. Insuper *injurias sociorum* edd. ante Aldum.

§ 2 *Et jam pervenerant ad loca insidiis nata*] Male Pall. *nota*. Infra c. 28. 'Ager re ipsa natus tegendis insidiis.' *Gebh.* Ita et Voss. Lov. 1. 3. 4. et Gaertn. 'Natus' et 'notus' sæpius in Mss. commutantur. Vide ad VII. 18. § 7. XXI. 43. § 15. et alibi: *notus* autem quo sensu hic sumi debeat, inlustratur ad IV. 18. § 11. Ce-

terum prima vocula non adparet in Ber. a m. pr. nec secunda in Lov. 5. Præterea *pervenerunt* legit Gaertn. Tandem *ad loca nata insidiis* Flor.

Ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit] Nihil discrepat ab hac lectione ed. princeps, sed maximopere Pall. quorum primus *ubi maxime montes Cort. in Transymenum flumen subit*: ad marginem est *subeunt* a manu correctoris. Pal. 2. *ubi maxime montes Cort. in Transimenum subeunt.* Pal. 3. *ubi maxime montes Cott. subeunt.* Gebh. Put. et omnes omnino Mss. aliquanti ævi, consensu, *in Trasimenum.* Quod non temere est, et quid nobis videatur, Observ. IV. 17. dixi. *J. F. Gron.* Hearnius ex scriptis suis et vett. edd. nullam varietatem adnotat. In vulgata scriptura *subit* conveniens huic loco et rei sensus est, ubi lacus proxime ad montes accedit, et eos prope adluit: ita ut inter radices montium et lacum tantum perangusta via sit. Mela Procem. 'Oras omnium et litora, ut intra extraque sunt, atque ea subit et circumluit pelagus.' Curtius VII. 3. 19. 'Mare, quod Ciliciam subit:' et VIII. 2. 7. de Aorno petra: 'Radices ejus Indus subit.' Hoc ibi adnotat Freinshem. Strabonem XV. 686. dicere ὑποῤῥεῖ, et Diod. Sic. XVII. 607. προσκλύζει, *adluit.* Duk. *Montes Crotoniensess* Hav. Vide ad § 1. *Cortoniensess* Lov. 1. Tum *in Trasymenum subit* Flor. *in Transimenum*, vel *in Transymenum subit* Voss. Lov. 3. et Hafn. *intrans unennum subit* Harl. *in Transimenum*, vel *in Transysmenum subeunt* Lov. 4. 5. Ber. et Hav. Unde Gronov. in Obs. loco laud. p. 276. legendum conjicit *in Thrasimenum sidunt;* et docet Livium dicere montes 'sidere,' ubi deficiunt, in planum desinunt, immo in alveum fluminis, ut ostendat ipsos montes in flumen declinare. Ego vel nihil mutandum puto, et 'maxime montes subit Trasimenus' accipio pro proxime ad montes accedit; vel lego *maxime montes in Trasimenum subeunt*, eodem sensu, pro montes maxime accedunt ad lacum Trasimenum. Plinius VI. 26. 'Regio ibi maritima Syrtibolos. Qua vero ipsa subit ad Medos.'

Velut ad id ipsum de industria relicto spatio] Pronomen *id* non adparere in Flor. Voss. Gud. Cant. et Oxon. monuit Jac. Gronov. ad XXI. 55. § 11. et ita insuper ex meis, præter memoratos, legunt Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antiqq. neque aliter Hearnii Oxon. Vide ad Præf. Liv. § 3. et ad v. 43. § 4. *Vel* pro *velut* est in Flor. Lov. 4. Harl. Gaertn. et edd. principibus.

Inde colles adsurgunt] Put. et Reg. *colles adinsurgunt.* J. F. Gron. *Adinsurgunt* etiam Flor. et Hearnii N. Et hanc veram lectionem esse, censuisse videtur Jac. Gronov. qui, quum apud Suet. in vit. Cæs. c. 86. invenisset in Salmas. cod. *adinspectantium*, ejus loco legebat *adinsectantium*, idque inlustrabat hoc in optimis Livii codd. obvio verbo *adinsurgunt.* Potius tamen existimo, illud *adinsurgunt* apud Livium, ut et *adinsectantium* vel *adinspectantium* apud Sueton. inde natum esse, quod librarius duplicem lectionem, quam partim in contextu, partim in margine cod. sui invenisset, hac ratione servandam duxerit. Vide ad III. 44. § 5. 'Adsurgere' hoc sensu est apud Plin. II. 65. 'Non ignoro, quosdam Alpium vertices quinquaginta millibus passuum adsurgere:' et VI. 17. 'Unde plane constent gentes, Emodi montes adsurgunt.' 'Surgere' dixit Ovid. Met. I. 43. 'Jussit et extendi campos, subsidere valles, Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.' Præterea *deinde colles* Ber. *in colles* Lov. 1. Vide ad x. 20. § 6.

§ 3 *Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit*] Polybius III. 83. ut ante, τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. *Sigon. Baliares* Flor.

Vide ad XXI. 21. § 2. Paullo ante *castra in aperto ponit* Lov. 3. pro *locat*, quod mox sequitur; quare, si plures vel certiores codd. id præferrent, lectio illa non displiceret. 'Ponere' enim ac 'locare castra' et Livio et omnibus historicis usitatissimæ locutiones sunt. Nunc observandum puto, Livium vocem, quæ modo præcessit, sæpissime repetiisse. Vide ad I. 3. § 9.

Ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ubi intrassent Romani] Pall. 1. et 3. *ut ubi intrassent*. Pal. 2. *ut ibi intrassent*. Gebh. Vocula *ut* aberrantibus operis omittebatur in Paris. ed. 1573. et paucis aliis, quam Gruter. in postremæ contextum iterum recepit. Præterea *ad ipsas fauces saltus tum. aptate gentibus locat* Harl. et ita Lov. 4. nisi quod insuper vocem *tumulis* omittat. *Ad ipsas fauces saltus aptos et gentibus locat* Lov. 3. *ad ipsas fauces tumulis apta teg. locat* Lov. 1. a quo id dissentit Voss. quod ab eo exsulet vox *tumulis*. *Ad ipsas fauces saltus apte cauteque locat* Ber. *ad ipsas fauces saltus apte teg. cauteque locat* Hafn. *ad ipsas fauces saltus aptate cauteque locat* Hearnii N.

§ 4 *Inexplorato, postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis*] Male ed. Paris. 1573. dedit *inexplorata*, idque una et altera proximarum servarunt. Hinc in errorem inductus Cluver. Ital. Ant. II. 3. 584. post eam vocem nonnulla verba omissa esse credidit; quem errare Gronov. hoc § docuit, monens jungendum esse *inexplorato angustiis superatis*. Ita XXI. 25. 'Ibi inexplorato profectus in insidias præcipitatus:' et XXXVIII. 18. 'Inexplorato procedere.' Eam autem lectionem jam recte Gruter. in ultima ed. restituit. Præterea τὸ *die* omittitur in Harl. quasi illa vox ex præcedenti *pridie* hic repetenda foret. Sed recte eam reliqui omnes agnoscunt.

Id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit] *Quod ex averso erat* Gaertn. Male. Intelliguntur enim hostes a fronte oppositi; quum *ex averso* forent, 'qui a tergo essent.' Vide ad II. 31. § 6. Deinde *conspexit* Flor. et Cant. quod verius puto. Scriptum per compendium fuerat *c̄spexit*, vel *9spexit*, unde in reliquis codd. et edd. datum est *aspexit*. Paullo ante *in apertiorem campum*, pro *patentiorem*, Lov. 4. præfert, quod ex glossa natum videtur.

Ab tergo ac super caput detectæ insidiæ] Ego *detectæ* pro *tectæ* positum puto, videlicet compositum pro simplici. Nondum enim Romani dolum senserant, de quibus postea dicet. Eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit. *Glar.* Hæsit in hoc loco Glareanus, et *detectæ*, inquit, positum est pro simplici *tectæ*. De sententia non fallitur: de verbi illius usu, vereor ut cuiquam probet. In meo libro est *super caput deceptæ ins.* Failor, an faventibus Musis emendavi, *super caput decepere insidiæ*. Hellenismus est, et usus verbo 'decipiendi' Livius, ut Latini vulgo 'fallendi,' et ut Græci τὸ λανθάνειν passim. *Lipsius*, Ep. Quæst. v. 1. Repperit in scripto Lipsius *super caput deceptæ insidiæ*. Quod tamen an in *decepere* cum eo commutem, adhuc cogito. Dictum forte noviter *deceptæ*, ut demissas inopinato in caput et veluti desuper inceptas insidias intelligat. Et certe id Livii verba declarant. Vocem vero hanc castrensem sive theatralem proprie esse, ex Apuleio videre est. Ait Met. x. 255. ed. Elm. 'Jamque tota suave fragrante cavea, montem illum ligneum terræ vorago decepit:' ita enim lego, non *decerpit*, aut *recepit*. Plautus Pœn. I. 1. 59. 'Ita decipiemus foveâ lenonem Lycum.' Et eodem plane, quo Apuleius, alludit. Quod ideo dico, quia in alia omnia abire video interpretem. *Pontanus*, Anal. III. 10.

Pal. 1. *deceptæ;* unde Lipsius *super caput decepere insidiæ*. Gebh. Put. *ab tergo et super caput deceptæ insidiæ:* sed et Reg. Pet. Men. Voss. *deceptæ*. Hinc feliciter Lipsius *decepere*. Cui obloquendum non erat. Vide Obs. III. 20. Cluverius Ital. Ant. II. 3. 584. corruptis vulgatæ vocibus *inexplorata* et *detectæ* inductus, duas hic lacunas frustra statuit: sunt enim omnia integra. Jungendum *inexplorato angustiis superatis,* ex frequenti sermone Livii, significantis superasse eum angustias non explorato per exploratores præmissos itinere. Lib. VI. c. 30. 'Inexplorato pabulatum cohortes misere.' XXIII. 43. 'Explorato cum firmisque præsidiis tuto receptu prædatum ierat.' XXVII. 26. 'In quæ inexplorato euntes Romani quum incidissent.' *J. F. Gron.* *Detentæ insidiæ* Lov. 4. *deductæ insidiæ* Hav. *contectæ insidiæ* Voss. in margine pro Var. Lect. *deceptæ insidiæ* Flor. Cant. Lov. 1. et Harl. Inter eos autem, qui Lipsio obloquuntur, etiam est Ger. Voss. ad Vell. Pat. I. 15. qui vulgatum *detectæ* servabat, idque pro 'tectæ' positum, Liviumque ita locutum existimabat hoc lib. c. 28. 'Re ipsa natus detegendis insidiis.' Verum et Burm. ad Vell. et viri docti ad Livium, ibi melius in optimis codd. *tegendis* legi, recte docuerunt.

§ 5 *Clausum lacu montibusque*] Pal. 2. *clausum lacu ac montibus,* reliquis duobus τὸ *que* ejicientibus. *Gebh.* Optimus *lacu ac montibus, et circumfusum.* Ut et Pal. In duobus aliis et Voss. *lacu montibus et*. J. F. Gron. *Clausum lacu montibus* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *clausum lacum montibus* Flor. a m. pr. *lacu ac montibus* a m. sec.

Signum omnibus dat invadendi] *Signum omnibus dat simul inv.* exstat in Pal. 2. *Gebh.* Put. Reg. Pal. *dat simul invadendi.* J. F. Gron. *Signum dat omnibus* Lov. 3. et Ber. Tum *simul inv.* Flor. et Cant.

§ 6 *Qui ubi, qua cuique proximum fuit, decurrere*] Put. Reg. Voss. *ubi quaque prox. fuit.* Plautus Bacchid. II. 3. 17. 'Heu cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur, Istius hominis ubi fit quaque mentio!' Sed vix est huic hic locus. Put. quoque, ac non unus alius, et hic et post quatuor versus *decucurrere, decucurrerunt,* non *decurr.* J. F. Gron. *Ubi quoque prox. fuit* Harl. *ubi prox. fuit* Flor. Voss. et Ber. *ubi quaque prox. fuit* Lov. 3. 4. Hav. et Hearnii N. cui locus esse potest, si *quaque* pro 'et qua' accipiamus, hoc modo: 'ubi decucurrere, et quidem qua proximum fuit.' Ceterum *decurrerunt* Lov. 3. 4. 5. et Ber. *decurrunt* Hav. *decucurrerunt* Flor. Voss. et Harl. mox vero *decurrerent* Lov. 1. *decurrerat* Hav. *decucurrerant* Flor. *decucurrerent* Cant. Voss. Harl. et Gaertn. De hac syllabæ geminatione in præteritis compositorum verbi 'curro' vide ad I. 12. § 8. Si tamen edd. Prisciani fides habenda est, jam ejus ævo hic *decurrere* lectum fuit. Nam Gramm. X. 901. docens composita verbi 'curro' geminationem primæ syllabæ apud quosdam auctorum servare, apud alios minime, hunc locum laudat, quasi ibi *decurrere* invenisset. Non tamen id omni exceptione majus esse agnosco. Non enim aperte distinguens, apud quos geminationem invenerat, apud quos minus, hoc Livii exemplum ultimum adducit eorum, ubi geminatio neglegitur; adeoque ibi idem, qui hic, error a librariis committi potuit, ut ita fuerit primum eorum, quibus syllabam geminatam fuisse probarit. At pro vulgata lectione non sine veri specie dici potest, Priscianum memorare 'auctores,' qui geminationem neglexerunt. Si vero statuamus, in hoc Livii exemplo legendum esse *decucurrere,* unum unius tantum Virgilii testimonium restabit quo sententiam firmaverit. Ceterum *decucurrere* cum vocibus octo seqq. exsulant a Cant.

cui errori occasionem librario dedit verbi *fuit* repetitio.

Ex pluribus vallibus ipsa inter se satis conspecta, eoque magis pariter] Res ipsa et Livii tota narratio clamat legendum *pluribus collibus*, non *vallibus*. Maximam enim partem exercitus in montibus Annibal in insidiis posuerat. *Lipsius*, Epist. v. Quæst. 1. Legit Lipsius *ex pluribus collibus* contra omnes Mss. *Gebh.* Lipsius recte conjecisse videtur *ex pluribus collibus*. Nam non intelligo, quomodo agmina in pluribus vallibus considentia inter se conspecta, aut ex iis decurrisse dici possint. Viri doctissimi, qui non voluerunt rationem hujus conjecturæ habere, docere nos debuerant, quomodo accipiendum, quod editur, putarent. *Duk.* Nullius etiam meorum codd. auctoritate Lipsii conjectura firmatur, quam tamen non male, ut puto, se probare Gronov. in prima ed. notarum testatus est. Insuper *eo magisque* Flor. Paullo ante *densior erat*, pro *sederat*, Lov. 4. *densior fuerat* Hearnii D.

§ 7 *Romanus clamore prius undique orto, quam satis cerneret*] Sermo est impeditus, ac nescio quid desiderans post verbum *cerneret:* nam illud, 'se circumventum esse,' ad 'sensit' referendum est. *Glar.* Non adspernor distinctionem, quæ in aliis est *quam satis cerneret, se circumventum esse sensit*. Duk. Sensus apertus est: Romanus clamore undique orto prius sensit se circumventum esse, quam satis cerneret, nempe se circumventum esse. *Quam jam satis cerneret* Lov. 4. Tum *se circumventum*, neglecto τῷ *esse*, Ber. qui etiam mox τὸ *est* ignorat a m. pr.

Cap. v. § 1 *Vertentesque se quoque ad dissonos clamores*] Abjicit Pal. 1. *que*. At Pal. 2. *vertens se quoque*. Gebhardus. Pal. *vertentes se quoque*. Alter *vertens*. Puto, et absque his foret, licuisse mihi reponere de conjectura *vertente se quoque*. Lib. iv. c. 28. 'Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti.' Libro superiore c. 33. facile manum dedimus Freinshemio corrigenti, *sibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet*. Forte et *prior*. J. F. Gron. *Vertens se quocumque ad dis. clam.* Ber. a m. sec. quum antea *seque ad diss.* scriptum fuisset. *Vertentes se quoque oculos ad diss. clam.* Hafn. *vertentes se quoque ad diss. clam.* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. pro quo haud male Gronov. emendat *vertente se quoque*, a *quisque*. Ut prima litera pronominis *se* perperam in fine vocis præced. repetita sit. Vide ad xxviii. 25. § 2. *Ad dissonos clamore* Rec. Tum *instituit* Voss. et Lov. 1. ac 3. Vide ad viii. 38. § 8. Paullo ante *satis ipse, ut in trepida re, impavidus* Harl. *ipse satis, ut intrepidante impavidus* Gaertn. Vox *re* deficit in Flor.

Et, quacumque potest, adhortatur, ac stare et pugnare jubet] Pal. 2. *et quacunque adiri audirique potest, adh., ac pug. jubet*. Si pro *adiri* levicula immutatione legas *adire*, non inconcinnum erit, magis profecto, quam quod oggerit Pal. 3. *et quæcunque post adhortatur, et stare et pugnare jubet*. Gebh. Auctiores Put. et vetustiores, *quacunque adiri audirique potest:* quidam *adire:* quod commodius videtur, ut ad utrumque verbum eundem nominativum intelligas. *J. F. Gron.* *Quacumque adiri audirique potest* etiam Flor.

§ 2 *Per medias acies ferro viam fieri*] Imitatus hunc locum Justinus ii. 13. 'Themistocles timens, ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent, et iter, quod aliter non pateret, ferro patefacerent.' *Gebh.* Livius iv. 28. 'An Deum aliquem protecturum vos rapturumque hinc putatis? Ferro via facienda est.' Ceterum omnia hæc verba cum decem seqq. desunt in Lov. 1. propter repetitionem τοῦ *esse*. Vide ad

IX. 11. § 11. Illud autem *esse* priori loco deest in Flor. Mox *quo tim. fuerit minus* Lov. 3. et Hearnii N. *quo tim. minus fuerit* Gaertn. *quo tim. magis sit* Hav. Deinde *eo ferme et minus periculi esse* Hafn.

§ 3 *Ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles*] Tò *miles* abest a Pall. omnibus et prisca ed. Interim Pal. 1. *ut sua signa atque ord., sed locum noscerent*. Gebh. *Atque ordinem sed locum* Flor. a m. pr. Cant. Harl. et Gaertn. qui in margine *ceu locum* ostentat. *Atque ordinem si locum* Lov. 4. *atque ordinem secundum locum* Hav. *atque ordinem seu locum* Lov. 1. 3. et Ber. Hinc *miles* deficit in Flor. Cant. Lov. 3. Ber. a m. pr. Gaertn. Hearnii N. et priscis edd. Insuper vero Aldus *noscerent* edidit, at inter errata *nosceret miles* legendum monuit, quod tamen ante Aldum invenio in ed. Mediol. 1505. Ascens. 1513. 1516. et Mogunt. Paullo ante τὸ *præ* deerat in Harl. Præterea *non consilium nec imperium* legit Voss.

§ 4 *Et mixtos strepentium paventiumque clamores circumferebant ora oculosque*] Pendent hæc omnia a præpositione *ad* paullo prægressa: quod non adsecuti exscriptores Pall. 2. ac 3. et primus editor supposuerunt *misto strep. pav. clamore*. Pal. vero 1. *et intexto strep. pav. clamore*, adposita ad vacuum alia lectione *misso*. Gebh. *Et mixto strep. pav. clamore* Lov. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et priscæ edd. usque ad Froben. neque differt Flor. nisi quod a m. pr. *patientium*, pro *paventium*, præferat. *Et mixtos strep. pav. clamore* Voss. neque aliter Lov. 3. præterquam quod legat *ut mixti*. *Et milites strep. pav. clamore* Lov. 5. *et in isto strep. pav. clamore* Hearnii L. 1. Doujatius perperam edidit *et missos strep. pav. clamores*, atque illud *missos* redundare credidit, ceteroquin dicendum esse *missos a strepentibus paventibusque*.

§ 5 *Redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen*] *Redeuntes iñ pugnam*, id est *inde*, Hav. *redeuntes ad pugnam* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii N. in margine. Hinc *vertebant* Hav. *avertebant* Voss. et Lov. *revertebat* Flor. Paullo ante *habebant*, pro *hærebant*, Gaertn. Sed verba *Alii fugientes, &c. hærebant* desunt in Harl. cui errori occasionem dedit vocum *alii* et *alios* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 6 *Ubi in omnes partes nequidquam impetus facti*] Optimi *capti*. Ut II. 65. 'Rursus impetu capto enituntur.' III. 5. 'Multis frustra conatibus captis.' IX. 4. 'Cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent.' *J. F. Gron.* Lib. VIII. c. 30. 'Aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen.' Flor. IV. 11. 'Cæsaris naves habiles in omnia, quæ usus poscebat, ad impetus, et recursus, flexusque capiendos.' Et ita *facti* ex glossemate inrepsisse potuit; unde hæ voces sæpe alibi commutatæ sunt. Vide ad III. 65. § 5. et Burm. ad Suet. Calig. c. 43. Meorum tamen nulli optimis Gronovii consentiunt. Sed *ubi etiam in omnes partes* Ber. legit: *ubi omnes in partes* Lov. 4. et 5.

§ 7 *Tum sibi unusquisque dux adhortatorque captus*] Pal. 2. *tum sibi quisque dux*. Gebh. Meliores ignorant τὸ *unus*. J. F. Gron. Ignorant apud me Flor. et Cant. Præterea *adhortatorque captus* primum obvium fuit in ed. Gronov. 1665. Verum, quum non tantum omnes priores typis descripti, sed et calamo exarati servent *adhortatorque factus*; Gronovius autem nihil hoc loco monuerit, neque alibi mutatæ lectionis rationem reddiderit, et contra § præc. ubi optimos *capti*, pro *facti*, præferre notavit, eam lectionem, ut plerumque solet, in contextum non receperit, admodum verisimile est, vel ipsum, vel typographos aberrasse, et perperam hoc

loco *captus* pro *factus* in contextum recepisse, quum supra potius τῷ *facti* vocem *capti* substituere debuissent. Hunc errorem, quem etiam Donjatius, Hearnius, Clericus, et alii servarunt, emendavi. Mox *et nova deinde pugna ex integro orta est* Ber. *et nova de integro exorta pugna est* Flor.

Non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios] De hoc loco dicam in xxx. 8. *Sigon.* Sed talis pugna vel maxime inordinata est; et præter morem Romanum, ait Lipsius de Mil. Rom. iv. 1. Nam certum est, et hastatos primos prœlium inire solitos. Hinc Victorius Var. Lect. x. 2. Sigonius ad Liv. xxx. 8. et Lipsius d. l. quod ibi in Livio legitur, 'Romanus post principes hastatorum prima signa, in subsidiis triarios constituit,' emendant *Romanus principes post hastatorum prima signa.* Sed ea emendatio huic loco medelam non adfert. Sigonius, quum ex Polybio, Livio, et Suida, quibus Appianum addit Lipsius, hunc morem Romanorum in acie ordinanda ostendisset, nihil aliud dicit, quam hic tamen principes primos locari: nec Lipsius quidquam, quam sibi suspectam esse scripturam hujus loci. Non video, cur hic religiosiores voluerunt esse viri docti in transponenda una voce, quam ibi. Et hoc placuisse Schelio ex eo colligo, quod ad Hygin. p. 1053. hæc verba Livii laudans, primo loco hastatos, secundo principes ponit. Salmasius quidem de Re Milit. Rom. c. 4. dicit, hoc a Livio scriptum, ætatis suæ ordinationem ante oculos habente. Sed non est verosimile, Livium hic magis ad eam respexisse, quam xxx. 33. et xxxvii. 39. ubi, quæ multis annis post pugnam ad Trasimenum gesta sunt, narrans, tamen aciem antiquo more ordinatam dicit. *Duk.* *Hastatosque* non adparet in Hearnii D. nec vocula *ac* in Ber. unde forte legendum *per hastatos, principes, triarios.* Sed nihil adfirmo.

Nec ut pro signis antesignanus] De antesignanis agunt Lipsius de Milit. Rom. iv. 3. et Schelius ad Hygin. p. 1053. *Duk.* Salmasius de Re Milit. Rom. c. 17. 1413. ex optimo et vetustissimo cod. legendum monuit *antesignani*, quod mihi etiam obviam fuit in Flor. Harl. et Ber. eoque ducunt vestigia quorumdam aliorum codd. Nam *antesignanti* est in Cant. *aut signani* in Lov. 4. *antesignari* in Hav. Eam itaque lectionem recepi.

Nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset] Sic Cantabr. Flor. Voss. Gud. et edd. primæ. Et cur *nec* hodie negligitur? *Jac. Gron.* *Nec ut in sua legione* etiam tantum non omnes mei, (nisi quod Harl. legat *nec in sua legione*) Hearnii Oxon. et typis excusi usque ad ultimam Gruteri ed. quare *nec* loco reposui; quod etiam fecit Crevier.

§ 8 *Sors conglobabat, et animus suus cuique ante et post*] Pal. 2. *Fors conglobat:* reliqui duo *Sors conglobat.* Gebh. Scribe cum membranarum emendatissimis, *Fors conglobat, et animus cuique ante aut post pugnandi ordinem dat.* Sallust. Jug. c. 97. 'Catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt.' Noster xxvi. 40. 'Postquam eos ex variis caussis fortuna similis conglobaverat.' Sic apud Cæsarem Gall. ii. 21. legendum 'Quam in partem fors obtulit:' et Gall. viii. 19. 'Quo fors tulerat.' Utrobique editur *sors.* Cæterum et sequenti cap. mutarunt inclinationem verbi *acrior infestiorque pugna erat:* nam libri veteres *pugna est.* J. F. Gron. Infra c. 51. *Ut quem cuique fors aut pugna junxerat, aut fuga.* Duk. *Sors conglobat* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Fors conglobat* Flor. quod recte Gronov. probat. In hac enim pugna, quam Romani inopinato commiserunt, quomodo sorti locus esse potu-

isset? Solent autem hæ voces commutari. Vide ad I. 9. § 15. Deinde *ante aut post* omnes scripti mei cum Hearnii N. D. et omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri. Id itaque in contextum recepi.

Tantusque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus] Pro insiticio delemus *animorum*, in vicem ejus substituentes *armorum* ex Gud. *J. F. Gron.* Cic. pro Marc. c. 8. 'In tanto civili bello, tantoque animorum ardore et armorum.' Liv. IV. 47. 'Tantus ardor ad dimicandum fuit.' *Duk.* Innumeris locis has voces librarii confuderunt. Vide ad I. 45. § 3. II. 45. § 5. VI. 8. § 5. IX. 40. § 5. hoc lib. c. 29. § 4. aliisque. Omnes tamen mei, ut et Hearnii Oxon. in vulgatum conspirant. Miror itaque, Hearnium Doujatii, nescio quo jure vocem *animorum* omittentis, exemplum imitatum esse. Præterea *et adeo int.* Hearnii N. in margine: *adeoque intentus* Lov. 1. et Ber. a m. pr.

Ut cum motum terræ, qui, &c.] Hæc verba vertit Plutarchus in Fabio p. 175. ubi hujus terræ motus meminit. *Sigon.* Non ergo poëtice, sed ex gestæ rei fide, canit Silius v. 622. 'Jamque eadem populos magnorumque oppida regum,' &c. *Modius.* Terræ motus meminerunt Cic. de Divin. I. 35. Plinius Hist. Nat. II. 84. et Florus II. 6. 14. Adde Orosium IV. 15. *Ut cum motus terræ* Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ut commotio terræ* Rec. *ut commotus terræ* Lov. 1. *ut cum terræ motus* edd. principes: *ut cum terræ motum* Mediol. 1505. Ascens. 1518. ac reliquæ usque ad Jac. Gronov. qui dedit, trajectis dictionibus, *ut cum motum terræ*: quem ordinem vocum firmant omnes mei.

Mare fluminibus invexit] Nil temere muto. Vult fortasse auctor, in locum fluminibus vacuum mare se insinuasse, cum illa novum sibi alveum et cursum quæsissent. Tamen dubitabam leviter, an non *culminibus*: ut dicat, mare sublatum expulsumque in ipsos montes. Silius ita hic [v. 619.] 'lacus ater in altos Sublatus montes, et sede excussus avita.' Et Ammianus in terræ motu, qui sub Valentiniano: 'Ingentes aliæ naves extrusæ rapidis flatibus (forte *fluctibus*) culminibus insedere tectorum.' *P. Ruben.* Elect. I. 39. Contra naturam: nam flumina in mare labuntur, hoc suos fines non exeunte. Quare ridicula est Rubenii correctio *culminibus invexit*. Silius v. 624. *Gebh.* *Fluminibus invexit* omnes. Nimirum flumina decurrunt in mare. Plautus Curculione I. 1. 86. 'Quisnam istic fluvius est, quem non recipiat mare?' Valerius Flaccus Argonaut. I. 24. 'Illius amnes Ionium quicumque petunt:' ita enim scribendum haud dubie, non *omnes*. Livius XXVII. 49. 'Quantum mare abscedebat, tanto altioribus amnem coërcentibus ripis.' Fit autem tremore terræ, ut mare interdum exundet, et aut retro agat flumina, quæ id refluum sentire non solent, aut ubi accessus recessusque ejus, altius solito ascendat. Silius in hac historia v. 624. 'Reflui pugnarunt montibus amnes, Ac retro fluctus torsit mare.' Orosius IV. 13. 'Cum ita intentus pugnantium ardor exstiterit, ut gravissimum terræ motum, qui tunc forte tam vehemens factus est, ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes, et flumina retrorsum coëgisse referatur,' &c. Non igitur *culminibus*, quod excidit P. Rubenio. *J. F. Gron.* *Mareque fluminibus invexit* Ber. In verbis præcedd. *avertitque cursu rapidos amnes*, pro *rapido*, in Put. esse, Crevier. monuit: neque aliter est in Flor. Multum tribuere soleo horum codd. præsertim consentientium auctoritati: hic tamen vulgatum præfero. 'Amnes rapido cursu' est amnes, qui rapido cursu feruntur. Ita 'oppidum majore quam cetera juventute,' id est, quod majore juven-

tute, quam cetera oppida, frequens erat. XLIII. 19. 'saxum æquo adscensu,' id est, in quo erat æquus adscensus. V. 47. § 2. Sufficit autem 'avertere amnes;' neque opus est, ut addamus 'avertere cursu.' Infra XLI. 11. 'Amnemque præterfluentem mœnia, multorum dierum opere exceptum novo alveo, avertit.' Librarii τῷ *rapido* in fine addiderunt literam *s*, scribentes *rapidos*, ut conveniret sequenti *amnes*. Vide ad VI. 3. § 8.

CAP. VI. § 1 *Acrior infestiorque pugna est*] Vet. lib. *pugna erat*. Sigon. Ita et Lov. 4. Rec. et Gaertn. At reliqui omnes, quibus utor, et inter eos optimæ notæ codd. τὸ *est* tuentur, quod Gronovius etiam se in libris vett. invenisse, testatur ad cap. præc. § 8. Insuper *pugna orta est* Ber. Ceterum has voces cum sex præcedentibus omittit Cant. Caussa hujus erroris fuit τῶν *pugnatum est* et *pugna est* repetitio.

§ 2 *Premi ac laborare senserat suos*] Pall. 1. ac 3. cum vet. ed. *premi ad laborem*. Gebh. Ita et Voss. in contextu, (altera lectione margini adscripta,) Lov. 3. Harl. Gaertn. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Froben. 1535. quæ prima *ac laborare* recepit. *Ac roborare* Cant. At voces eæ desunt in Lov. 4. ac 5. Tum *senserit suos* Voss. *suos senserat* Lov. 4. et 5. qui ambo cum Lov. 1. paullo ante legunt *in quacumque parte*. Hav. *quamcumque in partem*.

Insignisque armis et hostem summa vi petebat, et tuebatur suos cives] Exhibet Pal. 2. *insignesque armis hostes summa vi petebat*. Pal. 1. vero ac 3. *insignesque armis et hostem summa vi petebant, et tuebantur suos cives*. Gebh. Scripti partim plane legunt, partim satis indicant legendum *insignemque armis et hostes summa vi petebant, et tuebantur cives*. J. F. Gron. Unus meorum Lov. 5. lectionem vulgatam servat: neque aliter inde discedunt Gaertn. et Hafn. quam quod prior *petebant et tuebantur*, posterior *pugnabant et tuebantur* legant. *Insignesque armis et hostem summa vi petebant et tuebantur suos cives* Lov. 1. 4. Ber. et Hav. quibus consentiunt Lov. 3. et Voss. nisi quod ille *hostes* habeat, hic vocem *suos* omittat. *Insignemque armis et hostem summa vi petebant et tuebantur cives*, quam proxime ad lectionem a Gronovio restitutam, Flor. et Harl.

§ 3 *Donec insuper eques (Ducario nomen erat) faciem noscitans*] *Insuber* reposui. Polybius auctor est, Insubres a Flaminio olim victos, eorumque fines populatos. *Sabell.* Quidam pro *eques*, *equum* supposuerunt, et *faciemque* cum conjunctione post parenthesin. Sed simplicior lectio est *eques* et *faciem* absque conjunctione, ut habent vetustiores codd. *Glar.* Probo magis antiquam lectionem, quam alii respuerunt, *donec Insuber eques, Ducario nomen erat, faciem noscitans*. Cur probem, hæc causa est, quod, ni *eques* dicturus Livius fuisset, *Insuber quidam* dixisset: præterea *faciem equumque* potius dixisset, si modò verisimile est, Flaminium, ex quo cum Gallis Insubribus bellavit, per annos VII. eodem semper equo esse usum. Polybius III. 84. a quibusdam Gallis eum interfectum tantummodo scribit. Equitem certe eum fuisse, apparet ex eo quod subdit, 'Subditisque calcaribus equo per confertissimam hostium turbam impetum facit.' *Sigon.* Compara hæc ad ista Silii V. 645. 'Advolat ora ferus mentemque Ducarius,' &c. *Modius.* Pal. 1. *donec Insuber eques (Ducario nomen erat) faciem quoque noscitaus:* neque abit Pal. 2. quam quod habet *faci:* at Pal. 3. *facies quoque noscitans*. Notus erat reliquis consul ob cohortem suam prætoriam: at Ducario præterea notus erat de ipso vultu. Edd. nuperæ formaverunt nobis, *donec Insuber equum (Ducario nomen erat) faciemque noscitans*. Grut.

Pal. 1. *facie quoque noscitans*. Pal. 2. *facies quoque noscitans*. Pal. 3. *faci quoque noscitans*. Vet. ed. repræsentat *faciemque noscitans*. Silius v. 547. 'antiqua gerebat Vulnera barbaricæ gentis, noscensque superbi Victoris vultus.' Sed rectum est *facie quoque noscitans*, scilicet Flaminium. Prop. III. 3. 'E quarum numero me contigit una Dearum: Ut reor a facie, Calliopea fuit.' *Gebh.* *Cui Ducario nomen erat* Lov. 4. et Hearnii D. Male. Vide hoc lib. c. 46. § 9. Deinde *facie quoque noscitans*, ut viri docti legunt, etiam mei et Hearnii codd. nisi quod *facie quoque consulem noscitans*, vocem *consul*, quæ mox sequitur, omittens, legat Ber. *Facie noscitans*, ut 'nomine notus' apud Horat. Sat. I. 9. 3. 'Adcurrit quidam notus mihi nomine tantum.'

Consul, inquit, hic est, popularibus suis] Put. *Consulem inquit hic est*. Scribe, *Consul, en, inquit, hic est*. J. F. Gron. Puteaneo consentiunt Hearnii N. et Exc. Pithœi, pro quo recte Gronov. *Consul, en, inquit, hic est* scribendum conjecit. In his codd. forte ita datum est, quod vocem priorem referrent librarii ad præcedd. *facie quoque noscitans consulem*. Vocula autem *en* elidi potuit a prima syllaba vocis seq. Deinde *hic est cum pop.* Lov. 3. Ber. et Gaertn. Mox *legiones nostras occidit*, pro *cecidit*, Ber. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Tum *agros et urbem est depop.* idem Ber. *agrosque et urbem depopulatus est* Lov. 4. et 5.

§ 4 *Per confertissimam hostium turbam impetum facit*] *Impetum fecit* Hearnii D. et N. quorum tamen posterior *facit* in margine ostentat. In verbis seqq. *se infeste venienti obviam objecerat* Lov. 4. *se infesto venienti objecerat obviam* Lov. 3. Τὸ *obviam* deest in edd. primis.

Spoliare cupientem triarii objectis clipeis arcuere] *Scutis* alibi legitur. Sane scutum triariorum erat, ut etiam VIII. 8. Livius indicat, ubi etiam differentia inter 'clypeum' ac 'scutum,' et clarius deinde IX. 19. *Glar.* Vet. lib. *scutis*. Recte: est enim scutum triariorum. VIII. 8. 'Triarii sub vexillis considebant, scuta innixa humeris tenentes.' *Sigon.* Sic [*scutis*] Sigonius, et omnes meliores codd. atque inter alios Flor.: cujus perpetua collatio, quam cl. Marquardo Gudio debeo, hic me destituit. Nam quod in opere nostro eum et plures ex Serenissimi Magni Ducis bibliotheca appellatos vides, scito id fieri, quia per angustias temporis de eximiis tantum quibusdam locis ipse præsens eos consului. *J. F. Gron.* *Scutis* etiam Lipsius, priscos libros laudans, probat de Milit. Rom. III. 2. Præter Lov. 4. 5. Ber. et Hafn. qui *clipeis* servant, *scutis* apud me superest in omnibus scriptis, et apud Hearnium in omnibus Oxon. Neque aliter est in excusis ante Aldum, qui primus receptam lectionem inmutavit. Quare loco ejus, quam substituit, recte priscam a viris doctis revocatam puto. Præterea *conjectis scutis* Voss. Tum *arguere* Flor. Vide ad VI. 25. § 6.

§ 5 *Et jam nec lacus nec montes obstabant pavori*] Abest vox *pavori* a Pal. 1. Reliqui duo *pavori obstabant*. Gebh. Vocabulum *pavori* exsulat etiam a Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Id autem ante præcedentem trajiciunt Flor. et Harl. Deinde *primum etiam nec lacus* Lov. 3. *ubi jam nec lacus* Lov. 5. et Gaertn. *etiam nec lacus* Harl. Vide ad I. 47. § 9. Tum *obstant* Ber.

Armaque et viri super alium alii præcipitantur] Pal. 3. *præcipitabantur*. Forte fuit initio *præcipitant*. Vide ad II. 51. Sic legendum XXV. 11. 'Plures in fossam præcipitavere.' Pro quo circumfertur *præcipitati*. Gebh. Si conjectura Gebhardi idoneo codd. præsidio niteretur, eam probarem. Livium enim ita sæpius locutum esse, videbimus ad XXV. 11. § 6. Verum,

omnibus Mss. quibus usus sum, *præcipitantur* servantibus, sermonem Livii semper ad eamdem loquendi formulam redigi, iniquum videtur. Insuper *armaque ut viri* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl. Tum *alii super alium* Hav. Vox *alii* non comparet in Voss. Lov. 1. et Ber. Paullo ante *veluti cæci* edidit Froben. 1535. consentientibus Lov. 3. et 4. at veterem lectionem *velut cæci* Jac. Gronov. revocavit, quam probant reliqui codd. Vide ad VI. 1. § 2.

§ 6 *In aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt, sese immergunt*] *In aqua progressi* Gaertn. *aquam progressi*, omissa præpositione, Ber. a m. pr. Deinde *capitibus, humeris exstare* Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Hinc *se immergunt* Hav. idem. Mox *inpulerat* Voss. *inpulit* Ber. Vide ad XL. 14. § 10. *Capessere fugam in aquam impulerit* Hav.

§ 7 *Aut ubi nequidquam festinaverant, retro ægerrime terram repetebant*] In Pal. 1. deficit τὸ *ubi;* pro quo in Pal. 2. restat *qua.* In tribus vero Mss. Pall. evanuit τὸ *terram.* Gebh. Put. Voss. Pall. et meliores ignorant τὸ *ubi.* Put. tres Pall. Reg. Men Voss. duo Pet. etiam τὸ *terram.* Optimus autem ille liber *haud nequidq. festi vadarentro ægerrime repetebant.* Scribe *aut nequidquam fessi vada retro ægerrime repetebant.* Lib. IX. c. 2. 'Aut eadem, qua insinuaveris, retro via repetenda.' *J. F. Gron.* Idem vir maximus in prima notarum ed. conjecerat, *aut nequidq. ante festini vada retro ægerrime repetebant.* Cui conjecturæ merito eam, quam hic damus, substituit. Ceterum *haud nequidquam* præfert etiam Flor. et *terram* ignorat. *Aut nequidquam* Lov. 1. 3. 4. Hafn. et Cant. qui iidem cum Harl. similiter vocem *terram* omittunt. Mox etiam voculam *ibi* non agnoscit Lov. 3. ejus loco *ubi* præfert Lov. 5. Tum *equitibus hostium* est in Ber.

§ 8 *Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione impigre facta*] Polyb. III. 84. Ἑξακισχίλιοι δ' ἴσως τῶν κατὰ τὸν αὐλῶνα τοὺς κατὰ πρόσωπον νικήσαντες. Hinc patet male *versos* datum esse in Lov. 1. *aversos* in Gaertn. Vide ad II. 31. § 6. Vox *hostes* deest in Ber. a m. pr. *eruptiones impigre factæ* perperam legit Rec.

Quum in tumulo quodam constitissent] Polybius III. 84. ἀπεχώρησαν εἰς τινα κώμην Τυῤῥηνίδα. *Sigon.* Immo verba hæc Livii respondent superioribus Polybii, Γενόμενοι δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων. Illa vero, quæ ex Polyb. laudavit Sigonius, a Livio redduntur his, quæ deinceps sequuntur, 'sublatis raptim signis, sese abripuerunt.'

Quæ fortuna pugnæ esset, neque scire, nec perspicere præ caligine poterant] Vet. lib. *prospicere.* Sigon. Pal. 2. *præspicere:* lege *prospicere.* Gebh. *Qua fortuna pugna esset* Ber. quod vel ob ingratum sonum Livii non esse, verius puto. Hinc *neque scire, neque perspicere* Cant. Harl. Lov. 4. et Hav. *neque stare, neque perspicere* Gaertn. quorum codd. scribæ existimasse videntur, post *neque* non recte inferri *nec.* Sed vide ad IX. 9. § 14. ex qua caussa forte etiam factum, ut priori loco *nec* pro *neque* datum sit in Ber. qui idem etiam præfert *prospicere poterant præ caligine.* Si gravioris auctoritatis codd. *prospicere* probarent, illud recipere non dubitarem. Vix enim hic convenire potest *perspicere,* quod notat 'perspicue, penitus videre.' Jam vero exorta nebula non modo inpediebat, ut *perspicere,* verum etiam ne leviter quidem videre possent, quæ fortuna pugnæ esset. Contra optime convenit *prospicere,* quod vel notat 'ex longinquo videre,' ut *conspicere* 'ex propinquo:' (ita X. 32. 'Nebula erat ad multum diei, densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum ademto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu:') vel etiam 'ex alto videre:' (ita XXI. 42.

'Ex speculis prospicerent adventantem hostium classem:') quod tamen exemplum et ad priorem significationem referri potest. Hoc lib. c. 14. 'Quum esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem.' XXIV. 21. 'Pars ex tectis fenestrisque prospectant.' Vide Burm. ad Nason. Her. v. 63. Id autem optime huic loco convenit. Nam, ut modo dixit, constiterant in tumulo. Solent autem τὸ *perspicere* et *prospicere* in Mss. commutari. Vide viros doctos ad Frontini Strateg. I. 2. 1. et III. 9. 8. Adde quæ notantur ad Livii IX. 10. § 7. Quo sensu tamen vulgatum *perspicere* hic ferri possit, vide ad Livii XL. 22. § 8. *Nec perspicere præ caligine poterant, neque scire* edd. vetustissimæ.

§ 9 *Inclinata ad iniqua re, cum calescente sole depulsa nebula*] Vet. lib. *dispulsa*. Sigon. Pall. tres *cum cal. sole despulsa nebula aperuisset diem:* ubi forte restituendum erit *dispulsa nebula*. Gebh. Put. *adimque re*. Lege *Inclinata denique re*. Dein ex melioribus *incalescente* et *dispulsa*. J. F. Gronov. *Inclinata jam ad iniqua re* Ber. a m. sec. Gaertn. et Hearnii N. *Inclinata ad inique re* Flor. unde Gronovius *Inclinata denique re*, quam conjecturam in prima notarum ed. Salm. tribuit. Tum, duabus vocibus junctis, *concalescente sole* Cant. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. Vide ad IX. 24. § 7. Probo autem Gronovianum *cum incalescente sole*. Infra XLIV. 36. 'Iter multo pulvere et incalescente sole factum erat:' ut prima syllaba *in* hausta sit ab ultima vocis præced. litera *m*. Vide ad v. 27. § 6. Deinde *dispulsa nebula* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et alii. Infra XXVI. 17. 'Hora ferme quarta, dispulsa sole nebula aperuit diem:' ubi ante Gronov. similiter peccabatur. Cic. Tusc. I. 26. 'Eademque ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit:' 'discutere' dixit Plinius H. Nat. XII. 17. 'Nebula, sole discussa, pulverem madentibus villis adhærescere.' Et ita nebula dicitur 'dilabi,' XLI. 2. Mox *cum liquida jam luce*, pro *tum*, Flor. et Harl. *quom liquida jam luce* Gaertn. Hinc *perditas res perditamque &c.* pro *stratamque*, Hearnii N. in margine.

§ 10 *Sublatis raptim signis, &c. sese abripuerunt*] *Sublatis partim signis*, perperam literis transpositis, Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Gaertn. Hearnii N. et edd. principes, pro quo primi Moguntini *raptim* dederunt. Ita alibi etiam librarii peccarunt. Vide ad VIII. 11. § 10. XXVI. 44. § 11. et ad XXIX. 28. § 9. Ulterius corrupit scriba Hav. qui *sublatis partium signis* dedit. *Sublatis inde signis* Ber. Tum *ab sese abrip* Lov. 1. *sese eripuere* Lov. 3. *sese aripuerunt* Lov. 4. *sese arripuerunt* Rec.

§ 11 *Fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis*] Pal. 1. *fidedante*. Gebh. Ita etiam Lov. 1. ac Flor. a m. sec. qui a m. pr. præfert *fidei dante:* quod etiam exstat in Cant. Deinde *cum omnibus copiis*, omissa media voce, Lov. 1. Missum esse Maharbalem μετὰ τῶν Ἰβήρων καὶ λογχοφόρων, narrat Polyb. III. 84. Mox *cum singulis vestimentis abire* Ber. et *dederunt*, pro *dediderunt*, Flor. Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii D. et N. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 12 *Quæ Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes conjecti*] Pall. duo *quæ Pun. rel. servata est ab Hann., atque in vinc. omnes conjecit*. Gebh. Scripti, quicquid mediocriter etiam bonorum vidi, *conjecit*. J. F. Gron. *Quæ Pun. servata rel. sublata fides* Lov. 4. et 5. *quæ Pun. servata rel. fides* Harl. *quæ Pun. servata rel. servata fides* Gaertn. et Hav. Tum *fides est ab Hann.* Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *est fides ab Hann.* edd. vett. Hinc *conjecit* etiam omnes Oxon. Hearnii, iique, quos Crevier. consuluit; neque dissentiunt mei, nisi quod *conjectis* sit in Hav. *projecit* in Lov. 3. Crevier. vulgatum

conjecti præferendum putat.

CAP. VII. § 2 *Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt*] Polybius III. 84. ἔπεσον τῶν Ῥωμαίων εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους. *Sigon.* *Viginti quinque millia Rom.* Lov. 3. *XXV. millia Rom.* Harl. a m. sec. quem errorem commiserunt etiam Eutrop. III. 9. Oros. IV. 15. et Freculph. tom. I. lib. V. cap. 7. *Quindecim millia hostium* Lov. 1.

Diversis itineribus Romam petiere] Pal. 1. *adversis:* melius Pal. 3. *aversis itineribus.* Infra c. 9. 'In agrum Picenum avertit iter.' *Gebh.* Put. Pet. uterque Reg. Men. Pal. Voss. *adversis itineribus urbem petiere.* In posteriorem mutationem consentiunt omnes: sed alter et melior Pall. *aversis,* idque probabile est, ut significet aversa a via militari ac regia, devia et secretiora per circuitus, non *recta,* ut loquitur c. 9. Cicero ad Atticum XIV. 10. 'Ut Trebonius itineribus deviis proficisceretur in provinciam.' Noster XXVIII. 35. 'Ea tum itineris tam longi ac tam devii caussa Scipioni fuit.' XXVII. 41. 'Nocte jugum superare et in aversis vallibus considere jubet.' Plautus Persa III. 3. 39. 'Abi isthac aversis angiportis ad forum.' Ovid. Met. XIV. 120. 'ferens lassos averso tramite passus.' *J. F. Gron.* *Adversis itineribus* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod N. in margine *diversis* habeat: *aversis itineribus* Lov. 4. quod recte viri docti probarunt. Id primo librarii mutarant in *adversis* solito errore: de quo vide ad II. 31. § 6. Sed, quum *adversis* sanum sensum non præberet, substituerunt *diversis;* quæ etiam voces sæpe in Mss. commutantur. Vide ad IX. 3. § 1. et X. 25. § 14. Ita apud Colum. VII. 10. vulgo editur 'Ex adversa parte de auricula sanguinem mittamus,' ubi haud male *ex diversa parte* legit optimus Sangerm. Adde quæ notavi ad Silii I. 264. Deinde *urbem petiere* omnes mei et Hearnii codd. constanter, cujus glossa est *Romam.* Vide Rhenan. ad Livii II. 31. § 3. et Gruter. ad Martial. Epigr. III. 47.

§ 3 *Mille et quingenti hostium in acie*] *At hostium in acie* Pal. 2. *Mille quingenti host. in acie cæsi* Pal. 3. *Gebh.* Put. ꝏ ꝏ *D. hostium.* Pal. omisso numero, *At hostium.* J. F. Gron. Polybius III. 85. Οἱ μὲν γὰρ πάντες εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους ἔπεσεν. Hinc patet non audiendum esse cod. licet optimum, Put. numerum augentem. In eo tamen mos ipsi gerendus videtur, quod omittat conjunctionem inter duo numeralia. Nam abest etiam a Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. et Ber. Per numerum etiam *MD. hostium* Hearnii N. *C. Decium hostium* Gaertn.

Multi postea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrimque facta] Prius *utrimque* non dubito a mala manu esse, ut ex sequenti ortum. Loquitur hic de hostium separatim jactura: quæ Romanorum fuerit clades, quot ceciderint, quot evaserint, jam ante exposuit. Et verisimile sane est, istorum nullos vel paucos valde post prœlium ex vulneribus esse mortuos, cum vix ullo pacto graviter jam sauciati cædem effugere potuerint, ut quos 'ab lateribus montes et lacus, a fronte et ab tergo hostium acies clausisset,' nec ulla ad salutem via pateret, nisi 'per arcta et prærupta montium.' *Jac. Periz.* Perizonio adsentitur Crevier. De vitio, quo Livium hic a librariis infectum esse crediderunt, vide ad X. 24. § 12.

§ 4 *Nihil haustum ex vano velim*] Videtur legendum *ex vario* parva mutatione, ut ad scriptorum varietatem, quam subobscure Livius innuit, referatur. *Ursinus.* Ita etiam Latinius scribendum conjecit, et in uno Gaertn. inveni. Solent sæpius hæ voces commutari. Vide ad I. 33. § 4. II. 27. § 1. III. 3. § 3. et § 14. IV. 20. § 11. V. 1. § 7. c. 16. § 5. c. 23. § 2. c. 37. § 8. VI. 12. § 9. c. 16. § 1. VII. 7. §

8. c. 10. § 8. c. 21. § 9. IX. 21. § 6. c. 45. § 2. X. 39. § 11. hoc lib. c. 28. § 9. XXVIII. 42. § 2. XXIX. 28. § 6. XXXVII. 42. § 1. Adde Cortium ad Plinii Ep. II. 1. et quæ notavi ad Silii X. 290. Caussa est literarum *n* et *ri* in scriptura Longobardica similitudo. Vide ad III. 30. § 3. Hic tamen Ursino non adsentior. Nam *ex vano* est 'ex falso,' 'incerto.' Vide ad I. 51. § 6. Hinc 'incertum' ac 'vanum' junguntur IV. 13. 'Ne cujus incerti vanique auctor esset.' Præterea *assertorum*, pro *haustum*, Lov. 3. *asertum* Ber. *assertum* Hafn. pro varia lectione in margine. Verum 'adserere' pro adfirmare non est ævi Liviani. Mox *minus inclinant* Lov. 4. 5. Gaertn. et Ber. a m. sec. Vide ad XXXVI. 9. § 7. *Minus inclinantur* Lov. 3. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Inclinant* absolute sine casu. Vide ad III. 61. § 4.

Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui] Jac. Perizon. ad oram Livii adscripserat hunc locum Ter. ex Andr. Prol. vs. 18. 'Nævium, Plautum, Ennium, Accusant, quos hic Noster auctores habet.' Ceterum *hujus belli* Lov. 3.

§ 5 *Corpora suorum quum sepeliri jussisset*] *Corpora eorum* exhibent Pall. *Gebh.* Similiter Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Gaertn. et edd. princ. Mox *magna tum cura inquisitum* Lov. 3. *magna cum cura requisitum* Hav.

§ 6 *Cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus*] *Cum ing. timore* Lov. 4. et 5. Eas voces etiam confuderunt librarii III. 16. § 5. Tum *factus est* Lov. 4. Paullo ante *ejus cladis* Gaertn.

§ 7 *Quæ repens clades adlata, quæve fortuna exercitus esset*] Pal. 1. *quæ recens clades allata.* Gebh. Voces has a librariis commutari, dixi ad VIII. 29. § 1. *Repetens* est in Lov. 5. Mox cap. seq. 'Repens alia nunciatur clades.' Tum *quæ fortuna esset exercitus* in Lov. 4. *quæve fortuna esset exercitus* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. princc. Paullo ante *per vices* primæ edd. pro quo Aldus *per vias* substituit, quod in omnibus scriptis superest.

Magistratus vocaret] Id est, peteret vocando, ut magistratus indicarent quid certi esset. Nam magistratus id minuere aut celare cupiebant: tandem prætor alta voce dixit, 'Pugna magna,' &c. *F. Sanctius.* Polyb. III. 85. *Στέλλεσθαι μὲν ἢ ταπεινοῦν τὸ συμβεβηκὸς οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς.* Dicit magistratus occultare vel minuere cladem propter magnitudinem non potuisse; eos tamen id facere cupiisse, non addit.

§ 8 *M. Pomponius prætor, Pugna, inquit, magna victi sumus*] Polybius III. 85. *διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ.* Plutarchus autem sic in Fabio 175. *ὡς πρῶτον ἤκουσεν ὁ στρατηγὸς Πομπώνιος, προσελθὼν, νενικήμεθα, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μεγάλῃ μάχῃ. Sigon.* *Manius Pomponius prætor* recens ab ultima Gruteri vitium. Priores omnes recte *Marcus*, qui frater Manii prætoris et magistri equitum anno sequenti, c. 35. *J. F. Gron.* *Prætor inquit, pugna victi sumus* Ber. a m. pr. sed *pugna magna victi sumus* emendatur a m. altera. *Victi fuimus* Lov. 4. et 5. Mox *nihil certi* Hafn. Ber. a m. pr. et Hav. Deinde *domum referunt* Rec.

§ 10 *Tot in curas dispertiti eorum animi erant*] *Dispartiti* Lov. 4. et primæ edd. Vide ad XXXVIII. 36. § 8. Tum *animi eorum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *fuerant exercitus victi*, alio ordine, Lov. 3.

Sub C. Flaminio consule meruerant] *Meruerunt* Gaertn. Sed ea vox exsulat a Voss. et Lov. 1. præcedens *consule* a Ber. Mox *cujusque fortuna esset* idem Ber. *cujusque suorum fortuna erat* Lov. 4.

§ 11 *Postero, ac deinceps aliquot die-*

bus, ad portas major prope mulierum] *Post. die ac deinceps* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. Brancal. Latinii, et edd. princ. quam tamen vocem addi nihil adtinet, quum ex sequenti hic commode repeti possit. Tum *aliquibus diebus* Lov. 4. et 5. Vide ad VI. 27. § 8. *Aliis diebus* Hearnii D. Hinc *ad portam major prope* Lov. 4. et 5. *ad portas major quoque* Brancal. Latinii : *major ad portas prope* Hav. *ad portas. major mul. prope* edd. princ. Paullo post *multitudo fuit* typis descripti ; pro quo primus Aldus *stetit* reposuit ; quod servant scripti. Tum *nuncium* Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. Deinde *circumfundebantur obviis*, omissa conjunctione, Lov. 4. et 5.

§ 12 *Ut cuique aut læta aut tristia nunciabantur*] *Ut cuique læticia aut tristicia nunciabatur* Lov. 3. *ut cuique læticia aut tristicia nunciabantur* Lov. 1. *ut cuique læticia aut tristia nunciabantur* Gaertn. *ut cuique lætitia aut tristia annunciabatur* Voss. Prius *aut* abest etiam a Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Librarii, qui *læticia* ac *tristicia*, pro *læta* et *tristia*, dederunt, hic eodem modo peccarunt, quo alibi sæpe, *læticior et tristicior* exhibentes. Vide ad II. 16. § 6.

Gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos] *Aut consulantes alias domos circumibant* exstat in Pal. 2. *Gebh. Redeuntes domos* Lov. 4. *redeuntis domos* Gaertn. et Flor. in cujus margine *redeuntibus* emendatur. *Consolantes læte domos circumibant* pro varia lectione in margine ostentat Hafn. Mox *præcipua etiam gaudia erant insignia* præfert Ber. a m. sec. quum antea *præcipue et gaudia* scriptum fuisset. *Gaudia magna erant* Lov. 1.

§ 13 *Unam in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu ejus exspirasse ferunt*] Pal. 2. *Unam in ipsam portam*. Cujus generis infinita in Tito nostro. Sic mox Pal. 1. *In curiam retinent*. Gebh. *Sospiti filio repente oblatam* omnes meliores ; nisi quod Put. *sospitis*. J. F. Gron. *In ipsam portam*, non Livii, sed librarii est, idque peccatum eamdem originem habere puto, ac plura alia memorata ad VI. 2. § 8. *Sospitis filio oblatam* etiam Flor. ubi ultima litera τῷ *sospitis* perperam adhæsit ob similitudinem primæ in voce sequenti. Vide ad IV. 22. § 10. Ceterum *Una in ipsa porta, &c. exspirasse fertur* Lov. 5. Verum ita legendum etiam in sequentibus foret, *altera, &c. mæsta sedens, &c. gaudio nimio exanimata*, ubi tamen servat vulgatum : nisi quis hoc etiam ferendum, et ad variationes constructionis ubique a Livio captatas pertinere existimet ; 'fertur' autem 'alteram exanimatam' dictum esse exemplo eorum, de quibus egi ad I. 31. § 8. Potius tamen unius cod. librarium aberrasse puto. Mox vocabulum *nimio* non adparet in Harl.

§ 14 *Ab ortu usque ad occidentem solem in curia retinent*] Opinor auctorem *ab orto* scriptum reliquisse, id est, *ab orto sole* ; idque aliquos vestri similes mutasse. *Valla*. Emendationem Vallæ secutus est Andreas. Pall. tres *ab ortu*. Gebh. *Ab ortu* superest in Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *in curiam* Flor. Lov. 1. Cant. Harl. Gaertn. et, ut Gebhard. ad § præced. docuit, Pal. 1. cum iisdem libris inpressis.

Cap. VIII. § 1 *Priusquam satis certa consilia essent*] *Certa satis cons.* Lov. 2. Vox *satis* non adparebat in Ber. Male. Supra cap. præc. 'Nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat.' Mox *repente alia nunciatur clades* legebat Cluver. Ital. Ant. II. 2. 587. quam conjecturam jam damnavit Gronov. ad Livii VIII. 29. § 1. Neque scripti aliquid mutant.

Cum C. Centronio proprætore] Vet. lib. quidam *Centonio*. Polybius III. 86. Γάϊον Κεντήνιον vocat: et *C. Centenium* Probus sive Corn. Nep. in Hannib. l. IV. Paullo post 'C. Centenii Penulæ' etiam meminit, ut dubitandum non sit, quin *C. Centenio* sit legendum. *Sigon.* Pall. 3. et vet. ed. *C. Centonio*. Gebh. Cur 'proprætorem' vocet, quem præturam gessisse nusquam legimus, non satis liquet. Fortassis hoc ita accipiendum est, ut alia quædam, de quibus ad x. 25. ubi L. Scipio 'legatus consulis' itidem 'proprætor' dicitur, quum priore anno prætor non fuisset. Et XXIX. 6. Q. Pleminius, qui prætor numquam fuerat, 'proprætor,' ac deinde c. 8. et c. 9. 'legatus Scipionis consulis.' Unde conjici potest Centenium quoque legatum Servilii consulis fuisse. Corn. Nepos Annib. l. IV. 'prætorem' vocat, et non multo post pugnam ad Trasimenum cum delecta manu saltus occupantem ab Annibale occisum scribit. Sed ibi Bosius ex Ms. Ernstii et Livio *proprætorem* edidit. De saltibus ab eo occupatis idem, quod Nepos, etiam App. in Annibalicis p. 319. tradit, de quo Polyb. III. 86. et Livius nihil memorant. Livius XXV. 19. M. Centenium Pœnulam primi pili centurionem quinque annis post cladem ad Trasimenum in Lucanis ab Annibale occisum narrat. Quæ ille de duobus Centeniis prodidit, Corn. Nepos et Appian. ad unum videntur referre. *Duk.* *Cum C. Centonio* Flor. Voss. Lov. 1. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. antiqq. Sed *Centenio* legendum esse, conjecerunt etiam Latinius, Cluverius Ital. Ant. II. 3. 587. et Pighius in Annal. ad a. IↃXIX. p. 97. Γάϊον Κεντήνιον vocat etiam Zonar. Ann. VIII. 24. 'M. Centenius Penula' memoratur XXV. 19. et apud Silium XII. 463. 'Obvius huic sparso Centenius agmine raptim Funditur.'

Missa ad collegam ab Servilio consule, in Umbria] Habent Pall. duo *in Umbriam*. Gebh. Ita et Ber. Male. Non enim jungendum *missa in Umbriam*, sed *in Umbria circumventa*. Mox *circumventi* Cant.

§ 2 *Pars, occupatis majore ægritudine animis*] Pal. 2. *pars occupati majori ægr. animis*. Gebh. *Occup. majoris ægritudinis animis* Gaertn. *majori ægritudine* Lov. 3. Qui verba præcedd. hoc modo exhibet, *Ejus rei famam varie homines afferunt;* sequentia vero, *levem ex comparatione priorum efficit recentem equitum jacturam*. Ceterum *ducebant*, pro *ducere*, edd. antiqq.

§ 3 *Ut in adfecto corpore quamvis levis caussa magis, quam valido gravior, sentiretur*] Pro *valido* reperitur in Pall. duobus *valitudo*. At Pal. 2. *ut in aff. corp. quævis levis caussa magis, quam valitudo gravior in valido seniretur*. Quæ ego non exputo. *Gebh.* Si *gravior* abesset, nihil neque orationis, neque sententiæ perspicuitati decederet. An *magis gravior* duos comparativos pro uno posuit? De usu vocis 'caussa' vide Gronov. Obs. III. 14. *Duk.* In Pal. 2. librarius duplicem lectionem *valitudo* et *valido* hoc modo conjungere voluisse videtur. *Valitudo* etiam est in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. ejus loco *ægritudo*, quæ mera τοῦ *valetudo* glossa est, præfert Lov. 4. Si quid mutandum, mallem *quam in valido gravior*, quod tamen nec ipsum necessarium est. Deinde *quævis levis caussa* conjecit etiam vir doctus in margine ed. Curionis. Male. Supra I. 4. 'Posse quamvis languida mergi aqua infantes:' ubi vide. XXXIV. 19. 'Semperque victores ex quamvis temere cœpto certamine abire.'

§ 4 *Quæ nihil, quod adgravaret, pati possent*] Pal. 1. *quo adgravaret*. Gebh. *Quod adgravarent* Flor. Tum *pati posset* Harl. *pati poterant* Lov. 3. Sed omnia hæc verba exsulant a Cant. In præcedd. *quodcumque inciderit* Lov. 1. *quodcumque aversi inciderat* Lov. 4.

Mox *existimandum esse* Lov. 4. et Ber. *extimandum* Lov. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Similiter § praec. libri variant. Nam *per se existimare* est in Lov. 4. et Ber. *per se extimare* in Lov. 1. 2. 5. et Gaertn. Vide ad xxxiv. 2. § 5.

§ 5 *Ad remedium jam diu desideratum nec adhibitum*] Pall. duo, *jam diu neque des. nec adhib.* Gebh. Ubi? quando? et cur non adhibitum, si desideratum? Recte Put. et melior Pet. Voss. *jam diu neque des. neque adh.* J. F. Gron. Ita et Lov. 5. Harl. et Ber. *nec des. nec habitum* Lov. 3. *neque des. nec adhibitum* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. et reliqui mei, ut et omnes Hearnii. Neque aliter edidit Gronov. quamvis *neque adhibitum* ex codd. suis laudarit. Vide ad ix. 9. § 14. Vulgatae lectionis sensum satis idoneum pronunciat Donjatius; significari enim, periculosum reipublicae statum jam ante desiderasse dictaturam, tamquam praesentium imminentiumque malorum remedium, quamvis eo senatus uti distulisset: contra vero, si recipitur, quod in manu exaratis legitur, adfirmari, per ea tempora dictaturam Romanos nec voluisse, nec jam diu usurpasse; quum hic ipse Q. Fabius Maximus Verrucosus ante triennium, anno scilicet IↃXXXII. dictator fuisse legatur in Fastis Capitolinis. Verum primo observandum, fastorum Capitolinorum partem, quae ejus et multorum sequentium annorum magistratus continet, injuria temporum intercidisse: non itaque in illis, sed illorum supplementis et commentariis virorum doctorum hanc Fabii dictaturam priorem reperiri. Deinde fatendum est, Fabium quidem aliosque paucis annis ante Romae dictaturam gessisse, verum omnes tantum comitiorum habendorum caussa; Livius vero hic loquitur de dictatore rerum gerundarum caussa, quorum ultimus A. U. C. IↃIV. adeoque *jam diu* ante triginta duos annos creatus fuerat. Merito igitur membranarum lectionem vulgatae praetulit Gronovius; praesertim quum dictaturam 'jam diu desideratam' fuisse, vix commode dici possit. Nam Hannibal demum circa initium proximae hiemis, 'occidente sidere Virgiliarum,' ut inquit xxi. 35. Alpes transcendit, atque in Italiam venit.

Et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur] Muretus *sed quia et consul.* J. F. Gron. Saepe has particulas commutari, vidimus ad xxi. 26. § 6. Posterius *et* omittitur in Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Rectius tamen reliqui servant. Refertur enim ad duplex mox sequens *nec* eodem modo, quemadmodum saepe geminatur particula *et*, quarum priorem plurimis locis simili errore scribae omiserunt. Vide ad ii. 44. § 3. Insuper *posse dici* Lov. 4. et 5.

§ 6 *Quod numquam ante eam diem factum erat: prodictatorem populus creavit*] *Nusquam* Lov. 4. et 5. de quo errore vide ad xxxvi. 17. § 10. Tum *ante eum diem* Gaertn. Hinc *dictatorem* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. usque ad Ascens. qui primus a. 1513. *prodictatorem* dedit. Et ita Fabium vocandum esse, docet Liv. c. 31.

Magistrum equitum M. Minucium Rufum] *M. Rufum Min.* Voss. Lov. 3. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. ante Frobenianam 1531. Hoc ordine tria nomina Romanorum interdum prolata esse, monui ad viii. 18. § 4. Vide etiam ad xxvi. 22. § 13. Id tamen neque hoc loco placet, quia optimi codd. dissentiunt. Ex eo ordine verborum factum est, ut *M. Furium Minucium* scriptum sit in Harl. *M. Junium Minucium al' Rufum* in Gaertn. *M. Rufus Numicius*, transpositis non tantum vocibus, sed et literis, erat in margine Oxon. N. apud Hearnium. Vide ad iv. 13. § 6.

§ 7 *Ac tum pro penatibus, pro urbe*

dimicandum esse] Restituenda est prisca lectio *cum Pœnis pro urbe dim. esse.* Urbis enim tantum mentio facienda est, quia dixit: negotium ab senatu datum, 'ut muros turresque urbis firmarent.' Si 'penatum' autem mentionem facturus fuisset, *pro urbe*, *pro penatibus* dixisset, ut oratio rhetorice cresceret. *Sigon.* Solus Pal. 2. adservat hanc lectionem, *cum Pœnis pro urbe:* unde æstima, judicio prædite lector, bonitatem codicis illius: reliqui in vitio cubant cum prisca ed. *ac cum penatibus pro urbe dimicandum esse.* Gebh. *Cum Pœnis* ab Sigonio est. Pall. duo, Voss. Pet. Men. *ac cum penatibus:* Reg. *ac pro penatibus.* Put. et melior Pet. *ac penatibus.* Scribendum *ad penatis*, vel *penates*, docuimus Obs. IV. 6. *J. F. Gron.* *Cum Pœnis pro urbe* Lov. 5. Ber. Hafn. Rec. et quædam ex vett. edd. Nollem Gebhardo hanc lectionem placuisse, quum ex eo, quod Pal. 2. quem ubique ut cod. novicium ac malæ fidei traducere solet, una cum Sigon. vet. lib. in illam consentiat, merito suspecta esse debuisset. *Ac tum pen. pro urbe* Gaertn. *ac cum pen. pro urbe* Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. et edd. reliquæ antiqq. *ac pen. pro urbe* Flor. Cant. et unus Crevierii. Ex qua lectione Gronov. qui eamdem etiam in duobus optimis Mss. invenit, scribendum conjicit *ad penates pro urbe*, et in Observ. exponit 'domi,' 'apud penates.' *Ac* et *ad* in Mss. sæpissime confundi, monui ad XXI. 32. § 2. Quod autem librarii *penatibus* pro *penatis* vel *penates* dederint, error est sæpissime in Mss. obcurrens. Ita *civitatibus* dederunt pro *civitatis* I. 43. § 8. *seditionibus* pro *seditionis* III. 46. § 4. *terroribus* pro *terroris* c. 63. § 6. *militibus* pro *militis* IV. 49. § 9. et IX. 37. § 10. *custodibus* pro *custodiis* V. 13. § 1. *legibus* pro *legis* c. 29. § 1. *inferioribus* pro *inferioris* c. 49. § 2. *itineribus* pro *itineris* VI. 25. § 7. *honoribus* pro *honoris* c. 39. § 10. *principibus* pro *principiis* VII. 12. § 14. *viribus* pro *viris* VIII. 13. § 1. *censoribus* pro *censoriis* IX. 34. § 15. *insignibus* pro *insignis* c. 38. § 15. *habentibus* pro *habentis* vel *habentes* XXI. 43. § 4. *hostibus* pro *hostis* XXII. 21. § 4. *omnibus* pro *omnis* sive *omnes* c. 24. § 6. *ordinibus* pro *ordines* c. 30. § 6. ubi vide Gronov. *cohortibus* pro *cohortes* XXVII. 41. § 6. *exactoribus* pro *exactores* XXVIII. 25. § 9. *castigationibus* pro *castigationis* XXXI. 46. § 9. *omnibus* pro *omnis* XXXVI. 7. § 20. *absentibus* pro *absentis* XXXIX. 17. § 1. *gurgitibus* pro *gurgites* XLIV. 8. § 6. Hinc cum *Curiatibus* vulgo edatur apud Cic. de Invent. II. 26. id probare non debebat Gruterus, licet *Curiatiis* in Mss. inveniret. Contrario errore *principiis* pro *principibus*, et similia alia ejusdem generis pariter librarios dedisse supra vidimus ad XXI. 60. § 7. Jac. Periz. in margine Livii hoc loco scribendum conjecit *a penatibus pro urbe dimicandum esse.*

Quando Italiam tueri nequivissent] *Nequissent* Put. Pet. uterque, Reg. Voss. *J. F. Gron.* Pariter etiam plerique meorum codd. Vide ad v. 10. § 10.

CAP. IX. § 1 *Hannibal interim recto itinere*] *Interim* non agnoscunt Put. et antiquiores. *J. F. Gron.* Non agnoscunt etiam ex meis Flor. Cant. Voss. pluresque alii.

Per Umbriam usque ad Spoletum venit, inde, &c. in agrum Picenum] 'Umbriæ' tantum et 'Piceni' meminit Polybius III. 86. διανύσας δὲ τὴν τῶν Ὄμβρων καλουμένην χώραν καὶ τὴν τῶν Πικέντων, ἧκε δεκαταῖος πρὸς τοὺς κατὰ Ἀδρίαν τόπους. *Sigon.* *Usque ad Spoletium* Flor. et Voss. a m. pr. in quo *Spoletum* scribendum esse manus altera indicavit. Verum hujus urbis nomen *Spoletium*, et proinde ita etiam hoc loco restituendum esse, conjecit Cluverius Ital. Ant. II. 7. 633. Vide ad Epit. Liv. l. XX. Ceterum in

loco Polyb. quem Sigonius laudat, nunc vulgo editur τὴν τῶν Ἰσόμβρων καλουμένην χώραν· pro quo Jac. Gronov. legit Οὐιλόμβρων. Verum Ὄμβρων, ut hic profert Sigonius, aliique emendandum censuerunt, se in Msto Augustano reperisse, testatur Bœcler. Animadv. in Polyb.

§ 2 *Quum perpopulato agro urbem obpugnare adortus esset*] *Populato agro* Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Aldus. Quum optimi stent a recepta lectione, quam Aldus inter errata revocavit, eam etiam præferendam puto. Vide ad II. 61. § 2. et X. 12. § 7. Tum *adortus esset oppugnare* Harl. Port. Hav. et edd. Aldina priores. *Adursus esset oppugnare* Gaertn. *adorsus esset oppugnare* Lov. 1. 3. 4. 5. *adorsus* etiam est in Voss. Vide ad VIII. 29. § 13.

Ex unius coloniæ haud nimis prospere tentatæ viribus] *Coloniæ haud prospere tentatæ* Ber. et Hafn. *coloniæ minime prospere tentatæ* Lov. 3. *coloniæ haud minus prospere tentatæ* Flor. Lov. 3. et Harl. quomodo sæpe librarii lapsi sunt. Vide ad XXXVI. 9. § 7. Mox τὸ *esset* non adparet in Lov. 1. Paullo ante *et conjectans* vett. edd. sed scriptis omnibus invitis. Recte igitur Aldus conjunctionem induxit.

§ 3 *In agrum Picenum avertit iter*] Salmas. ad Flor. I. 19. ac Græv. ad Cic. de Senect. c. 4. existimant *Picenum* esse nomen regionis, ejusque ἐθνικὸν *Picens* et *Picentinus*. Rectius tamen Cluverius docuit Ital. Ant. II. 11. 723. promiscue dictam fuisse regionem *Picenum*, quasi substantivo vocabulo, et 'ager Picenus,' quasi adjectivo vocabulo: cujus locutionis plura exempla ex Cæsare, Cicerone, Sallustio, et Livio laudavit. Iis adde hæc ex Liv. XXIII. 14. 'Cohortes ex agro Piceno et Gallico collectas.' XXIV. 10. 'Jussique in provinciis manere Ti. Gracchus Luceriæ, C. Terentius Varro in agro Piceno.' Cic. de Clar. Orat. 14. 'Legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulerit.' Catil. II. 3. 'Delectu, quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit.' De Off. III. 18. 'Patronum agri Piceni et Sabini.' Plin. H. Nat. XIV. 3. 'Irtiola Umbriæ, Mevanatique et Piceno agro peculiaris est.' Eodem exemplo 'Picena poma,' 'Picena vitis,' 'Piceni cadi,' 'Picenæ porcæ,' ac similia passim obcurrere, Cluver. ibidem docuit. Ceterum *vertit iter* est in Harl. Male. XXI. 23. 'Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt:' hoc lib. cap. præc. 'Quo post pugnam ad Trasimenum auditam averterant iter.' XXXVIII. 16. 'In Thraciam iter averterunt.'

Quam effuse avidi atque egentes rapiebant] Pall. 1. ac 3. *effusæ avidæque gentes:* neque dissentit vet. ed. *Gebh.* Ita etiam Lov. 4. omnesque editi usque ad Moguntinos, qui addita voce *effusæ avidæque hæ gentes* dederunt. *Effuse avideque gentes rap.* Voss. Lov. 3. Harl. Hafn. et Hearnii N. *effuse avideque egentes rap.* Lov. 4. Ber. Gaertn. et Hav. Vulgatum, quod superest in optimis libris, primum inveni in ed. Ald.

§ 4 *Prælioque, magis ad eventum secundo, quam levi aut facili, adfectus*] *Ab eventu sec.* Hav. *ad votum sec.* Lov. 4. Tum *levi ac facili* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi Aldo priores. *Ad effectus* Lov. 3. *adventu* Cant.

§ 5 *Ubi satis quieti datum, præda ac populationibus magis quam otio aut requie gaudentibus*] Potes intelligere *datum* a militibus. Sed magis placet *quietis,* ab duce scilicet militibus. III. 25. 'Nec diuturnam quietem Æqui dederunt.' XXV. 33. 'Duces Pœni fortuna usi, vix necessaria quiete data militibus.' *J. F. Gronov.* Donjatius etiam vel *quietis* legebat, et sensum esse putabat, satis quietis datum militibus, præda magis, quam otio, gaudentibus; vel *gaudentibus*

accipiebat in ablativo, sive absolute. Neque mihi *quietis*, quod etiam Crevierius probavit, displiceret, si codd. addicerent: qui quum constanter *quieti* tueantur, vide, num, mutata tantum distinctione, legendum sit, *Ubi satis quieti datum; præda ac pop. magis, quam otio aut requie, gaud. profectus, Præt. &c.* Liviana certe locutio est 'profectus gaudentibus' pro cum gaudentibus. Supra l. II. c. 16. 'Consules infesto exercitu in agrum Sabinum profecti.' cap. 19. 'Magnis copiis peditum equitumque profecti.' IV. 46. 'Novo exercitu profectus ad bellum.' V. 34. 'Profectus ingentibus peditum equitumque copiis.' VII. 9. 'Ingentique exercitu ab urbe profectus.' VIII. 30. 'Exercitu instructo paratoque profectus.' XXIII. 43. 'Profectus cetero exercitu ire Nolam pergit.' XXVIII. 8. 'Quinqueremibus septem et lembis viginti amplius profectus.' c. 46. 'Profectus in Siciliam est triginta navibus longis.' XXXV. 43. 'Proficiscitur quadraginta tectis navibus.' XXXVI. 30. 'Inde toto exercitu profectus.' Similiter auctor Epit. Liv. XXVII. 'Electa manu profectus Hasdrubalem circumvenit:' ubi tamen auctoritate codd. addidi præpositionem. Similiter *egressus omnibus copiis* inlustravimus ad I. 14. § 7. Adde Gron. ad XXIII. 41. § 10. XXV. 22. § 8. et XXVIII. 13. § 5. Vide etiam ad XXV. 30. § 7. Insuper *prædaque ac pop.* Rec.

Profectus Præputianum Adrianumque agrum] Polybius *per Brutianum* scribit. Plinius vero III. 13. *Pretutianum.* Tu, quem potissimum ex tribus sequendum putes, videto. *Sabell.* Ita [*Brutianum*] in Polybii codice legitur. Moguntinus codex *Prætutianum* habet, idque cum Plinio consentire videtur lib. III. capp. 13. et 14. De hoc itinere habes rursus lib. XXVII. *Glar.* Polybius ita III. 88. διελθὼν δὲ καὶ καταφθείρας τήν τε Πρετετιανὴν καὶ τὴν 'Αδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν Μαρουκίνην καὶ Φρεντάνην χώραν, ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν 'Ιαπυγίαν· 'Αρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ Λουκερίας οὔσης ἀποικίας 'Ρωμαίων ἐπόρθει τὴν χώραν· μετὰ δὲ ταῦτα καταστρατοπεδεύσας περὶ τὸ καλούμενον 'Ιβώνιον, ἐπέτρεχε τὴν 'Αργυριππιανὴν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν Δαυνίαν. *Sigon.* *Præputianum* Lov. 1. Harl. Gaertn. Hearnii D. et primæ edd. *Præpuntianum* Lov. 5. *profectus post Picenum* Lov. 3. *profectus per Picenum* Hafn. *profectus primum p Pucinum* Ber. *profectus post Putianum* Voss. Lov. 4. et Hearnii N. *profectus per Brutianum* edidit Ascens. 1513. et in margine *profectus Prætutianum* ostentavit, quod posterius Moguntini receperunt. Tum vox *Adrianumque* deficit in Harl. sola copula *que* in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. a m. pr. Hav. Hearnii N. et edd. principibus. De utroque hoc agro vide Cluverium Ital. Ant. II. 11. 743. ubi etiam passim per adspirationem *Hadrianum* legit.

Marsos inde Marrucinosque et Pelignos] *Inde Marsos* Lov. 3. Tum *Maruginosque* Lovel. 3. et Ber. *Marruginosque* Flor. Lov. 1. 4. et Harl. *Maruginos* Haverk. *Martuntinosque* Rec. *Martuginosque* Hearnii N. *Mannigos et Peligros* ejusdem D.

§ 6 *Levibus præliis cum Gallis actis*] *Factis* legebat Gronov. in prima ed. notarum. Passim autem librarios 'actus' et 'factus' commutasse, dictum est ad VI. 28. § 2. Sed recte hanc conjecturam in iterata ed. sprevit. Vide ad XL. 16. § 8.

Postquam de collegæ exercitusque cæde audivit] Pall. *de collega et exercitus cæde.* Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. Postea Ascens. dedit *de collegæ et exer. cæde.* Frobenius demum a. 1531. id, quod nunc vulgo exstat, substituit.

§ 7 *Q. Fabius Maximus dictator, quo die*] In quibusdam vet. lib. inveni *dictator iterum.* Quam vocem cre-

do consulto ab istis emendatoribus esse omissam, quod nescirent Fabium ante altera dictatura esse functum: itaque exstare inscriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq. urbis ejusmodi: Q. FABIVS MAXIMVS. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX. II. AED. CVR. &c. Fuit autem dictator paulo ante hoc bellum cum Flaminio magistro equitum, ut ait Valerius I. 1. 'Occentus soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit.' *Sigon.* *Iterum* addunt Pall. tres, nec non prisca ed. *Gebh.* Consentiunt Mss. in Sigonianum *dictator iterum*, *quo*. J. F. Gronov. *Dictator iterum* etiam omnes mei, et Hearnii codd. cum priscis edd. Sed Colon. ed. vulgavit *prodictator iterum*, quod edd. Cervic. et Ascens. 1580. servarunt. Primus autem Froben. 1531. non modo restituit *dictator*, sed et vocem *iterum* omisit. Ceterum ex hoc loco viri docti collegerunt, Fabium paullo ante dictaturam gessisse; quam Sigonius Comm. in Fast. et Pighius in Annal. conferunt in quartum ante hunc annum, sive in a. DXXXII. Contra Clericus conjicit Fabium se prodictatura abdicasse, et a consule dictatorem dictum esse, ideoque vocari 'dictatorem iterum.' Id autem inde firmare conatur, quod ex antecedentibus satis liqueat, multos sine dictatore abiisse annos, et hoc primum anno magistratu illo functum esse Fabium. Verum ad cap. præc. § 5. dixi, verba Livii 'ad remedium, jam diu neque desideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum' intelligenda esse de dictatore rei gerundæ caussa, quum ipse Fabius quarto anno ante dictator comitiorum habendorum caussa fuerit. Nisi autem hæc distinctio admittatur, hoc etiam Livii verbis obstaret, quod ex Fastorum Capitol. fragmentis constet, non modo C. Duilium quartodecimo, sed etiam L. Cæcilium Metellum septimo anno ante dictatores comitiorum habendorum caussa fuisse. Illud autem plane Clerici conjecturam evertit, quod, ut Sigonius ex Val. Max. probavit, Fabius in prima dictatura Flaminium magistrum equitum habuerit. Jam autem Fabius prodictator dictus est, interfecto demum Flaminio; eique prodictatori additus est M. Minucius Rufus. Ceterum licet Livius aliique Fabium dictatorem vocent, eum tamen hoc anno proprie non dictatorem, sed prodictatorem fuisse, satis indicatur c. 31. Mox voces *ab Diis orsus* desunt in Lovel. 3. *a Diis orsus* legunt vett. edd.

Plus negligentia ceremoniarum, auspiciorumque temeritate, quam inscitia, peccatum] Corrige ex vet. lib. *plus negligentia cærimoniarum ausp., quam tem. atque insc., peccatum.* *Negligentia* dixit, id est, 'despicientia' atque 'neglectu.' Plutarchus in Fab. Max. 176. ὀλιγωρίᾳ καὶ περιφρονήσει τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὸ δαιμόνιον. Et Livius infra cap. 25. 'Clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas.' *Sigon.* Hæc ita concipiuntur in Pall. et prisca ed. *plus negl. cerimoniarum, auspiciorum tem. atque insc. peccatum.* Gebh. Non aliter est in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. edd. princc. *auspiciorumque temeritate* præferunt Lov. 3. et 5. quæ lectio etiam in nonnullis edd. reperitur. Ea vero, quam Sigonius inprobavit, in nullo cod. sed demum in ed. Froben. 1531. exstitit. Sigonii emendatio vera esse videtur. Ceterum *neglegentia* Flor. Vide ad II. 11. § 4. Tum *insania peccatum* Lovel. 5. Ber. et Hafn. in margine. Verum, præterquam quod optimi codd. in vulgatum conspirent, 'temeritatem' et 'inscitiam' a Livio jungi solere, loco ex cap. 25. adducto, Sigonius docuit. Et ita VI. 30. 'Proditæ temeritate atque insci-

tia res.' XLII. 49. 'Quæque inscitia et temeritate ducum clades sæpe acciderint.' Deinde *peccatum G. Flaminio*, elisa præpositione, Lov. 4. quod dictum esse videri posset ad exemplum eorum, de quibus egi ad VI. 11. § 4. Sed reliqui nihil mutant, quos sequi præstat.

Quæque piacula iræ Deum essent, ipsos Deos consulendos esse] *Quem piac. et iræ Deum* Gaertn. *quam quæ piac. et iræ Deum* Haverk. et Ber. a m. pr. Vox *quam* deest a m. sec. *quæcumque piac. iræ Deum* Lovel. 4. Tum *Deos esse cons.* Ber. *Deos consulendum esse* Lov. 1. 3. et Rec. His locutionibus, licet apud optimos obviis, Livium tamen vix usum fuisse, vidimus ad l. VI. cap. 35. § 1. Vulgatum itaque servo.

§ 9 *Quod ejus belli caussa votum Marti foret*] Ubi, obsecro, Marti votum aliquod factum? Evolve priora omnia, non reperies: etsi Livius in ejusmodi rebus nimis quam curiosus. Ego reperio, votum anno ante factum ex libris Sibyllinis, a C. Atilio Serrano prætore, 'si in decem annos respublica eodem stetisset statu.' Narrat Livius libro superiore extremo. (c. 62.) Nec ambigo quin huc jam aspectum. Id autem votum non Marti proprie, sed Jovi aliisque Diis factum. Imo statim ecce varii Dii nominantur, quibus votum id instauratum, Martis nulla mentione. Credo igitur recte hic emendatum iri *votum ante foret*, errore illo nato ex adhæsione literulæ, suppositoque *Marte*, quia videbant Martem in manibus, et 'Omnia jam belli trepido concussa tumultu.' *P. Ruben.* Elect. II. 11. *Marti fieret* Lovel. 3. Mox *id non recte factum*, pro *non rite*, Gaertn. Vide ad XXVII. 25. § 8.

§ 10 *Veneri Erycinæ ac Menti vovendas esse*] *Et Marti* Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. Vide ad cap. seq. § 10. *ac Deæ Menti* edd. Aldo priores. Tum vox *esse* exsulat a Ber. At omnes hæ voces cum sex præcedentibus librarii culpa omittuntur in Harl. Mox *et supplicationem et lectisternium* præfert Lov. 4.

Ver sacrum vovendum] Festus: 'Ver sacrum vovendi mos fuit Italis: magnis enim periculis adductis vovebant, quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant.' Et Sisenna Hist. l. IV. ait: 'Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos:' ex Nonio. Plutarchus in Fabio 176. votas esse capras, sues, oves, boves, quotquot vere proximo orirentur, ait: itemque Livius. Itaque quoniam in vet. lib. legi *suillo, ovillo, caprino, ovillo grege*, legendum suspicor, *suillo, ovillo, caprino, bovillo grege*. Nam Plutarchus vertit αἰγῶν, συῶν, προβάτων, βοῶν. Extremam enim vocem *ovillo*, quia temere iteratam esse emendatores duxerunt, omnino repudiandam esse duxerunt. *Sigon.* De vere sacro vide Brisson. de Form. I. 97. et Harduin. in emendationibus ad Plinii II. 18. Ceterum *et veri sacrum vov.* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. Hafn. et Harl. *et Veneri sacrum vov.* Lov. 4. *et Nereo sacrum habendum* Hav. Sed, quin vulgatum sanum sit, nemo dubitat. Mox *bellādum*, sive *bellandum*, pro *bellatum*, Gaertn. Vide ad VI. 27. § 4. Hinc *res quoque publica* Lov. 4. Male. Supra V. 52. 'Tantum sibi reique publicæ piaculi contrahet.' VIII. 14. 'Vestrum est decernere, quod optimum vobis reique publicæ sit.' Infra cap. seq. 'De bello reque de publica dictator retulit.' Justin. V. 8. 'Navesque, quæ reliquæ forent, traderent, resque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.' Et ita *res tota publica*, pro *tota respublica*, apud Cic. ad Fam. I. 8. *rem esse pub-*

licam, pro quo plures *rempublicam esse*, infra c. 53. § 4. Vide ad c. 26. § 7. Solent autem passim *que* et *quoque* in Mss. confundi. Vide ad v. 27. § 1. Deinde *in eodem, quo erat ante bellum, statu* edd. ante Aldinam.

§ 11 *M. Æmilium prætorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea, &c.*] Hoc loco ver sacrum jussu pontificum votum esse ait *a M. Æmilio prætore:* at XXXIII. 44. ubi de hoc tempore et de hac re loquitur, 'a Mammula,' ut aut vitium sit librarii, aut auctoris. 'Ver,' inquit, 'sacrum ex pontificum jussu fecere, quod A. Cornelius Mammula prætor voverat.' Fuisse autem hoc anno Mammulam præterem, hinc intelligi potest, quod anno insequenti Sardiniam pro prætore obtinuisse traditur. *Sigon.* Hoc loco ver sacrum ab Æmilio votum tradi, notat Sigonius; XXXIII. 44. ab A. Cornelio Mammula, ut vitium sit aut librarii, aut auctoris. Sed non dicit Livius, Æmilium fecisse ver sacrum: tantum, ut omnia superiora fierent rite, curare jussum. Quod si ea omnia fecit ipse, cur mox Erycinæ Veneri vovet ædem Q. Fabius? cur Menti T. Otacilius? cur lectisternium parant decemviri sacris faciundis? Sic igitur partibus divisis et ista illi, et A. Cornelius vovit ver sacrum: ipse denique Æmilius suum pensum habuit, ludos magnos. Et valde verisimilis est opinio Pighii in Annal. ad a. IↃXXXVI. 155. non solum hæc eum curare jussum, sed et cæteros prætores, atque adeo scripsisse Livium, *M. Æmilium prætorem cum collegis ex pontificum sententia:* vel, *M. Æmilium prætorem et collegas de pontificum sententia.* J. F. Gron. Nullam hic crisin necessariam esse, neque hunc locum alteri ex lib. XXXIII. adversari, sed unice magni Gronovii expositionem veram esse, Jac. Perizon. docuit in Animadv. Hist. IV. 163. Non enim Livium tradere, Æmilium vovisse ver sacrum, immo nec vovere jussum, sed tantum curare, ut omnia, quæ decemviri Patribus retulerant, mature fierent ex pontificum sententia: illa vero omnia non a solo Æmilio, nec a solis ejus collegis, sed quædam etiam ab aliis facta esse. Si quis ergo in his lapsus, non illum a librariorum incuria, nec inconstantia Liviana profectum esse, sed in eo consistere, quod non adcurate hic exposuit Livius, sacrum illud ver a Mammula votum, et porro a quo quidque omnium illorum ut fierent ex pontificum sententia, Æmilius prætor forte urbanus curare erat jussus, et istius anni magistratus divisis inter se partibus fecisse videntur, factum fuerit. Sed tamen levem esse culpam, talia prætermisisse illo anno, qui quam plurimis aliis, et quidem gravissimis, rebus historicos unus omnium vel maxime occupat et onerat. Ceterum *prætorem ex collegio pontificum sententia* perperam Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et edd. vett. *ppl'm Ro. ex collego pontificum sententia* Gaertn. *prætorem ex collegio pontificum sacra* Ber. Hafn. et Hav. Tum *ea omnia* Idem Hav. *omnium ea* Lov. 3. *omni ea* Harl. et Gaertn. Vox *omnia* exsulat a Lov. 4.

CAP. X. § 1 *His senatusconsultis perfectis*] Pal. 2. *senatusconsulto.* Gebh. Ita etiam Hav. et Hafn. Sed error inde natus est, quod, quum breviter *S. C.* scriptum fuisset, librarii nesciverint quo numero reddendum esset. Vide ad XLII. 33. § 4. Ex eodem errore datum est *senatusconsultu* in Voss. Vide ad III. 54. § 6. nam et alii hoc modo vocem declinari posse putarunt. Sed vide ad v. 13. § 5. *His sic perfectis* Hearnii N. qui error inde originem habet, quod librarius adsequi non potuerit, quid ea nota indicaretur. Vide ad IV. 25. § 14. c. 30. § 15. c. 45. § 6. v. 19. § 6. c. 51. § 1. Epit. lib. VI. lib. VII. c. 40. § 7. Ex eodem fonte profluxere varia alia

monstra lectionum, in quæ vox illa passim commutatur. Ita *ex senatu consul* pro *ex Sen. cons.* sive *ex senatusconsulto* dederunt II. 2. § 11. *sine consulibus* pro *Sen. cons.* sive *senatusconsultum* IV. 43. § 6. *sententiæ* pro *senatusconsultum* ibid. § 8. *secum* pro *SCtum* sive *senatusconsultum* c. 50. § 8. *ex senatoribus consilium* pro *ex Sen. Cons.* c. 55. § 2. *sunt cives* pro *S. C.* VI. 4. § 5. *sanctis* pro *Sen. Ctis* sive *senatusconsultis* IX. 8. § 1. *se* vel *sicut* pro *S. C.* c. 43. § 7. *sunt* pro *S. C.* XXV. 5. § 9. *se* vel *sociis* pro *S. C.* vel $\overline{SOC}$, id est *senatusconsulto* XXVII. 25. § 3. *secundum* pro *S. C.* XXXVIII. 36. § 5. *Cos.* vel *consul* pro *SCons.* XL. 41. § 7. *scriptum* pro *SCtum* XLV. 12. § 4. Hæc exempli caussa subficiant. Insuper *tum* pro *senatusconsultis* hic dedit Lov. 3. Tota vox deerat in Harl. vacuo tamen spatio relicto. Vox sequens deerat in Lov. 5.

L. Cornelius Lentulus pontifex maximus] Hic est *L. Cornelius Lentulus Caudinus*, qui consul cum Q. Fulvio Flacco fuit inter primum et secundum bellum Punicum: ante hunc fuerat 'L. Cæcilius Metellus,' is qui Palladium ex incendio rapuit: ante Metellum 'Ti. Coruncanius,' qui primus e plebe factus est. *Sigon.*

Consulente collegio pontificum] Lectio vetus *consulente collegio prætorum*. Dico verum esse *consulente collegium prætore*. Persuadet Romana consuetudo, qua talibus in rebus receptum ut in absentia consulum prætor ad collegium referret: at collegium ipsum numquam solet consulere pontificem, quod hæc lectio velle videtur. Nequi ultra dubitet, de prætore hoc ipsum Livius ante dixit cap. præc. 'Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem, ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut mature fiant, curare jubet.' *Lipsius*, Epist. Quæst. v. 10. Cum scripto cod. Lipsii, ut sæpe alias, conspirat ed. optima vetus Moguntina nostra. *Modius.* Admisi Lipsii nostri conjectaneum, non ita remotum a Mss. quod vulgatum prius impurissimum esset. Plane membranæ et edd. vett. *collegio prætorum*, recentior *collegio pontificum*. Grut. *Consulente coll. prætorum* Pall. tres, et vet. ed. Lipsius inde legi vere posse ait *consulente collegium prætore*, quod non nego. *Gebh.* Omnia scripta lectio *consulente collegio prætorum*: unde Lipsius *collegium prætore*: quasi collegium numquam soleret consulere pontificem. At quod unius Lentuli pontificis maximi mentio fit, non solum consultum putare debemus: sed quod respondit, id accipimus respondisse de collegii sententia, quod consultum fuerat. Deinde si senatus jussit agere collegium prætorum ex decreto pontificum, quid est absurdi in eo, quod ab ipso collegio prætorum consultum collegium pontificum dicitur? Cicero de Officiis III. 20. 'Cum prætor esset, collegiumque prætorum tribuni plebis adhibuissent.' *J. F. Gron.* Lectio, quæ ante Lipsium vulgo recepta erat, in nullo cod. a viris doctis reperta est. Eam insuper falsi arguit Lipsius hac ratione, quod collegium, scilicet pontificum, numquam soleret consulere pontificem, scilicet maximum. Illam rationem non intellexit Gronovius; existimans enim eam Lipsium rejecisse lectionem, quam in veteri cod. invenerat, putabat ipsum velle collegium prætorum numquam consuluisse pontificem maximum solum. Doujatius quidem eamdem lectionem ferri posse opinatur, si *consulente* pro 'consultante,' 'deliberante,' accipiamus. Rectius tamen viros doctos eam inprobasse puto, quod nullius Msti auctoritate nitatur. Primum autem adparuit in erratis Aldinæ ed. quam mox reliqui in contextum receperunt. Omnes priores legunt *consulente collegio prætorum*. Et ita exhibent, paucis dissentien-

tibus, codd., quibus usus sum, et Hearnii N. qui in L. 1. *consulente collegio prætorem* invenit. At *consulente collegio augurum* est in Ber. *consulente collegio prætoris* in Flor. Et sane lectio illa, *consulente collegio prætorum*, non eo nomine displicet, quasi absurdum foret collegium prætorum, si a senatu ex decreto pontificum agere jussum esset, consulere collegium pontificum, vel *collegium* de quatuor ejusdem anni prætoribus usurpari non posset; ad quod probandum locus Cic. a Gronovio laudatus videtur; *collegium* enim non modo de sex vel quatuor tribunis militum consulari potestate, verum etiam de duobus consulibus, eodem anno magistratum gerentibus, adhiberi, docui ad IV. 17. § 9. Verum ideo eam minus probo, quia *collegium prætorum* ex decreto pontificum agere jussum fuisse non constat, nisi recipiatur alterutra emendatio Gronovii in verbis posterioribus cap. præc. ubi nihil mutandum docui. Quum itaque, rejectis emendationibus, recepta ejus loci lectio indicet unum M. Æmilium prætorem ex collegii pontificum sententia curare jussum esse, ut omnia mature fiant, veriorem etiam pute Lipsii emendationem *consulente collegium prætore*. Eam tamen in contextu servare ausus non sum, quod Gronovius fecit, sed ejus loco optimorum codd. scripturam admisi.

Omnium primum populum consulendum de vere sacro censet] Quæ de vere sacro Modius ad hunc locum notarat, petita sunt ex Briss. de Formul. I. 97. apud quem quum commode legi possint, ea omnia hic expunxi. Ceterum *primum omnium* Hav. Sed vocem *primum* ignorant Lov. 5. et Harl. quasi legendum foret *consulente collegio prætorum omnium*. Deinde *consulendum populum* Ber. Hinc *de vero sacro* Lov. 4. *de veris sacro* Lov. 2. et Hav. Tandem *injussu populi vovere* Harl. *injussu populi movere* Gaertn. *injussu populi R.* *moveri* Ber.

§ 2 *Velitis jubeatisne hoc sic fieri? si res*] Glossemate fœdatus locus, quem sic lego, *Velitis jubeatis, si res*, superfluis illis accisis. Quid enim velle jubere populus debeat, distincte subjungit: ut in aliis rogationibus solitum. Cicero pro Domo sua, eamdem rogandi formulam exprimens c. 17. 'Velitis jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit?' et c. 16. 'Velitis jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdictum sit?' *Lipsius*, Antiq. Lect. I. 22. Tota illa de vere sacro rogatio ita videtur describenda: *Vel. jub., si res pop. Rom. Quir. ad quinq. prox., sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis, quæ duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, quod ver att. ex suillo, ovillo, caprino genere, quæque profana erunt, Jovi fieri, ex quo die sen. pop. Rom. jusserit, donum datum duit populus Romanus Quiritium. Qui faciet, quando volet, &c.* et in extrema rogatione legendum est, *si antidea senatus populusque jusserit, &c.* unica dictione pro eo quod est in vulgatis *ante id ea*. Illud autem *probe factum esto* additum est ex veteri formula, quæ frequens est in antiquis legum tabulis. *Ursin.* Pal. 1. *jubeatisne hæc si fieri*. Gebh. Quæ in hac formula mutata sunt, aut mutanda, de iis disseruimus singulari capite Observ. IV. 14. *J. F. Gron.* Caput illud, cujus hic meminit Gronovius, quum ad Livii emendationem adprime faciat, ad calcem Livii adjeci. Voces quæ pro glossemate ex contextu Livii Lipsius ejecit, omnes mei constanter tuentur; at quidam non nihil variant. Nam *hæc sic fieri* legunt Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Rec. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii N. *sic hoc fieri* Ber. a m. pr. *sic hæc fieri* a m. sec. *hæc si fieri* Gaertn. Verum Brisson. etiam de Form. I. 97. de vere sacro agens, initium hujus formulæ ita laudat, *Velitis jubeatis, si res*, ut viri docti emendatum voluerunt. Quin etiam inferius

II. 181. expresse monet, *Velitis jubeatis*, pro *jubeatisne*, legendum esse. Verum etiam enclitica illa in omnibus meis superest, ita tamen ut ejus loco *jubeatisve* præferant Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. *jubeatisque ne*, duplici lectione juncta, Rec.

. *Si res populi Romani Quiritium*] Gronov. Obs. IV. 14. legit ex Put. *si respublica pop. Rom. Quiritium:* quem etiam vide ad VIII. 9. § 8. Et ita jam olim hæc verba laudavit Brisson. de Formul. I. p. 97. neque aliter præferunt Flor. Cant. et Voss. *Si res publica ac Quir.* Lov. 4. *si resp. Quiritiumque* Gaertn. in quibus voces *populi Romani*, sive earum siglæ *P. R.* exciderunt, interceptæ a præcedd. *respublica* sive siglis *R. P.* Vide ad XXVIII. 28. § 12. Locutionem *respublica populi Romani* Livio etiam infra restituit Gronovius XXXIII. 45. § 4. *Quiritiumque* etiam est in Lov. 5. Harl. et Hearnii N. *pop. Romanorum Quir.* in Rec. Sed de locutione *populus Romanus Quiritium*, vel *Quirites*, vide ad I. 32. § 13. Ex illis autem quæ ad eum locum notantur, patet minime audiendum esse Dempster. qui in Etrur. Reg. I. 5. vocem *Quiritium* incuria librariorum ex margine in contextum inrepsisse existimabat, et cuilibet glossema inutile videri posse.

Sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis] Pall. tres *sic velim, eamque salvam servaverit*. Neque longe abit ed. vet. *Gebh.* Scripti *sic velim eamque salvam*. Forte *siculi maxime cum salva est*. J. F. Gron. *Sic velim eamque salvam servaverit* Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. decem codd. membranacei apud Gronov. in Observ. et Hearnii Oxon. Neque ab his dissentiunt Voss. Lov. 5. Rec. Exc. Pithœi, et Cant. nisi quod primus et sec. legant *servaverint*, tert. *servavit*, quart. *servaverim*, quint. *servarint*. At *sic validam salvamque servaverit* est in Ber. *sicut validam salvamque servaverint* in Hafn. *sicut velim eam salvam servaverit* in edd. principibus usque ad Moguntinos, apud quos, quod hodie vulgo exstat, primum inveni. Duplicem aliam conjecturam proponit Gronov. in Obs. vel legendum *siculi mea* (scilicet res), *quæ salva est, servata erit*, vel *urbs Roma, quæ salva est, servata erit;* quam posteriorem priori præferret, nisi nimium a veteris scripturæ vestigiis abiret. Crevier. in uno e Reg. codd. invenit *sicut velint*, unde efficiendum putat *sicut velitis*. Mihi vulgatum nondum displicet. 'Salvum servari' similiter obcurrit apud Caton. de Re Rust. 142. 'Uti pastores pecuaque salva servassis, duisque bonam salutem.'

§ 3 *Datum donum duit populus Romanus Quiritium*] Quid si *votum donum duit?* Sigon. Scribo *latum donum*. Forma vetus loquendi in donationibus. Livius XXIII. 46. 'Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum virtutis caussa latus datus est:' etsi hoc ad latitudinem referre possis. Ceterum vereor, ut totus hic locus trajectis verbis vitiatus sit, et hoc ordine legendus: *servata erit hisce duellis, quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quæ duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, latum donum duit pop. Rom. Quir. quod ver att. ex suillo, &c.* Judicent docti. *Lipsius*, Ant. Lect. I. 22. *Duit prætor* habet Pal. 2. *Gebh.* *Donum datum duit populi Romani* Hav. a m. sec. *cluit* a m. pr. *datum donum cluit populum Romanum* Lov. 3. *datum donum eluit populus Romanus* Lov. 5. et Hafn. *datum donum duit pr.* Lov. 4. *datum donum dicit* edd. Rom. 1472. *datum donum fuit* edd. proximæ. Sigonii conjectura nimium a vulgato discedit. Lipsii illa inde firmari posset, quod 'datum' et 'latum' etiam alibi sæpe commutentur. Vide ad I. 4. § 7. Verum genus loquendi 'latum donum dare' displicet; et ipse

etiam Lipsius ad marginem monuit se de veritate conjecturæ suæ ambigere. Varie etiam locum Gronov. in Obs. sollicitavit, quæ apud ipsum potius videnda sunt. Inprimis vero placat expositio ejus *datum*, nunc voto, *donum duit*, sive dederit effectu, nempe cum inmolaverit, quod inlustrabat Ciceronianis his ' perditum perdere,' ' exstinctos exstinguere,' ' inpeditum inpedire,' ac similibus aliorum locutionibus. Neque multum forma differt ' prolapsus cecidisse,' quod apud Liv. obcurrit v. 21. § 16. ubi vide quædam. Non displicet etiam verborum trajectio, quæ Lipsio et Gronovio in mentem venit, ac Crevier. deinde probavit. Ceterum hic etiam vocem *Quiritium* delebat Dempster. Etrur. Reg. I. 5. Sed vide ad § præc. In verbis seqq. *uellum* et *uella*, pro *duellum* et *duella*, Flor. a m. pr. *bellum* et *bella* a m. sec. Tum *Carthaginiensibus* Hav. quasi id necesse foret, quia sequatur ' Gallis.' At vide ad xxxv. 40. § 6. Vel *Karthaginiensi*, nempe ' populo,' quod modo præcessit, et huc revocandum est.

Ex suillo, ovillo, caprino grege] Pal. 1. *ovillo, caprino, ovillo grege*, unde opinatur Sigonius legendum *bovillo grege*, quia Plutarchus vertit αἰγῶν, συῶν, προβάτων, βοῶν. Pal. 3. *exue illo caprino; ovi grege*. Gebh. *Ovillo, caprino, ovillo grege* Voss. Lov. 1. et Hafn. . Vetum quum vocis *ovillo* repetitione offenderentur librarii, id priori loco sublatum est in Lov. 3. Ber. et Hav. posteriori in quibusdam aliis Mss. et primis edd. At egregie Sigon. ad cap. præc. § 10. *ovillo, caprino, bovillo grege* legendum docuit: vide etiam Gronov. in Obs. Et huc etiam ducunt vestigia quorumdam codd. nam *ovillo, capri non ovillo grege* est in Lov. 4. et Harl. *ovillo, caprino, novillo*, vel *novello grege* in Exc. Pithœi.

Quæque profana erunt, Jovi fieri] Verba sunt solennia, vetusta, quædam etiam obsoleta, ut non sit opus ibi anxium esse: intelliguntur tamen. Ceterum quod quidam vere sacro etiam hominum fœtus intelligunt, ex hisce certe verbis colligere nequeunt, qui *ex suillo, ovillo, caprino grege* ait. Libro autem XLIII. c. 44. hic prætor ' C. Cornelius Mammula ' dicitur, non *Æmylius*. Glar. De eo dictum est ad cap. præc. § 11. Cur autem hæc verba *quæque profana erunt* addantur, vide Gronov. in Observ.

Jovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit] *Ex quo die* Lov. 4. et 5. Vox *die* omittitur in Cant. Ceterum horum etiam verborum vim Gronov. exposuit in Observ.

§ 4 *Probe factum esto*] *Factum estote* Voss. Lov. 4. et Harl. *factum este* Lov. 1. Paullo ante *faxi*, pro *faxit*, Flor. et Harl.

§ 5 *Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque secus esto*] Legendum *neque secius esto*. Suet. in Tib. c. 2. ' Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secius admissa in rempublicam exstant.' Ita Vat. cod. *Lipsius*, Antiq. Lect. I. 22. Puto *scelus* hic idem esse, quod mox *fraus*, nec magis hic mutandum, quam paullo post in his, ' ne populo scelus esto.' *Duk.* Lipsium in errorem pellexit ed. Paris. 1573. quæ sola exhibet *neque secus esto:* reliquæ cum codd. scriptis præferunt *scelus esto*, nisi quod verba *neque scelus esto* exsulent a Lov. 1. 4. Harl. et Hafn.

. *Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit*] *Si quis clepset* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. et Rec. *si quis depresserit* Gaertn. *si quis furetur* Hav. quod est ex interpretis glossa receptum. Deinde *cui cœptum erit* Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 3. 4. et Harl. *cui demptum erit* Gaertn. sed literis *cl* in *d* coalescentibus *cleptum* et *dēptum*, sive *demptum*, facillimo errore commutari potuere. Tò *erit* non exstat in Hav. in quo etiam ver-

ba *si quis rumpet occidetve insciens, ne fraus esto* omittuntur culpa scribæ ob vocum *si quis* repetitionem. Eadem cum tribus præcedd. et septem sequentibus exsulant a Cant.

§ 6 *Si atro die faxit insciens, probe factum esto*] Liber Ms. *si quis altero die:* nec rejicio. Festus: 'Alter et pro non bono ponitur, ut in auguriis altera avis. Sic alter nonnumquam pro adverso dicitur et malo.' *Lipsius*, Epist. Quæst. IV. 10. Quod Lipsius probat, libri nostri non admittunt. *Gebh. Altero die* etiam Lov. 1. Quod si placet, τὸ *atro* ex glossa margini adscripta natum erit. Potius tamen est, ut *altero* ex librariorum aberratione ortum putemus. Eos enim et alibi in commutandis *alter* et *ater* lapsos esse, docuit Broekh. ad Prop. IV. 7. § 57. Ceterum hæc verba deerant in Ber.

Si nocte sive luce, sive servus sive liber faxit, probe factum esto] *Si noctu sive luce* Harl. *si in nocte sive luce* Cant. *sine luce* edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *si servus sive libertus* Harl. et Gaertn. *si servus sive liber* Flor. Lov. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri: idque præstare puto. Omnia autem hæc verba omittuntur in Voss. et Lov. 1. culpa scribarum, quibus fraudi fuit τῶν *probe factum esto* repetitio. Vide ad IX. 9. § 11. et hoc cap. § 9.

Si ante id ea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit] Reponenda vetusta vox *antidea*, quæ valet *antea*, interjecto *d*, ut Plautus 'postidea,' 'medecum,' et similia. *Lipsius*, Antiq. Lect. I. 22. Fulvius Ursinus ad § 2. legit *si antidea*. Gebh. *Anteidea* una voce erat in Flor. *si autem id ea* in Harl. Solent 'autem' et 'ante' in Mss. commutari. Vide ad XXVII. 35. § 7. Tum *senatus populusque Ro. jusserit fieri* Ber. *senatus populusque jussit fieri* Gaertn. *senatus populusque jussit*, sequenti voce omissa, Lov. 1. Hinc *ac facitur* Flor. *ac faxerit* Gaertn. *ac faxitur* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Vide Gronov. Obs. Deinde in proximis verbis τὸ *esto* non comparet in Lov. 5. *liberque esto* habet Ber. a m. sec.

§ 7 *Ejusdem rei causa*] Vet. lib. *Et ejusdem rei causa*. Sigon. Eam lectionem etiam in contextum recepit. Sed recte nullus sequentium editorum ei dicto audiens fuit: in nullo enim meo vel Hearnii exstat.

Æris CCXXXIII. millibus, triente] Quia in hoc voto omnia ternario numero nuncupata sunt, ut ex Plutarcho etiam in Fabio 176. patet, *CCC.* legendum, non *CC.* Nec vacat illud *triente* propter eandem caussam. Tractat et Budæus hunc locum de Asse lib. III. perquam eleganter, ut solet alia. *Glareanus*. Hoc sic vertit Plutarchus, ἀπὸ σεστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν ἔτι τριτημορίου προσόντος. *Sigon*. Bene Scaliger *æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente*. Vide de Pecunia Veteri IV. 2. *J. F. Gron.* Quæ ibi disputantur, etiam valent adversus Xylandrum ad Plutarchi Fabium. Rualdi, quem ibidem refellit Gronovius, locus est Animadvers. XI. ad Plutarchum. *Duk. Æris CCCXXXIII. millibus, triente* primum editum inveni apud Froben. 1531. priores autem præferunt *æris CCXXXIII. millibus, triente*, quod etiam servant Flor. Cant. Lov. 3. 5. Harl. et Rec. *æris CCXXXI. millibus, triente* Hav. et Ber. a m. pr. qui *æris CCXXXIIII. millibus, triente* exhibet a m. sec. quomodo etiam legunt Lovel. 4. Gaertn. et Hearnii N. *æris CCXXX. millibus, triente* Hafn. *æris CCCXXX. millibus CCC. præterea* Hearnii D. qui in L. 1. exstitisse refert *æris CCXXXIII. millibus CCXXXIII. triente*, quam proxime veram lectionem. Eam autem ante Scalig. apud Gronov. jam ferme in-

vestigarat Budæus de Asse III. p. m. 313. ex Plutarchi loco scribendum conjiciens *CCCXXXIII. millibus trecentis triginta tribus assibus, triente:* ubi tantum vox *assibus* delenda est. Eam multis deinde obpugnavit, et evertere conatus est Hotomann. de Re Numm. p. 93. sed recte adseruerunt Scalig. et Gronov. loc. laud.

Præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis] *Bobus* utroque loco Lov. 4. 5. Ber. et Hafn. Sed alterum præstat. Vide ad VII. 26. § 10. Deinde *ovi*, pro *Jovi*, Flor. Voss. Lov. 4. et Harl. *ovibus* Lov. 5. Ber. et Gaertn. Hinc *multis aliis Diviis* Flor. *multis aliis divitiis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscæ edd. ante Moguntinam.

§ 8 *Supplicatio edicta, supplicatumque iit cum conjugibus ac liberis*] Voss. et Men. *supplicatum qui conj. ac lib. regum.* Petav. *supplicatumque regum conj.* Reg. *supplicatum qui regnum conj.* Optimus et Pet. melior *supplicatum qui regum conj.* Unde faciendum *supplicatumque iere cum conj.* Vide de Pecun. Vet. II. 4. *J. F. Gron.* Admodum etiam variant mei. *Supplicatum iitque cum conj.* est in Lov. 5. *supplicatumque cum conj.* Gaertn. Ber. Hav. *supplicatumque conj.* Hearnii N. *supplicatumque conj. regum* ejusdem D. L. 1. et Lov. 1. *supplicatumque a conj. regum* Lov. 3. *supplicatum qui conj. regum* Lov. 4. *supplicatum qui regnum conj.* Cant. *supplicatumque regum conj.* Harl. *supplicatum qui regum conj.* Flor. *supplicatumque cum conj. regum* edd. antiqq. Sed recte vidit Gronov. legendum esse *supplicatumque iere cum conj.* Ansam loco conrumpendo id dedisse videtur librariis, quod non recte dictum putarent *multitudo iere.* Ita tamen Livium loqui solitum esse, vidimus ad VI. 19. § 7. Quæ ante Gronov. exstitit lectio, primum inveni in Mogunt. Præterea *supplicatio edita* Voss. Lov. 1. et Ber. Vide ad XXI. 62. § 7. et mox hoc cap. § 10.

Quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat: curatum lectisternium, et per triduum habitum] Copulativa nusquam. Præterea valde insuave *curatum curantibus.* Scribe, *quos in aliqua sua fort. publicæ quoque contingebat cura. Tum lect. per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus.* Muretus *quas in publica fortuna sua quoque aliqua.* Rectius nos, nec trajectione opus est. Nam illi maxime de republica solliciti sunt, qui habent ipsi, quod salvum velint: 'Publica prodendo tua nequicquam serves,' ut ipse alibi loquitur. Hos ergo significat, qui, quum ipsi aliquem statum et rem haberent, ne et sua perderent, omnia stare cupiebant. *J. F. Gron.* Omnes fere nostri vulgatum, a Gronovio recte rejectum, tuentur: Lov. 3. tamen *publica quoque contingebat cura. Tum lect.* Ber. *publica quoque cura contingebat. Curatum lect.* Hearnii N. *publica quoque contingebant. Curatum lect.* Vocula *quoque* deest in Lov. 3. Neque in ullo meo est copula *et.* Vide etiam Gronov. de Pecun. Vet. II. 4. 76. Mox *decemviris sacra curantibus* Hearnii L. 1.

§ 9 *Et pulvinaria in conspectu fuere*] Put. *ex pulvinaria.* Scribendum *sex pulvinaria,* quod jam Salmasius innuit ad Hist. Augustam ad Capit. Gordian. III. 27. *J. F. Gron.* Dearum non *lectisternia,* sed *sellisternia* in Mss. Taciti Ann. XV. 44. legi, adnotant Ryckius et Jac. Gronovius. Ille etiam ex Val. Max. II. 1. 2. addit, 'Jovis epulo ipsum in lectulo, Junonem et Minervam in sellis ad cœnam invitari.' Livium tamen hic non videri distinguere. Non modo hoc loco, quem solum laudat Ryckius, sed etiam V. 13. non distinguit Liv. Juventati lectisternium factum scribit XXI. 62. et Matri Idææ XXIX. 14. Sed nulla est inter eum et Val. Max. pugna. Confudit Ryckius, ut et alii, epulum Jovis cum lectisternio impe-

rato. De illo loquitur Valer. de hoc Livius. Epulum Jovis ludorum causa dabatur. Liv. xxv. 2. Vide Petr. Fabrum Semestr. I. 6. nec in eo pulvinar alibi, quam in Capitolio, suscipi poterat. Liv. v. 52. Lectisternia, quæ hic et alibi memorat Liv. monitu decemvirorum ex libris Sibyllinis pestilentiæ, prodigiorum, pacis Deorum difficilibus reipublicæ temporibus exposcendæ, vel alioqui honoris Deorum causa imperabantur: quod ex Livii locis adlatis et e VII. 27. XXII. 1. patet. Et, lectisternia quidem interdum secutum fuisse convivium publicum, ex d. l. XXII. 1. intelligitur. Sed, epulum Jovis iis accessisse, et ea non alibi, quam in Capitolio, fieri potuisse, nondum inveni. Ceterum morem antiquum, cujus meminit Val. Max. tangit etiam Julian. in Cæs. non longe a principio, in epulo Deorum Saturnum et Jovem accubuisse, uxores eorum in sellis sedisse fingens: quod ibi monere non neglexit summus Spanhemius. *Duk.* *Ex pulvinaria* etiam Flor. unde recte Gronov. *sex pulvinaria:* litera initialis vocis *sex* intercepta fuerat ab ultima proximæ vocis. Vide ad XXX. 3. § 8. Hinc *in conspectu fuerunt* Flor. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

Tertium Marti et Veneri] *Marti ac Veneri* Flor. Lov. 1. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Paris. 1573. et ita in superioribus *Jovi ac Junoni* Harl. et Flor. Ceterum voces sequentes *quartum Apollini &c. ædes votæ Veneri* desunt in Hearnii L. 1. quem errorem neglegens scriba ob repetitionem vocis *Veneri* commisit. Vide ad § 6. *Mercurio et Cereri* Voss. Ber. Hearnii N. et edd. vett.

§ 10 *Tum ædes votæ Veneri Erycinæ. Ædem Q. Fabius*] Hic locus in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus corruptus fuit, sed emendatu facilis est. Nam post *votæ* distinguendum; quasi, de quibus etiam supra memoravit, de duabus generaliter dixerit: deinde de utraque inferendum hoc modo: *Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Maximus dictator vovit, Menti ædem Otacilius prætor vovit.* Quare autem Veneri dictator, ratio posita est in libris fatalibus. *Glar.* Castiga ad fidem optimi cujusque libri, *Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Maximus dictator vovit.* Nam sequitur, 'Menti ædem Attilius prætor vovit.' *Sigon.* *Tum ædes vota Veneri* Lov. 4. et Hafn. quod inveni quoque in ed. Mogunt. ac multis posterioribus, etiam postquam Glareanus veriorem lectionem indicasset; unde Sigonio denuo de veriori lectione monendi occasio data est. Præterea *ædemque Fabius* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et priscæ edd. ante Aldum. Sed passim ita librarii errarunt, ut prænomen *Q.* id est *Quintus*, et *q;*, sive *que*, commutarent. Vide hoc lib. ad c. 31. § 7. Præterea cognomen *Maximus* omittitur in Hearnii D.

Ex fatalibus libris editum erat] *Edictum erat* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. Exc. Pithœi, et edd. vett. pro quo recte Froben. a. 1535. *editum* substituit. Vide ad § 8. hujus cap. Mox *cui maximum imperium*, pro *cujus*, Lov. 4.

Menti ædem Attilius prætor vovit] Obiter notandum *Octacilius* legendum pro *Attilius*, ut ex libro sequenti patebit c. 31. *Glar.* Satis constat *T. Otacilium Crassum* prætorem hoc anno fuisse. Itaque anno sequenti Livius 'T. Otacilium proprætorem' vocat, hoc lib. c. 56. Eundem etiam 'T. Otacilium Crassum Mentis ædem dedicasse' idem tradit XXIII. 31. Quare dubium non est, quin et hic, et infra alibi, mendose sit *Atilius*, pro *T. Otacilius.* Sigon. Put. addit prænomen *T. Otacilius.* J. F. Gron. *Marti ædem* Lov. 3. 4. Rec. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Similiter et peccabatur cap. præc. § 10. et XXIII. 31. § 6. Deinde *alter*

prætor Rec. *Acilius prætor* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. *Attilius prætor* Ber. Hafn. Hav. et priscæ edd. nisi quod *Atilius* sit in Rom. 1472. *Otacilius*, pro *Attilius*, emendandum esse, etiam Pighius docuit in Annal. ad a. IↃXXXVI. p. 156.

CAP. XI. § 1 *Tum de bello reque publica*] Vet. lib. *deque republica*. Sigon. Pal. 1. *reque de publica*. Pal. 2. vero et 3. *deque republica*. Gebh. Optimi *reque de publica*. J. F. Gron. Quod ante Sigonium in editis vulgo exstitit, in uno tantum Gaertn. obvium fuit. Sed *deque republica* Lov. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii L. 1. Reliqui omnes *reque de publica:* quibus consentiunt Hearnii N. et D. a m. pr. Vocem *respublica* intermedia copula *que* Livium divisisse, vidimus ad cap. præc. § 10. Præpositiones autem Livium interposuisse inter nomen ejusque adjectivum, probavi ad II. 19. § 8. Tum *quotque legionibus*, pro *quotve*, Ber. a m. sec. Insuper *obvium eundum esset*, pro *esse*, Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. cum editis antt.

§ 2 *Scriberet præterea ex civibus sociisque, quantum equitum ac peditum*] *Scriberetque præterea* Lov. 4. Tum *ex civibus sociis*, omissa copula, Flor. Hinc *equitum peditumque* Ber. Mox in seqq. *ut reipublicæ conduceret* Lov. 4. Et ita etiam Lov. 5. nisi quod voculam *ut* omittat. Verum id ex interpretis expositione natum est. Nam 'e republica esse' dicitur, quod ei conducit, utile est. Vide ad VIII. 23. § 11. et ad c. 33. § 18.

§ 3 *Duas se legiones adjecturum ad Servilianum exercitum dixit*] *Duas legiones se adj.* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Curionem. Hinc *exercitum duxit* Ber. et Hafn. Vide de hoc errore ad Livii XXXVIII. 43. § 1. Mox *iis per magistrum equitum scriptis* Flor.

§ 4 *In loca tuta commigrarent; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus*] Pall. 1. et 3. *uti comm. omnes regionis ejus*, recisis reliquis. Pal. 2. *uti commigr. in loca tuta; ex agris quoque demigrarent, &c.* Gebh. Put. et Pet. *immunita essent, uti commigr. in loca tuta: ex agris quoque demigr.* Utique sincerius: sed vellem etiam *ut hi*, vel *ii, commigrarent*. Vide ad XXVIII. 9. *J. F. Gron.* *Uti commigr. omnes regionis ejus*, reliquis omissis, Voss. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. *uti in loca tuta commigr. omnes reg. ejus* Hafn. Ber. *in loca tuta commigr. omnes reg. ejus* Hav. *uti commigr. in loca tuta omnes reg. ejus* Hearnii D. a m. pr. *uti commigr. in loca tuta; ex agris quoque demigrarent omnes reg. ejus* a m. sec. quod etiam exstat in Flor. Τὸ *uti* in capite horum verborum præferunt etiam edd. antiqq. Primi id expunxerunt Moguntini, quos Aldus in erratis, et hinc reliqui secuti sunt. Ea autem vox displicuisse videtur, quod modo præcessit *ut*. Sed male. Id enim Livio familiarissimum est, ut post quædam interposita particulam *ut* ex abundanti repetat. Ita V. 21. 'Precatus esse, ut, si cui Deorum hominumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, ut eam invidiam lenire, &c. liceret.' XXXIV. 3. 'Ut quam accepistis, jussistis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis.' c. 56. 'Adjecerunt etiam, ut socii nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelii, Ti. Sempronii fuissent, et dimissi ab iis consulibus essent, ut convenirent.' XLV. 16. 'Decrevit senatus, ut, quoniam perduelles superati, &c. essent, ut dona, &c. curarent danda.' Et sæpius librarii id Livio inviderunt, alterutram particularum inducentes. Vide ad III. 64. § 10. XXVIII. 9. § 10. XXXVI. 1. § 8. XXXVIII. 38. § 18. c. 50. § 6. XLI. 9. § 11. XLII. 21. § 5. Adde Gronov. ad Plauti Bacchid. IV. 6. 18. et Cortium ad Plinii Epist. II. 18. 4.

qui similiter vocem *tamen* ex abundanti repeti docuit ad Sallust. Jug. c. 13. Neque necesse puto, ut cum Gronovio *uti* in *ut hi*, vel *ut ii* commutemus: certe id invitis libris in contextum cum eo recipere periculosum puto. Quemadmodum enim post *ut* hic iteratur *uti*, ita etiam fit VIII. 6. 'Ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores:' ubi vide.

§ 5 *Ne cujus rei copia esset*] Suspicabar aliquando *rei ei copia*, ut perierit syllaba ob similitudinem: neque nunc aliter sentio. *Grut.* Pal. 3. *ne cujus rei copiam adesset.* Gebh.

Quum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen] *Quumque ad Tib.* Lov. 4. 5. Tum *circa Etriculum* Lov. 2. *circa Otriculum* Ber. et Hav. *circa Obticulum* Hafn. *circa Ooriculum* Harl. *circa circulum* Gaertn. *circa Ocricolum* Lov. 4. et 5. Et ita OCRICOLANIS in marmore exstare, ex quo OCRICVLANIS Gruter. CCCCXXII. 9. edit, auctor est Fabrett. 'Οκρίκωλα vocatur Ptolem. III. 1. 'Οκρίκολα et 'Οκρικολανὸς apud Stephan. de Urbib. Quum tamen apud Cic. Plin. ac Tacit. 'Ocriculum' et 'Ocriculanus' viri docti maluerint, et posteriori ævo oppidum hoc 'Otricoli' vocatum sit, et *Otriculum* et *Ocricolum* a librariis ex sui temporis consuetudine mutata esse puto. Vide etiam Cluverii Ital. Ant. II. 7. 639. et viros doctos ad Antonini Itiner. p. 124. et p. 311. Deinde *agmen prospexit* Hafn. et Ber. a m. pr. in quo *prospexisset* manus altera emendavit. Paullo ante *ipse dictator via Flaminia profectus* Hav. Ber. et Hafn.

Consulemque cum equitibus ad se progredientem] Pal. 1. *prodientem.* Pall. 2. et 3. *prodeuntem.* Gebh. Et optimus et multi alii *prodeuntem.* J. F. Gron. *Prodientem* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Ber. a m. pr. qui *prodeuntem* a m. altera præfert. Ex ejus glossa natum est *progredientem;* quod in D. superesse, Hearnius monet.

Viatorem misit, qui consuli nunciaret] Idem tradidit Plutarchus in Fabio p. 176. *Sigon.* Pall. tres *viatore misso.* Gebh. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. et Hearnii N. ac D. Sed primo ultimam literam vocis *viatorem* elisit prima sequentis. Qua hausta consequens erat, ut *misit* librarii indocti in *misso* mutarent.

§ 6 *Vetustate jam prope oblitos ejus imperii*] Paucis ante annis idem 'Fabius dictator' primum fuerat, et ante eum 'L. Cæcilius Metellus,' ante Metellum 'C. Duilius,' ante Duilium 'Ti. Coruncanius,' ante Coruncanium 'A. Atilius Calatinus,' qui ante annos XXXIII. fuit. Itaque miror eum, cives sociosque vetustate oblitos fuisse dictatorii imperii, scribere; nisi forte intelligendum est oblitos fuisse 'dictatoris rei gerendæ caussa' creati. Nam post 'A. Atilium Calatinum' omnes comitiorum habendorum causa usque ad 'Q. Fabium Maximum dictatorem iterum' creati sunt, ex Capitol. tabulis. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *vetustate jam oblitos*, excluso *prope.* Gebh. Sigonii expositio verissima est, ut ex vocibus 'congressusque eorum' patet. Quum enim proximis triginta annis nulli dictatores, nisi comitiorum habendorum caussa, creati fuerint, iique non dicerentur, nisi si consules bello impediti ab Urbe abessent, et, magistratibus creatis ac comitiis habitis, honore iterum abirent, eorum ac consulum 'congressus' visus non est, neque ex eo dictatoris præ consulis auctoritas notari potuit. Et hinc etiam addit 'sociosque,' id est, milites ex sociis scriptos. Congressus enim dictatoris et consulis potius in Urbe ingentem speciem dictaturæ apud cives, quam apud socios, fecisset. Vocula *prope* abest etiam a Voss.

Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et N. Solitos autem fuisse librarios hanc vocem pro arbitrio vel addere, vel omittere, vidimus ad VI. 28. § 11. Paullo ante *edicto paruisset*, pro *dicto*, Gaertn. et Hearnii D. et N. in contextu. Vide ad IX. 14. § 2. Præterea *socios civesque* editi ante Aldum.

Circa portum Cosanum captas esse] Ego *Cossanum* reposui. Est 'Cosa,' ut Plinius ait, oppidum Etruriæ littorale: alii 'Cossas' appellant. Nec de 'Cosa' fluvio, qui apud Frusinonem labitur, intelligi potest: neque enim celebre ad mare fert nomen; neque ea ora legenda fuit ex urbe Roma in Hispaniam navigantibus. *Sabell.* *Consanum* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et priscæ edd. *Cursanum* Lov. 1. *Consapnum* Hafn. *Compsanum* Ber. *Cossanum* receperunt ed. Ven. 1495. omnesque fere postea. Et sane, vocabulum hujus urbis vel per simplex, vel per duplex sibilum exarari, constat ex Cluverii Ital. Ant. II. 2. 480. Verum quum alibi semper apud Livium *Cosa* et *Cosanus* scribatur, eamdem orthographiam etiam hic et in Epit. Liv. lib. XIV. recepi. Vox *portum* exsulat a Lov. 4. Paullo ante *allatæ sunt ad urbem* Ber. Male. Vide ad XXXVI. 40. § 3. Voces *ad exercitum* non adparent in Lov. 1. et 3.

§ 7 *Navibus, quæ ad urbem Romanam aut Ostiæ essent, completis milite*] Voss. delet τὸ *quæ*. Sed legendum *navibusque, quæ*. J. F. Gron. Excidit etiam *quæ* ex Lov. 1. et 4. *navibusque ad urbem* legit Gaertn. *navibusque, quæ ad urbem*, ut Gronov. conjicit, Harl. cujus auctoritate, id insuper flagitante sensu, ita edidi. Vocula *que* a sequenti *quæ* intercepta erat, ut alibi sæpe accidit. Vide ad XLI. 2. § 11. Deinde *ad urbem Romam* Voss. Lov. 1. Ber. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. *essent completæ milite* Hav. Mox *prosequi hostium classem*, pro *persequi*, Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX.

§ 8 *Quibus liberi essent, et ætas militaris, in verba juraverant*] Hoc *quibus liberi essent* cur addat Livius, docet Lipsius de Mil. Rom. I. 2. *Duk.* *Essent. Ita ætas mil. in verba jur.* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et priscæ edd. *essent. Ita ætas militaris in verba juraverat* Hafn. et Lov. 3. Ita etiam scribere voluisse videtur librarius Harl. qui tamen pro *juraverat* per errorem dedit *vitaverat*. Sed nihil mutandum.

§ 9 *In naves inpositi: alii, ut urbi præsiderent, relicti*] *In naves impositis* Voss. *in navibus impositis* Lov. 1. 4. 5. et Harl. *in navibus impositi* Gaertn. Hearnii N. et vett. edd. *navibus impositi* Ber. Hafn. et edd. Mog. atque Aldi, qui in erratis *in naves impositi* legendum monuit. Et recte. Supra XXI. 27. 'Quos instructos frenatosque inposuerant in naves.' XXIII. 49. 'Quæ in naves inposuissent.' XXV. 3. 'In veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus inpositis.' XXVI. 51. 'Captivisque, Magone et quindecim senatoribus, in navem inpositis:' ubi etiam quædam vide. XXX. 2. 'Novos milites ex Italia advectos in naves inposuit.' XXXIV. 12. 'Inpositos in naves milites viderunt.' XLIII. 9. 'Duo millia militum in eas naves sunt inposita:' et sæpe alibi. Deinde *ut urbi prospicerent* Hav. Sed vulgatum verum est. Sallust. Catil. c. 57. 'Cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat:' ubi vide Cortium. Curtius III. 1. 'Naves sociis imperatæ, quæ Hellesponto præsiderent.'

CAP. XII. § 1 *Exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato*] *Consulis ex.* Ber. *exercitu consulari* Lov. 4. Præpositio autem omittitur in Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Quo diem ad conveniendum edixerat] Pall. tres, et vet. ed. *die*. Amplius

Pal. 3. *quo die ad conv. ediderat.* Sed vulgatum stabilire videtur ipse Livius XXXI. 2. 'Exercitui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat.' XXXV. 3. 'Dies, quem edixerat ad conveniendum militibus, venit:' ubi tamen Pal. et vet. ed. *quem dixerat:* quod eodem recidit. *Gebh.* Omnes *quo die ad.* J. F. Gron. Non adsequor quomodo hoc ratio sermonis Latini ferre possit, sive *quo* ad Tibur referatur, sive ad *die.* Duk. Ex meis unus Ber. *quo diem* præfert. Reliqui cum Hearnii Oxon. et vett. edd. *quo die.* Alterum jam exstitit in ed. Ven. 1495.

§ 2 *Inde Præneste adversis militibus*] Vos emendatis *inde Præn. versis itineribus.* Ego *transversis tramitibus.* Valla. Profecta est hæc correctio a Laur. Valla, non solum principi editori Andreæ adprobata, sed omnibus reliquis censoribus. Pal. 1. contra *inde P. ac versis militibus in viam Latinam est egressus.* Pal. 3. *aversis itineribus.* Gebh. Est L. Vallæ, quum reperisset *adversis militibus:* ut servant quoque plusculi scripti. Sed Put. plane *inde Præneste, ac transversis limitibus.* Sic XXXI. 39. 'Profectus inde transversis limitibus terrorem præbuit subitum hosti.' XLI. 14. 'Per transversos limites superatis montibus in campos degressi.' Iis opponuntur apud Festum *prorsi limites.* J. F. Gron. *Præneste ac versis itineribus in viam Latinam,* ferme ut æmuli Vallæ volebant, legunt edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed lectio illa vel ideo placere nequit, quod *itineribus* mox sequatur. Taceo eamdem in nullo scripto superesse. Lectio autem Vallæ firmari posse videtur loco Livii II. 39. 'Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus:' et v. 16. 'Per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi.' Verum hæc etiam lectio in nullo cod. obcurrit. *Militibus,* pro *tramitibus,* in suis exstare Hearne testatur: *accursis militibus* est in Lov. 3. *adversis militibus* in Lov. 5. *ac versis milibus* legunt Lov. 1. et Voss. a m. pr. *aversis viis* a m. sec. *ac versis militibus* Lov. 4. Harl. et Hav. *transversis militibus* Cant. et Gaertn. *divisis limitibus* Hafn. *diversis limitibus* Ber. *ac transversis limitibus* Puteaneo consentiens Flor. quod recte Gronov. probavit. 'Limes' enim pro via etiam est hoc lib. c. 15. 'Ne inmunito Appiæ limite Pœnus pervenire in agrum Romanum posset.' XXXI. 24. 'Limes mille ferme passus in Academiæ gymnasium ferens.' Et 'Eo limite Athenienses signa extulerunt.' XXXII. 13. 'Triccamque proximis limitibus petit.' 'Limes' autem et 'miles,' transpositis perperam literis, etiam alibi a librariis commutantur. Vide quæ notavi ad Silii v. 1. et viros doctos ad Front. I. 8. § 10. Gronov. ad fidem Put. Livii contextum refingens, addere omiserat voculam *ac,* quæ etiam in nonnullis nostris superest. Eam itaque, sine qua sensus subobscurus est, recte Crevier. adjecit. Præterea *egressus* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quam lectionem veriorem esse, ratio itineris dictatoris docet. Ex urbe enim via Flaminia profectus consulem Servilium circa Ocriculum obvium habuit, et ab eo exercitum accepit. Hinc per agrum Sabinum Tibur, inde Præneste, ac transversis limitibus ad viam Latinam venit. Unde quum non moverit, *egressus,* quam *regressus,* malo. Et hoc sensu 'egredi' est in loco Livii ex v. 16. laudato. Mox *inde itineribus,* pro *unde,* Lov. 4. et 5. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Deinde *se fortunæ commissurus* Lov. 4. *fortunæ se commissurum* Rec.

§ 3 *Haud procul Arpis*] Ad initium sequentis libri adduximus ex Polybio III. 88. ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὰς Αἴκας καλουμένας. Ergo hic quoque legendum videtur *haud procul Æcis.* Lapis antiquus Bene-

venti apud Gruter. CCCCXLIV. 5. C. OCTAVIO. C. F. MODESTO. &c. CVRAT. REIP. ABCANOR. ITEM. HONORATO AD. CVRAM. KALENDARI. REIP. CANVSINOR. *J. F. Gron.* De Æcis rursus Gronov. ad XXIII. 1. et XXIV. 10. Adde Holsten. ad Cluveri Ital. Ant. p. 1202. *Duk.*

Quia Pœnus educeret in aciem] *Educeret aciem* Hearnii L. 1. Sed librario displicuisse videtur 'educere' absolute poni, pro copias, milites educere; et hinc expunxisse præpositionem, quam reliqui omnes recte servant. Et solet ita Livius sæpius loqui. Vide infra ad XL. 25. § 1.

§ 4 *Increpans quidem victos, tandem quos Martios animos Romanis, debellatumque et concessum. Quod quis propalandæ virtute ac gloria esset, in castra rediit*] Vos emendatis *propalandæ*, quod vocabulum non reperitur a 'palam,' neque, ut opinor, a 'pala,' sed a 'palus, pali,' ut 'propalare vineam' apud L. Columellam: et mox 'incensum, incessit.' Ego sic, *increpans quidem, victos tandem Martios animos Romanorum: quia debellatum atque concessum ei propalam de virtute ac gloria esset, in castra rediit. Cæterum tacita cura animum incensus, &c.* Vel quia quidam codd. habent *increpans victos, quid tandem?* sic: *quid tandem porro Martios animos Romanis? debellatumne et concessum propalam de virtute ac gloria esse?* Valla. Put. duo Pet. Reg. Men. Voss. *Tandem quos Martios animos.* Deinde Put. et melior Pet. et Voss. *Romanis*: quorum et neuter habet τὸ *eis*. Tentabam, *increpans quidem, victos tandem quoque Martios animis Romanos, debellatumque et concessum propalam.* Lib. IX. c. 6. 'Tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos.' XXI. 12. 'Alorcus vinci animos, ubi arma vincantur, adfirmans.' Τὸ *quidem* respicit τὸ *cæterum*, quod sequitur: ille quidem palam hæc jactans abibat: cæterum secreto angebatur. *J. F. Gron.* In his admodum variant scripti: *increpatis quidem tandem quos videt Martios animos Romanis* Lov. 1. *increpans quidem tandem, quos Martios animos Romanis* Voss. et Harl. Consentiunt his Lov. 3. 4. et 5. nisi quod Lov. 3. omittat *animos*, duo reliqui *increpitans* exhibeant: *increpans quidem victos tandem quos Martios animos Romanis* Flor. Ber. Gaertn. et Rec. a quibus non aliter dissentit Hav. quam quod transponat *tandem victos*. Hearnii N. etiam *Romanis*, Cant. *Romanos*, pro *Romanorum*, præferunt. Deinde *debellatum quas et vires concessum propalanda virtute ac gloria essent* Lov. 3. *debellatum et concessum quæ propalam de virtute ac gloria essent* Flor. Voss. et Lov. 1. *deb. et conc. quæ propalande virtute ac gloria essent* Harl. *deb. et conc. qui propalanda virtute ac gloria essent* Gaertn. *deb. et conc. quod propalanda virtute ac gloria esset* Lov. 4. *deb. et conc. qui* (*quod* a m. sec.) *propalam de virtute ac gloria esset* Ber. et ita etiam Lov. 5. nisi quod *quum*, pro *qui*, præferat. Totum locum ita efferunt ed. Rom. Aleriensis, et paucæ eam secutæ: *quid tandem? increpans, quos Martios animos Romanis? debellatumque et concessum, qui propalanda virtute ac gloria essent.* Freinsh. in indice Curtii voc. 'Ipsius' τὸ *concessum eis* exponit 'concessum sibi,' vel 'ipsos concessisse.' Gronovius in prima ed. notarum monuit, Salmasium emendasse *increpans quidem, victos tandem suos Martios animos Romanis, debellatumque et concessum propalam.* Illud *victos tandem suos Martios animos Romanis.* Perizonio quoque in mentem venit ad Sanctii Minerv. II. 12. 240. idque propius priscæ scripturæ esse putabat, quam quod Gronovio placuit. Ego contra minori mutatione ex *q̄s* effici posse *q̄*; existimo, quam *suos* ex *quos*. Et in his vocibus commutandis etiam peccarant librarii III. 33. § 6. Deinde illud *eis*, quod in nullo meorum

codicum erat, ejeci. Eamdem vocem, ex uno suorum exsulantem, etiam Crevier. expunxit.

§ 5 *Tacita cura animum incensus*] Muretus haud absurde *incessit*. Ut xxv. 1. 'Tanta religio civitatem incessit.' Et sic distinguas: *cæt. tacita cura an. incessit, quod cum duce, &c. parem Hann. quæsissent. Et prud. quidem*. J. F. Gron. Liv. iv. 57. 'Tum vero gravior cura Patribus incessit:' *incessit* etiam emendarunt, quos Valla ad § præc. increpabat: et ita erat in Lov. 5. Hoc modo sæpe Livius locutus est. i. 56. 'Cupido incessit animos juvenum sciscitandi.' ii. 18. 'Magnus plebem metus incessit.' iv. 50. 'Cura incesserat Patres.' viii. 29. 'Tamen tanta cura Patres incessit.' ix. 8. 'Tanta simul admiratio miseratioque viri incessit homines.' xxiv. 13. 'Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi:' et innumeris aliis locis. Verum *incensum* est in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *animum incensum habuit* in Hearnii N. in cujus margine emendatur *animum incensus*, quod in reliquis scriptis superest, et Vallæ placuit; neque Gronovio displicuit ad xxix. 18. § 1, ubi codicum lectionem *religio infixa animos* hac locutione *incensus animum* inlustrabat. Et ei simile est *sollicitus omnia*, quod aliis exemplis adstruit Jac. Gronov. ad xxi. 34. § 5. Ut tamen de vera lectione non nihil dubitem, illa est caussa, quod similes Græcismi apud Livium rarius obcurrant, ut dictum est supra ad v. 36. § 7. Verum, quum non plane ab iis abstinuerit, feramus, partim quo tot codicum vestigia ducunt, partim quod alii expresse probant.

§ 6 *Constantiamque ejus haud dum expertus*] Put. Pet. Reg. Men. Voss. *constantiam haud dum:* ita ut desint *que* et *ejus*. Nec satis commode interponuntur *non vim*. Velim, *et prud. quidem novi ducteris ext. timuit, const. haud dum exp. agitare ac tentare an., &c.* In fine hujus libri c. 61. 'Si Carthaginiensium ductor fuisset.' J. F. Gron. Τὰ *que* et *ejus* non tantum desunt in Hearnii Oxon. sed et mei omnes, præter Ber. Hafn. et Hav. eadem delenda docent. Ceterum *rogitare*, pro *agitare*, mox Cant.

§ 7 *Modo citato agmine, &c.*] Quum ista particula *modo* bis posita geminam pleramque sententiam promittat, nescio qui evenit, ut hoc loco prorsus insigni balbutie idem repetatur. Nam quid est aliud *modo citato agmine*, quam *modo repente?* Et quum hæc sint eadem, tum posteriora τὰ *e conspectu abibat* videntur quasi planius explicari deducique per illa, 'in aliquo flexu viæ occultus subsistebat:' quippe quod unum genus est abitionis e conspectu. In Voss. et Gud. intelligo fuisse *modo cito agmine*. Dispice igitur an genuinum restet in Cantabrig. *modo tacito agmine*. Habes saltem, quod desiderabatur, et est unaquæque pronunciatio sui sensus. xxi. 48. 'Scipio quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus.' Alibi 'silens agmen' vocat. *Jac. Gron.* *Cito agmine* etiam Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et edd. ante Aldum: 'citatus' autem et 'tacitus' transpositis literis etiam commutantur in Epit. Liv. l. xiv. Præterea *ex conspectu abibat* Flor. et Ber. idque voluisse videtur Gaertn. *eo conspectu* præferens. Mox *in alio flexu*, pro *in aliquo*, Lov. 4. et 5. Vide ad xxv. 32. § 3.

Si excipere degressum in æquum posset, occultus subsistebat] Pall. duo *absistebat*. Pal. 3. *occulte obsistebat*. Gebh. *Digressum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii N. et edd. omnes usque ad Gronov. qui *degressum* recte a. 1665. substituit. Vide ad iv. 17. § 11. Tum *occulte* Lov. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hearnii N. Male. Supra ix. 23. 'Consulto dictatore substitit occultus.' Et ita sæpe adjectiva pro adverbiis Livio adhibentur. In Præfat.

'In quam civitatem tam seræ avaritia atque luxuria immigraverint.' II. 10. 'Quum inde citatos decurrere hostes vidisset.' c. 22. 'Recens ad Regillum lacum accepta clades.' c. 35. 'Adeo infensa erat coorta plebs.' v. 16. 'Tum tu insiste audax hostium muris.' VII. 23. 'Dum inter primores incautus agitat.' c. 36. 'Hic lucem quieti opperiamur.' VIII. 4. 'Quod illi vobis taciti concedunt.' c. 21. 'Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sunt.' c. 36. 'Rem, per se popularem, ita dexter egit.' XXI. 21. 'Si cetera prospera evenissent.' hoc lib. c. 32. 'Diversis locis opportuni aderant:' quorum plerisque locis id mutare conati sunt scribæ. Vide ad I. 28. § 2. III. 50. § 2. IX. 26. § 12. c. 37. § 5. aliisque locis. Adde Burm. ad Phædri I. 23. 3. Cortium ad Sall. Cat. c. 60. § 3. et virum doctum in Observ. Misc. tom. I. p. 11. Deinde *obsistebat* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. 1531. Put. etiam, Gallicos meliores, et tres Pall. ita præferre, Gronov. testatur ad XXVII. 7. § 3. Attamen vulgatum verius est.

§ 8 *Per loca alta agmen ducebat, &c. ut neque omitteret eum, neque*] *Per alta loca agmen ducebat* Hav. *per loca alta ducebat agmen* Ber. Tum *nec omitteret eum* idem Ber. Vide ad IX. 9. § 14. *Neque omit. eum* Gaertn. Τὸ *eum* deficit in Hav. Mox *necessario* deest in edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *et ligna pauci petebant, nec passim* Hearnii L. 1. *et ligna pauci nec passim petebant* Ber. a m. sec. *et ligna nec pauci* a m. pr. *et ligna et pauci petebant, nec passim* Gaertn. *et ligna nec passim,* reliquis omissis, Lov. 1.

§ 9 *Equitum levisque armaturæ statio, composita instructaque in subitos tumultus*] Refert Pal. 1. *et comp. instructaque in subitos esse tum.* Gebh. *Equitumque levis arm. statio* Ber. a m. sec. *Equitum levisque armatura statio* Voss. Lov. 1. et Harl. *Equitum levis armatura res statio* Lov. 4. *Equitum levis armaturæque statio* Lov. 5. *Equitum levisque armaturæ et statio* Hearnii N. a m. sec. Deinde *instructaque in sub. est tum.* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. An forte legendum? *Eq. levisque arm. statio (composita instructaque in sub. est tum.) et suo militi tuta omnia, &c.* Ceterum *et suo milite* Flor. Harl. et Hafn.

§ 10 *Ex tuto cæptorum finitimorum receptu*] Arbitror legendum *finitimo receptu.* Et hoc dixit, certamina ex tuto fuisse cœpta, ut facilis receptus in vicina castra esset. *Lipsius,* Epist. Quæst. II. 14. Lipsius legit *finitimo receptu.* Nihil tale in nostris libris, nisi quod Pal. 2. *ex tuto locorum fin. receptu.* Gebh. Lib. VIII. c. 19. 'Brevitate ipsa loci facilique receptu in tam propinqua castra haud ægre militem a multa cæde est tutatus.'

Adsuefaciebant territum pristinis cladibus militem] Pal. 1. *ads. territum pristinis in cladibus his militem.* Gebh. Pal. Men. Voss. *pristinis in cladibus his.* Put. Pet. melior, et similes Flor. *pristinis in his cladibus.* Scribe, *pristinis trinis cladibus:* nempe ad Ticinum, Trebiam, Trasimenum. Sic XXIII. 49. 'Inter hæc trina castra hostium:' et, 'Trinisque castris eo die potiti sunt,' Mss. non *terna, ternisque,* ut vulgatur. Lib. XXV. c. 26. 'Acradinam inde trinis castris,' itidem non optimi modo, sed fere omnes calamo exarati. *J. F. Gron. Pristinis in cladibus his* Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii N. *pristinis in his cladibus* Cant. Si quis cum Gronov. malit *pristinis trinis cladibus,* non adversabor. Vide ad IV. 16. § 6. Optimus tamen Flor. nihil mutat.

§ 11 *Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat*] *Et non Hann.* Lov. 1. *Sed neque Hann.* Ber. Dein *sanis consiliis suis habebat* Lov. 4. et 5. *sani consilii habebat dictator* Hafn. *sanis consiliis habebat dic-*

tator Ber.

Qui nihil aliud, quam quod non imperabat, moræ, &c.] Perperam hæc in Pall. 1. ac 3. concipiuntur *qui nihilo aliud, quam imp. imperio, more.* Pal. 3. *imperii more.* Gebh. Put. et omnes scripti alicujus numeri, *quod imp. imperio moræ.* Potest legi, *quam quod imp. sub imperio:* vel, *quod parebat in imperio: ἀρχόμενος ἦρχε,* ut Plutarch. loquitur in Præceptis Reip. Ger. Nam et magister equitum imperator, sed sub alio imperatore dictatore. Noster VIII. 30. 'Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.' L. Papirii Cursoris puta et Q. Fabii Maximi Rulliani: quorum ille dictator, hic magister equitum. Et rursus c. 33. 'Papirium tamquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore, victoriam et triumphum petere.' At Rubenio placebat *quod parebat imperio.* J. F. Gron. Etsi verba satis apta, et perbelle rem aperiant, non potest tamen approbari hæc literarum trajectio in tam simplici veterum librorum constantia *quam quod imperabat imperio:* sub quibus non videtur aliud latere nisi, *quam quod impar erat imperio.* Sic sæpe 'æquari' cum 'imperio' dixit. VI. 23. 'Scire se collegam habere, jure imperioque parem.' Constructio est amatissima Livio. cap. 15. 'Omni parte virium impar.' XXV. 27. 'Quod impar viribus aut numero navium esset.' XXVII. 1. 'Par audacia Romanus, consilio et viribus impar.' *Jac. Gron.* Vulgatam lectionem unus servat Hav. nec multum abit Gaertn. qui *quam quod imperabat, moræ* præfert: sed *quam quod imperabat imperio* offerunt Flor. Lov. 4. Rec. Ber. et Harl. Et hanc lectionem ferri posse putabat Doujatius, quam ita exponebat: 'quam quod moderabatur imperandi cupiditati, et juri, quod aliquatenus habebat.' Verum, quam parum imperandi cupiditati moderatus sit, ac moderari potuerit, et descriptio indolis, quæ sequitur, et omnis historia ejus ostendit nullum vere imperandi jus, ne absente quidem dictatore, multo minus præsente, magistrum equitum habuisse, mores et instituta Romana, inprimis Papirii dictatoris et Fabii magistri equitum historia, a Livio VIII. 30. relata, docet. Si vero aliquod jus imperandi Minucius habuisset, quid adtinuisset, magistrum equitum novo exemplo dictatori imperio æquari? Omnino itaque lectio illa ferri nequit. *Quam quod non imperabat imperio* est in Lov. 3. *quam quod imparabat imperio* Voss. *quam quod non impar erat imperio* Lov. 5. quam proxime ad conjecturam Jac. Gronovii; quam conjecturæ J. F. Gronovii haud male præfert Crevier. et exponit: impar erat dictatori quoad imperium. Hanc igitur lectionem, quum et vulgata, et eæ, quas codd. subgerunt, admitti nequeant, potius, quam illam, quam J. F. Gronovius substituit, in contextum recepi.

Ferox rapidusque in consiliis] Pal. 2. *rapidusque consiliis.* Gebh.

Linguis inmodicus] At quot? oro: ex Cantab. notavi *lingua.* Idem ex Gud. et Voss. adscripsit pater. Quod omnino Livii est, perpetuo singulari numero contenti. II. 45. 'Nunc armatis sibi quisque lingua promtum hostem offerri.' IV. 49. 'Nactus inter adversarios superbum ingenium inmodicamque linguam.' VII. 4. 'Quia infacundior sit, et lingua inpromptus.' XXIII. 5. 'Expertem omnis juris et conditionis et linguæ prope humanæ.' XXXIX. 40. 'Linguæ acerbæ et immodice liberæ fuit:' de M. Porcio. Non aliter nunc locutus est. *Jac. Gron.* Numerus singularis non tantum superest in omnibus meis, Hearnii, et Crevierii codd. verum etiam in omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ prima *linguis* dedit. Neque dubito quin Gronov. ita in omnibus scriptis

invenerit: quod vero ex duobus tantum notarit, inde evenisse arbitror, quod reliquos codd. commiserit cum edd. posteriori Gruteriana prioribus, quæ similiter *linguæ* præferebant. Certe ita in Putean. legi, ex Sallierio didici. Neque tantum de uno locutus Livius *lingua* numero unitatis utitur, verum etiam licet de pluribus simul sermo sit. Ita III. 19. 'Tribuni plebis lingua criminibusque regnarent.' VI. 16. 'Et linguam et animos liberaverat hominum.' XXII. 45. 'Videret, ut, quibus lingua tam promta ac temeraria, æque in pugna vigerent manus.' XXXII. 21. 'Non magis consilium vobis deest, quam lingua.' Ubi tamen plurium meminit, alibi etiam numerum multitudinis adhibet. XXXI. 44. 'Nec umquam ibi desunt linguæ promtæ ad plebem concitandam:' et XXXIII. 31. 'Si Ætolorum linguas retundere vellent.' De uno autem numerum pluralem *linguas* usurpari, displicuit etiam Burm. ad Nemes. Ecl. II. 12.

§ 12 *Pro cunctatore segnem, pro cauto timidum*] Pal. 1. ac 3. exhibent *pro cunct. segnem, et cauto timidum.* Pal. 2. *deinde palam in vulgus pro cunct. segnem et pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia compellabat.* Gebh. Scripti omnes *pro cunct. segnem, et cauto timidum.* J. F. Gron. *Et cauto timidum* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii D. L. 1. et N. a m. pr. *et pro cauto timidum* a m. sec. quod etiam exstat in Flor. Lov. 3. Rec. et Ber. duplici lectione juncta. Vett. edd. lectionem *pro cunctatore segnem, pro cauto timidum,* quam recte elegantiorem judicat, ex auctoritate duorum e suis codd. revocavit Crevier. in quo ipsi obsecutus sum. Paullo ante *deinde propalam in vulgus* Gaertn. Hav. et quædam ex vett. edd. *demum palam in vulgus* Harl. At voces *primo inter paucos, dein propalam in vulgus* se in L. 1. non invenisse, Hearnius auctor est.

Premendorumque superiorum arte, quæ] Pall. tres *premendorum sup., quæ pessima ars.* Andreas *premendorum sup. malis.* Gebh. Ubique in membranis, *premendorum superiorum, quæ pessima ars,* omissa particula et τῷ *arte.* Fuerit forte *premendoque superiorem, quæ pessima ars.* J. F. Gron. Similiter præferunt etiam codd. mei, ut et Hearnii Oxon. qui N. in margine *quæ pessima res* præferre notat. Scriptis consentiunt etiam proximæ post Andreæ Romanam edd. nisi quod *premendorum superiorum ac malis* sit in Rom. 1472. ac Parm. Ascensius deinde, quum ipse in contextu *premendorumque superiorum* a. 1513. edidisset, in margine notavit *sup. arte.* Hinc proximi Moguntini *premendorumque superiorum arte* effinxerunt. Nihil propius video, quam quod Gronov. in mentem venit. Infra hoc lib. c. 59. 'Nec premendo alium me extulisse velim.'

CAP. XIII. § 1 *Hannibal ex Arpis in Samnium transit*] Vet. lib. *ex Arpinis.* Sunt autem 'Arpini' Arporum populi. *Sigon.* Pall. tres *ex Arpinis.* Gebh. Pall. tres, Pet. Men. *Arpenis.* Put. Pet. melior, Reg. et optimus Flor. *Hirpinis.* Polybius III. 90. ὑπερέβαλον τὸν Ἀπεννῖνον, καὶ κατάραντες εἰς τὴν Σαμνῖτιν χώραν. Noster XXIII. 41. 'Crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit.' Fuerant quidem vicini et ad Arpos in Daunia, sed crebro castris movendis jam pervenerant in Hirpinos, unde proximus transitus in Samnium. Denique præpositio gentem exigit, non oppidum. *J. F. Gron.* Ultima hæc verba Gronovii adripuit Doujatius, atque, ut vulgatum defenderet, inter alia docet Livium passim præpositiones ad loca præter aliorum morem addidisse. Libro enim præcedenti c. 59. *ab Roma:* c. 62. *in Algido* dixisse: quæ tuto omittere potuisset, quum de eo nullus dubitet. Ut vulgatum tueretur, ostendere debuerat vel Hannibalem hoc tempore Arpos in potestate ha-

buisse; vel *ex Arpis* poni potuisse pro ex regione circa Arpos. Gronovius docuit, in Mss. legi *ex Arpenis* et *ex Hirpinis*, et quum in posteriorem lectionem pronior esset, hue tandem redit, ut dicat præpositionem *ex* non oppidum *Arpos*, sed gentem vel *Arpinos* vel *Hirpinos* exigere. Ceterum vulgatam lectionem nullus nec meorum, neque Oxon. Hearnii codicum tuetur; sed omnes legunt *ex Arpinis*, nisi quod præter Flor. forte etiam Cant. præferat *ex Hirpinis*, ex quo cum Gronovii ed. collato nulla varietas adnotatur. 'Arpinos' pro Arpinatibus Livio in usu fuisse, constat ex XXIV. 47. et XXXIV. 45. Jam vero, si c. 12. § 3. *haud procul Æcis* cum Gronov. legimus, hic præstat omnino *ex Hirpinis*. Ita enim constaret Hannibalem ex agro Arpinate, quem c. 9. devastasse dicitur, ante Fabii adventum movisse: idque malo. Si quis vero vulgatum eo loco servandum putet, nihil obstat, quo minus *ex Arpinis* legat. 'Arpini' autem et 'Hirpini' a librariis etiam commutantur in Epit. Liv. LXXV. Præterea *transiit* Hearnii D. Vide ad Epit. Liv. l. CIII. Mox *populatur agrum*, pro *depopulatur*, Ber. Vide ad x. 12. § 7.

Telesiam urbem capit] Polyb. III. 90. Οὐενουσίαν. Ego tamen nihil mutandum puto. *Sigon.* *Tasiam urbem* Lov. 5. *Celesiam urbem* Gaertn. *Thelesiam urbem* Ber. et Hav. *Telessinam urbem* Hearnii D. Est autem Samnitium urbs 'Telesia,' de qua vide Cluver. Ital. Ant. IV. 7. 1195. In eam autem regionem jam transierat Hannibal. Quare Venusiæ Polybii, quæ Apuliæ urbs est, locus dari nequit.

Indignitatibus cladibusque sociorum trahere ad æquum certamen] Favet huic lectioni solus Pal. 3. Reliqui autem, exque illis Pal. 1. *indign. cladibus soc. detrahere ad æquum cert. posset.* Pal. 2. quoque *indignis cladibus soc. detrahere ad æquum cert. posset.* Vet. ed. non inficiatur τὸ *detrahere.* Nam paullo ante dixerat Livius c. 12. 'Fabius per loca alta agmen ducebat.' *Gebh.* Optimi verius *detrahere*, nam per loca alta ducebat Fabius, vitata ubique planicie. *J. F. Gron.* *Indign. cladibus*, omissa copula, Flor. Lov. 3. 4. et Hearnii N. *indignitatibus et cladibus* Lov. 4. Tum *detrahere* omnes Hearnii et mei, uno forte Lov. 5. excepto, in quo est *trahere*. Licet autem Gebhardus *detrahere* ex ed. Rom. Andreæ laudet, atque ipse ita invenerim in ed. Rom. 1472. ac Parm. mox tamen aliæ illis proximæ id perperam in *trahere* commutarunt. Nam, ut viri docti docuerunt, Fabius per loca alta agmen ducebat; *detrahere* autem est 'ex loco superiori trahere.' Ita metaphorice obcurrit XXXV. 12. 'Ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat.'

§ 2 *Multis jam tum inlecti donis*] Pal. 1. *multis jam illecti donis.* Pal. 3. *multisque illecti donis.* Dein omnes tres, *ad conciliandos populorum animos.* Gebh. *Multis jam illecti donis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum: *multis jam electi donis* Gaertn. Deinde *populorum animos* Flor. Voss. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N.

§ 3 *Quum res major, quam auctores, esset*] *Quam auctores essent* Lov. 1. 3. Gaertn. Hearnii D. et editi ante Aldum, qui primus *esset* recepit: quod et plures et meliores servant. Non insolens autem est apud Livium, ut verbum conveniat nomini remotiori, præsertim in hac vel simili compositione orationis. Supra VIII. 33. 'Nam tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur.' XLIV. 14. 'Prusiæ preces magis, quam postulatio, fuere.' Paullo ante *admovisset exercitum* alio ordine Ber. qui etiam in seqq. *alternis fidentem*, pro *alternisque*, præfert.

§ 4 *Monitosque, ut etiam atque etiam promissa rebus confirmarent*] Fere omnes *adfirmarent.* Sic et apud Tacit. de

Morib. German. c. 3. scripti 'Quæ neque adfirmare argumentis, neque refellere in animo est:' ubi vulgo *confirmare.* Lib. I. c. 1. 'Ea res utique Trojanis spem adfirmat finiendi erroris.' VIII. 24. 'Sortes Dodonæi Jovis adventa adfirmasse.' Suspicor autem quoque scribendum, *monitosque etiam atque etiam, ut promissa rebus adfirmarent.* J. F. Gron. De *adfirmare* vide Gronov. Obs. III. 6. *Duk.* *Monitos ut etiam atque etiam* plerique codd. mei, et Hearnii, omnesque edd. usque ad Dan. Heinsium, qui primus *monitosque* apud Elzevir. vulgari curavit, consentiente Hav. *monitos etiam atque etiam promissa* Ber. Priorem lectionem revocavi. Deinde *promissa rebus adfirmarent* Flor. et Cant. Supra II. 12. 'Fortuna tum urbis crimen adfirmante.' VII. 14. 'Adfirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est.' X. 41. 'Consul adfirmavit errorem.'

Jussosque, cum popularibus et aliquibus principum redire ad se, dimisit] Pall. duo *cum pluribus et* (Pal. 3. *aut*) *aliquibus.* Pal. 2. *versosque cum pluribus et aliquibus.* Gebh. Membranæ non nisi *cum pluribus.* J. F. Gron. Præter Ber. priori lectioni faventem, omnes scripti mei similiter *jussosque cum pluribus:* quod Hearne etiam in D. et N. invenit; sed *jussosque cum populis* in L. 1. Hinc *atque aliquibus principibus* Ber. Male: 'aliquid indefensi' est XXVI. 5. Deinde *redire, a se dimisit* Voss. et Lov. 1. ac 5. *redire, ab se dimisit* Lov. 3.

§ 5 *Ut se in agrum Casinatem ducat*] Sic Plutarchus in Fabio c. 177. ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασῖνατον. *Sigon.*

Si eum saltum occupasset, exitum Romano, &c. interclusurum] *Exitum Romanis* Rec. et Hav. Vide ad III. 2. § 11. *Exercitum Romanum intercluturum* Lov. 3. et edd. ante Aldum. 'Exercitus' et 'exitus' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad v. 26. § 7. Eædem edd. invitis omnibus codd. *si eum saltum circuisset.*

§ 6 *Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen, Casilinum pro Casino accipere ducem fecit*] Pall. 1. et 3. nævis occupati sunt: *Sed Pun. abh. ab Latinorum nominum pro Casino dux accipere fecit.* Pal. 2. autem, *Sed Pun. abh. ab Latinorum nomen, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit.* Gebh. Quasi vero tam celebre in Africa fuerit, ipsa in Italia non admodum nobile, Casinum, ut aliam appellationem Punicam haberet. Longe aliter Mss. Put. Pet. melior, duo Flor. duo Pall. *Sed Pun. abh. ab Latinorum nominum, pro Casino dux ut acciperet, fecit.* Regius et Mediceus unus, *Sed Pun. abh. ab Latinorum nominum prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit.* Putes si addatur *os*, nihil melius posse fingi. Sed nimis est supplementorum. Propius veterum scripturam foret, *Sed Pun. abh. os Latinorum nominum pro Casino Casilinum.* Neque enim 'abhorrere alicujus' durius videtur, 'quam fastidire alicujus,' aut 'vereri.' Lib. XXIX. cap. 34. 'Adspernatus aliarum gentium.' *Dux ut acciperet, fecit*, ut XXV. 34. 'Hæc pervagata passim vox, ut et hostes pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit.' Est autem *os Punicum abhorrens Latinorum nominum* ipsius Hannibalis jubentis *Casinum* duci, eamque vocem ita pronunciando trahentis, ut dux viarum *Casilinum* pronunciari putaret. Est enim proprium vitium Afrorum in pronunciatione Labdacismus, teste Isidoro Orig. I. 30. quod belle huc facit: 'Labdacismus est, si pro uno L duo pronuncientur, ut Afri faciunt.' Sed definitio hæc minus angusta: immittitur enim et nonnullis naturali vitio, ubi prorsus non est. *J. F. Gron.* *Pun. abh. a prolatione Latinorum nominum* Lov. 3. et Hav. *Pun. abh. ab Latinorum nominum prolatione* Ber. quod etiam in Colbertino cod. esse, Donjatius auctor est. *Punicus abh. Latinorum*

nominum Gaertn. *Pun. aberrans ab Latinorum nominum* Lov. 4. Vide ad XXXVIII. 56. § 5. *Pun. abh. ab Latinorum nomine* Hafn. et Hearnii N. *Pun. abh. ab Latinorum nominum* Cant. Voss, Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii D. *Pun. abh. Latinorum nominum* ejusdem L. 1. Utrum probem dubius hæreo. Hinc enim vocem *prolatione* ignorant et plures et meliores codd., inde vero *abhorrens nominum* similesque locutiones non, nisi rarissime, apud Livium reperiuntur. Eo tamen inclinat animus, id posterius ut priori præferam. Nam fere eodem modo dixit hoc lib. c. 3. 'Non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.' Hinc inverso ordine *pro Casino Casilinum* Voss. et Lov. 1. 4. 5. *pro Casilinum* Gaertn. *pro Casino* Cant. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. Sed in illis *Casino* et *Casilinum* alterum alterum intercepit. Deinde *dux accipere fecit* Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *dux acciperet fecit* Gaertn. Si verba hoc ordine digerere liceret *Pun. os abh. ab Latinorum nominum prolatione, Cas. pro Casino dux ut acciperet, fecit*, suspicio nasci posset voces *prolatione Casilinum*, quæ in optimis codd. desunt, excidisse librariorum culpa ob repetitionem τοῦ *pro*.

Aversusque ab itinere] Put. aliique *aversusque ab suo itinere*. J. F. Gron. Ita et in Voss. fuisse videtur. Reliqui plerique, et inter eos Flor. et Cant. τὸ *suo* non agnoscunt. Mox *Alifanum* Lov. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. ante Gronovianam 1665. *Alistanum* ejusdem Hearnii L. 1. Vide ad VIII. 25. § 4. Insuper *Galenum agrum* Hearnii N. et ed. Rom. Aleriensis. *Calerium* Hafn. Male. Vide Sigon. ad X. 20. § 3. Denique *campum Stellatum* Harl. *campum Stellantem* Hav. Vide ad IX. 44. § 5.

§ 7 *Vocatum ducem percunctatur*] *Notum ducem* Hafn. et Ber. in contextu, altera scriptura pro varia lectione in margine adparente. Paullo ante *fluminibus montibusque* alio ordine Gaertn.

§ 8 *Casilini eo die mansurum*] *Casilini eodem die mans.* Hearnii N. *Casilini eodem mans.* Flor. *Casilini eodem mans.* Lov. 1. 4. 5. Harl. et Ber. *Casilinum eodem mans.* Gaertn. *Casilini mans.* Hav. Mox *tum deinde*, pro *tum demum*, Harl. Vide ad XL. 22. § 1.

§ 9 *In agrum Falernum prædatum dimisit*] *Prædatum misit* Lov. 4. At ea τοῦ *dimisit* vis est, ut notet eo consilio missum esse Maharbalem, ut per omnem agrum Falernum ejusque varias partes prædas ageret. Vide ad IV. 52. § 5. Paullo ante *castris conjunctis*, pro *communitis*, Harl.

§ 10 *Fugam tamen terroremque latius Numidæ fecerunt*] *Fugam inde torrentemque* Harl. *fugam tum terroremque* Gaertn. *fugam tamen tum terroremque*, duplici lectione juncta, Lov. 3. qui etiam paullo ante *aquas vescinas* præfert. Sed de aquis Sinuessanis vide Cluver. Ital. Ant. III. 10. 1081.

§ 11 *Nec tamen is terror, quum omnia bello flagrarent*] *Nec tamen terror* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. Insuper τὸ *tamen* omittit ejusdem Hearnii D. Mox vocem *fide* non agnoscit Cant.

Cap. XIV. § 1 *Ut vero ad Vulturnum flumen castra sunt posita, exurebaturque*] Put. Pet. Reg. *Ut vero quam ad V.* deinde *exurebatur*, sine τῷ *que*. Scribe, *Ut vero, quum ad Vult. flumen castra sunt posita, exurebatur amœnissimus Italiæ ager*. J. F. Gron. Τὸ *que* exsulat etiam a Flor. Voss. Lov. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *urereturque* est in Lov. 3.

Fabio ducente, prope de integro est orta seditio; ac duces seditionis accensi quidam: fuerat enim silentium per paucos dies] Vides illa *ac duces sed. accensi quidam* esse quisquilias. Quid enim

sit? an duces seditionis inflammatos esse? non agnosco Latinum sermonem. An genus militum, quod 'accensos' vocabant, duces seditionis? hoc quidem etiam nugacius. Omnino explicare me non poteram, absque codice scripto fuisset, qui habet, *prope de integro seditio, ac* [*de seditione*] *accensi quidam fuerant enim per paucos dies.* En fontem. Illud *de seditione* nota marginalis fuit: inverecunde irrepserat, et stultius emendata est *duces seditionis.* Primum hoc tolle: remove et illa quæ liber omittit, *est orta:* ut rem factam habeas, illud *quidam* corrige *quieti*, (nam abest a veteri vox *silentium*,) et lege *prope de integro seditio accensa: quieti fuerant enim per paucos dies.* Puto germanam Livii lectionem habebis. *Lipsius*, Ep. Quæst. I. 21. Vulgatis edd. consonat prisca quoque. Pal. 1. legit *prope de integro seditio, ac de seditione accensi quidam: enim fuerunt per paucos dies.* Et ita ferme Pal. 3. nisi quod *de seditione accensi quidam fuerant enim per paucos dies.* Pal. 2. *Ut vero ad Vult. fluvium cast. sunt pos., exurebatur amæn. Italiæ ager, villæque passim inc. fumabant, per juga Mass. montis F. ducente: tum prope de int. seditio, ac de seditione accensi quidam fuerant. Etenim per paucos dies.* Ego in tanta caligine ad fundum veræ lectionis acie mea penetrare non possum. *Gebhard.* Scripti omnes, *ducente tum prope de int. seditio, ac de seditione accensi, quidam fuerant enim.* Unde Lipsius, recisis *de seditione* tamquam e margine admissis, *tum prope de integro seditio accensa: quieti fuerant enim.* Sententiam utique deprehendit. De verbis possis cogitare, *tum prope de int. seditio ab duce altero est accensa: quieverant enim perpaucos dies.* J. F. Gron. Fere omnes nostri et Hearnii consentiunt scriptis Gronovii, nisi quod vocula *tum* in paucis, sed optimis tamen, supersit, et τὰ *ac de seditione* non adpareant in Voss. et Lov. 5. eorum loco vero *hac seditione* exhibeant Hav. et Hafn. Verum *seditio orta est. Hac seditione accensi quidam fuerant ante per paucos dies* præfert Ber. *fuerant et ante per paucos dies* legunt etiam Hafn. et Hav. Gronovius in priore notarum ed. divinam, ut vocabat, divinationem Lipsii probabat. Mihi ex utriusque conjecturis legendum videtur, *tum prope de int. seditio accensa: quieverant enim perpaucos dies.* De verbo 'quiescere' videbimus ad XLV. 37. § 2. De voce 'perpaucos' ad XXXVII. 11. § 3. de tota locutione sive de duratione temporis per accusativum prolata ad XXXV. 40. § 8. Si qui tamen *per paucos dies* malit, ne illi quidem adversabor. Nam et ita Livium loqui, probabo ad XXXVIII. 27. § 7.

§ 2 *Festinari ad prohibendam populationibus*] Pal. 1. *ad prohibendum.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Tum *ductum agmen esset*, pro *fuisset*, Flor.

§ 3 *Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant*] Exhibent Pall. tres *hostes sub oculis erant.* Gebh. In scriptis *hostes sub oculis*, iterum sine τῷ *que.* Scribe, *Ut vero in extrema juga Massici montis ventum, et hostes sub oculis erant.* J. F. Gron. Copulam *que* ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Patris *est* in *et* mutantis, conjecturam probat etiam Jac. Gronovius ad II. 39. § 12. Solent autem alibi τὰ *et* atque *est* in Mss. commutari. Vide ad VII. 40. § 1. *Extrema Massici montis juga* Gaertn.

§ 4 *Spectatumne huc, inquit Minucius, ad rem fruendam oculis*] Pal. 1. *Spectatum est hoc, inquit Min., ad rem eruendam oculis.* Pal. 2. quoque τὸ *ne* abjicit. *Gebh.* Forte *ut rem fruendam oculis*, id est, tamquam rem jucundam visu. Sic c. 21. 'levi certamine ut tumultuariam manum fudere.' *J. F. Gron.* *Spectatum est hoc* Flor. Voss. Ber. omnes a m. pr. atque insuper

Cant. Hav. et Harl. ex illis autem *Spectatum huc* præfert Flor. a m. sec. *Spectatumne huc* Voss. a m. sec. *Spectatum hoc* Ber. a m. sec. *Spectatumne hoc* Lov. 1. *Spectatum hinc* Gaertn. *Spectatum huc* Lov. 4. *Spectaculum est hoc* Lov. 3. Præterea *inquit nuncius* Harl.

Quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt] Meliores *quos Sin. colonos*. J. F. Gron. Ita et Flor. Cant. Ber. Hafn. et Hearnii L. 1. ac N. *in Sinuessa* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. Paullo ante *si ullius alterius*, pro *nullius*, Lov. 3. et Hav. Tum *nec civium quidem*, pro *ne civium*, Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. usque ad Ascensianam 1513. Vide ad I. 10. § 3. Mox *ut absente hoste* Harl. Vox autem *hoste* non adparet in Flor. nec vocula *hæc* in Lov. 3.

§ 5 *Quam nunc non vicinus Samnis*] Vocula *nunc* exsulat a Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Aldina antiquioribus. Mox *et secordia* Hav. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *ac secordia* Gaertn. Vide ad IX. 34. § 15. Tum *hoc progressi* Flor. a manu pr. Voss. Lov. 1. et Harl. *hic progressi* Lovel. 4. *hinc progressi* Gaertn. *hæc progressi* Hav.

§ 6 *Tantum, pro dolor! degeneramus a parentibus nostris*] Pall. tres *a patribus nostris*. Gebh. Iterum meliores, *Tantum pro! deg. a patribus nostris*, omisso τῷ *dolor*. Plautus Casina II. 4. 5. 'Pro! bonæ frugis hominem te jam pridem esse arbitror.' *J. F. Gron.* Vocem *dolor* non agnoscit etiam Flor. in quo tamen postea a m. recentiori adscripta est. Deest etiam in Hearnii N. Deinde *degeneravimus* Ber. et Hafn. Hinc *a patribus nostris* Lov. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Præter quam oram illi Punicas vagari classes dedecus esse imperii sui] *Præterquam quod oram illi suam* Hav. *præterquam per oram illi suam* Lov. 1. 4. Rec. et Gaertn. et ita etiam Voss. nisi quod *suas* præferat: *præterquam quod per oram illi suam* Flor. Ber. et Hafn. cum editis usque ad Froben. qui a. 1531. vulgatum primus recepit. Hinc *dedecus esse imperii duxerint* Ber. *dedecus sui duxerint* Lov. 1.

Eam nos nunc plenam Numidarum hostium ac Maurorum] Pal. 2. *eam nunc plenam hostium Numidarumque ac Maur.* Non inconcinne. *Gebh.* Potiores *plenam hostium Numidarumque ac Maur.* J. F. Gron. Eadem lectio mihi obvia fuit in Flor. et Hearnio in D. *hostium Numidarum ac Maur.* in Voss. Pronomen autem *nos* non adparebat in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N.

§ 7 *Tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Hannibalem lenti spectamus*] *Cadentem Romanæ mœnia coloniæ* Flor. a manu pr. *candentem* a manu sec. *sciebamus candentem mœnia* est etiam in Put. unde recte *scandentem mœnia* legit et edidit Crevier. quod etiam recepi: at litera initialis sibilans in eo cod. intercepta sit ab ultima præced. vocis; (vide ad XXX. 3. § 7.) vel male in initio præced. vocis scripta ad initium sequentis retrahenda sit. Vox *Romanæ* deest in Gaertn. Deinde *et Hann.* Flor. et Lov. 4. *etiam Hann.* Lov. 5. Tum *lecti spectamus* Voss. Harl. et Ber. *læti spectamus* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et edd. Moguntina priores: quomodo alibi haud raro lapsi sunt scribæ. Vide quæ notantur ad III. 26. § 12. Eleganter 'lenti spectare' dicuntur qui spectaculo non concitantur in iram, ejusque indignitate non commoventur vindictæ cupiditate. Ovid. Trist. II. 514. 'Scenica vidisti lentus adulteria:' ubi vide Burm. Pari modo 'lentus' dicitur, qui frigidus est in amore, nullo amore in vicem movetur. Ovidius Am. III. 6. 59. 'Ille habet et silices et vivum in pectore ferrum, Qui tenero lacrimas lentus in ore videt.' Paullo ante *sciebamus*, pro

ciebamus, quod in Put. esse modo ex Crevier. vidimus, similiter inveni in Voss. Lov. 1. 3. 4. et Harl. sed prima litera perperam ex fine vocis præced. repetita est. Vide ad xxxvii. 29. § 8.

§ 8 *Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum*] *Implorantium* Ber. Hafn. et Hav. Mox *nostram, quam D. invoc. opem* Lov. 4. Sed vulgatum præferendum puto, in quo placet variatio locutionis, quam Livius captavit, ' invocare nos,' et ' invocare opem Deorum.'

Pecorum more per æstivos saltus deviosque colles exercitum ducimus] Vet. lib. *calles*. Sic paulo post cap. 15. ' Prope inviis callibus ad dictatorem profugerunt.' *Sigon.* Non est dubium quin hunc Livii locum Nonius Marc. in mente habuerit in voce ' Calles :' ' Callis feminino genere. Livius lib. xii. ' Nisi pecorum modo fert angusto saltu per devias calles :' ' ita enim corrupte legitur, facili emendatione ex istis. Quod si est ; emendandum certe in Livio *deviasque calles*. Ne dubitare possis, in ed. J. Antonii Episcopi Aleriensis ad Paulum ii. Venetum anni CIↃ CCCCLXX. diserte est *calles*. At quod Nonius legisse videtur *angustos saltus*, in Livio veteri invenio *vestinos saltus :* an a Vestinis populis? an legendum *vestitos?* ' Vestinum ' sane ' saltum ' idem Livius nominat lib. x. *Lipsius*, Ep. Quæst. iii. 1. Primo Lipsius in vet. lib. pro *æstivos* invenit *vestinos*, unde ariolatur *vestitos*. Deinde expresse Pal. 1. *deviasque callis*, reliqui duo cum recensione Andreæ *deviosque callis*. Sic xxxvi. 16. habent Pall. *Timor incessit, ne quas per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus.* Uterque quoque xxxviii. 40. *Barbaris per calles notas occurrentibus*, assentiente vet. ed. *Gebh.* Put. Pet. melior, Reg. *modo*, et *deviasque callis :* quod utrumque et grammaticus antiquus notavit, ut olim Lipsius. *J. F. Gron.* Vide Salmas. ad Solin. p. 218. *Duk.* *Pecorum modo* Flor. Cant. Voss. Harl. et Ber. Vide ad lib. xxvii. c. 4. § 13. Deinde *deviosque callis* Lov. 4. Ber. Hafn. Hav. et multæ edd. vett. *deviasque callis* Flor. Cant. Voss. a m. pr. Lov. 5. Harl. Rec. et Hearnii Oxon. Et ita sæpius Livius, si Mss. credendum. Infra xxxi. 42. ' Per calles ignotas sequentibus eos hostibus in Ætoliam perduxerunt.' xxxvi. 15. ' Ne expediti quidem facile ullas ad transitum calles inveniant.' xxxviii. 2. ' Quidam per notas calles breviore via prægressi.' Ita varios codd. illis locis præferre, ibidem videbimus ; idque tanto magis recipiendum puto, quia Nonius loco a Lips. laudato auctor est, Livium sic frequenter loqui. Eodem epitheto ' calles ' insigniuntur xxxv. 30. ' Deviis callibus medio saltu se recipiebant :' ubi etiam ' calles ' et ' saltus ' junguntur, quemadmodum quoque xliv. 36. ' Per calles saltusque Macedonicorum montium vagando circumagatur.' ' Calles ' autem et ' colles ' in Mss. commutari, probabo ad xxxi. 42. § 8. Lipsii conjecturam Gruterus in prioribus edd. recepit ; quum autem in ultima operarum errore *deviasque colles* datum esset, Dan. Heinsius in Elzevir. iterum *deviosque colles* substituit.

§ 9 *M. Furius recipere a Gallis urbem voluisset*] Furii prænomen *M.* neque ego in ullo meorum codd. neque Hearnius in L. 1. D. et N. invenimus : exsulat etiam ab omnibus edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. inseruit. Qua vero auctoritate id fecerit, monere omisit. Præterea *recipere a Gallis vol. urbem* Lov. 4. et 5. *recipere urbem a Gallis vol.* omnes, quas vidi, edd. Aldina priores.

Nobis dictator unicus in rebus adflictis quæsitus] Vet. lib. *affectis.* Sigon. Pall. tres *in rebus affectis ;* neque dissentit aut vetus ed. aut Sigonius. Sic c. 8. ' In affecto corpore quamvis levis caussa magis, quam valido gravior,

sentitur.' Ibidem, 'affecta civitas.' vi. 3. 'Opem rebus affectis orantes:' ubi vide notas. Infra c. 60. 'Affectis fame viribus cum arma sustinere nequirent.' Sic forte legendum xxv. 37. 'Simul aut, si successisset cœptis, recepturum se affectas res.' Nam libri omnes *afflictas res*. Gebh. Non Sigonianus modo, sed et omnes nostri *affectis*. J. F. Gron. Similiter etiam omnes mei præter unum Lov. 4. Suos etiam omnes ita præferre, Hearne auctor est. Neque dissentiunt edd. Rom. 1472. ac Parm. Livium vero eam vocem hoc sensu sæpissime usurpasse, vidimus ad v. 18. § 4. et librarios contra 'adfectus' et 'adflictus' commutare solitos fuisse, probavi ad vi. 3. § 2.

§ 11 *Jussuque populi dictum, Veios allatus est nuncius*] Nusquam τὸ *nuncius* reperimus: quidam etiam clare *adlatum* vel *allatum*, ut et legit L. Valla. *J. F. Gron.* Primo τὸ *dictum* deficit in Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Hearnii D. atque L. 1. Deinde *Veios allatus est nuncius* Hav. *Veios nuncius allatus esset* Ber. *Veios nuncius allatus est* Hafn. *Velox rumor allatus* Lov. 3. *Velox allatus* Voss. 1. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. *velos allatus est*, a m. recentiori addita voce *nuncius*, Flor. *Veios allatus est* Hearnii Oxon. *Veios allatum* Lov. 5. Sed recte *Veios adlatum est* Gronovius emendavit. Ita sæpe 'adfertur,' 'adlatum est' simpliciter atque absolute ponuntur. iv. 45. 'Novos hostes Lavicanos consilia cum veteribus jungere, Romam est adlatum.' c. 55. 'Æquos prædatum extra fines exisse adfertur.' x. 45. 'Rebellasse Etruscos adlatum est.' xxii. 54. 'Romam ne has quidem reliquias superesse adlatum fuerat.' xxiii. 13. 'Ecquam denique mentionem pacis Romæ factam esse adlatum ad vos est.' xxiv. 1. 'Aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse adferebant.' c. 12. 'Postquam Hannibalem Arpis profectum adlatum est.' xxxiii. 48. 'Visum deinde Cercinæ eum tandem adlatum est:' et pluribus locis.

Allatum est, quum esset satis alium Janiculum, &c.] Vos sic: *Veios allatum esset S. C. statim venit Janiculum, ubi sedens*: quasi *venit Janiculum* possit dici, sicut 'venit homo Romam.' Sed nihil ex sententia intelligitis, quam vobis aperiam, *alium* mutato in *altum*: nam *Janiculum* non masculini generis est, sed neutri. Exprobrabant Fabio Maximo, qui cunctaretur, jactantes Camillum; qui, simul ac dictatorem se factum accepit, (quum satis altum esset Janiculum, unde sedens prospectaret hostem Gallum, sicut nunc e montibus Fabius hostem Pœnum,) non hoc ille fecit, sed in æquum planumque descendit. *Valla.* Stabilitur hæc Vallæ emendatio consensu priscæ ed. dissentientibus nostris codd. quorum tamen Pal. 1. ac 2. perperam ostendunt *velox allatus eum esset*. *Satis alium Jan. ubi sedens*: ut et Pal. 2. *Veios allatum esset senatusconsultum statim Jan.* Gebh. *Alium Jan.* etiam Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 5. *quum esset satis, alium Jan. adire* Lov. 3. *quum esset satis ad Jan.* Gaertn. Sed recte Valla *satis altum Jan.* Sæpe enim 'alius' et 'altus' commutantur. Vide ad xxxvii. 16. § 7.

Quæ nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios] *Quæ nunc busta Gallica* Lov. 1. Flor. Harl. Ber. et Gaertn. *quæ nunc Gallica busta* Lov. 4. et 5. *quæ nunc busta Gallorum* Hav. et edd. vett. Male: *qua* est 'qua parte.' Vide ad v. 37. § 7. De bustis Gallicis vide ad v. 48. § 3. Tum *postera die* Lov. 3. Vide ad i. 12. § 1. Deinde *circa Gabios* Hearnii N. Vide ad xxi. 48. § 6.

§ 12 *Ad Furcas Caudinas ab Samnite hoste sub jugum missi sumus*] Pall. tres *ad Furculas Caud.* Gebh. Put. Pet. tres Pall. Voss. *Furculas*. J. F. Gron. Similiter etiam omnes mei, et Hearnii codd. cum edd. Rom. 1471. ac Parm.

Vide ad IX. 2. § 6. et XXV. 6. § 10. Hinc *sub jugo missi* Rec. Utrumque dici vidimus ad III. 29. § 11. Vulgatum itaque, pro quo stant reliqui codd. servari æquum est.

Luceriam premendo obsidendoque, et lacessendo] *Prementes obsidendo* Voss. a m. pr. Lov. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii D. L. 1. et N. Quæ lectio ferri nequit. Non enim Samnites, quo tempore Papirius adversus eos profectus est, Luceriam premebant, sed eam in potestate habebant: *premens obsidendo* Voss. a m. sec. Lov. 1. et edd. antiqq. Sed vulgatum, quod reliqui codd. et inter eos optimi, servant, verius puto. Supra IX. 15. 'Consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent.' Est autem 'premere urbem' eam obpugnare, ad deditionem adigere obsidendo. Præterea *et lacerando* Hearnii N. qui etiam paullo ante omisit voculam *in*, quemadmodum ejusdem L. 1. voculam *utrum*.

§ 13 *Modo consuli Luctatio*] *Lutatio* ex Græcis et Capitolinis tabulis. Malim etiam ita legi, *Modo C. Lutatio*. Sic enim paulo ante dixit 'L. Papirius Cursor,' absque nomine magistratus; quem magistratum si nominasset, *C. Lutatio consuli* potius dixisset, ut semper alius. Sic alibi ad XXVIII. 16. § 14. ostendam *proconsul Scipio*, pro *P. Scipio*, esse mendose. Neque vero in hac re consulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet. 'C. Lutatium Catulum' intelligit, qui bello Punico primo confecto triumphavit. *Sigon.* Put. *Modo C. Lutatio*. Id est *Caio*, non *consuli*. J. F. Gron. *Modo*, hoc est ante XXV. annos. Gronov. Obs. IV. 18. *Duk.* *C. Lutatio* etiam Flor. a m. sec. Passim ita errarunt indocti librarii, ut prænominis *Caii* notam *C.* et vocem *Cons.* vel *consul* confunderent. Exempla vide ad III. 22. § 7. VII. 15. § 9. hoc lib. c. 39. § 6. XXIX. 24. § 5. XXX. 19. § 7. c. 22. § 4. XXXI. 49. § 7. XXXII. 2. § 7. c. 27. § 7. XXXIV. 57. § 3. et alibi. Similiter commutantur 'Cn.' sive 'Cnæus,' et 'con.' sive 'consul;' (vide ad XXI. 32. § 3.) 'P.' sive 'Publius,' et 'proconsul;' (vide ad XXVIII. 16. § 14.) Quod vero Sigonius nomen honoris nomini proprio 'semper' postpositum fuisse innuere videatur, id omnino verum non est. Tot enim passim exempla obcurrunt, unde contrarium patet, ut ea adferre tædio sit. Tuto etiam omitti possunt, quum quisque per se facile ea observare queat. De orthographia vocis 'Lutatius' vide ad Epit. Liv. lib. XIX.

Impeditam suo ipsam instrumento atque adparatu obpressit] Cum in V. C. sit *suo et ipsam instrumento*, fortasse legi poterit *suomet ipsam instrumento*. Ursin. Pall. duo, et vet. ed. *suo et ipsam*. Pal. 2. vero *imp. suomet ipsa instr.* Probe, modo legas *ipsam*, cujus vocis ultima litera a sequenti absorpta fuerat. *Gebh.* Alii *suo et ipsam*: unus e Pall. clare *suomet ipsam*. J. F. Gronov. *Suo et ipsam* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Ber. Harl. Hav. et edd. usque ad Froben. qui voculam *et* an. 1531. expunxit: *suomet ipso instrumento* Lov. 4. *suomet ipsam instrumento* Flor. Cant. et Voss. quomodo etiam Latinius legendum conjecit. Paullo ante *qui postero die*, pro *quod postero*, Lov. 4. 5. et Hav. Vide ad III. 58. § 7. *Quod postero quam hostem vidit* Ber. a m. pr. *quod postero die, quum hostem viderit* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 14 *Votis debellari credere posse*] *Debellare hostem credere* Pal. 2. *Gebh.* *Debellari hostem credere* Lov. 4. et 5. *debellare credere posse* Rec.

Armari copias oportet, deducendas in æquum] Put. Voss. et primæ edd. *et deducendas*. Lege *et deducenda res in æq.* Nisi malis *armes copias oportet, et deducas in æquum*. J. F. Gron. *Et deducendas* etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Ex editoribus autem Aldus locum asterisco notavit, Frobenius vero 1531. τὸ *et* primus expunxit. Et forte lectio tot codd. servari potest *oportet*

armari et deducendas [*esse*,] ut præsens et futurum jungantur; quod interdum fieri, vidimus ad IV. 33. § 4. Ita XXVII. 5. 'Non exspectanda comitia consuli censerent, sed dictatorem dici, et extemplo in provinciam redeundum.' Vel, si ea lectio displicet, minori mutatione legendum *armari copias oportet, et deducas in æquum.* Ut variaverit Livius regimen verbi, *oportet armari et deducas.* Vide ad XXXIX. 14. § 9. Et hæc lectio firmari posset ex eo quod verba sequentia exhibeant: *et vir cum viro congrediaris* Flor. Voss. Gaertn. et Hav. pro quo *et vir cum viro congrediatur* præfert Ber. *congrediatur* etiam est in Brancal. Latinii. Sed male. Nam 'vir congrediaris' dictum est eo modo, quo multa alia quæ inlustramus ad XXXII. 21. § 16.

Non his sensibus consiliisve, quæ timidi cauta vocant] Bene vetus liber *non his segnibus consiliis, quæ.* Lipsius, Epist. Quæst. II. 14. *Segnibus consiliis, quæ* est a Mss. Lipsii et Pall. Vulgata prior *non his sensibus consiliisve.* Grut. Paullo ante Pall. tres *Audendo atque agendo.* Gebh. Omnes nostri *Audendo atque agendo res Romana crevit, non his sensibus consiliisque.* Quod Lipsius dedit *segnibus consiliis*, etsi verum puto, non inveni nisi in margine Voss. *J. F. Gron.* Omnes non tantum Hearnii, sed etiam nostri *Audendo atque agendo*, nisi quod *Audendo atque augendo* sit in Flor. et Lov. 5. sollemni scribarum errore. Vide ad XXVII. 9. § 11. Infra hoc lib. c. 53. 'Audendum atque agendum, non consultandum in tanto malo esse:' antea editum fuerat *audendo agendoque.* Deinde *sensibus consiliisque, quæ* iidem Hearnii Oxon. et plerique meorum. Sed *sensibus consilii, quæ* Lov. 5. *sensibus consiliis, quæ* Flor. et Lov. 4. *sensibus aliis quæ* Cant. Lipsii codici, *segnibus consiliis, quæ* legenti, unum e suis secundas facere testatur Crevier.

§ 15 *Ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur*] Pal. 2. *evolvebantur.* Gebh. *Dicta ferociæ volvebantur* Voss. Lov. 3. Harl. Gaertn. et ed. Rom. 1472. Neque aliter fuerat in Flor. a m. pr. pro quo postea *dicta ferocia evolvebantur* emendatum est. *Dicta ferociter volvebantur* Ber. Hafn. Rec. et Hearnii N. Insuper paullo ante *continuanti*, pro *concionanti*, Flor. et Lov. 3. *continuati* Lov. 1. *concionati* Lov. 5.

Si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci prælaturos] Omnes libri *haud dubie non ferebant:* quod non probo. *Gebh.* Forte *ducem.* XXXVII. 59. 'Si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Annibali conferres.' XXVIII. 41. 'Nisi aut Amilcar Annibali dux est præferendus.' IX. 16. 'Quin eum parem destinant animis Magno Alexandro ducem.' *J. F. Gron.* *Si militaris suffragium res esset* Flor. Cant. Lov. 2. 4. et Rec. *si militaris suffragium esset res* Lov. 5. Hav. et Ber. a m. pr. *si militare suffragium res esset* Hafn. *si militaris suffragii esset res* Lov. 1. Harl. Gaertn. et edd. antiqq. Vulgatum rectum est. Infra hoc lib. c. 53. 'Negat consilii rem esse Scipio.'

CAP. XV. § 1 *Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus, prius ab aliis invictum animum præstans*] Ut ingenue dicam, quod hoc *ab aliis* referat, haud equidem intelligo. *Glar.* Neque ego certe: et, ut anus ad armillum, ad correctionem decurro, ac rescribo *prius a fabulis invictum.* Sententia quidem ista: sprevisse istum rumores, et, quod ipse Fabius Æmilio præcipit, 'adversus famam rumoresque hominum firmum stetisse.' Monemus etiam alibi esse *invictum animum præstat. Quamquam enim probe scit.* P. Ruben. Elect. II. 6. Elegans, ita me Deus amet, conjectura Rubenii *prius a fabulis invictum.* Sed poterat etiam abjici præpositio *prius fabulis invictum.* Dictum eo modo, quo Alexandro apud Curtium IX. 2. 'Olim, Hercule, fugissemus, ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent.'

Grut. Pall. tres *Fabius pariter inter suos haud minus, quam in hostes int. prius ab aliis in. an. praestat.* Gebh. Locus aeger: nam si τὸ *pariter* sanum, non bene additur *haud minus quam:* haec si integra, illud supervacuum est. Aut τὸ *pariter* ab his distinctione separandum, et ad aliam orationem referendum. Quid autem ibi *prius ab aliis?* P. Rubenius *a fabulis.* Fortasse, *Fabius pariter, in suos haud minus quam in hostes int., ab utrisque invan. praestat:* sic enim etiam, non *praestans,* omnes scripti codd. *J. F. Gron.* Planam orationem parva mutatio faciet, si scribas *Fabius acriter in suos haud minus quam in hostes int.* Adverbium junctum isti verbo habes in Praefat. 'Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum.' Reliqua XLIV. 36. 'Non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus erat consuli.' *Jac. Gron.* Τὸ *pariter* non quidem necessarium, nec tamen fortasse recidendum judicat Crevier. neque id magis ipsum obfendebat sequente *haud minus,* quam *potius* vel *magis* sequente comparativo; quum similes pleonasmi apud optimos scriptores non raro obcurrant. Si cui tamen id ut supervacuum displiceat, ejus loco cum Jac. Gronovio *acriter* legat. Mihi distinctio J. F. Gronovii satisfacit. *Pariter inter suos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. a m. pr. Gaertn. et priscae edd. pro quo jam Mediolan. 1505. recte *in suos* substituerunt. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Deinde *prius ab illis* datum est Paris. 1573. eamque lectionem recentiores reliqui servarunt: quam etiam Gronov. in priori ed. nott. sibi placere testatur, et exponit; nempe 'suis civibus.' Eamdem etiam probat Crevier. Neque ego mutare ausus sum, licet ita in nullo cod. invenerim; qui omnes servant *ab aliis,* nisi quod *ab iis* sit in Harl. Rubenii conjecturam probavit Freinshem. ad Curtii IX. 2. § 15. Insuper *animum praestat* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

Quamquam probe scit] *Quamquam qui probe scit* Pal. 1. *Gebh.* *Quam qui probe scit* Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *quamquam probe sciat* Hearnii N. Illud *enim,* quod Ruben. alibi esse testatur, nusquam inveni. Neque etiam necessarium puto. Est enim ex numero earum particularum, quas passim librarii interponere soliti sunt. Vide ad X. 39. § 4.

Sed etiam Romae suam cunctationem infamem esse] Traductis vocabulis omnes Pall. *sed jam etiam Romae infamem suam cunct. esse.* Gebh. Put. Pall. Voss. *sed jam etiam Romae infamem suam cunct. esse.* J. F. Gron. Particulam *jam* agnoscunt, excepto solo Hav. omnes quos consului codd. et cum illis Hearnii L. 1. et N. et quidquid est edd. usque ad Gruterum, cujus ultima eam expunxit. Sed male. Vide ad XXVI. 23. § 3. Trajectionem autem verborum firmant etiam Mss. quibus utor; nisi quod insuper *infamem cunct. suam esse* praeferat Ber.

Eodem consiliorum tenore aestatis reliquum extraxit] Et hic trajectis vocibus *tenore eodem cons.* legunt Flor. et Cant. *eodem tenore cons.* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *eodem consilio et tenore* edd. principes usque ad Ascensianam 1513. Deinde *aestimantis reliquae extraxit* Cant. et Voss. in contextu. *Existimandi reliqua extrahit* Lov. 2. *aestatis reliquam* Ber. *aestatis reliqua* Hav. Male. XXVII. 20. 'Reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumsit.' Ita 'reliquum noctis' II. 64. 'reliquum diei' III. 62. et XXV. 38. 'reliquum anni' III. 72. et XXX. 24. 'reliquum tempestatis' XXX. 39. et similia passim.

§ 2 *Destitutus ab spe summa appetiti certaminis, jam hibernis locum circumspectaret*] *Ab re summa oppetiti cert.*

jam hibernis locum spectaret Pall. *Gebh.* Falsum: nam dum Fabius imperator ad exercitum fuit, spem certaminis vix ullam Pœnus habuit. Pall. et Voss. *oppetiti.* Put. *ab spe summoppetiti.* Significat *ab spe summopere petiti.* J. F. Gron. *Ab spe summa oppetiti* Flor. a m. pr. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. *ab spe appetiti* ed. Rom. 1472. et Parm. Reliquæ, quas vidi, vulgatum præferunt. Gronovii conjecturam verissimam esse puto. Deinde *locum spectaret* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii N. et editi ante Aldum. Verum primas syllabas ultimæ vocis *circumspectaret*, sive *c̃cumspectaret*, intercepit ultima præcedentis: *locum inspectaret* legit Ber.

Et consita omnia magis amœnis, quam necessariis fructibus] Abest a veteri *magis:* optime. *Lipsius*, Epist. Quæst. v. 23. Pall. tres *magis* defensitant; ex quibus Pal. 1. *et consiliata omnia:* Pal. 3. *et conciliata*. Gebh. *Magis* abesse potest sine damno sensus. Vide ad Livii XXVII. 20. § 9. Hic tamen omnes codd. id defendunt. *Magis omnia* legit Gaertn. Præterea *consilia*, pro *consita*, Flor. et Cant. *consiliata*, cum ed. Ven. 1495. ac paucis aliis, Voss. et Hearnii N. quorum tamen codicum prior, tribus literis expunctis, *consita* præfert a m. sec. alter id in margine adscriptum servat. *Consimilia* Lovel. 5. *vatilata* Gaertn. *conciliata* Lov. 3. Rec. Hearnii D. et reliqui typis descripti ante Moguntinos: *conferta* Hearnii L. 1.

§ 3 *Hæc per exploratores relata fama Fabio*] Vox *fama* extorris est bonis libris, et additamentum haud dubie correctorum. Scribe *Hæc per exploratores res relata Fabio. Quum satis sciret.* Perinde est quasi dixisset *Qui quum satis sciret.* Solere autem Livium compendifacere id pronomen, cum aliunde, tum ex principio operæ nostræ ad I. 1. § 11. meministi. Lib. XXIII. c. 7. 'Hæc (neque enim occulte gerebantur) quum relata Hannibali essent.' *J. F. Gron.* Lectio, quæ in capite adnotationis Gronovianæ exstat, visitur in ed. Curion. et paucis aliis. Vox *fama* non adparet etiam in Flor. Sed *Hac per expl. relata fama Fabio* legunt Lov. 4. et Ber. quomodo vulgo in reliquis excusis editum fuit usque ad Gronovium, qui inde in prima ed. nott. conjiciebat *Hoc per expl. relato, Fabius quum satis sciret.* Cui refellendo inserviunt quæ de omisso pronomine in curis secundis notavit. In altera ejusdem Gronovii conjectura aures obfendit ter repetita syllaba *exploratores res relata.* Veriorem puto optimorum codd. lectionem *Hac per expl. relata Fabio. Quum satis sciret.*

Calliculam montem et Casilinum occupat] *Balichanum montem* Hearnii L. 1. *Gallicanum montem* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et edd. antiqq. *Gallicum montem* Voss. in marg. *Calicanum montem* Rec. *Calliculam montem* primus Froben. 1535. substituit. De hoc monte vide Cluver. Ital. Ant. IV. 5. 1172. et Camill. Peregr. Campan. Felic. II. 32.

§ 4 *Falernum a Campano agro dividit*] Put. Pet. melior *Campanum.* Scribe *Falernum ac Campanum agros dividit.* Ut etiam A. Rubenio visum. *J. F. Gron.* *A Falerno a Campanum agro dividitur* Flor. a m. pr. *a Falerno ac Campano agro dividitur* a m. sec. *dividitur* etiam Cant. Reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod *dividit agro* præfert Ber. Gronovius ipse in prima ed. notarum legendum conjicit *Fal. ac Campanum agrum dividit.* Mox *cum ccc^tis^ equitibus* Ber. et Hafn. Deinde *Mancinio* Flor. et Harl.

§ 5 *Juvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum*] *Juvenum audientiumque* Lov. 3. Deinde perperam Puteaneum hic *magistratum equitum* præferre, auctor est Gronov. ad XXIV. 25. § 2. quem erro-

rem alii librarii interdum alibi commiserunt. Vide ad VI. 28. § 4. et dicto lib. XXIV. 25. § 2. Mox *exploraretur* Voss. Lov. 1. Ber. et Hafn. *exploraret* Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi usque ad Aldum, qui, consentiente Flor. aliisque, substituit *specularetur*, ex cujus expositione alterum natum est; nisi sit ex præcedenti *exploratoris*.

Ubi vagos passim per vicos Numidas vidit] Deest vox ultima Put. Pet. utroque, Reg. Men. immo et editis ante Moguntinum. Nec profecto desideratur: sensus enim: ubi non modo hoc fecit, cujus ergo missus erat, ut specularetur hostem ex tuto, sed etiam paucos per vicos passim vagantes Numidas per occasionem occidit. *J. F. Gron.* Τὸ *vidit* exsulat etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod licet non desiderari judicet Gronovius, quomodo tamen commode deesse possit, non video. Præterea *per vices* Lov. 4. *per vias* editi ante Aldum.

§ 6 *Exciderunt que præcepta dictatoris*] Male Pal. 1. *exciderant*. Sic in Propertio legendum monui Eleg. IV. 7. 15. 'Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburæ.' Pal. 3. sine copula *exciderunt præcepta dictatoris*. Gebh.

Qui, quam tuto posset, progressum prius recipere sese jusserat] Pal. 1. *qui quantum tute posset progressu prius recipere*. Pal. 3. *qui quantum tute progressu prius recipere se jusserat*. Pal. 2. tantum mutat *quam* in *quantum*. Gebh. Legendum arbitror *qua tuto posset*. Rectius vetusta ed. Joh. Andreæ *quantum tuto*. Freinshem. ad Curtii IX. 10. 3. Put. *quem*. Sed tres Pall. et Voss. *quantum*, ut conjiceret quivis. *J. F. Gron.* Frustra Freinsh. *qua tuto posset*. Duk. *Quantum tuto posset* Lov. 1. 4. 5. Gaertn. Harl. Hav. omnes Hearnii Oxon. et editi ante Aldum, qui *quam* male substituit. Non tam enim tutissime, sed longissime, verum tuto simul, progredi jussus erat. *Quantum posset*, omissa voce media, male Brancal. Latinii. Præterea male etiam *progressu* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Brancal. Latinii. Mox *in conspectu hostium veniret* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. et Gaertn. Vide ad XXXV. 27. § 4.

§ 7 *Ad castra prope ipsum, &c. pertraxere*] Probo quod reperi in Pall. 1. ac 3. *pertrahere*. Gebh. Non aliter etiam præferunt Flor. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Eamdem lectionem sibi quoque obviam fuisse in Put. Pet. Reg. et Men. testatur Gronov. ad VI. 27. § 10. Paullo ante *obcursantes fugientesque*, pro *refugientesque*, erat in Lov. 5. Male. Infra XXXV. 11. 'Numidæ adequitare, dein refugere, sed propius saltum paullatim evehi.'

§ 8 *Quum prius, quam ad conjectum teli veniret, avertisset hostem*] *Ad jactum teli veniret, advertisset hostis* Pal. 2. *Gebh.* *Quam invectum teli veniret* Flor. a m. pr. *quam ad jactum teli* a m. sec. Utrumque Livio in usu est, 'conjectus teli' et 'jactus teli.' De priori vide ad II. 31. § 6. de altero ad XXVI. 40. § 10. Quum autem ex reliquis Mss. nihil notetur, optimi codicis interpolatori credere periculosum puto. Vox *teli* deficit in Cant. *adveniret* præferunt Lov. 4. 5. et Hearnii L. 4. Deinde *avertisset hostis* Flor. *avertisset hostes* Cant. In præcedentibus scripsi *Karthalo*, pro *Cartalo*, non tantum hoc loco, sed etiam XXV. 17. § 7. Certe *Carthalo* editur hoc lib. c. 58. § 7. neque aliter plerique codd. scribunt XXVII. 16. § 5. ubi vide. Tum vox *invectus* omittitur in Ber. In seqq. vero inversis vocabulis *quinque ferme millia* Flor.

§ 9 *Mancinus, . . . nec spem vidit effugiendi*] *Mancinius* Harl. Vide ad § 4. Deinde Hearnii D. N. a m. pr. et edd. ante Aldum.

§ 10 *Itaque ipse et delecti equitum*

circumventi occiduntur] Livius solet dicere *Itaque et ipse et delecti*. J. F. Gron. *Delecti equites* Lov. 3.

Ad dictatorem perfugerunt] *Profugerunt* Voss. Ber. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 57. § 2. *Confugerunt* Hearnii D. *refugerunt* edd. ante Aldum.

§ 11 *Missum ad firmandum præsidio saltum, qui super Tarracinam*] *Ad firm. præsidium saltus* Voss. et Lov. 1. *ad firm. præsidium saltum* Cant. *ad firm. saltum præsidium* Gaertn. *ad firm. præsidium in saltum* Hearnii N. *ad firm. præsidii saltum* ejusdem L. 1. *ad firm. præsidiis saltum* Lov. 4. 5. Hinc *supra Tarracinam* Lov. 5. Vide ad XXIII. 36. § 6. *Sub Tarracinam* Ber. *super Taracinam* Lov. 4. *super Terracinam* Harl. Hav. et Hearnii Lov. 1. *super Teracinam* ejusdem Hearnii D. Vide ad IV. 59. § 4.

Ne inmunito Appiæ limite Pœnus pervenire in agrum Romanum posset] Est novitium. Put. *ne adminuisse Pœnus Appiæ limite*. Nec differunt antiquiores alii. Scribe, *ne ab Sinuessa Pœnus Appiæ limite pervenire in ag. Rom. posset*. Sinuessanum agrum circumcirca tenebat Pœnus. Ideo superius c. 14. 'hostesque sub oculis erant, Falernum agrum colonorumque Sinuessæ tecta urentes.' Illustrat Strabo v. 233. Ἑξῆς δ' ἑκατὸν σταδίοις τῷ Κιρκαίῳ Ταρακίνη ἐστί. Ἐνταῦθα δὲ συνάπτεται τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ Ἀππία ὁδὸς, ἐστρωμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντησίου, πλεῖστον δ' ὁδευομένη τῶν ἐπὶ θαλάττῃ πόλεων τούτων ἐφαπτομένων μόνον, τῆς τε Ταρακίνης, καὶ τῶν ἐφεξῆς Φορμίων, καὶ Μιντούρνης καὶ Σινουέσσης, καὶ τῶν ἐσχάτων Τάραντός τε καὶ Βρεντησίου. Et infra: ἡ μὲν Ἀππία τὰ πρὸς θάλατταν ἀφορίζουσα μέρη τῆς Λατίνης μέχρι Σινουέσσης. J. F. Gron. *Ne adminuisse Pœnus Appiæ limite pervenire* etiam Flor. et Cantabr. Reliqui codd. nihil mutant, nisi quod *ne immutato Appiæ limite pervenire* sit in Lov. 1. *ne immunito Arpino limite Pœnus pervenire* in Lov. 3. *ne in munito Appiæ limite Pœnus pervenire* Hav. et Hearnii L. 1. *ne admunito* ejusdem N. *ne inmiavico* in margine. Si non vera, certe verisimillima est sagacissimi Gronovii conjectura.

§ 12 *Castra in viam deferunt*] Pal. 2. exhibet *castra in via differunt*. Male. Infra c. 24. 'Castra, quæ in monte alto ac tuto loco posita fuerant, jam in planum deferuntur.' *Gebh.* *In viam defecerunt* Cant. Pariter 'deferre ædes in planum' dixit II. 7. Vox *castra* deest in Lov. 3.

CAP. XVI. § 1 *Quod viæ inter bina castra erat, agmine complevere*] *Quot viæ inter bina castra erant* Lov. 3. *quot viæ* etiam Hafn. et Gaertn. Vide ad XLIV. 1. § 1. Vox *erat* non adparet in Hav. ut nec sequens *agmine* in Ber. *cum agmine complevere* legit Lov. 1.

§ 2 *Cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem raptim et procursando*] Vet. lib. *cum exp. eq. ad lacess. hostem carptim*: ut sit sensus, Pœnus cum equitibus ad lacessendum carptim hostem paratis successit. Itaque procursando recipiendoque sese pugnarunt. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *cum exp. eq.* (Pal. 3. *militibus*) *atque ad lacess. hostem captim et procurando* (Pal. 3. *procurrendo*) *&c.* Pal. 2. *successit tamen Pœnus cum exp. eq. usque ad lacess. hostem carptim, Pœni et procurrendo, &c.* Gebh. Put. et Pet. melior *captim Pœni et procurando*. Voss. *captim ex procurando*. Duo Pall. *captim et procurando*: ex quibus alter *procurrendo*. Pet. alter, Reg. Pal. 2. *carptim Pœni et procurando*. Lib. XLIV. c. 41. 'Si carptim aggrediendo circumagere immobilem longitudine et gravitate hastam cogas.' Aliud latet. Scribe, *atque ad lacess. hostem capti impetus, et procurrendo recipiendoque sese pugnavere*. Ut c. 5. Nusquam reperi Sigonii *equitibus ad lacessendum hostem carptim*. J. F. Gron. Neque id ego usquam reperi. *Cum exp. equitibusque ad lacess.* Flor. *cum exp. equitibus-*

que atque ad lacess. veteres libri apud Salmas. de Milit. Rom. c. 17. p. 1410. quam lectionem probat, et *expeditos* accipit pedites levium armorum. 'Expediti' simpliciter, non addito nomine, ut XXXVIII. 4. 'Cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus.' Junguntur autem 'expediti milites' et 'equites' XXX. 9. 'Lælium Masinissamque cum omni Romano et Numidico equitatu expeditisque militum mittit:' et apud Cæsar. B. Civ. III. 75. 'Huic suos Cæsar equites obposuit, expeditosque antesignanos admiscuit sexcentos.' Quum tamen procursando recipiendoque sese milites Hannibalis pugnaverint, idque magis equitibus, quam peditibus convenire videatur, vulgatum non mutandum puto. Et certe 'expediti equites' memorantur hoc lib. c. 55. 'Censuit equites expeditos et Appia et Latina via mittendos.' Nec probanda est Rec. et Gaertn. lectio *expeditis militibus.* Sæpius enim librarii has voces commiscuerunt. Vide ad X. 29. § 10. Deinde *captim et procursando recipiendoque* Lov. 1. *captim ex procursando recipiendo* Ber. a m. pr. *carptim procurrendo recipiendoque* a m. sec. quod etiam exstat in Hearnii N. *captim et procurando recipiendoque* Harl. *raptim et procurando recipiendoque* Hafn. *raptim procurando recipiendoque* Hearnii L. 1. *carptim et procurrendo recipiendoque* Lov. 3. et Gaertn. *raptim et procurrendo recipiendoque* Lov. 4. 5. et Hav. *carptim Pœni et procursando recipiendoque* Flor. Gronovii conjectura haud displicet, nisi quod *procursando* retineri malim. *Procurrendo* enim non nisi in paucioribus, iisque levioris fidei codd. superest. Reliqui partim servant *procursando*, ex cujus, utpote minus obvii, expositione alterum illud natum est, partim legunt *procurando*, unde minori mutatione fieri potest *procursando*, quam *procurrendo.* Livius autem 'procursare' etiam alibi utitur. Infra XXVII. 2. 'Per aliquot dies quum ab stationibus procursaretur.' XLII. 65. 'Ubi ordines procursando solvissent.' Sed maxime huc facit locus ex III. 61. 'Latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque:' ubi male Sigonii codicem *recursantesque* legere, quasi id requireret præcedens *procursantes*, ex hoc loco patet. Ceterum *pugnare*, pro *pugnavere*, Lov. 3.

§ 3 *Ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere*] Hæc verba desunt in Voss. Lov. 1. 3. 5. Hav. Hafn. Hearnii L. 1. et edd. vetustioribus: *septingenti hostium* est in Rec. *DCC*[ti], vel *VII*[c]. *hostium* in Ber. Gaertn. Hearnii N. et ed. Mogunt. quæ prima hæc verba in contextum recepit, pro quo *DCCC.* est apud Aldum.

§ 4 *Inclusus inde videri Hannibal, et ad Casilinum obsessus*] Pal. 2. *Inde incl. vid. Annibal, ut ad Cas. obsessa cum Capuam, &c.* Pal. 2. *ut ad Cas. obseptum iter vidit.* Pal. 3. *ut ad Cas. obsessa ut Capuam, &c.* corrupte. *Gebh.* Put. *uiad Cas. obsessa.* Unde alii quoque boni *ut ad Cas. obsessa.* Repone *via ad Cas. obsessa.* Nam sequitur mox, 'quum per Casilinum evadere non posset, petendique montes.' Ita Put. et quidquid tractavimus scriptorum, præter Men. Voss. et Pall. unum, in quibus *petendumque*, quod e suo proposuit Lipsius. *J. F. Gron.* Dubito oportueritne scripturæ codicis Puteanæi *uiad Cas.* litera interjici, et sic reponi [*via ad Cas.*] an verius deleto τῷ *d* scribi *via Casilinum;* quod genus loquendi sæpe corruptum, amatum tamen doctissimis veterum, et Livio etiam. Hoc lib. cap. ult. 'Romam adventus:' ubi vide. XXXII. 15. 'Iter a Gomphis Ambraciam.' XLII. 63. 'Operibus oppugnatio.' *Jac. Gron.* *Inde inclusus videri Hannibal* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. et Hav. *Inde inclusus Hannibal videri* Lov. 3. et Gaertn. Tum *et ad Cas. obsessa* Lov. 3. *ut Cas. obsessa* Voss. *ad Cas. obsessa* in margine: *ut ad Cas.*

obsessi Gaertn. *ut ad Cas. obsessus* Ber. et Hav. *ut ad Cas. obsessa* Flor. Cant. Lov. 1. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. D. et N. a m. pr. *ut ad Cas. obsessa via* a m. sec. quæ omnia persuadent, ut *via ad Casilinum* cum patre Gronovio verius putem, quam, quod Jac. Gronovio placebat, *via Casilinum:* licet tamen posterius illud genus loquendi elegans et alibi a Livio usurpatum esse confitear.

Romanis commeatus subveheret] *Subveherent* Voss. quod admitti posset, si plures codd. consentirent. Paullo ante *et Samnium ab tergo et tantum divitum sociorum* Ber.

Pœnus contra intra fortunæ minas saxa ac Linterni hærenus stagnaque perhorrida situ] Quod *saxa Linterni* dicas, ratione caret: palustri enim loco est id oppidum. Inde igitur *Formiana saxa* verior sit lectio, ut legatur *inter Formiana saxa et Literni arenas.* Nam non procul inde Formiæ sunt: et Præneste inde procul est, ubi Fortuna colebatur. Cæterum saxa montium, arenæ, et stagna non sunt 'fortunæ minæ,' sed 'naturæ.' *Sabell.* Vet. lib. et Græci *Literni.* Sigon. Pall. tres, *Pœnus hinc inter fort. minas saxa ac Liternæ arenas.* Gebh. *Pœnis tunc inter Fort. minas saxa ac Liternæ arenas* Flor. *Pœnus tunc inter Fort. minas saxa ac Liternæ arenas* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii N. et L. 1. *Pœnus tunc contra Fort. minas saxa a Liternæ arenas* Lov. 4. *Pœnus inter Fort. minas saxa ac Linternæ arenas* Harl. *Pœnus tunc intra Fort. minas saxa ac Licternæ arenas* Lov. 1. 3. Voss. et Ber. a m. sec. *Pœnus contra intra Fort. minas saxa ac Linterni arenas* Cant. et Ber. a m. pr. neque inde differunt Hafn. et Hav. nisi quod prior omittat vocem *saxa*, posterior legat *Liturnæ.* Sabellicum recte hunc locum integritati restituisse arbitror. *Inter* igitur, pro *intra,* ut adhuc editum est, recepi, tot codd. consentientibus; quod et ex ingenio reponendum vidit Crevier. Ceterum semper *Liternum* scribendum, ac demum posterioris ævi grammaticos exscriptoresque nomen hujus oppidi apud plerosque auctores Latinos in *Linternum* corrupisse, quasi nomen a 'lintribus' deduceretur, docuit Cluver. Ital. Ant. IV. 2. 1097. Vide etiam Sigonium ad XXIII. 35. § 5. et Nic. Heinsium ad Silii VI. 654. Hanc orthographiam quum viri docti in seqq. Livii libris probarint, eamdem etiam hic recepi. Deinde *stagnaque per loca horrida situ* Ber. invitis omnibus reliquis. Mox *hibernaturus erat* Lov. 3.

§ 5 *Petendique montes et jugum Calliculæ superandum esset*] Scriptus liber *petendumque montes:* et id mea fide germanum esto. Simile illi Virg. Æn. XI. 230. 'pacem Trojano ab rege petendum:' et exempla in Lucretio, Varrone, et crebro in Tertulliano obvia. *Lipsius,* Epist. Quæst. III. 1. Succinit Lipsio Pal. 1. neque aliter vet. ed. Sed Pal. 3. *petendoque monte.* Gebh. Ex meis etiam Lipsio favent Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. præterea Hearnii L. 1. et priscæ edd. usque ad Mediol. 1505. quæ *petendique montes* præfert, concinentibus Flor. et Cant. Eamdem lectionem in Putean. superesse monet, atque alteri præfert Gronov. ad § præc. et recte. Quamvis enim proba sit locutio 'petendum montes,' et apud optimos scriptores sæpissime obcurrat; eam tamen etiam Livio in usu fuisse, nondum constat. Vide ad VI. 35. § 2. Deinde *jugum Gallicum* Voss. et Lov. 1. *jugum Galliculum* Lov. 3. *jugum Galliculæ* Ber. et Harl. *jugum Catticulis* Hav. *jugum Caligulæ* Gaertn. Vide ad c. 15. § 3.

§ 6 *Ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum hostem commentus*] *Speciem terribilem* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hafn. Tres priores voces deerant in Gaertn.

§ 7 *Arida sarmenta præligantur cor-*

nibus boum] Pal. 1. *postliganturque*. Pal. 2. *perligavit*. Gebh. *Aridisarmentis* Flor. Tum *præligantque* Voss. *præliganturque* Flor. *colligantur* Hav. 'Deligare' in hac historia utitur Quinctil. Inst. Orat. II. 17. 'adligare' Auct. Epit. hoc lib. 'religare' Silius Ital. VII. 314. ubi *sarmenta*, qua etiam voce Silius usus est, proprie de ramis vitium usurpari, eoque sensu accipi posse dixi, quia Hannibal agebat in Campania, ubi plurima erant vineta. Addidi insuper, eamdem vocem etiam de aliarum arborum ramis adhiberi, quo sensu potius nunc capio propter Polyb. III. 93. qui memorat λαμπάδας ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδάπης ὕλης.

§ 8 *Super saltus ab hoste insessos*] Vet. lib. *super saltu ab hoste insesso*. Recte. Nam paullo ante dixit c. 15. 'Minucius se conjunxerat Fabio ad firmandum præsidio saltum.' Item c. 17. 'Qui ad transitus saltus insidendos locati erant.' Saltum vocat Polybius III. 93. τὰ στενὰ, id est, *angustias*. Sigon. Pall. duo *super saltu ab hoste insesso*: quod Sigonius apprime probat. Sed non grammaticis conveniet; quippe dixisset Livius *super saltum ab hoste insessum*. Pal. 2. *super saltus ab hostibus insessos*. Mox cap. seq. *Ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes* numero multitudinis dixit. *Gebh*. *Super saltus ab hoste insesso* est in Harl. Gaertn. et Hearnii D. errore ex ignorantia librariorum orto, cujus caussam vide ad VI. 3. § 8. In similes codd. mendose exaratos incidentes nasutiores scribæ dederunt *super saltu ab hoste insesso*; quæ lectio non tantum exstitit in Sigonii vet. lib. sed etiam in Hafn. et Rec. At recte vulgatum præfert Gebhardus, quod etiam reliqui codd. et inter eos optimi tuentur. Insuper *ab hostes* est in Flor. quod recenti manu mutatum est in *ab hostibus*. Paullo ante *Hannibalique* Cant. Sed Polyb. etiam 'Ασδρούβαν vocat III. 93.

CAP. XVII. § 2 *Datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes*] *Datum, ut acc. corn. armentum in adv. concitaretur montes* Lov. 3. *datum* etiam Harl. *armenta aut id in adversos* Flor. Paullo ante τὸ *est* exsulat a Lov. 1.

Calorque, jam ad vivum, ad imaque cornuum adveniens] Pall. tres *ad vivum diu ad imaque*. Gebh. Omnes veteres *ad vivum divatimaque*. An *ad vivum citimaque?* J. F. Gron. Ex *divatimaque* in tres voces diviso *diu ad imaque* datum est in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Harl. aliisque pluribus meis, ut et Oxon. Hearnii, nisi quod in N. *diu* a m. altera deleatur. Inde tamen neque cum Gronovio *ad vivum citimaque*, vel, ut in prima ed. notarum conjiciebat, *ad vivum extimaque*, neque cum Doujatio *ad vivum intimaque* scribendum conjicio, sed potius lectionem illam hinc ortam arbitror, quod librarii duplicem scripturam *vivum* et *viva* in exemplari notatam invenerint, eamque hoc modo jungerint *ad vivum viva ad imaque*. Vulgatum itaque verum, nihilque mutandum puto. Vocula *jam* deficit in Ber. et Hafn.

§ 3 *Ardere: carptim quærit atque ratio excitans flammam*] Vos sic emendatis, *ardere cœperunt, excitataque flamma*: in quo grammaticæ ratio non constat. Ego accipio *ardere* pro 'ardebant:' ut intelligatis, mihi, non vobis, hoc genus sermonis notius. Emendo sequentia *capitumque inquietatio excitans flammam*. Erant enim boves, quorum capita alligatæ cornibus faces dolore fatigabant. *Valla*. Hæc omnia sunt in Pall. 1. ac 3. fœde corrupta: *ardere captum: querit aquæ ratio excitans flammam*. Pal. 2. *ardere cœperunt: excitataque flamma*. Prisca ed. *ardore carptim correpta: quæ concitatio excitans flammam*. Gebh. Pet. melior, et optimus Flor. *captumquæritaquæratio*. Putean. *captumque rita quæsatio*. Cæterorum lectiones

adscribere piget: nihil est enim monstrosius. Ex illa autem antiqua scriptura nihil exit commodius, quam *capitumque irrita quassatio*. Dum nempe frustra excutere ignem moliuntur. Silius in eadem parte historiæ VII. 353. 'et quassantibus ægra Armentis capita.' Livius VIII. 7. 'Quum equus prioribus pedibus erectus magna vi caput quateret.' Plinius VIII. 18. 'Irrita feritas sævit in litore.' *J. F. Gronov.* Nisi nullo addito apice prætuleris *capitumque cita quassatio*: ut XXXIII. 48. 'Via cita.' XXVI. 15. 'Eques citus.' *Jac. Gron.* *Carptim correpta: quæ ratio* edd. Rom. 1472. et Parm. *captum quæsitaque ratio* Cant. *captumque sitaque ratio* Flor. a m. sec. (quam enim Gronov. profert, primigenia lectio est) *captum quæritant quæ ratio* Lov. 1. *ceptaque itaque vexatio* Lov. 3. *cæptum quæsitaque ratio* Lov. 4. quæ lectiones (reliquas enim longius aberrantes referre nihil adtinet) proxime accedunt ad eam quam Jac. Gronovius ex Putean. vestigiis eruit. An tamen ea vera sit, in tanta scripturæ varietate adfirmare non sustineo: quin mentem vero Livii exprimat, non dubito. Ceterum Ant. Perizon. ad marginem Livii notarat, forte Livium scripsisse *ardere visa*. Præterea *excitans flammas* Harl. qui etiam mox vocem *passim* non agnoscit.

§ 4 *Qui ad transitus saltus insidendos locati erant*] Put. *ad transitum s. insidendum*. J. F. Gron. *Ad transitum saltus insidendos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. errore scribarum, qui *saltus* casu quarto numero plurium capiebant, eique vocem proximam convenire debere putabant. Vide ad VI. 3. § 8. quod quum alii ferri non posse viderent, *ad transitum saltusque insidendos* datum est in Lov. 3. vel *ad transitus saltus insidendos*, ut præfert vulgata, concinentibus Lov. 5. Hav. et, præter plures alios, Ber. a m. sec. qui vocem *insidendum* ignorabat a m. pr. *ad transitum saltus insidentes* legit Hafn. *ad transitum saltus insidendum* Hearnii L. 1. Doujatius vulgatum præfert, quia plures haud dubie potuerunt ejusdem 'saltus' esse 'transitus,' neque in longo montium tractu, qualis hic, unus tantum esse aditus aut transitus solet. Me tamen potius integerrimi cod. auctoritas movet. Mox *in summis montium*, pro *montibus*, Lov. 4. quod ad seqq. verborum exemplum formatum puto, ubi est *summa montium juga*.

Circumventos se esse rati] *Se rati esse* Lov. 5. Tò *esse* exsulat ab Hearnii N.

Qua ingens emicabat flamma] Scilicet, si Herculem Œtæum agere vellent. Omnes hic codd. corrupti, levissime Put. cujus scripturam librarii adsecuti non sunt. In eo erat a m. pr. *quamnim densemicabant flammæ*. Super secundum *M* manu secunda positum erat *NG*. quod antiquiores alii sunt sequuti: nam Pet. ille melior *quam ingens micabant flammæ*. Sed improbus iste corrector fuit: faciendum enim fuerat, *qua minime densæ micabant flammæ*. Sic lib. XXXI. c. 8. 'Ut quisque minime multa stipendia haberet.' Cicero Verr. I. 'Quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent.' Cæsar Gall. II. 33. 'Qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur.' Columella I. 6. 'Pedes decem vel minime novem.' Forsan et *velut tutissimo itinere*. J. F. Gron. Livius I. 25. 'minime gratum spectaculum.' Hoc lib. cap. 57. 'minime Romanum sacrum.' c. 58. 'minime Romanum ingenium.' Mox *velut* deficit in Voss. et Lov. 1. *juga* in Lov. 4.

§ 5 *Tum in quosdam boves palantes a suis*] Pal. 1. *tamen in quosdam boves palatos*. A Pal. 2. abest *τò tum*. Pal. 3. *tandem in quosdam boves palantes*. Gebh. Meliores *tamen in quosdam*

boves palatos ab suis. J. F. Gron. *Tamen in quosdam* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Hafn. et Ber. quod recte Gronov. recepit. Passim *tñ*, sive *tamen*, et *tũ*, sive *tum*, ob ductuum adfinitatem in membranis vetustis commutantur. Vide Rivium ad Terent. Ad. II. 2. § 8. Si exempla hujus erroris, quæ ex codd. Livii notavi, congerere vellem, lectori molestus forem. *Tandem in quosdam* Rec. Vide hoc lib. ad c. 2. § 11. Sed prima vox omittitur in Lov. 4. et 5. Deinde *palatos* omnes, quibus utor, codd. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad I. 11. § 1. Mox *adtoniti extiterunt* Lov. 3. *constiterunt adtoniti* Ber.

§ 6 *Cum multo maximoque strepitu concitant se in fugam*] Mirum, si Orbilius hoc *cum multo maximoque* inultum sineret. Certe non sic Latini. Dico truncam vocem esse, legendumque *cum tumultu maximoque strepitu:* sive placet *tumulto*, antique. Ut enim vulgo scriptores *tumulti*, item *tumulto* dicebant. *Lipsius*, Ep. Quæst. III. 1. Sic quidem [*cum multo maximoque strepitu*] libri omnes nostri. Accedendum tamen censeo sagacissimo Lipsio. Mox Pall. tres *levi quoque armaturæ*, Gebh. Lipsius conjicit *cum tumultu maximoque strepitu:* sed cum 'strepitus' ille nullus compareat in melioribus libris, cum Put. et Pet. *cum majore multo concitant;* reponi visum est *cum majore metu concitant*, ut Regius reddiderat. Quia ergo *leviquoque* habent omnes libri, non *levique*, ut cohæreat oratio, sic legi debet: *tum vero insidias rati esse, dum majore metu concitant se in fugam, levi quoque arm. host. incurrere.* J. F. Gron. *Tum pro maximoque strepitu* Lov. 4. *tumultu maximoque strepitu* Lov. 5. *cum majore multo concitant* Flor. Gronovius in prima ed. notarum conjecerat *cum majore tumultu*, vel *cum majore motu concitant.* Mox *levi quoque* omnes etiam mei, et Hearnii codd. Vide ad V. 27. § 1. Id quum Gronov. in contextum receperit, ne male cohæreat oratio, etiam *dum*, pro *cum*, ex ejus conjectura admittendum putavi; præsertim quum passim has voculas confundi, dictum sit ad I. 40. § 7. Paullo ante *demum*, pro *deinde*, erat in Lov. 4. Vide ad XL. 22. § 1.

§ 7 *In agro Allifano posuit castra*] *In agro Albano* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus tamen posterioris margini *Alifano* adscriptum est. *In agro Olipano* Gaertn.

CAP. XVIII. § 1 *Suos munimentis tenuit*] *Munimento* Voss. Lov. 1. 4. 5. Hafn. Rec. Hav. Hearnii N. In margine, et edd. Aldina priores: *in munimento* Ber. *in tuto munimento* Harl. *intra munimenta* Lov. 3. Gaertn. Hearnii D. et contextus N. nisi quod duo posteriores errorem augentes habeant *intra monumenta.* Nihil mutandum est. Vide ad III. 2. § 1. Paullo ante prius *et* aberat a Lov. 4. Vide ad II. 44. § 3. posterius aberat a Ber. 1.

§ 2 *Etenim numero aliquantum præstabant*) *Romani superassent*] *Aliquanto præs.* Hearnii D. *aliquantulum præstabat* Lovel. 3. et edd. ante Aldum. *Romani aliquantum præstabant* Lov. 4. et 5. Sed reliqui omnes recte vulgatum confirmant.

Nisi Hispanorum cohors, ad id ipsum remissa ab Hannibale, pervenisset] Forte *supervenisset.* J. F. Gron. Ita etiam legendum esse conjecit Gron. in prima ed. notarum ad XXI. 57. eamque conjecturam probat Donjatius, vel reponendum suspicatur *prævenisset*, nempe stragem levis armaturæ. *Venissent* est in Flor. a m. pr. *venisset* a m. sec. Tum *ad ipsum remissa* Harl. et Lov. 4. Vide ad V. 43. § 4. Hic tamen duobus, adversus aliorum optimorumque testimonium, credere iniquum foret. *Ad id remissa* Lov. 1. Ceterum omnia hæc verba deerant in Gaertn.

§ 3 *Cum velocitate corporum, tum armorum habitu*] *Tum vel. corporum* Voss. Lovel. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. pro quo Aldus *cum* reposuit. Vide ad VI. 23. § 3. *Quam cum velocitate* Flor. Deinde voces *tum armorum* desunt in Lovel. 1. In præcedentibus *et assuetior* Hearnii N. in margine. Tum *inter saxa et rupes* Gaertn. qui in sequentibus legit *pergravem armis.* Deinde *pugnæ genere elisit* Lov. 1. Male. Infra XXIX. 33. 'Verminam prope vestigiis instantem in alia atque alia flectendo itinera eludens.' XXXVI. 45. 'Celeritate navium suas eludi viderunt.'

§ 4 *In castra contenderunt*] *Contendunt* Ber. Vide ad X. 12. § 4. Paullo ante *Hispani omnes fere* idem Ber.

§ 5 *Transgressusque saltum super Alifas, loco alto ac munito consedit*] De iis, quæ post hæc verba inferit scriba libri Hearniani, vide Cuperum Exercit. II. 4. de Elephantis in nummis. *Duk. Transgressusque saltus* Lov. 3. et Hearnii D. atque N. Et ita dare voluisse videtur scriba Harl. qui tamen dedit *saltu*, ultima litera intercepta a prima vocis seq. Id dictum videri posset, ut est cap. 16. *super saltus ab hoste insessos.* Verius tamen puto ita librarios indoctos per errorem scripsisse, ut conveniret præcedenti voci *transgressusque.* Vide ad VI. 3. § 8. Paullo ante *castra movit* Ber. Ceterum in Hearnii L. 1. post vocem *consedit* longior hæc periodus, quæ in editis deest, obcurrit: *Et reparando subgressu manu haud magna, Alisfæ, mœnia quasi palans, pervenieus, ex opido bellua constracta* (Hearnius legendum conjicit *constrata*) *armamentis erupit; quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed opidani, sicut quibus curæ pusillam inerat, in diem alteram umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum auguris nomen imponunt accolæ.* Eadem verba in solo meorum Rec. obcurrunt, paucis mutatis, quæ vix ullius momenti sunt. Ad ea Dodwellus dissertationem conscripsit, ab Hearnio inter adnotationes editam, quam ad calcem Livii subjiciam. Ceterum fragmentum hoc non Livii, sed inepti glossatoris interpolatio esse videtur.

§ 6 *Mediis inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat*] Put. et Voss. *medios.* Pet. *medius:* et id verum puto. Sufficit enim *jugis ducere*, per montes. *J. F. Gronov. Medios* Flor. et Harl. *medius* Lov. 1. 3. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. quorum fide in contextum recepi.

Nec absistens, nec congrediens] *Adsistens* Flor. et Voss. a m. pr. *nec assistens* Lov. 3. Harl. Ber. Hafn. et Gaertn. *abstinens* edidit Jac. Gronovius, nulla mutationis caussa reddita, nisi forte aberrantibus typographis tribuendum sit. Gronovium secutus est Clericus. Verum, quum lectio illa nullius scripti vel editi auctoritate firmetur, vulgatum revocavi. *Absistens* autem est 'desinens ab insequendo.' Infra XXXVI. 45. 'Postquam celeritate navium suas eludi viderunt, tandem abstiterunt.' 'Absistere sequendo' dixit XXIX. 33.

§ 7 *Gerionem pervenit*] Polybius III. 100. Γερούνιον vocat. Stephanus Γερούνιον πόλις Ἰταλίας, Κουάδρατος δὲ Γερηνίαν ταύτην καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Γερουνῖνος. In vet. lib. sæpe est *Gerionum.* Sigonius. Pal. 1. ac vet. ed. *Glerenum.* Pal. 2. *Geronum.* Pal. 3. *Glesterum.* Gebh. Put. *Gerienum.* Alii *Gleronum*, aut *Gerenum.* Lego *Gerunium* ex Polyb. ut notavit Sigonius. *J. F. Gron. Cilerenum* Lov. 4. *Glerenum* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearn. D. et priscæ edd. *Glarenum* Hearn. L. 1. *Glerenum* Flor. et Cant. *Gerionem* primus recepit Frob. 1531. *Gerionum* legendum censuit Sigonius etiam cap. 39.

§ 16. Gronov. quidem hic *Geruniun* reponendum putavit, eamque lectionem recepit, infra vero c. 23. § 9. *Gerunium*, vel *Geronium;* quod posterius et ibi, et passim alibi in contextum admisit. Id autem ad optimorum codd. scripturam propius accedit. Eodem nomine etiam oppidum hoc in Peutingeriana tabula vocari, Cluver. monuit IV. Ital. Antiq. IV. 12. 1213. Curavi igitur ut eodem modo hic quoque ederetur.

Urbem metu, quia conlapsa ruinis pars mœnium erat, ab suis desertam] *Ad urbem* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. L. 1. et edd. Aldo priores. Vox autem *ruinis* exsulat a Voss. Lov. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. iisdemque edd.

§ 8 *Sacrorum caussa Romam revocatus*] Plutarchus in Fabio c. 178. *τῶν ἱερέων καλούντων αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἐπί τινας θυσίας. Sigon.* Polybius III. 94. *Ἀναγκασθεὶς ἐπί τινας ἀπελθεῖν θυσίας εἰς τὴν Ῥώμην.* Silius VII. 380. 'quin et vestigia pulsi Et gressus premeret castris, nisi sacra vocarent Ad patrios veneranda Deos.' Paullo ante *communivit* Hearnii N.

§ 9 *Extracta prope æstate*] Vet. lib. *exacta*. Sic paulo post c. 29. 'per variam fortunam diei majore parte exacta.' *Sigon.* Invecta lectio a Sigonio comparet quoque in Pal. 3. Reliqui duo *extracta:* quam scripturam videtur ipse Livius sibi vindicare superius c. 15. 'Obstinatus tamen eodem consiliorum tenore æstatis reliquum extraxit.' *Gebh.* *Exacta* Sigonius, cum legeretur *extracta:* ut c. 15. 'Eodem tenore consiliorum æstatis reliquum extraxit:' et XXXII. 9. 'Ne sine ullo effectu æstas extraheretur.' Et servant *extracta* plurimi optimique codd. Cæsar Gall. v. 22. 'Neque multum æstatis superesset, atque id facile extrahi posse intelligeret.' Idem Civ. I. 32. 'Latum ab decem tribunis plebis, contradicentibus inimicis, Catone etiam acerrime repugnante, et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente.' Fulvio placeret *diem*, pro *dies*. Id continuo receptum. Male. Significat enim Cæsar, non semel ea de re actum, quod satis etiam credibile est: itaque complures dies hoc modo extraxit, vel exemit Cato. Valerius Maximus II. 10. 'Cum, invito Cæsare consule, adversus publicanos dicendo in curia diem extraheret.' Pontanus in Analectis II. 4. Non producere diem Cato dicendo voluit, sed veluti fallere, et quam citissime terminare. Atqui hoc, quod ille utcunque pronuntiat, est 'extrahere diem,' nempe fallere, detinere, absumere, decipere, ne quid serii, aut quod institutum est, peragatur. Illum tamen abduxit codex, qui *abstraheret:* cujus sermonis exemplum ægre reperiet. Noster XXVII. 26. 'Quibus cum extrahi æstatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari posse Locros rati.' *J. F. Gron.* *Extracta* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Ber. Hav. et Hearnii Oxon. Utrumque Livio in usu fuit, 'exigere tempus' et 'extrahere tempus.' Prius II. 60. 'Atroci discordia domi forisque annum exactum.' Hoc lib. c. 29. 'Per variam fortunam diei majore parte exacta.' x. 25. 'Quanta itinera fieri sinebat hiems hauddum exacta.' XXVI. 23. 'Exacto anno mortuus erat.' XLIII. 11. 'Exacto admodum mense Februario redierunt.' Posterius IV. 43. 'Quum major pars insequentis anni certaminibus extracta esset:' ubi quædam vide. x. 29. 'Cunctando extraxerat diem.' XXVIII. 15. 'Ad id sedulo diem extraxerat Scipio.' XXXVII. 31. 'Obsidentes ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus.' XXXVIII. 44. 'Tempus eum morando extracturum diceret.' XLIV. 8. 'Extrahere reliquum tempus ejus æstatis.' Solent autem hæ voces in vicem commutari. Vide ad Livii II. 46. § 4. IV. 43. § 8. Nic.

Heins. ad Curtii VIII. 2. 6. et Tenull. ad Front. I. 5. 19. Hic vero *extracta* cum Gronovio malo, quia *actum* modo præcessit. Lectionem itaque a Sigonio loco motam revocavi: quod etiam fecit Crevier. pro ea unum e suis stare testatus. Paullo ante *potius* deficit in Lov. 3. *ducem* in Cant.

Media quoque plus interdum quippe quam movendo] Vos sustulistis *media*. Ego sic emendo: *medici quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo, proficere:* vel *medicos quoque plus interdum quiete, &c.* quod etiam probat Hippocrates. Hunc quoque locum Poggius cum non admitteret ut probe correctum, ego dedignatus exspectare judicium hominis, qui nihil, nisi quod ipse invenisset, bene inventum judicaret, eum valere jussi; non ita magni referre existimans in literarum senatu, si unus, et is pro sua dignitate retinenda, album mihi calculum non dedisset. Nam cæteri omnes, qui liberi æmulatione et invidia erant, hæc universa summopere comprobarunt: quorum unus fuit ille ipse, cujus memini, Cardinalis Columna, vir non minus ingenio moribusque, quam genere, nobilis; qui has plerasque emendationes suo codici addi a mea manu voluit. Hæc ideo dixi, ut intelligar, a nemine fuisse hac in re invenienda adjutus. *Valla.* Emendationem Vallæ, quam omnes ferme editores receperunt, veram esse confirmat Flor. *medico quoque plus interdum quiete* præferens. Plerique alii codd. lectionem a Valla damnatam servant. Sed *inedia quoque plus interdum opera quippe* habet Lov. 2. *inedia quoque plus interdum quippe* Hav. *inedia quoque mora plus interdum quippe* Hafn. et Ber. *mora quoque plus interdum quippe* paucæ ex priscis edd.

§ 10 *Ab toties victore hoste vinci desisse, et ab continuis cladibus respirasse*] *Vinci dedisse* Cant. Tum *ab cont. clad. ac resp.* Lov. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Voculam *et* non agnoscunt Harl. et Gaertn. neque mox *τὸ Romam* Hafn.

CAP. XIX. § 1 *Principio æstatis, qua hæc gerebantur*] Pall. tres *quo hæc gereb.* Gebh. *Quum hæc* Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. *quo hæc* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et typis descripti ante Aldum, qui recte *qua* substituit. Vide Perizon. ad XXVI. 20. § 7. Præterea *in Italia gereb.* Hav. *gereb. in Italia* Ber.

Terra marique captum bellum est] Vet. lib. *pugnari cœptum*. Sigon. A Pal. 3. abest *τὸ bellum*. Gebh. Nulli meorum, nisi unus Rec. Sigonii vet. lib. consentiunt. *Captum est bellum* Harl.

§ 3 *Quadraginta navium classem Himilconi tradidit*] Polybius III. 95. Ἀσδρούβας ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμίλκαν τοῦ στόλου ναύαρχον. Ex his verbis *Amilcarem* præfectum esse, non *Imilconem*, apparet; nisi vitium sit apud Polybium. *Sigon.* Vide ad XXV. 32. § 5. *Hamulconi* Lov. 3. *Amilconi* Hearnii L. 1. Deinde *dedit* Hearnii L. 1. *tradit* ejusdem D. N. Flor. Lov. 3. 4. Gaertn. Ber. et editi Aldo priores. Mox *paratusque* Ber.

§ 4 *Cn. Scipioni, postquam movisse, &c.*] *Cn. Scipio postquam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *Tum Scipioni* Lov. 4. et 5. Mox *primo* deficit in Lov. 4.

Minus, &c. concurrere ausus] Vet. lib. *occurrere*. Vere. Sic enim Polybius III. 95. Τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾷν, ἀπεδοκίμασε. *Sigon.* *Concurrere* et *occurrere* sæpe commutantur. Vide ad XXXVI. 24. § 4. et hoc cap. § ult. etiam cap. seq. § 10. Hic tamen omnes mei et Hearnii codd. vulgatum tuentur.

Delecto milite in naves imposito] Ita quidem frequenter alibi. Sed Put. Petaviani, Regius, Men. et quoscumque vidi *milite ad naves*. Quæ lectio

vera est et elegans. Τὰ *ad naves* non debent jungi participio *imposito*, sed nomini *milite*. 'Miles ad naves' est classiarius miles, ut 'ad limina custos,' 'ad lecticam homines.' Noster XXXIV. 6. 'Servos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus.' 'Imponere' sic apud Ciceronem de Divin. II. 40. 'Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret.' Polybius III. 95. *λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν. J. F. Gron. Ac in naves* Rec. et Gaertn. *milite ad naves* omnes reliqui, quos consului, et Hearnii Oxon. Ita Jac. Gronov. emendat ex cod. suo XXX. 2. 'Duo millia militum dare ad naves jussus.' Eodem modo Livius memorat 'tribunos militum ad legiones' VII. 5.

Quinque et triginta navium classe] Polybius III. 95. *συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς. Sigon.*

§ 5 *Ad stationem, viginti millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis, pervenit*] Legendum *X. millia* ex vet. lib. et ex Polybio, qui LXXX. stadia ait III. 95. *καὶ κατῆρε δευτεραῖος ἐκ Ταράκωνος εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν τόπους· καθορμισθεὶς τῶν πολεμίων ἐν ἀποστήματι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα σταδίους. Sigon.* Non aliter legunt mei et Hearnii codd. Insuper *stationem, &c. pervenit*, omissa præpositione, Flor. Voss. Lov. 3. 5. et Gaertn.

Præmissæ retulerunt, classem Punicam stare in ostio] *Missæ* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antiqq. Sed *προαπέστειλε* etiam Polyb. III. 95. Tum *retulere* Flor. Deinde *classem in publicam stare* Cant. et Flor. a m. pr. *classem publicam* a m. sec.

§ 6 *Inprovidos incautosque universo simul effuso terrore obprimeret*] *Universos simul* Voss. Lov. 3. Ber. Gaertn. et Vatic. Latinii, ultima litera prioris vocis perperam repetita ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Universosque simul* Lov. 1. Vide ad X. 5. § 8. Præcedens vocula *ut* deest in Flor.

§ 7 *Quam ad mare et ad naves*] *Ad mare et naves* Ber. præpositione semel omissa; quam tamen Livium repetere malle, vidimus ad VI. 28. § 6. Paullo ante *primum conspectis*, pro *primo*, Lov. 4. et 5. Mox *aut remorum pulsu* Lov. 3.

§ 8 *Quum repente eques, alius super alium ab Hasdrubale missus, vagos in litore quietosque in tentoriis suis*] Deficit in Pall. duobus τὸ *eques*. Iidem quoque *quietos vagosque in litore in tent. suis nihil numquam hostem* (Pal. 2. *hostium*) *aut prælium eo die exs.* Gebh. Duobus Pall. Gebhardi per omnia hoc loco consentiunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum, nisi quod in fine servent *nihil minus quam hostem aut prælium*, et Gaertn. *quum frequenter* exhibeat. Præterea *nihilominus quam prælium aut dicam hostium* Hafn. Tum *eodem die* Lov. 3. Vide ad X. 10. § 6.

Classem Romanam jam haud procul a portu esse] *Haud procul portu* Pall. 1. et 3. exhibent. Forte *haud procul portum:* sicut IX. 32. 'procul hostem.' *Gebh.* Parum interest, sed tamen omnes libri deficiuntur τῷ *a*. J. F. Gron. *Haud procul jam in portu esse* Lov. 4. *jam aut procul jam portus esse* Lov. 5. *jam haud procul porta esse* Gaertn. Reliqui Mss. quos vidi, ut et Hearnii N. et D. in ejicienda præpositione cum Gronovianis codd. conspirant. Vide ad XXIV. 28. § 1. Paullo ante *transcendere naves prope* Gaertn. *conscendere naves prope* Harl. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Tum *arma accipere* Hearnii N. in margine. Sed 'arma capere' hic est arma induere, armari. Vide ad III. 66. § 3.

§ 9 *Hasdrubal ipse cum omni exercitu*] *Hasd. tempore cum omni ex.* Voss. et Lov. 1. *cum omni equitatu* Ber.

Fugientium magis a terra] Optimi *a*

terra. J. F. Gron. *A terra* demum adparuit in ultima Gruteri ed. omnes enim priores habent *e terra*, quod restitui. Ita etiam legunt Ber. Gaertn. Hav. et codd. Crevierii: præpositionem omittit Harl. *Magis qui extra* obfert Lov. 1. *magis quietorum* Lov. 3. *magis quidem* Lov. 5. *magis qui e terra* Voss. et Lov. 4. *magis eterrarum* Flor. a m. pr. *magis e terra* a m. sec. Sed Salvin. legendum conjicit *fugientium magis et errantium*. Paullo ante *in remigibus militibusque* Flor. *in regibus militibusque* Lov. 1. *in remigibus militibus* Lov. 3. *cum remigibus militibus* Gaertn.

§ 10 *Cum alii resolvunt oras, aut anchoram vellunt*] Vet. lib. *cum alii, resolutis loris anch. vellunt, &c.* Sigon. Pall. tres *alii resolutis loris in ancoram eveherentur*. Vet. ed. *cum alii resolutis loris ut ancoram evellerent*. Gebh. Legendum *quum alii resolutis oris in ancoras evehuntur*. Diximus Observ. IV. 26. *J. F. Gron.* *Quum alii resolutis loris in ancoras*, vel *in ancoram*, vel *in ancora eveherentur* Voss. a m. pr. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et Colbert. apud Doujatium. *Quum alii resolutis loris ut ancoram evellerent* Voss. a m. sec. *quum alii resolutis locis in ancoram revehuntur* Harl. *quum alii resolutis in ancoram eveherentur* Cant. *quum alii resolutis oris in ancoram se veherentur* Flor. qua lectione librarius indicare voluisse videtur, se duplicem lectionem *in ancoram* et *in ancoras eveherentur* reperisse. *Quum alii resolutis oris in anchoras*, vel *anchoram eveherentur* se in Put. Petavianis, Reg. Florentinis, Palatinis, et Barber. invenisse, Gronov. dicto Obs. loco testatur, eamque lectionem probat; ita tamen, ut *evehuntur*, pro *eveherentur*, emendet; quod hoc modo exponit; quidam, funibus solutis, (quibus scilicet naves ex puppi terræ adligatæ erant,) obliti ancoras vellere præ festinatione nimia, provecti contra ancoras adhuc tenentes propellunt easdem naves, et locutionem 'in ancoras evehi,' pro contra vel adversus ancoras, pluribus inlustrat. Gronovii conjecturam probavit, et in contextum recepit Doujatius, nisi quod *loris* servandum putarit: *oras* enim pro nautico fune non dici: ei significationi probandæ laudari quidem Quinct. in Præfat. et Liv. XXVIII. 36. Verum apud Quinct. *ora solventibus*, pro *oram*, in quibusdam codd. legi, apud Livium vero in vet. cod. *lora*, pro *oras*, scribi. De Livii loco, quum eo pervenerimus, videndum erit: apud Quinctil. vero *oram* magno consensu exemplaria habere, eamque lectionem probam esse, inter viros doctos hodie constat; *ora* vero est ex Philandri conjectura. Laudatur etiam ibidem alius locus Quinctil. ex IV. 2. 328. ed. Burm. ubi etiam *solvimus oram* codd. auctoritate viri docti defendunt, iterum vero Philand. *ora* ex conjectura reposuit. Vulgatæ lectioni, quam in nullo cod. inveni, magis favere videtur Crevier. Lectionem tamen Gronovii in contextu retinuit. Mox *ancora alia*, pro *ancoralia*, Har. Ber. Gaertn. et Hav.

Raptimque omnia præpropere agendo] Vide Jac. Gronov. ad XXV. 15. *Duk.* *Perpropere* Harl. *opere*, aliquot literarum lacuna relicta, Lov. 5. *propere* Ber. Gronovius in pr. ed. nott. vulgatam lectionem, quia non mutant veteres, tolerabat; malebat tamen *raptimque omnia ac præpostere agendo*. Si quid mutandum, mallem *raptimque omnia ac præp.* Ita 'ferociter ac præpropere agere' est hoc lib. cap. 3. 'festinans præpropere' XXXVII. 23. 'præpropera celeritas' XXXI. 42.

Trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur] Imitatur hunc locum Curtius IV. 3. 'Miles ministeria nautarum, remiges militis officia turbabant.' Pall. 1. et 2. *prohibebatur*. Pal. 3. *prohibebantur*. Gebh. *Prohibebatur* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq.

§ 11 *Direxerat etiam in pugnam et naves*] Nesciunt copulativam scripti. *J. F. Gron.* Eamdem voculam non modo nesciunt omnes mei, et Oxonienses Hearnii Mss. sed abest etiam a plerisque edd. Primum enim inveni in Lugdun. 1553. hinc in Basil. 1554. tum in Paris. 1573. et ita in recentioribus omnibus usque ad Gronov. Præterea *duxerat etiam* Hafn. et Hearnii N. in margine. Male. Infra xxxvii. 31. ‘ Directis ante portum navibus.’

Quam suomet ipsi tumultu turbantur. Tentata verius] Habet Pal. 1. *suomet ipsi tum. turbati: et tentata verius pugna.* Gebh. Put. Reg. Pet. melior, et Pal. *turbati et tentata.* Sed, ut rotundior sit oratio, delendum τὸ *et*. J. F. Gron. *Suomet ipso tumultu* Harl. Male. Vide ad ii. 19. § 5. *suorum ipsi tumultu* Rec. Tum *turbabantur. Et tentata* Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, Hearnii Oxon. et pleræque edd. Postea τὸ *Et* omiserunt eædem, quas modo memoravi, edd. Lugd. Basil. Paris. et recentiores, quæ vocula a multis etiam abest codd. Sed *turbati, et tentata* Flor. *turbati, tentata verius* legendum esse, jam olim Gronov. conjecit Obs. iv. 26.

§ 12 *Et cum universi adnisos lato agmine et nonnullis simul venientibus haud sane intrabiles essent, in latus passim naves egerunt*] Sic emendandum puto: *et cum diversi ac diviso late ag. a tam multis simul ven. haud sane penetrabiles essent, in littus passim eg.* Valla. Nota est emendatio Vallæ. Prisca ed. *et cum aversi ad suos lato agmine: et tam multis simul ven.* Pall. *et cum aversi* (Pall. 2. et 3. *adversi*) *adnisos lato agmini et tam multis* (Pal. 2. *multi*) *simul ven. haud intrabiles essent, in litus* (Pal. 2. *latus*) *passim naves eg.* Gebh. Scribe: *adversi amnis os lato agmine ac tam multis simul ven. haud sane intrabile esset.* Diximus Obs. iv. 26. *J. F. Gron.* Adde Jac. Gronov. ad Tac. Hist. v. 23. *Duk.* Egregie hunc locum integritati restituit magnus Gronovius. Nihil verius est, quam verba initialia ita, quemadmodum ea constituit, legenda esse, *et cum adversi amnis os.* In illis autem præsertim mire turbarunt librarii, alii parum, alii longius inde discedentes. *Et cum adversi annisos* legunt Lov. 4. et Harl. *et cum adversi adnisos* Flor. et Cant. *et cum adversi adnixos* Hav. *et cum adversi adnisus* Exc. Pithœi: *et cum adversi aduisos* Voss. Lov. 1. et Gaertn. *et cum adversi ad suos* Lov. 3. et Hafn. *et cum aversi ad suos* Hearnii N. *et conversi ad suos* Ber. *et cum adversi ad iustos* Hearnii D. *et cum adversi a diverso* Colbert. apud Doujatium: *et cum animadversi animadversos* Hearnii L. 1. *et cum aversi ad suos* ed. princeps, ut et Rom. 1472. ac Parm. pro quo mox substitutum est *et cum diversi ac diverso.* Moguntini demum *et quum aversi ac diverso*, quod usque ad Gronovium obtinuit. Tum partim *lato agmine*, partim *lato agmini* omnés codd. neque, utrum malis, multum interest. Seqq. verba *haud sane intrabiles essent*, scribunt non tantum ed. princeps, cum iisdem Rom. 1472. ac Parm. verum etiam omnes codd. mei et Hearnii, nisi quod *haud sane et intrabiles esse* sit in Exc. Pithœi: *haud sane penetrabiles essent* edd. proximæ: *haud sane impenetrabiles* Moguntina et aliæ usque ad Gronovium. Totum vero locum ita exhibet Lov. 5. *et cum adv. amnis oblato agmini ac tam multis simul ven. haud sane intrabilis esset:* ubi sensus Livii servatus, sed verba ejus nonnihil mutata exstant. Denique in ultima parte horum verborum *in litus* receperunt omnes editi. Neque dissentiunt scripti, nisi quod ex uno Flor. inter varias ejus lectiones adfertur *in latus*, de quo cum nemine controvertam, quum ‘ in latus agere’ recte ‘ adversi fluminis ori’ obponatur. Certe ‘ latus’ et ‘ litus’

interdum in Mss. commutantur. Vide ad xxix. 35. § 14. Ut tamen *in latus* non displiceat, illud efficit, quod mox *sicco litore* et *per litus* repetantur. Contra *in litus* defendere videtur Polyb. III. 95. qui exprimit τὰς μὲν ναῦς ἐξέβαλον εἰς τὸν αἰγιαλόν.

Ad instructam per litus aciem suorum perfugere] Pal. 2. *refugere*. Gebh. Ita et Flor. Tum *suorum aciem* Lov. 4. et 5.

Duæ tamen primo concursu captæ erant] Vet. lib. *primo occursu*. Sigon. Nulli meorum consentiunt. Et recte: 'concurrere' enim et 'concursus' de pugnantibus usurpari, etiam tironibus notissimum est: 'concurrere' autem et 'occurrere' in Mss. commutari, dictum est hoc cap. § 4.

Cap. xx. § 1 *Haud cunctanter tamen insecuti*] Resectum est in Pall. tribus particula *tamen*. Gebh. Deest vetustioribus *tamen*. J. F. Gron. Eadem particula deest etiam a meis et Hearnii codd. quam addidit aliquis, qui eam post 'quamquam,' 'etsi,' 'licet,' 'ut,' vel similes voces necessariam existimabat; quum tamen sæpe omittatur. Supra I. 58. 'Ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero.' VII. 19. 'Etsi levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes.' XXXVI. 40. 'Hoc titulo, etsi nec consulatus, nec triumphus addatur, satis honestam honoratamque P. Scipionis Nasicæ imaginem fore.' XXXVIII. 9. 'Hæc, quamquam spe ipsorum aliquanto leviora erant, petentibus Ætolis, ut ad concilium referrent, permissum est.' c. 26. 'Quia, etsi non ipsi victi erant, suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant.' Vide ad XXVI. 48. § 5. XXXVI. 38. § 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 35. § 9. Mox *hostium classem trepidam* Lov. 3.

§ 2 *Naves omnes, quæ non aut perfregerant proras*] Ex Punica classe quadraginta navium haud dubie quædam, quæ agmen fugientium duxerunt, evasere in ostium fluminis; quod tamen cum tam multis simul venientibus intrabile non esset, plurimi passim in litus naves suas egerunt. Eas vero vel proras sicco litore exceptas fregisse, vel in vadis fixisse carinas, dubitari nequit. Romanos has extraxisse omnes, exceptis forte paucis, quæ proras penitus perfregerant, verisimile facit numerus captarum navium. Nulla certe fuit causa, cur integras naves vadis tantummodo hærentes non abducerent. Et apparet fuisse aliquo molimine opus, quod puppibus religatas extraxere. Ex his constare existimo, delendam esse negativam, aut saltem loco suo movendam, legendumque, *quæ aut non perfregerant*. Jac. Perizon. *Aut non*, ut Periz. conjicit, est in Harl. Sed in eo omittitur præcedens *quæ*, ut sequens *aut* in Lov. 1. *modo* pro *non* præfert Lov. 5. Vide ad IV. 56. § 6.

Perfregerant proras litore inlisas] Vet. lib. *littori*. Sigon. Pal. 2. *litori*. Pal. 1. vero *quæ non aut perfringebant proras litoreis illisas*. Gebh. Vetustiores *littoreis*. J. F. Gron. *Perfringebant* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Tum *litori illisas* Lov. 5. Ber. et Hav. *litoreis illisas* Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 4. Exc. Pithœi, et Hearnii N. quæ lectio inde nata est, quod scriba utramque lectionem *litore* et *litori* in exemplari suo repertam hoc modo junxerit *litore, i, inlisas*, unde alius *litoreis* formavit. Ex eodem errore hoc cap. plures codd. præferunt *inconjuncta* § 5. *deascensio* § 4. *Romanosum* c. 23. § 6. Vide ad III. 44. § 4. Ex eadem illa lectione *litoribus inlisas* scribendum conjecit Crevier.

Aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere] Ex more, de quo Lipsius ad Plinii Panegyr. 82. Meminit etiam Thucyd. I. 50. et Polyb. III. 96. a quo sumsit Livius. *Duk*. *Finxerunt vadis* Lov. 5. Vide ad VII.

39. § 3. *Finxerant validis* Hafn. *fixerant validis* Lov. 1. *fixerant validis vadis* Gaertn. Tum *religatis puppibus* Hav. *religans ante puppibus* Hafn. Tandem *extrahere* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *attraxhere* Lov. 3. *extare* Lov. 5.

Ad quinque et viginti naves ex triginta cepere] Paulo superius c. 19. quadraginta naveis ait Himilconi ab Hasdrubale traditas: itaque videndum, num hic *XL.* pro *XXX.* legendum: quamquam ne Livius quidem sibi in hoc navium numero constat. Libro enim præcedente ait, Hannibalem, cum ex Hispania profectionem in Italiam pararet, fratri triginta duas quinqueremes apte instructas ac triremes quinque reliquisse. Quod si hic adjecit x. totus numerus erit navium quadraginta septem. Sed negotium non est tanti, ut diutius nos moretur. *Glar.* Puto legendum *ex XL.* tot navium classis Asdrubalis fuit, ut ante [cap. præc.] scripsit: xxv. captas item tradit Polybius III. 96. ['Hæc a Glareano antea annotata fuerunt.'] *Sigon.*

§ 3 *Toto ejus oræ mari potiti erant*] *Toto ejus oræ mare* Flor. Sed hanc licentiam poëtis, non etiam aliis scriptoribus, concedere videtur Voss. Gramm. IV. 11. Vide ad XXVIII. 6. § 2. *Tota ejus ora maris potiti erant* Gaertn. *potierant* Lov. 1.

§ 4 *Itaque ad onustam classem profecti*] Ita ferme habent codd. Alii autem emendarunt *Honoscam classe profecti*, ut sit proprium Honosca. Verum Livius non ita multo post c. 21. Romana castra ait ad novam classem fuisse, cum Punica in agro Ilercaonensium essent: quod non mutarunt, qui superiorem locum emendare contenderunt. Ego sane loca illa apud geographos non reperio: fortassis autem vetustate abolita, aut indiligenter a scriptoribus tradita, ut sunt hujus regionis pleraque, apud hunc præsertim authorem, ut in sequentibus clarius demonstrabitur. *Glarean.* Put. *adonusam classe provecti.* Promptum quidem *Ophiusam*, ni continentis oras se commemorasse hactenus ipse testaretur Livius, ubi ad Ebusum venit. Lege *ad Oscam.* Hanc enim inter Illergetas non procul ab Ibero sitam scribit Strabo III. 161. etsi *Ileosca* illic appelletur: sed *Oscam* legendum, docet Lud. Nonius in Hispania sua c. 83. *J. F. Gron.* *Itaque ad honustam classem* Voss. *itaque ad honustam classe* Lov. 1. *itaque ad onustam classe* Hafn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *itaque ad onustam classem* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *itaque ad Omistam classe* Hearnii N. J. F. Gronovii conjectura *ad Oscam* neque Doujatio placuit, neque Jac. Gronovio. Prior eam rejicit, quod Osca longe a litore in Ilergetibus sita sit, hic vero requiratur maritima: alter, quod Osca inter Pyrenæum et Iberum collocetur, hic vero indicetur urbs trans Iberum, inter eum fluvium et Karthaginem Novam sita. Doujatius itaque *ad Honoscam* retinet, eoque nomine Valentiam olim adpellatam fuisse putat: quem iterum refellit Jac. Gronovius, qui *itaque Etovissam* legendum docet in Dissert. Epist. ad loca quæd. Geogr. Livii epist. III. p. 21. Recte etiam Gronov. *provecti*, quomodo et in quibusdam meorum inveni, et Aldus aliique ediderunt. Ita vero hic emendandum esse, monuit etiam in pr. edit. notarum ad Livii XXXV. 26. Solent autem librarii voces *provectus* et *profectus* in Mss. confundere. Vide ad XXI. 2. § 4.

Exscensu e navibus in terram facto] Pall. 1. ac 3. *ascensio a nav. in terram facta.* Pal. 2. *descensio ab nav. in terram facta.* Vetus ed. *ascensu a navibus.* Gebh. Quia scripti *exscensio ab n. i. t. facta*, lege *exscensione ab navibus in terram facta.* J. F. Gron. Ita hic legendum esse, Gronovius etiam

monuit ad VIII. 17. § 9. Latinius vero emendandum suspicatur *exscensione de nav. ad terram facta*. Sed *ascensio e nav. in terram facta* est in Lov. 4. Ber. et Hafn. *ascensio de nav. in terram facta* in Gaertn. *ascensio a nav. in terram facta* in Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. *deascensio a nav. in terram facta* in Lov. 5. duplici lectione *descensio* et *ascensio* juncta. Vide ad § 2. hujus cap. *escensio ab nav. i. t. facta* in Flor.

§ 5 *Tecta quoque conjuncta muro*] Vet. lib. *juncta*. Sigon. Pal. 2. *juncta muro*. At Pal. 1. *inconjuncta muro*. Alludit nimirum ad legitimam lectionem, conspiciendam in Pal. 3. *tecta quoque injuncta muro*. Sic x. 34. 'Opere ac vineis demum injunctis muro cepit.' Vide notas ad IV. 9. Sic legendum XXVII. 41. e Pal. optimo: 'Grumenti mœnibus prope injunctum videbatur Pœnorum vallum.' XXXVII. 26. 'Utrimque vineas et aggerem muro injunxit, et testudinibus arietes admovit.' *Gebh.* Put. *inconcta*. Men. Pal. Voss. *inconjuncta*. Petaviani, Regius *incomta:* unus Pal. *injuncta*. Memini quæ de hoc verbo supra. Sed optima videtur Sigoniani et tertii Pal. lectio: *tecta quoque juncta*. Lib. x. c. 10. 'Quorum erant ædificia juncta muro.' Ovidius de Ponto l. I. el. 9. 'Flaminiæ Claudia juncta viæ.' Lib. II. el. 4. 'Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis, Nos via, nos junctis curva theatra locis:' sic meliores scripti. Male vulgo *cunctis:* et pejus ille conjector *vinctis jocis*. 'Juncta loca' sunt vicina. Mamertinus Genethliac. XI. 'ambo sunt: pariter sunt: quam junctim sedent!' A. Gellius XII. 8. 'Fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi junctim locarentur.' Iterum Ovidius Fast. lib. VI. vs. 435. 'res est Romana: tuetur Vesta, quod assiduo lumine juncta videt:' ut olim emendabamus ad Statium in Diatr. p. 417. Quam correctionem firmat ipse auctor III. 422. ubi Cæsarem pontificem ait præesse Vestæ: 'imperii pignora juncta vides.' Hinc et Claudianum intelligo in consulatu Olybrii et Probini 37. 'calido si quis conjunctus in axe Nascentem te, Nile, bibit:' ubi nimis æstuant, qui emendant *compunctus*, aut explicant 'cognatus,' aut huic loco sanando pares se non esse fatentur. *Conjunctus* est 'vicinus,' 'propinquus,' admotus ortui Nili. *J. F. Gron.* In his, quæ ad verba Livii IV. 9. 'Consul muro Ardeæ brachium injunxerat,' adnotat Gronovius, alia est significatio verbi 'injungere.' Si *injuncta* vera scriptura est, nihil aliud esse potest, quam simplex 'juncta,' id est, vicina, proxima; ut 'infractus,' 'infucatus,' et alia cum præpositione *in* composita. Sed deest auctor idoneus hujus usus τοῦ 'injunctus.' Salmas. quidem ad Spart. Hadr. XII. ad Capit. Pium XII. et ad Lampr. Commod. V. scribit, 'injungere' et 'injunctus' in digestis sæpe esse pro 'jungere' et 'junctus.' Nec tamen ullum ex iis locum adfert. Nam quod in l. 2. § 19. D. de Orig. Jur. quo respicere potuit, legitur, 'Dictatoribus magistri equitum injungebantur,' merito rejicit Præses Bynkersh. in Prætermiss. ad d. l. Javolenus tamen *injunctus* pro *junctus*, ea significatione, qua hic 'tecta muris injuncta,' videtur dicere in l. 57. D. Locati: 'Qui domum habebat, aream injunctam ei domui vicino proximo locaverat:' sed hic quoque suspectum esse potest *in*, ut ex ultima litera vocis præced. repetitum. *Duk.* *Juncta* Ber. *conjuncta* Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. *injuncta* Harl. Ex triplici hac lectione a librariis juncta nata est lectio *inconjuncta*, quæ exstat in Lov. 1. Vide ad § 3. Ex ea deinde corrupta ortum est *incomta*, quod præfert Flor. *contermina* legit Lov. 3. quod ex interpretis glossa marginali in contextum in-

repsit. Scribendum enim est *juncta*, vel *conjuncta;* quorum utrumvis pro 'contermino,' 'vicino,' 'propinquo' ponitur. Vide Burm. ad Nason. ex Pont. I. 4. 31. et quæ notavi ad Silii VIII. 133. Aliud est *injunctus*, quod Gebhardo placuit, de quo vide ad IV. 9. § 14. Ita tamen hic edidit Gronov. pro quo veterem lectionem reduxi. Ceterum *postremo tecta quæ erant juncta* Ber. Tum *muris portisque* Hav.

§ 6 *Ad Longunticam pervenit classis*] *Ad Longunculam* Lov. 3. Alibi urbis hujus nomen non obcurrit: *ad Lucentiam* legendum esse, contendit Voss. ad Pomp. Melam II. 6.

Ubi vis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta] Genistam vinculi usum præstitisse antiquis, tradit Plinius XXIV. 9. ubi quoque ait, se dubitare eam esse, quam Græci auctores *Sparton* appellavere, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerit, et hanc designasse Homerum, quum dixit *navium sparta dissoluta.* Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in usu, certum est: et quum sutiles fierent naves, lino tantum, non sparto unquam sutas. Idem Plinius XXIII. 12. scribit, Antigonum ex papyro funes parasse, nondum communicato sparto. Libro vero XIX. c. 2. de sparto ex professo verba faciens, inquit: 'Sparti quidem usus multa post sæcula cœptus est, nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hispaniæ intulerunt. Herba hæc sponte nascens, et quæ non queat seri, juncusque proprie aridi soli:' et paulo post subdit, 'Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes fascesque, hinc calceamina, et pastorum vestes.' Sequitur deinde Plinius modum parandi spartum docere, postremo addens, 'Verum tamen complectetur animo, qui volet miraculum æstimare, quanto sit in usu omnibus terris navium armamentis, machinis ædificationum, aliisque desideriis vitæ.' Itaque hoc loco per 'sparti magnam vim' intelligendum vel herbam ipsam perfectam et paratam in navium usum, vel, quod magis arridet, funes ex sparto paratas. Namque et Græcis Σπάρτον funis et rudens est, et Σπάρτη filum. Et Athenæus lib. V. filum crassius 'spartia' appellavit, inquiens, 'putria calceorum spartia accendens.' Apud Catonem de Re Rust. c. 11. 'sparteas' observamus 'urnas' et amphoras, hoc est, ex funibus sparteis confectas, pice postea vel resina cerave oblinitas, fictilibus et testaceis minus frangibiles, nisi dixerimus ex sparti juncis easdem contextas fuisse. Plinius loco præcitato tradit, 'funes ex sparto paratas, præcipue in aquis marique invictas, in sicco præferunt e cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans.' Cato de Re Rust. c. 3. ait, Trochleas 'Græcanicas binas, quæ sparteis funibus ducantur.' Et Livius ipsemet XXVI. 47. 'Naves onerariæ CXIII. in portu expugnatæ, captæque quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea, ferroque, linteis, et sparto, et navali alia materia ad classem ædificandam.' Ex quibus patere puto, per *spartum* intellexisse Livium 'funes ex sparto confectas.' Nostris temporibus earum usum desiisse existimandum ex cannabis redundantia, ex quo firmiores et minori negotio parantur. De sparto Dioscorides lib. IV. ubi mirum, in Comm. doctissimum Matthiolum de re hac ne verbum quidem fecisse. *M. Donatus.* Corrupti hoc loco magnopere sunt Pall. tres: quippe Pal. 1. *ubi vis magnas partes ad rem nauticam collectis.* Pal. 2. *ubi vix magna parte.* Pal. 3. *ubi vix magnas partes ad rem naut. collectas.* Pro *congesta* vet. ed. quoque exhibet *collecta.* Gebh. Nusquam comparet τὸ *fuit.* J. F. Gron. *Ubi vix magnas partes ad rem naut. colectis* Voss. Lov.

1. et Gaertn. *ubi vix magnas partes ad rem naut. collectas* Rec. *ubi vis magnas partes ad rem naut. conjectis* Harl. *ubi vis magnas partes ad rem naut. conjectis* Lov. 4. *ubi vis magna ex parte ad rem naut. collecta* Hav. *ubi vis magna apparatus ad rem naut. conjecti* Lov. 5. *ubi vidit magnas partes ad rem naut. collectas* Hafn. *ubi vidit magnas partes lignorum ad rem naut. collectas* Ber. Reliqui codd. præter Lov. 3. non agnoscunt vocem *fuit*, quæ neque est in Hearnii Oxon. Recte vero vulgo editur *vis magna sparti*. Hispania enim, et præsertim ejus pars ad mare mediterraneum, in qua urbs sive Longuntica, sive Lucentia, a Scipione direpta sita erat, adeo sparti ferax fuit, ut vicina urbs Karthago inde Σπαρταγενὴς et *Spartaria* cognominata sit. Vide Melam II. 6. Justin. XLIV. 1. et Antonini Itiner. p. 401. quæque viri docti ad ea loca notarunt.

Quod satis in usum fuit, sublato, ceterum omne incensum est] *Ad usum fuit* Lov. 4. et 5. τὸ *fuit* deest in Gaertn. Deinde *omne succensum est* Lov. 3. *vome incensum est* Harl. Ceterum hic iterum incipit Lov. 2. quum a libri præced. c. 45. § 2. defecisset.

§ 7 *Nec continentis modo perjectas oras prætervecta*] Vos mutatis *perjectas* in *perjunctas*; ego in *projectas*, hoc est, 'prominentes.' *Valla*. *Perjectas* Flor. *perjunctas* Lov. 2. *perrectas* Ber. et Hav. *provectas* Hafn. Sed recte Valla *projectas oras*, (ut reliqui codd. præferunt) idque exponit 'prominentes:' quo sensu 'projectus venter' illustrat Burm. ad Quinctil. Instit. Orat. XI. 3. 1025. Ant. Perizon. in margine Livii conjicit *projecta ora prætervecta*, quo opus non est. Supra XXI. 41. 'Quum prætervehe-rer navibus Galliæ oram.' XLIV. 10. 'Longe fertilissimus omnis oræ, quam prætervecti fuerant.' Lib. XLV. c. 10. 'Quum prætervehereutur Asiam legati.' Vox *prætervecta* deficit in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Mox *ibi urbe* Lov. 5.

§ 8 *Frustra teri tempus*] Media vox deficit in Voss. Lov. 1. 2. a m. pr. Ber. et Gaertn. quæ excidit ob similitudinem syllabæ sequentis. *Teri frustra tempus* Lov. 2. a m. sec. *frustrari tempus* Lov. 3. Hafn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldinam, in qua demum vulgatum reperi. De locutione 'terere tempus' vide ad III. 7. § 8. Mox *vicis* exsulat a Cant.

§ 9 *Quum in naves sese recepissent*] *Se recep.* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *quum naves se recep.* Voss. Paullo ante *majori* Ber. et Gaertn. Tum *præda parata* Lov. 2. Vide ad v. 6. § 1. Mox voces *ad Scipionem* deficiunt in Hafn.

§ 10 *Populorum, qui Iberum incolunt, multorum et ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt*] Lege *qui cis Iberum incolunt*, ut libro præcedente c. 21. Vel *qui Iberum accolunt*. J. F. Gron. Alterutram conjecturarum Gronovii veram judicat Crevier. Mihi prior magis placet. Nam ita alibi etiam Livium locutum esse, vidimus ad XXI. 31. § 5. Et ita Cæsar Gall. II. 3. 'Germanosque, qui cis Rhenum incolunt.' Doujatius malle videtur *qui intra*, sive *citra, Iberum colunt*. Tum *multorum ex ultimo Hisp. leg.* Lov. 4. et 5. *multorum et ultimo Hisp. leg.* Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *multorum et ultimum Hisp. leg.* Hafn. *multorum et ulterioris Hisp. leg.* Lov. 3. Deinde *concurrunt* Hav. Vide ad X. 12. § 4. *Cucurrerunt* Lov. 4. *occurrerunt* Rec. et Gaertn. Vide ad cap. præc. § 4.

§ 11 *Populi amplius fuerunt centum viginti*] *Fuerunt amplius* Lov. 3. τὸ *amplius* deest in Lov. 2. *centum* in Gaertn. Deinde *et viginti* Hav. *viginti millia* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii B. ubi tamen vox *millia* a m. sec. deletur. Paullo ante *facti sint* Flor. quod etiam in Put. esse, ac

magis placere, Crevier. monuit.

§ 12 *Usque ad saltum Castulonensem*] *Usque ad factum Castul.* Voss. *usque ad castrum Castul.* Lov. 2. Sed *Castul. saltum* memorat Livius etiam XXVI. 20. et XXVII. 20. Hinc *est profectus* Gaertn. Vide ad XXVII. 12. § 1. Mox *recessit*, pro *concessit*, Lov. 5. *accessit* Rec. Male. Vide ad V. 39. § 9.

CAP. XXI. § 1 *Fuissetque per Pœnum hostem*] Vet. lib. *fuissetque prope per P. host.* Sigon. *Prope*, quod addidit Sigonius, omnes boni libri ignorant. *J. F. Gron.* Soli Harl. Rec. et Gaertn. voculam *prope* admiserunt. Reliqui, ques consului, ut et Hearnii D. et N. eam ignorant. In ultima etiam Sigonii ed. quæ eo mortuo Venetiis a. 1592. prodiit, totum scholium omissum, in contextu tamen lectio servata est.

§ 2 *Mandonius vir nobilis, qui*] Et hic locus in omnibus exemplaribus, quæ nobis contigere, corruptus habebatur. Sequitur enim verbum 'venere.' Nisi quis Latine dici putet, *Mandonius, concitis popularibus, venere:* et, 'Plato, vocatis discipulis in scholam, adventarunt:' et quod ab initio libri quarti hujus decados Livius postea habet: 'L. Attilio præfecto præsidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis atque impositis in naves, ut Rhegium deveherentur:' ubi conjunguntur *Attilio deductis*, quia *milites* in media assumptum est. Item XXVII. 5. 'Exinde Mutine, et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in senatum introductis, honores omnibus ad exsolvendam fidem consulis habiti.' Sed judicio lectoris hoc etiam committimus. *Glar.* Pall. duo *Mandonius inde nobilis.* Pal. 2. *Mandonius Indibilisque.* Gebh. Glareanus, cum legeret *ad populandum venerunt*, sollicitus erat ut probaret haud invito Prisciano dici *Mandonius, concitis popularibus, venerunt.* Postea nescio quis audaculus supposuit *venit*, contra omnes Mss. quos quidem vidimus: constanter enim illi *venerunt.* Sed Put. *Mandonius Indebilisque:* quod non prius vidi, quam succurrit, hunc esse illum, Polybio Ἀνδοβάλην, Livio *Indibilem* dictum, Hispaniæ, et quidem Ilergetum regulum. Lib. XXVI. c. 49. 'Mandonii uxor, qui frater Indibilis Illergetum reguli erat.' Idem postea in multis aliis codd. invenimus, etiam in excerptis unius Pall. Alii *Mandonius inde nobilis.* J. F. Gron. *Vir nobilis* soli meorum Rec. Lov. 4. et Hav. *ita nobilis* Ber. *ille nobilis* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *inde nobilis* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hafn. Gaertn. et Hearnii D. *inde nobilisque* Flor. a m. pr. et Cant. *Indebilisque* Flor. a m. sec. *Indibilisque* Hearnii N. qui tamen in margine præfert *vir nobilis.* *Venit* autem, pro *venere*, primum invenio in ed. Froben. 1535. Ceterum Medius, qui libri præc. c. 22. § 3. et c. 23. § 2. una tantum liquida *Ilergetes* scripserat, hic et postea sæpe *Illergetes* edidit; ubi alteram literam *l* expunximus. Vide, quæ ad loca laudata notantur. Adde Cellarii Geogr. Ant. II. 1. § 94.

§ 3 *In agrum pacatum Romanorum sociorum ad populandum venerunt*] Liber optimus *pacatum socios Rom. ad popul. venerunt.* Lege *socios Romanorum depopulatum.* Sic Samnites ad Hannibalem XXIII. 42. 'Ita sumus aliquoties hac æstate devastati.' Aut, si vulgatam mavis, accipe quasi factum ex *socii Romanorum*, non ex *socii Romani:* neque enim ita loquuntur veteres. Estque ambiguitas eadem XXIII. 26. 'Perculit eum præfectorum navium transitio.' Sic et potest intelligi 'sociorum Romanorum.' *J. F. Gron.* Vulgatum tuetur locus Livii XXIII. 42. 'Sub signis ad populandum ducebant.' *Duk.* Vulgatum est in plerisque Mss. Sed *sociorum Romanorum* præfert Flor. quemadmo-

dum Gronov. 1665. edidit, tacite damnans lectionem, quam 1645. receperat, *sociorum populi Romani*, quæ in nullo cod. obvia est. In notis vero ad I. 26. § 4. quum in priore earum ed. *Romanorum sociorum* probasset, postea in repetitis curis ex optimo libro maluit *socios Romanorum*; quam scripturam non modo hic probat, sed insuper ex conjectura refingendum putat *socios Romanorum depopulatum*, id est, ut depopulentur socios Romanorum. Hunc usum supini prioris pluribus inlustrarunt Burmann. ad Phædr. I. 16. 1. Cortius ad Sall. Jug. c. 20. Markland. ad Statii Silv. I. 4. 10. et Arntzen. ad Auct. de Orig. Gent. Rom. c. 20. § 3. Adde quæ notavi ad Livii I. 31. § 8. et VIII. 28. § 2. facile etiam *populădum* et *populatum* commutari potuerunt. Vide quæ notavi ad II. 48. § 4. Quum tamen neque hanc lectionem ulli codd. firment, et eam, quæ in Flor. exstat, servari posse Gronov. ipse docuerit, eam etiam præferendam esse duxi.

§ 4 *Adversus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis a Scipione missis*] Optimi codd. *tribus militibus*, et deinde *missi*. Scribe *Adv. eos tribunus militum cum exp. aux. a Scip. missi*. Genus loquendi, quale XXI. 60. observavimus, *dux cum aliquot principibus capiuntur*. De ministerio autem tribunorum simili XXXII. 11. 'Quatuor millia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit:' Quintius puta ad Aoum amnem. Lib. XXXVIII. c. 13. 'Consul, tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi receptum Alabandensibus reddidit.' XLII. 36. Cn. Sicinius pr. 'inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Dassaretiorum et Illyriorum castella, ipsis arcessentibus præsidia, ut tutiores a finitimorum impetu Macedonum essent, misit.' *J. F. Gron.* Omnes mei vulgatum defendunt, nisi quod in uno Ber. sit *tribus millibus militum, &c. missis.* Neque dissentiunt Hearnii codd. nisi quod in N. a m. sec. sit *tribus militibus.* Et tamen quid simile, ac Gronov. conjecit, requirit compositio orationis. Ceteroquin enim non est, quo referas τὸ *fudere*.

Fudere, multis occisis, quibusdam captis] Pall. habent *funderent, omnibus occ., quib. captis.* Gebh. Put. *fudere omnis occisis quib. captisque.* Inter versus monstrabatur *omnibus*, quod in duobus Pet. duobus Pall. Reg. Men. Voss. inde visitur. Sed ex principe lectione Salmasius, *fudere omnes, occisis quibusdam captisque.* J. F. Gron. *Fuderunt* Lov. 3. 4. *funderunt* Lov. 5. *funderant* Voss. *funderent* Lov. 1. Harl. et Hafn. Deinde *omnibus occisis, quibusdam captis* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Quod quum ferri nequiret, hinc *pluribus occisis, quibusdam captis* datum est in Lov. 3. *multis occisis, quibusdam captis* in aliis. At verum omnino est, quod exstat in Put. sive quod ex ejus vestigiis eruit Salmas. apud Gronov. Quod itaque in eo cod. *omnibus*, pro *omnis*, vel *omnes*, datum sit a m. sec. error est in Mss. frequentissimus. Vide hoc lib. c. 8. § 8.

Magnaque parte armis exuta] Pall. *magna pars armis exuta.* Gebh. Ab Aldo ortum est. Priores, ut et Voss. Gud. Mur. Pall. *magna pars armis exuta.* J. F. Gron. Id sibi quoque inventum testatur Hearnius in L. 1. et N. neque aliter exhibent omnes mei, nisi quod in Hav. sit *magna pars armis exuta est.*

§ 5 *Cedentem ad oceanum Hasdrubalem cis Iberum ad socios tutandos*] Pal. 3. *ad socios curandos.* Gebh. Similiter 'curare' et 'tutare' confundunt librarii apud Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 19. Deinde *ad oceanum cedentem* legit Lov. 1.

§ 6 *In agro Lergavonensium*] *Ilercaonensium* Ptolemæi auctoritate reponi potuit. Sed hoc quoque in me-

dio relinquo. *Sabell.* Varie hujus populi nomen scribunt codd. Sed 'Ilercaones' vel 'Ilergaones' plerumque vocantur, 'Illurgavonenses' apud Cæsar. Civ. I. 60. Vide Marcæ Marcam Hispan. II. 8. et Cellar. Geogr. Antiq. lib. II. c. 1. p. 88.

Castra Romana ad novam classem erant] Quam *novam* classem? an xxv. navium de Pœnis captarum c. 20.? vix puto. Nec de classe P. Scipionis cogitari potest, quia hæc demum post has res gestas in Hispaniam venisse dicitur c. 22. Suspicabar primo *ad navium classem.* Sed hoc abjeci propter ea, quæ scribit Jac. Gronov. ad c. 32. Nam nec ipse *classem navium* sine numero adjecto usquam dictum inveni. Quæ tamen hic sit illa 'nova classis,' ab aliis discere cupio. *Duk.* Crevierio voces *ad novam classem* pro loci nomine accipiendæ videntur. In Itiner. autem Antonini p. 452. memorari docet locum inter Ilerdam et Tarraconem, 'Ad Novas.'

Quum fama repens alio vertit bellum] Pal. 2. *alio avertit bellum.* Gebh. Put. Pet. melior *avertit.* J. F. Gron. Ita et Flor. Utrumque obcurrit. 'Vertere bellum' XXIII. 26. XXIV. 36. XXV. 14. et 23. l. XXVI. c. 12. aliisque locis: 'avertere bellum' XXVIII. 43. 'Avertisse eo bellum, unde venerat, refers.' XXXI. 7. 'Totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus.' Et solent etiam 'vertere' et 'avertere' commutari. Vide ad III. 1. § 3. Hic itaque optimos sequi præstat: quod etiam Crevier. fecisse video.

§ 7 *Celtiberi principes, qui regionis suæ legatas obsidesque dederant*] Locus in tenebris aut in vitio est. Nam qui isti 'regionis legati?' Joh. Saxonius in suis ad Livium notis explicat 'Vicarios, et quos vulgo dicimus Locumtenentes.' Apage: non sic Latini. Liber scriptus ex parte subvenit, qui habet, trajectis vocibus, *Celtiberi, qui principes regionis suæ:* ut non legati regionis, sed principes sint. Sed, ut diximus, 'ex parte:' quia suspectum etiam et durum 'dare legatos.' Obsides sane damus, at illos mittimus. Velim *qui principes regionis suæ legarant, obsidesque dederant.* Duo commemorat amicitiæ et fœderis signa. Celtiberi, inquit, primores gentis suæ legatos miserant, et obsides quoque præterea dederant. Hæc autem legatorum missio indicata c. 20. his verbis: 'Reditumque in citeriora provinciæ, quo omnium populorum, qui Iberum accolunt, multorum et ultimæ Hispaniæ legati venerunt.' *P. Ruben.* Elect. I. 28. Nullum a vulgata lectione discrimen reperi in Pall. Mss. *Gebh.* False. Put. *Celtiberi, qui principes regionis suæ legatos miserant, obsidesque dederant.* J. F. Gron. Rubenii scripto in transponendis vocibus consentiunt Flor. et Cant. quorum posterior etiam vocem *legatos* omittit. Sed Putean. solus veram lectionem servavit.

Nuncio misso a Scipione exciti, arma capiunt] Habet Pal. 1. *nuncio misso a Scip. arma capiunt*, relegato τῷ *exciti.* Gebh. *Exerciti*, pro *exciti*, Cant. Vide ad x. 33. § 1. Tum τὸ *misso* exsulat a Lov. 4. Mox vero *provinciam Karthaginiensium*, omissa copula *que*, præfert Lov. 3.

§ 8 *Quindecim millia hostium occiderunt*] *Millia hominum* Ber. Vide ad XXIII. 37. § 11. Tum *ceciderunt* Lov. 5. Gaertn. et Hav. *cecidere* Lov. 4. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Paullo ante *oppida expugnant*, omissa media voce, Lov. 4. et 5. Inde *egregie pugnant*, pro *pugnantes*, Flor. et ita legit Put. in fine tamen addens *ac*, unde Crevier. legendum conjicit, *egregie pugnant, ac quindecim millia hostium occidunt.* Vide ad x. 12. § 4. Si Florentini lectionem probamus, nulla opus est emendatione; quin et mitius videtur, uno cod. adsentiente *ac* in Put. expungere, quam, invitis omnibus Mss. *occiderunt* mutare in *occidunt.* Neque displicere

debent tempora verborum diversa *pugnant, occiderunt, capiunt*. Supra enim ad III. 46. § 9. ex Livio exempla laudavi, ubi itidem junguntur 'jubet, ejecit, comparat, consultant, addidit, locat;' et contra 'excepit, resupinat, adfixit.' His igitur inlustrari possunt, quæ obcurrunt X. 44. § 4. 5. 'terruerant, cepit, fecerant.' Mox *quatuor millia militum* Hav.

CAP. XXII. § 1 *Magnoque commeatu adjecto*] Vet. lib. *advecto*. Sigon. Ita et omnes mei, nisi quod *advectu* sit in Lov. 4. *advento* in Gaertn. Solent autem 'adjectus' et 'advectus' in Mss. commutari. Vide ad XXXI. 45. § 8. Paullo ante *cum XX. longis navibus* Lov. 2. et 4. Reliqui nihil mutant. Nihilominus Polyb. etiam tantum viginti naves agnoscit III. 97. Προχειρισάμενοι ναῦς εἴκοσι, καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Πόπλιον Σκιπίονα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐξαπέστειλαν μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γνάϊον.

§ 2 *Ea classis ingens agmine onerariarum*] *Ingens agmine onerariorum* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ingens onerariorum* Ber. a m. pr. et Hafn. Mox *civium suorum sociorumque*, addita media voce, Rec. Tum *in portum Tarr. ex alto tenuit* Harl. *portum Carthaginis* Lov. 2. et Hafn. Vox *portum* deficit in Gaertn. sequens in Hav.

§ 3 *Milite exposito profectus Scipio fratri conjungitur*] Pal. 2. *fratri se conjungit*. Gebh. *Exposito P. Scipio* Hav. *exposito prof. fratri se conjungit* Flor. Recepi autem *se conjungit*, et quidem tanto fidentius, quod videam Crevier. in Put. *fratris conjungit* invenisse, et inde *fratri se conjungit* scribendum conjecisse.

Ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum] Habet Pal. 3. *communi consilio animoque*. Gebh. *Atque inde communi animo* Lov. 5. et Harl. *atque deinde communi animo* Lov. 4. Omnia septem hæc vocabula librarii neglegentia non adparent in Ber.

§ 4 *Obsides totius Hispaniæ custodiæ traditos*] Exemptum est τὸ *custodiæ* a Pall. duobus. *Gebh*. Exsulat eadem vox a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quæ tamen sensui necessaria est, nisi legamus *obsides totius Hisp. trad. Hannibali*. In præcedentibus τὸ *igitur* deficit in Lov. 4. et *Celtibero bello*, pro *Celtiberico*, legit Hav. Ita infra XXVIII. 2. 'Erant autem in Celtibero exercitu quatuor millia scutatorum:' ubi vide.

§ 5 *Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniæ populorum animos morabatur*] Pall. 1. ac 3. *incl. a Romana societate*. Dein Pal. 1. *memorabantur*. Forte legendum *remorabatur*. Gebh. *Id ob unum pignus* Lov. 1. Tum *incl. ab Romana societate* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hearnii D. et edd. principes. *Inclinaturum Romana societate* Lov. 2. Tum *memorabant* Lov. 3. *morabantur* Voss. Ber. et Gaertn. *memorabantur* Lov. 1. *memorabatur* Lov. 2. *remorabatur*, quod Gebhardo placebat, Hav. Sed 'morari' et 'memorari' etiam commutabantur VII. 34. § 14. 'Remorari' ex emendatione Gronovii obcurrit XXVII. 12. 'Ne remorandi quidem caussam in Italia fore.' Hic tamen uni credere nequeo.

Ne sanguine liberorum suorum] Put. manus prior *liberum suorum*. Lib. I. c. 9. 'Illas in societate fortunarum omnium et, quo nihil carius humano generi sit, liberum fore.' Et c. 13. 'Nepotum illi, liberum hi progeniem.' Et c. 39. 'Puerum liberum loco cœptum haberi.' Sic XXI. 17. ex nostris dedimus *et socium quantum ipsi videretur*. J. F. Gron. Hanc contractionem tum in illa, tum in aliis vocibus Livius sæpius usurpavit. I. 42. 'Qualis Anci liberum animus adversus Tarquinium fuerat.' III. 50. 'Neu se ut parricidam liberum aversarentur.' VIII. 7. 'Me quidem ingenita caritas liberum movet.' c. 28. 'Suæ condi-

tionis liberumque suorum respectu.' XLV. 41. 'Neque ex tanta stirpe liberum superest, qui L. Æmilii Paulli nomen ferat.' Vide etiam ad I. 53. § 6. et XXVII. 45. § 7. Ita *modiûm* pro *modiorum*; vide ad XXVI. 47. § 8. *sociûm* pro *sociorum*; vide ad XXI. 17. § 2. *Celtiberûm* pro *Celtiberorum*; vide ad XXX. 8. § 8. *duûm* pro *duorum*; vide ad III. 25. § 4. Similia etiam alibi passim obcurrunt.

§ 6 *Selerti magis quam fideli consilio*] Pall. 1. et 3. *solertia magis, quam fideli consilio.* Gebh. Put. Pet. melior, duo Pall. Voss. *solertia magis, quam fideli consilio.* J. F. Gron. Ita et Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. (quorum unus *solerti* præfert in margine) et edd. usque ad Froben. qui a. 1531. *solerti* substituit. *Solertia magis, quam cons. fideli* Lov. 3. *solertia magis quam fide cons.* Lov. 5.

Consilio ex societate dux erat Sagunti nobilis Hispanus] Vos ita mutastis (cum dico mutastis, errasse vos aio, atque induxisse); mutastis autem, facientes ex binis dictionibus singulas, de *ex societate*, *exsolvendam*: de *dux erat*, *duxerat*. Ego sic *consilio exsolvit*: estque finis superioris sententiæ. Tum sequitur altera: *Acedux erat Sagunti nobilis Hispanus.* Siquidem *Acedux* nomen hominis est, ut in sequentibus patet. *Valla.* Hic a Polyb. dicitur 'Αβίλυξ III. 98. constantissima libri fide, ut *Abilux* vocandus esse videatur. *Sigon.* Pal. 1. *consilio ex soc. duxerat. Sag.* Pal. 2. *cons. exsolvendum duxerat. Sag.* Pal. 3. *consilio exsolvit: ex societate duxerat Sag.* Gebh. Edd. quasdam habere video *Acedux.* Scriptus Cantabrigiæ et Men. cum Voss. *exsocietate dux erat.* Put. Pet. *exsollicitate luxerat.* Unde duntaxat apparet ab Livio etiam fuisse appellatum *Abelux* vel *Abelyx*: non *Abelox*, quod editos occupat. Neque mihi dubitandum unquam duxi, vestigia hujus ipsius nominis elucere in altero nomine principis Celtiberorum adolescentis, quod Livio XXVI. 50. editur *Allucius*, in Mss. *Luccius.* Jac. Gron. *Consilio ex soc. dux erat Sagunti* Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Brancal. Latinii, et Hearnii L. 1. *consilio exsolvit: dux erat Sagunti* Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *consilio ex soc. exsolvit: dux erat Sagunti*, utraque lectione juncta, Hearnii N. *consilio ex soc. Pœnorum ad Romanos aspirans liberandam decrevit: dux erat Sagunti* plurimum interpolatus Hearnii D. *consilio ex sollicitate luxerat Sagunti* Flor. a m. pr. pro quo alia manu in margine emendatur *consilio exsolvit. Abelox erat Sagunti*: quomodo etiam præfert Lov. 5. Verum primigenia optimi Flor. ut et aliorum codd. vestigia, ut Gronov. monuit, potius *Abelux*, quam, ut Lipsius ad § 20. hujus cap. putat, *Abelox* legendum demonstrant; præsertim accedente Polybii auctoritate.

Qualia pleraque sunt barbarorum ingenia] Pall. *qualia plerumque sunt.* Amplius Pal. 3. *tamen qualia.* Gebh. Omnes *plerumque sunt barb. ingenia.* J. F. Gron. Ita et Flor. Cant. Lov. 3. 4. Harl. Hav. et Brancal. Latinii: *sunt plerumque* Lov. 2. Ber. et Hafn. *tamen qualia*, pro *tum qualia*, etiam Brancal. Latinii, et Harl. Vide hoc lib. ad c. 17. § 5.

§ 7 *Nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus*] Fortassis legendum *nihil aliud, quam onus vile atque inf. corpus esse ratus.* Nam haud scio, an Latini dicant *unum vile*, quomodo hic ponitur. Quod si locus bene habet, notandum sane id locutionis genus, ut rarum atque infrequens. *Glar.* 'Unum corpus' vocat, quod proditores non tantum se solos, sed multos sæpe secum tradunt. Quare inepta est Glareani correctio *onus vile.* Cæterum *infame* ab odio eorumdem. Justinus III. 7. 'Sperantes se Pericli acquirere posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis

infamiam.' *Gebh.* A Glareano etiam dissentit Gron. de Pec. Vet. I. 10. 45. Vide ad VII. 34. § 3. Mox *quam proximum emol.* pro *quam maximum*, Hafn. et Ber. Solent passim has voces commutare librarii. Vide Burm. ad Suet. Claud. c. 38. Vitell. c. 2. et Corte ad Plinii Ep. IV. 3. 3. et V. 12. Adde hoc lib. ad c. 53. § 2. XXV. 9. § 15. et XXVI. 10. § 3.

§ 9 *Injussu Bostaris præfecti satis sciret, nihil obsidum custodes facturos esse*] *Sine jussu Bost.* Rec. quod ex glossa natum est. Supra II. 12. 'Consulum injussu et ignaris omnibus.' VII. 15. 'Injussu imperatoris prœlium endturos.' IX. 10. 'Injussu populi Romani Quiritium.' X. 3. 'Ut dictatoris injussu dimicaret.' XXII. 10. 'Injussu populi voveri non posse.' XXIII. 2. 'Ne quis adire curiam Injussu suo possit.' XXV. 21. 'Injussu prætoris signis convulsis in aciem exirent.' XXVI. 33. 'Agi de Campanis injussu populi non video posse.' XXVIII. 18. 'Cum hoste agere injussu senatus.' XXXVII. 19. 'Cui rata ista pax erit, quam injussu populi Romani peregerimus?' XXXIX. 55. 'Gentis injussu profecti occupare agrum.' *Hostaris* Lov. 1. sæpius hoc cap. Tum vox *satis* exsulat a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et priscis edd. quam primus recepit Aldus. Aldo consentit Flor. et Cant. Vide ad VI. 28. § 7. Deinde *obsidium* Voss. et Lov. 1. Vide ad § 14. hujus cap. Mox vocem *arte* omittunt edd. Sigonii nomine inscriptæ, quam omnes manu exarati et editi reliqui servant.

§ 10 *Ut aditum ex portu intercluderet Romanis*] Toleranda forsitan scriptura. Nihilominus si Saguntus portum habuit, mirari profecto oportet, nullam ejus in tam notabili obsidione vel a Livio vel a Polybio mentionem factam, nec etiam ullo alio in loco, præter hunc; et qui ne semel quidem aliqua classis sive Punica, seu Romana illuc applicuerit. Cur denique ipse nunc P. Scipio cum exercitu illuc ire dicitur maluisse itinere terrestri? Sed nec Polybius, quem nunc exprimit Livius, Saguntini portus mentionem hoc loco facit, ac tantummodo Bostarem ait III. 98. ἐστρατοπεδευκέναι τῆς Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν μέρεσι. Tum sitam eam dixit præcedenti libro c. 7. non in litore, non ad fluviolum quendam, sed passus mille a mari reductam. Ut scias, quid velim. Tam suspecta mihi occurrit vulgata lectio, quam arridet Cantabrig. et Pet. *ut aditum ea parte intercluderet Romanis.* Jac. Gron. *Ex parte* præferunt Flor. et Hearnii L. 1. atque N. in margine; ubi tamen alia manu iterum delendum esse monetur. Hinc lectio a Gronovio probata, quæ etiam vera esse videtur, plurimum firmatur; *ea* enim et *ex*, sive *A* et *X*, passim in Mss. confunduntur. Vide ad XL. 59. § 8. Crevierius tamen vulgatum tuetur, *aditum ex portu* exponens aditum ad urbem ex ea parte, qua portus est, ac docens ex Cellar. Geogr. Ant. II. 1. p. 85. inter oppida maritima habitam esse Saguntum; neque obstare, quo minus portum ad mare habuerit, quod vel mille, vel, ut alii, tria millia passuum, remota a mari fuerit; quum inter Piræeum et Athenas quadraginta stadia, sive quinque millia passuum, interfuisse dicantur. *Intercluderet ex portu* præferunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum editis Aldo prioribus.

Monet, in quo statu sit res] Optimi præpositionem ignorant. Cic. Fam. XV. 20. 'Ut existimare possimus, quo statu simus.' Revise ad III. 68. *J. F. Gron.* Nostri omnes præpositionem agnoscunt, quæ nec a Flor. nec a Cant. abesse notatur: at, ea trajecta, *quo in statu* præferunt Ber. et Gaertn. Livius autem in hac locutione præ-

positionem vel addere, vel omittere solitus est. Vide ad XXVI. 28. § 1. Paullo ante *ibi eum*, pro *ibi eum*, Harl. *ibi tum* Lov. 4. et 5. Vide ad IX. 35. § 7.

§ 11 *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos*] *Hispaniarum animos* Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. Mox *profugiumque*, pro *perfugiumque*, idem Hav. Vide ad XXXVII. 57. § 2. Præterea *devincendos*, pro *devinciendos*, Lov. 3. et Hav.

§ 12 *Quodnam id subitum tantæ rei donum possit esse*] *Quidnam* Lov. 4. et 5. Tum *posset esse* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *esse posset* Hav.

§ 13 *Id privatim parentibus, &c. et publice populis gratum erit*] Malim, *id priv. parentibus, &c. id pub. pop. gratum erit:* vel potius, *id et priv. parentibus, &c. et publice*. Nam in Mss. *inde* J. F. Gron. *Inde privatim* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. pr. Hav. et Hearnii L. 1. et D. *id enim privatim* Lov. 5. *id et privatim*, ut Gronov. conjiciebat, Hearnii N. Qui paullo ante perperam legebat *remittere*, pro *remitte*.

§ 14 *Vult sibi quisque credi*] Pal. 1. *Votis ibi quisque credi*. Pal. 3. *Voti sibi quisque credi*. Gebh. *Votis ibi quisque credi* Voss. et Lov. 1. *Voti sibi quisque credi* Cant. Harl. Hafn. et Rec. *Voti sibi cujusque credi* Lov. 3. *Voti sibi unusquisque credi* Lov. 2. Mox *obsidium*, pro *obsidum*, Flor. Vide hoc cap. ad § 9.

Quantam insuper gratiam possim, adjiciam] Pal. 2. *quantum ins. possim, adj.* Pal. 3. *quantam super possim, gratiam adj.* Gebh.

§ 15 *Et ab iis ad Scipionem perductus, quid adferret, expromit*] Prima vocula abest a Gaertn. duæ sequentes a Flor. Deinde *productus* legit Hav. De his verbis a librariis inter se commutatis vide ad XXXVIII. 50. § 1. et mox hoc cap. ad § 18. *Deductus* Gaertn. Sed de verbo 'perducere' vide ad v. 15. § 8. Hinc *exprimit* Lov. quinque, Ber. Hav. Hearnii D. L. 1. et vett. edd. usque ad Frobenium, qui a. 1535. recte reposuit *expromit:* de quo verbo vide ad XXXIX. 12. § 4.

§ 16 *Mandatis ad rem agendam accipiendis*] Pal. 2. habet *ad rem gerendam*. Gebh. Ita et Lov. 3. Hearnii N. in contextu, et, quas vidi, edd. ante Aldum. Vide hoc lib. ad c. 28. § 1. Paullo ante *Et fide accepta*, addita ab initio vocula, Flor. Tum *Saguntum rediit* Lov. 3. et Harl. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Hinc *insequentem diem absumsit* Rec. *diem insequentem assumsit* Lov. 1. 4. Ber. et Gaertn. Vide ad IX. 17. § 17.

§ 17 *In præparatas sua fraude insidias ducit*] *In præparata sua fraude insidias* Lov. 4. *in præparatas suas fraude insidias* Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 1. Tum *ducitur* Gaertn. et Hearnii D. atque N. quorum tamen hic in margine *ducit* ostentat. Paullo ante *custodes hostium*, pro *custodias*, Lov. 4.

§ 18 *Quasi Karthaginiensium nomine sic agerentur*] Pal. 2. *nomine res ageretur*. Gebh. Put. Pet. Pal. Voss. aliique non malæ notæ *sic ageretur*. J. F. Gron. *Quo si Karthaginiensium* Flor. a m. pr. quod etiam Crevier. in Put. invenit, ejusque auctoritate recepit. *Sic ageretur* non tantum omnes mei, et Hearnii L. 1. atque N. verum etiam omnes, quas vidi, edd. ante Mog. quæ prima vulgavit *agerentur*. Sed *ageretur* accipiendum inpersonaliter. Insuper *Karthaginiensium nomine res ageretur* scribendum conjicit Crevier. quod Gebh. in Pal. 2. invenit. In verbis præcedd. *In Romana castra perducti* Ber. *In castra Romana producti* Lov. 2. Vide modo ad § 5. *In castra perducti* Gaertn.

§ 19 *Quam quanta futura Karthaginiensium fuerat*] *Quam empta futura* sine sensu Hafn. *quam quanta fuerit Carth.* ultima voce omissa, Harl. *quam quanta Carth. fuerat* Ber. a m. pr.

Mox τὸ *enim* non est in Lov. 2. Deinde *graves superbos*, sine *que*, Flor. Hinc *in rebus secundis expertus* Lov. 1. et Flor. a m. pr. *in rebus secundis expertis* Lov. 2. quod quidem accipi potest commodo sensu, *mitigasse expertis illos graves*, pro mitigasse erga expertes: potius tamen inscitiæ illi librariorum tribuendum, de qua dixi ad vi. 3. § 8. Nihil itaque mutandum, et *expertos* hic capi debet passive, de quo vide ad v. 54. § 6.

§ 20 *Et Acedux vir prudens*] Scriptum meum *et Abelox*: idque verum hominis Hispani nomen. Polybius ubique 'Αβίλυξ, quod tamen bonus interpres ille mutandum sibi in *Acedux* putavit. *Lipsius*, Ep. Quæst. ii. 14. Quia Polybius 'Αβίλυξ, Sigonius restituendum censet *Abilux*. Quanto rectius Pall. tres *Abelox* et *Habelox*, ut secundavit monuitque cl. Lipsius. *Gebh.* *Et a bello* Lov. 3. Harl. Rec. et Gaertn. *Habelox* Flor. et Bev. *Abelox* reliqui; quam scripturam Gruterus, Lipsianam emendationem probans, in postremam ed. recepit. Sed vide hoc cap. ad § 6.

§ 21 *Itaque ingenti consensu ad defectionem omnes spectare*] Habetur in Pal. 1. *defect. omnes spectare*. Pal. 2. plane ignorat τὸ *ad defectionem*. Gebh. Iidem Put. Pet. Voss. aliique non malæ notæ *consensu def. omnes spectare*, sine præpositione. l. iii. c. 69. 'Juventus, quæ inter tales metus detrectationem militiæ telum acerrimum adversus Patres habere solita erat, bellum et arma spectabat.' x. 11. 'Samnites arma et rebellionem spectare.' Hoc lib. c. 53. 'Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves spectare.' *J. F. Gron.* *Ita ingenti consensu* Hearnii D. Vide ad xxi. 53. § 7. *Itaque ingenti assensu* Lov. 4. et 5. Tum *ad defectionem* mihi tantum obvium fuit in Lov. 3. Rec. et Gaertn. Sed nostri reliqui, ut et Hearnii Oxoniensis præpositionem ignorant. Quamvis itaque Livium sæpius 'spectare ad aliquid' dixisse, docuerim ad i. 47. § 1. hic tamen codicum, præpositionem abjicientium, auctoritatem sequor, præsertim quum et ita Livius haud raro loquatur. Ita v. 16. 'Fata et Deos spectabant.' c. 21. 'Hostium templa novasque sedes spectare.' vi. 33. 'Quum Antiates deditionem spectarent.' vii. 32. 'Summum quodque spectate decus.' viii. 19. 'Fugam magis retro, quam prœlium aut hostem, spectante milite.' ix. 10. 'Arma cuncti spectant et bellum.' x. 18. 'Spectantes jam arma Etruriæ populos.' xxiii. 34. 'Bellum ac defectionem omnes spectare:' ubi ante Gronov. etiam vulgo *ad bellum* edebatur. Et ita Justin. locutum esse, probat Verst. ad ejus xii. 3. Ceterum *socios omnes spectare* Lov. 1. cujus librario vox *socios* ex § præc. obversabatur. Τὸ *omnes* deest in Hearnii L. 1. *omnes spectare* in Hav. Mox *nisi hiems*, pro *ni*, Lov. 4. et 5. Vide ad xxiii. 1. § 8.

Cap. xxiii. § 1 *Quum in Italia paullulum intervalli*] *Paullum int.* Flor. et Lov. 3. ac 4. quod se etiam in Put. invenisse auctor est Crevier. Id igitur admittendum judicavi. Vide ad xxxvi. 9. § 8.

§ 2 *Quæ ut Hannibalem non mediocri sollicitum cura habebat*] Vocula *ut* non adparet in Lov. 2. et 5. Tum *non med. cura soll.* legit Lov. 1. et mox *eum magistrum militiæ* Lov. 2.

§ 3 *Ita contemta erat inter cives, armatos pariter togatosque*] *Ita contemtus erat* Lov. 2. *tam contemta erat* Lov. 4. *tamen contemta erat ejus cunctatio* Lov. 5. Hinc *inter cives Romanos, armatos pariter togatosque* Hearnii N. *inter cives Romanos, armatosque pariter togatosque* Gaertn. *cognatosque* Lov. 1.

Læto, ut verius dixerim, quam prospero eventu] Pal. 1. *læti, ut prius dix.*, *quam pros. eventu*, Pal. 2. *læto, ut prius dixerim*: neque dissentit priscus edi-

tor. Pal. 3. vero, *levo, ut dixerim, quam prospero eventu.* 'Lævum' vocat infelicem eventum, quia quinque millia Romanorum cæsa a Pœnis. *Gebh.* Elegantius τὸ *ut* omittit Put. cum socio Pet. Alludentque alii *læto ut prius*, aut *læto ne prius* exhibendo. Suetonius Caligula c. 13. 'Populum Romanum vel dicam hominum genus:' ut ibi liber Pithœi. Cicero ad Att. IX. 7. 'Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, jam effecissem.' Alibi ne *dixerim* quidem addit Noster. Lib. XXVII. c. 9. 'Ab Romanis extra Italiam in exilium verius, quam in militiam, ablegari.' XL. 27. 'Ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus justis.' XLI. 18. 'Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.' *J. F. Gron. Et ut propius dix.*, omissa voce *læto*, Lov. 4. *levo ut prius dix.* Gaertn. *lævo ut prius dixi* Rec. *levone prius dix.* Ber. *lævo*, pro *læto*, etiam est in Vaticano Latinii: *leno ut prius dix.* Lov. 5. *læti ut prius* Voss. et Lov. 1. *læto prius dix.* Lov. 3. *læto ut prius dixeram* Hafn. *læto ut prius dix.* Lov. 2. Harl. Hav. et vett. edd. *lætove prius dix.* Flor. unde, unica litera relegata, reliquis vero aliter in voces distinctis, oritur id, quod ex suis Gronov. probat *læto verius dixerim*. Vulgatum *læto ut verius dix.* neque in ullo cod. mihi obviam fuit, neque in excusis ante ed. Ascens. 1513. Cic. de Orat. II. 4. 'Quæcumque caussa vos huc adtulisset, lætarer; sed tamen, vere dicam, quævis, mallem, fuisset, quam ista.'

§ 4 *Quum a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset*] *A profundis* Lov. 1. *a profugis* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Har. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui *a perfugis* primus substituit. Supra x. 40. 'Hæc comperta perfugarum indiciis:' et eodem cap. 'Exeunti jam forte in aciem nunciat perfuga:' ubi similiter turbant nonnulli codd. et edd. Hoc lib. c. 28. 'Perfugis multa indicantibus:' ubi quoque eodem modo variant codd. XXIV. 20. 'Recepti perfugæ trecenti septuaginta.' XXV. 29. 'Aliam suam ac perfugarum caussam esse:' ubi olim edebatur *transfugarum*. XXVII. 15. 'Pro perfuga jussus Tarentum transire.' XXVIII. 23. 'Perfugæ a Gadibus venerunt, pollicentes, urbem prodituros esse.' XXX. 37. 'Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes redderent Romanis.' c. 43. 'Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.' XXXVIII. 11. 'Perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis:' et alibi sæpe. Similiter 'perfugere' et 'profugere,' ut et 'perfugium' ac 'profugium' in Mss. commutari, videbimus ad lib. XXXVII. c. 57. § 2. De caussa erroris dictum est ad IX. 10. § 7. Ceterum strategema hoc Hannibalis inlustrarunt viri docti ad Justin. III. 7. § 8.

Ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit] Pall. duo *vim omnium hostium*. Pal. 3. *vim omnem host. obsideri jussit:* perperam. Idem factum Archidami, de quo Trogus III. 7. 'Periclis agros in populatione cæterorum intactos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis infamiam.' *Gebh. Vim omnium hostium abstineri* etiam Flor. Cant. Lov. 2. et Gaertn. *vim omnium abstineri hostium* Ber. Male. Vide ad VI. 22. § 6. *Vim omnem hostilem* legere jubet Crevier. Præterea *ab eo uno* editi Ald. qui in contextu lapsu operarum edidit *ab non eo*, sed inter errata *ab uno eo* reposuit.

§ 5 *Altera ipsius facto*] *Ipso facto* Voss. Lov. 1. 3. Ber. et Hav. Vide ad VI. 3. § 8. Mox τὸ *est* non adparet in Cant. ut nec voces *in maximam* in Gaertn.

§ 6 *Quod, sicut primo Punico bello*

factum erat] *Quod sic primo* Lov. 4. et Gaertn. *quo sint primo* Lov. 1. *quo sic primo* Lov. 2. *quod sit primo* Harl. *quo sit primo* Cant. et Flor. a m. pr. *quod primo* a m. sec. et Hav.

Convenerat inter duces Romanos Pœnumque] Omnes auctores hoc tribuunt uni e Romanis Fabio. Etiam Livius vocat 'ipsius factum,' quod ipsi uni conflaverit invidiam, quoniam non consuluisset Patres. Scribendum haud dubie *inter duces Romanum Pœnumque;* quod clarissime etiam ex eo patet, quod paulo post sequitur, 'quum plures Romanus, quam Pœnus, recepisset:' quo evidenter hæc verba, quæ emendamus, respici, nec intelligi Romanum populum, sed ipsum ducem, unum illum Fabium, ex contextu verborum satis perspici potest. Infra xxiv. 15. 'Quum utrinque duces Romanus Brutium Lucanumque, Pœnus Romana mancipia verbis obtereret.' xxx. 18. 'Duos imperatores Pœnum Romanumque.' *Jac. Periz.* In Voss. *Romanos* quidem scriptum est, sed duabus postremis literis τῷ um superimposito. Sed et in scedis suis Salmasium ista ex Msto Puteanæo scripsisse cerno *inter duces Romanosum Pœnumque.* Lege *inter duces Romanum Pœnumque.* Jac. Gron. Putean. lectio docet ejus librarium in cod. suo duplicem invenisse scripturam *Romanos* et *Romanum*, quam utramque eo modo conjunxit, quod incertus foret, utra præferenda esset. Vide ad c. 20. § 2. Vera autem est virorum doctorum conjectura *duces Romanum Pœnumque,* quod servant Lov. 5. Gaertn. et apud Crevierium Tellerianus. *Ro. Pœnumque* habet Ber. a m. pr. Formata autem est hæc locutio eodem modo, atque xxix. 2. 'Cornua dextrum Ilergetes, lævum ignobiles tenebant Hispani populi:' ubi alia vide.

Quæ pars prius reciperet, quam daret, argenti pondo bina et sex libras in milites præstaret] Vos mutatis *prius* in *plus*, ego in *plures*, et *milites* in *militem*, et *sex libras* in *selibras*, id est in singulas libras cum dimidiata, ut 'semodius' unus modius est et dimidiatus, et 'sescunx,' uncia et media. *Valla.* Plutarchus in Fabio p. 178. vertit δραχμὰς πεντήκοντα καὶ διακοσίας. *Sigon.* Put. *quæ pars prius rec.* An fuit *plures*, nempe captivos? Nec moverim tamen vulgatam, ad quam intelligis 'captivorum.' *J. F. Gron.* *Prius reciperet* etiam Flor. Cant. et Hafn. Solent hæ voces *prius* et *plus* interdum a librariis perperam confundi. Vide ad ii. 56. § 6. viii. 36. § 7. et alibi. Vulgatum igitur *plus*, in quod reliqui codd. conspirant, servandum puto; præsertim quum Livius ita loqui soleat. Supra iv. 52. 'In legationes non plus singulis senatoribus invenientes.' viii. 25. 'Samnitium plus, quam vellent, intra mœnia esse rebantur.' xxiii. 16. 'Vix equidem ausim adfirmare, non plus quingentis, vel quingentos, Romanum amisisse,' ita Gronov. ibi legendum censet. c. 44. 'Pœnorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plus, quam triginta.' c. 46. 'Hostium plus quinque millia cæsa eo die.' xxiv. 41. 'Supra duodecim millia hominum cæsa duobus prœliis: plus mille captum.' c. 42. 'Plus octo millia hominum cæsa, haud multo minus, quam mille, capta:' ubi *minus* similiter ponitur pro pauciores. xxvii. 1. 'Quum tredecim millia alibi, alibi haud plus, quam septem, inveniam.' xxxii. 12. 'Non plus duobus millibus hominum amissis.' xxxiii. 30. 'Ne plus quingentis armatorum haberet.' xliv. 10. 'Quingentos ferme occiderunt, et non minus ceperunt:' c. 42. 'Ex victoribus ceciderunt non plus centum.' Vide etiam Vorstium ad Val. Max. i. 8. 5. Deinde *sex libras* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. pro quo recte Valla *selibras* reposuit. Perperam tamen *selibras* exponit singulas libras cum

dimidiata, *semodium* unum modium cum dimidiata: quum *selibra* sit libra dimidiata, *semodius* modius dimidiatus. Varro de Ling. Lat. IV. 40. 'Se valet dimidium, ut in selibra et semodio.' Alia ratio est *sescuncis*, quæ vox non cum *semi*, sed *sesqui*, componitur. Deinde *in milite* Flor. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. quæ voces desunt in Lov. 1.

§ 7 *Ducentos quadraginta septem quum plures*] Plutarchus in Fab. 178. *ducentos quadraginta* vertit. Vereor ne scriptum fuerit *CCXLII.* Sigon. Omnes nostri in numerum receptum consentiunt; unus Hav. *CC. et quadraginta septem* legit. Mox *plures Romanos quam Pœnus recepisset* Lov. 1. sed additis voci *quam* notis, quibus eam delendam esse indicatur. Tum *jactatum in senatu*, omissa voce *re*, Lov. 3. et Ber. *jactata frustra in senatu re* Lov. 5.

Tardius rogaretur] *Rogaretur*, pro *erogaretur*, dictum videtur. *Sigon.* Pal. 2. *erogaretur.* Gebh. Scribe omnino *tardius erogaretur*, ut sane et nonnulli habent libri: nam 'rogare' veteres dixisse pro 'erogare' non persuadet Sigon. *J. F. Gron.* Neque mihi verisimile videtur, eo sensu 'rogare' in usu fuisse. Sed 'rogare argentum' notabit legem ferre de pecunia tribuenda. Ita apud Cic. pro Flacc. c. 13. 'Quum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies rogabamus:' ubi vide Gruter. Et ita 'rogare provinciam' in orat. pro Sext. c. 24. 'Mihi reique publicæ pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est.' Id tamen hic ferri nequit. Jus enim statuendi de hac pecunia non penes populum in comitiis, sed penes senatum erat. Ita in hac ipsa historia Valer. Max. IV. 8. 1. 'Captivos ab Hannibale, interposita pactione nummorum, receperat: qui quum a senatu non præstarentur:' et Plut. in Fab. 178. Τούτων ἡ σύγκλητος ἔγνω τὰ λύτρα μὴ πέμπειν. Nihil itaque verius est, quam ut, addita una litera, cum Gronovio, cujus emendationem probat etiam Crevierius, legamus *erogaretur*. Et ita præferunt Harl. Ber. Hafn. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii N. a m. sec.

§ 8 *Inviolatum ab hoste agrum, misso Romam filio, vendidit*] Trogus vocat *intactum*. Pericles vero aliter, de quo idem Justin. III. 7. 'Quod ante prospiciens Pericles et futurum populo prædixerat, et, ad invidiæ impetum declinandum, agros ipsos reipublicæ dono dederat.' *Gebh.* Put. *misso Romam qui filio.* Emenda *misso Romam Quinto filio.* J. F. Gron. Non adversor. Vide eumdem Gronov. ad c. 27. § 2. Nihil tamen aut mei, aut Hearnii Msti mutant. Et ita Val. Max. *misso in urbem filio.* Plut. ἔπεμψε τὸν υἱὸν εἰς Ῥώμην.

§ 9 *Pro Gerionis manibus*] Pall. 1. et 2. *pro Geniori montibus.* Pal. 3. *pro Gerioni montibus.* Gebh. Put. et alii *Gerioni.* Lege *Gerunii*, vel *Geronii.* J. F. Gron. *Geniori* Voss. in contextu. *Gerioni* Flor. et Harl. utrumvis autem, transpositis literis, datum est pro *Geronii.* Vide ad c. 18. § 7. Deinde *montibus* Flor. Voss. a m. pr. Lov. 4. Harl. Recan. et Hav. Solent has voces librarii commutare. Vide Burm. ad Ovid. Metam. IV. 646.

Ab se usum horreorum] Vet. lib. *in usum horreorum.* Polybius III. 100. βουλόμενος σιτοβολίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παραχειμασίαν. *Sigon.* *In usum* non tantum omnes mei et Hearnii L. 1. et D. verum etiam omnes edd. quas vidi, præter unam vel alteram ab ipso Sigonio procuratam, quæ præpositionem omittunt.

Pauca legi qua erat tecta, instituí senserant] Vos sic *pauca reliquerat tecta*, quod ego non damno, quodque ego per me animadverteram: id si vos non conceditis, nec ipse concedam vobis istud vos invenisse; sed aut e libro, aut ex homine didicisse. Et

alioqui altius ipse, et plura, quam vos, emendavi, sic: *in unum horreorum, si qua reliqua erant, tecta restitui jusserat*. Valla. Pal. 1. *pauca legi qua erat tecta inst. senserat*. Pal. 2. *institui censuerat*. Pal. 3. *institui senserat*. Vulgatæ subscribit Andreas. *Gebh*. Put. *Caucalegiquatratecta institui seserant*. Alii *institui senserant*. Valla *restitui jusserat*. Propius est *pauca reliq. tecta, in stativis erat*. J. F. Gron. *Pauca legi qua erat tecta* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. *pauca legi quæ erat tecta* Voss. *pauca legi quam erat tecta* Lov. 1. *pauca legi quæ reliq. tecta* Lov. 2. reliqui cum omnibus editis *pauca reliq. tecta*. Deinde *stativa habebat*, ut typis inpressi ante Gronov. omnes, etiam Ber. Hafn. et Hav. *stativa tenet* Hearnii N. in margine: *aciem instrui jusserat* Lov. 5. *institui censuerat* Lov. 2. et 3. *institui senserat* Cant. Lov. 4. et Hearnii L. 1. *institui senserant* Lov. 1. Harl. Gaertn. et Oxon. reliqui. Mox § seq. *castris et præsidio circumspectans* Lov. 4. et 5.

CAP. XXIV. § 1 *In agro Larinati*] *Larinate* Ber. forte ex c. 18. hujus libri. Utraque forma apud Liv. obcurrit: *Larinate*, loco modo laudato; *Larinati*, XLV. 2. Vide ad v. 32. § 4. et VIII. 12. § 3. Hic igitur vulgatum præfero, quod firmant reliqui; nisi quod *Labinati* sit in Hearnii N. et Exc. Pithœi. Sed *B* et *R* ob ductuum similitudinem sæpe commutantur. Vide ad VII. 22. § 2. XXXVII. 47. § 7. et Gronov. Diatr. Stat. c. 52. p. 346. *Labirinati*, utraque lectione juncta, est in Flor. *Latinati* in Lov. 2. *Lucerino* in Lov. 3. Mox τὸ *est* exsulat a Voss. Lov. quinque, Ber. et Harl.

§ 2 *In frumentatores palantes, aut in castra, relicta cum levi manu præsidioque, fieret*] Pal. 2. *aut in frum. palatos, aut in castra relicta cum levi præsidio fieret*. Reliqui quoque duo *palatos*, ut et antiqua impressio. *Gebh*. Meliores *palatos, aut in castra relicta cum levi præsidio fieret*. Τὰ *manu* et *que* exulant. *J. F. Gron*. *Palatos* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Rec. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Vide ad I. 11. § 1. Præterea *levi præsidio*, reliquis omissis, etiam Flor. Cant. et Voss. Vide Jac. Gronov. Diss. epist. in Livii loca Geogr. ep. II. p. 15. Utram lectionem exhibuerint Oxonienses, ex Hearnii excerptis intelligi nequit. Paullo ante *agitabantur*, sine copula *que*, Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii D. atque N.

§ 4 *Quod minime quis crederet*] Quum haud difficile creditu sit, ducem, qui, hoste procul remoto, duas militum partes frumentatum mittebat, postea, quum hostis prope accessisset, jam solummodo tertiam partem militum misisse: hinc Crevier. parenthesin hanc Livio parum dignam, et aut corruptam, aut penitus tollendam judicavit: præsertim quum simile quidquam apud Polybium, quem Livius hic sequitur, non reperiatur. Mox *cum hostibus propius esset* Lov. 5. et Hearnii D. De hoc genere errorum vide ad hujus lib. c. 6. § 7. et Gronov. hoc cap. § 6. Tum *frumentatum* deest in Lov. 1.

§ 5 *Duo ferme a Gerione millia*] Polybius III. 101. ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους. *Sigon*. Paullo ante *dein castra*, pro *deinde*, Flor. Voss. et Harl. quod recepi. Vide ad XL. 3. § 6.

In tumulum hosti conspectum] Melius liber Ms. *tum. hostium in conspectu*. Lipsius, Epist. Quæst. II. 14. Non longe recedit Pal. 2. *in tumulum in conspectu hostium*. Reliqui duo, exque illis Pal. 1. *in tum. hostium conspectum*. Pal. 3. *in tumulum hostium conspectum*. Gebh. Restituimus veterem lectionem. Lipsius e codice suo notarat *hostium in conspectu*: id continuo editores in contextum. Poterat utrosque prohibere, qui Titiam docuit, quid esset *conspectus locus*, Anim. IX. 1. *J. F. Gronov*. *Hostium in conspectu* etiam Lov. 1. 3. 5. et Voss. *hostiumque conspectum* Hafn. et Hav. *hos-*

tium conspectum Cant. Ber. Lov. 2. 4. et Gaertn. neque aliter Flor. a m. pr. pro quo manus altera interpolavit *hostium in conspectu:* quod postrema Gruteri ed. recepit; cujus loco recte Gronov. vulgatum revocavit. 'Tumulus hosti conspectus' est hosti conspicuus. Ita 'tumulus conspectus' x. 40. et xxxi. 5. 'aperta undique et conspecta via' xxvii. 27. 'conspecta statio' xxxiv. 30. Vide ad iv. 13. § 2. et Burm. ad Suet. Claud. c. 4.

§ 6 *Quia haud dubie hostibus breviore via præventus esset*] Pal. 2. *præventus erat.* Boni libri omnes *præventurus erat.* Recte, sed et finge *hostis:* quod genus mendi non insolens libris antiquis jam ante notavimus. *J. F. Gron.* *Quia dubie*, media voce omissa, Hav. *aut quia dubie* Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. *aut quia haud dubie* Cant. *haud quia dubie* Lov. 4. *haud dubie quia* Flor. et Lov. 5. Tum *hostibus breviore via præv. esset* servant Lov. 3. et Hearnii L. 1. quod sensum haud incommodum habet, si *hostibus* accipiatur pro 'ab hostibus,' et *præventus esset* pro 'præveniretur.' Haud raro autem plusquamperfecta pro imperfectis poni, videbimus ad xxxiv. 11. § 2. Eam tamen veram lectionem non esse, codd. dissensus ostendit. *Hostibus breviore via præv. erat* Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *hostis breviore via præventurus erat* Voss. et Lov. 1. *hostib. præventurus erat* Flor. a m. pr. pro quo *hostis* emendat manus sec. Et, ita in D. et N. superesse, Hearnius notavit, quod etiam a Cant. confirmari videtur, et Gronov. ex conjectura in contextum admisit. De errore plerorumque librariorum, *hostibus*, pro *hostis*, scribentium, modo vidimus ad § 4.

Missi Numidæ ceperunt] Facile paterer ita finiri hoc colon, *nocte clam missi Numidæ*, et τὸ *ceperunt* abigi in malam crucem. *J. F. Gron.*

§ 7 *Postero die quum ejecissent*] Lege *dejecissent*. Ut Horatius Ep. ii. 2. 30. 'Præsidium regale loco dejecit.' Senec. de Prov. c. 4. 'Aut explorent iter, aut præsidium loco dejiciant.' *J. F. Gron.* *Postero cum vidissent* Lov. 2. *postero cum ejecissent* Gaertn. *postero cum jecissent* Voss. *postero die cum jecissent* Flor. et Harl. *postero die conjecissent* Cant. et Lov. 1. *postero die cum rejecissent* Lov. 4. et 5. quæ lectio Gronovii conjecturam *dejecissent* firmat: nam alibi sæpe 'dejicere' et 'rejicere' commutantur. Vide ad xxi. 31. § 7. 'Dejicere' autem in hac re frequens est. iv. 53. 'Dejectis, qui in præsidio erant, arcem recepit.' xxxiv. 8. 'Præsidium Hispanorum vi dejectum.' xxxvi. 44. 'Dejectis cæsisque propugnatoribus navem capiunt.' xxxix. 1. 'Ex præoccupatis dejicere hostem.' xliv. 35. 'Macedonas ex tot castellis priore anno dejectos.' Ibid. 'Dejici præsidia posse.' c. 39. 'Dejectis hostium præsidiis novum iter aperui.'

§ 8 *Exiguum spatii vallum a vallo aberat*] *Exig. intervallum a vallo aberat* Lov. 5. *exig. spatium a vallo aberat* Ber. Librario displicuit repetitio ejusdem vocis *vallum, vallo:* unde etiam voces *a vallo* omittuntur in Lov. 4. Sed vide ad i. 3. § 9. *Exiguum spatii* autem dictum, ut 'exiguum campi' xxvii. 27. Plura vide ad xxvii. 2. § 9. *Vallum vallo aberat* sine præpositione Lov. 3. At Livium sæpissime præpositiones, ex quibus verba componuntur, repetiisse, et quidem, ut hic, verbo *abesse* addidisse præpositionem *a*, videbimus ad xxxvii. 26. § 5. Mox *tota*, pro *totum*, Flor. Voss. Ber. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Hafn. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

Per aversa castra a castris Hannibalis] Gestio inducere τὰ *a castris Hannibalis*, tamquam ab interprete apposita. *J. F. Gron.* Gronovio tres illas voces delenti favet Crevier. Omnes tamen codd. in iis servandis consentiunt; nisi quod *adversa castra* habeant Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber.

Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Sed *aversa castra* intellige castrorum pars a castris hostilibus remota. Vide ad IV. 22. § 4. Tum *e castris* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Gaertn. quorum librarii perperam conjunxerunt *e castris emissus*, quum deberent *aversa a castris*. Flor. præfert *castra castris*. Sed præpositionem intercepit vocis præced. litera finalis. Vide ad v. 52. § 10.

§ 9 *Vix castra, si obpugnarentur, tutari poterat*] *Tutari poterant* Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. N. D. Exc. Pithœi, et edd. vett. pro quo *poterat* jam editum vidi Ven. a. 1498. idque subinde aliæ edd. receperunt.

§ 10 *Jamque artibus Fabii pars exercitus aberat, jam fame sedendo, &c.*] Ego *ferme* potius legerim. Tu vide utrum malis. *Sabell.* Fabius Romæ erat: negotium hic inter Minutium ac Hannibalem agitur. Itaque hæc verba consideranda lectori, quomodo Hannibal cunctando bellum gerebat, &c. nam ego plane hic hæsito. *Glar.* Scribimus de conjectura, *Jamque art. Fabii, dum pars ex. aberat, ferme sedendo et cont., bellum gerebat*. Schelius tamen noster putabat salvum locum, modo illa *pars exercitus aberat*, virgulis includerentur: ut etiam Franc. Sanctius. Muretus, *Jamque artibus Fabii par erat: jam ferme sedendo*. J. F. Gron. Gronovius in priori ed. notarum conjicit, *Jamque, quia pars ex. aberat, ferme artibus Fabii sedendo;* quod merito, ut nimis a vulgato discedens, deseruit. Doujatius professus sensum planiorem futurum, si conjectura Gronovii, quam hic edidimus, recipiatur, non tamen repudiandam existimabat Saxonii sententiam, qui putat Fabii cunctatione securiorem factum Hannibalem ad partem exercitus frumentatum mittendum descendisse, et bellum ejus Fabii more gerere incepisse. Clericus, Schelii sententiam secutus, verba *pars exercitus aberat*, virgulis inclusit: nec aliter Crevierius edidit, qui tamen tria illa verba *pars exercitus aberat* hoc loco sensum turbare et vitiare existimat. Hannibalem enim non uno die, sed per aliquantum temporis, Fabianam illam cunctationem imitatum esse: neminem autem credere posse, partem exercitus ab Hannibale tunc, quum a Minucio valde premeretur, in longum temporis spatium alio fuisse ablegatam. Ea igitur hic deleta superius iterum § præc. inserebat hoc modo: *quia tanta paucitate (pars exercitus aberat) vix castra, si obpugnarentur, tutari poterat:* ubi optime iis locum esse posse putat, ceteroquin enim non esse unde judicabitur, quanta Karthaginiensium in castris paucitas fuerit. Ipse etiam lectionem Clerici, sive potius Schelii servavi: verum, ut locus ab omni menda liberetur, integriores codd. exspectandos esse censeo. Scripti enim omnes, quos consului, nihil mutant, nisi quod plerique, et optimus etiam Flor. *fame*, pro *ferme*, ut ante Sabell. edebatur, legant; et *artibus Fabiis* præferat idem Flor. quomodo etiam *Fabiis artibus* alius cod. c. 34. § 7. quod dictum videri posset, quemadmodum 'jussa magistra,' de quo latius dixi ad Silii III. 387. Id tamen poëticum magis, quam Livianum, videtur.

§ 11 *Primo concursu Pœnum*] *Occursu* Voss. Vide ad l. XXXVI. c. 24. § 4.

Numerii Decimi Samnitis deinde adventu] In vet. lib. est *interventu*. Porro autem *Decimii* legendum est. Nam 'Numerius' prænomen est. 'Deciмiorum' autem sæpe mentio fit. *Sigon.* Tò *adventu* propugnant Pal. 2. et prisca ed. Pal. 1. autem *Numeris Deciri Samnitis deinde ventu:* et ita Pal. 3. habet, nisi quod *deinde ventum prælium*. Gebh. Optimi libri *deinde ventu*. Repone, ut voluit Sigonius, *Decimii Samnitis deinde interventu*.

Lib. x. c. 19. 'Ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paulisper recruduit pugna.' *J. F. Gron.* Duæ priores voces desunt in Lov. 4. et 5. relicta tamen lacuna. *Numeris dextra* admodum corrupte præferunt Voss. et Lov. 1. *Numidis dextra* ed. Parm. *Numeris Deciri* Flor. et Lov. 3. *Numeris Decirii* Lov. 2. *Numeriis Decimi* Hafn. *Minerii Decii* Gaertn. *Numeris Decii* Harl. *Numerii Decii* Hearnii Oxonienses. Præter Romanos aliorum Italiæ populorum nominum ratio adeo anceps est, ut quid sequar dubitem. Tum *deinde adventu* Lov. 4. Harl. et Ber. *deinde aductu* Lov. 2. *deinde ventu* Flor. Voss. Lov. 1. et Gaertn. Scriptum fuerat *deiñ inſventu;* literæ deinde *int'* ab ultimis vocabuli præcedentis absorptæ sunt.

§ 12 *Et equites ducentos adducentem in castra*] Nesciunt Mss. τὸ *ducentos.* Lege *et equites D. ducentem.* J. F. Gron. Unus tantum meorum Hav. lectionem, quæ ante Gronovium vulgo circumferebatur, probat: at *et CC. equites adducentem* legunt Ber. Gaertn. et Rec. *et equites adducentem* Flor. Voss. Lov. quinque, Hafn. et Harl. *et equites ducentem* Cant. Nihil itaque propius video, quam quod Gronovio in mentem venit. Nescio tamen unde venerit ut in contextu ediderit *et equites ad quingentos ducentem;* quod eum secuti recentiores servarunt. Τὸ *ad* igitur ejeci.

Spem parti utrique præbuisse novi subsidii: tumque Fabio ab Roma veniente, Hannibalem] Vitiavit hæc paulum operarum negligentia. Pall. 1. et 2. *speciem parti utrique* (Pal. 1. *utriusque*) *præbuisse* (Pal. 1. *præbuisset*) *novi præsidii.* Pal. 3. *speciem parti utrique præbuisse novi auxilii.* Prisca ed. *speciem partis utriusque præbuisse novi subsidii.* Gebh. Probi codd. *speciem.* Lib. xxiv. c. 30. 'Erroris speciem haud vanam mendacio præbuerant verberati ac securi percussi transfugæ.' Sed et meliores *novi præsidii,* non *subsidii.* Continua *tum quasi Fabio ab Roma veniente:* non *tumque:* neque enim veniebat, sed venire falso Hannibali credebatur. Melius tamen omnia Mss. *tum Q. Fabii ab Roma venientis.* J. F. Gronov. *Speciem* tantum non omnes apud me codd. et edd. antiquiores; *spem* enim demum inveni in Ven. 1498. Sæpissime has voces confundi, dictum est ad iii. 9. § 13. Vide et Duker. ad vi. 5. § 2. Deinde *novi præsidii* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hearnii Oxon. et omnes Crevierii codd. In ultimis verbis scribunt priscæ edd. *cumque Fabio ab Roma veniente,* pro quo Ascensius demum *tumque Fabio* a. 1513. substituit, in margine vero *tamquam Fabio* conjecit, quod Gronov. a. 1665. in contextum recepit, sed in nullo apud me cod. superest. *Tum quasi Fabio ab Roma venienti* legit Hafn. *tum q*ꝰ *Fabio a Roma venienti* Gaertn. *Q. Fabio Romam venienti* Lov. 5. *cumque Fabium ab Roma venientem* Lov. 1. *eumque Fabio ab Roma veniente* Voss. *cumque Fabio ab Roma venienti* Lov. 4. et Harl. *cumque Fabio ab Roma venientis* Put. Flor. et Lov. 2. *cum Q. Fabio ab Roma venientis* Ber. et Hav. quod unice verum puto, et in contextum recipere non dubitavi. Eamdem lectionem etiam Crevier. in Victor. reperisse, ac probatam in contextum recepisse lætor. Quum Num. Decimius Hannibali ab tergo adparuisset, præbuit speciem novi subsidii vel præsidii, quod cum Q. Fabio ab Roma veniebat. Vide hoc lib. ad c. 31. § 7.

§ 14 *Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum*] *Quinque adm. Roman. militibus deperditis* Brancal. Latinii, qui forte *millibus* dare voluit. Sed duo posteriora vocabula ex interpretis glossa addita sunt, qui ea subintelligenda putavit, quum ex præcedentibus potius supplendum sit *millia cæsa.* Vide ad xxxi. 34. § 7.

Ex alia glossa etiam natum est, quod præferunt edd. vett. *quinque admodum Romanorum nunciatum est*, quum pendeat omnis oratio ex illis quæ § 11. præmissa sunt *quidam auctores sunt*.

In tam pari prope clade] *Pari quoque clade* Lov. 3. 4. 5. Vide ad XXXVIII. 17. § 6. *Pari clade*, omissa voce media, Ber. Vide ad VI. 27. § 11. *Parva clade* Gaertn. Mox *jactatoriis literis*, pro *vanioribus*, Lov. 3.

CAP. XXV. § 1 *Persæpe in senatu et in concione*] Ita Jac. Gronov. edidit, eamque lectionem se in omnibus codd. Oxon. atque edd. Rom. et Sig. invenisse Hearne testatur. Apud me tamen *et in senatu et in concione* superest in Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Rec. et Hav. Id etiam inveni in edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarv. utraque, Venetis, aliisque quas consului, ut et illis quæ sub Sigonii nomine exstant. Hinc in contextum revocandum censui. Vide ad II. 43. § 3.

§ 2 *Crederet, ut si vera omnia essent*] Vet. lib. *et ut vera omnia essent*. Sigon. Pall. duo, et vet. ed. *ut vera omnia essent*. Pal. 3. *et ut vera omnia essent*. Gebh. Sigonius *et ut vera:* quod nos etiam forte alicubi, sed in Put. Pet. Reg. Men. Voss. duobus Pall. Andrea, et ejus æmulis invenimus *crederet; ut vera*. Asyndeton est elegans. Τὸ *ut* autem pro 'quamvis.' Vide Obs. III. 6. *J. F. Gron.* *Ut si vera* primum vidi in Mog. ed. *et ut vera* solus servat meorum Lov. 5. Reliqui cum edd. Moguntina prioribus τὸ *et* ignorant; quod natum est ex præced. vocis literis ultimis. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Recte autem Gronov. *ut* exponit 'quamvis.' Supra II. 38. 'Ut omnia obliviscamini alia, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis?' c. 40. 'Nec, ut sim misserima, diu futura sum.' XXI. 52. 'Tum, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam.' XXVIII. 12. 'Qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat:' et ita alii passim loquuntur. Vide Gronov. ad Livii XXIII. 27. § 12. ad Senec. de Clem. I. 1. et Epist. 19. Similiter ex optimo Mogunt. aliisque codd. legendum XXXVIII. 46. 'Ut non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda injicerent, obruere nos potuerunt.' Vulgo nunc editur *ut, si non, &c. potuerint*.

§ 3 *M. Metellus tribunus plebis*] Hic a Plutarcho in Fab. Max. p. 178. Μετίλιος dicitur. Fuit autem etiam gens *Metilia*, e qua tribuni pl. multi: atque ita puto legendum. Nam *M. Cæcilius Metellus* dixisset, ut c. 53. 'L. Cæcilium Metellum' deserendæ Italiæ auctorem nominabit. Hujus 'M. Metilii,' legati cum 'L. Lætorio,' meminit etiam XXV. 22. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. IↃXXXVI. p. 156. *M. Marcellus* Lov. 3. *M. Metellius* Lov. 2. Miror eruditionem ac diligentiam Donjatii, qui ideo *M. Metilius* legendum censet, quod Metellorum gens patricia fuit. Hunc Livio, quem in usum inlustrissimi juventutis Francicæ principis edidit, animum adtendisse dices, qui non Cæcilios Metellos tribunos plebis et ædiles plebeios, magistratus vere plebeios, ex ipso observavit.

Id unum enimvero ferendum esse negat] *Unum* abest a vet. lib. *Sigon.* Pal. 1. *id enim referendum esse negat*. Pall. 2. et 3. *id enim ferendum esse negat*. Gebh. Optimi quique τὰ *unum* et *vero* non agnoscunt, sed ita *id enim ferendum esse negat*. Purissime: et hic usus particulæ tamquam adversativæ Plauto frequens. *J. F. Gron.* *Id enim unum ferendum* Hav. *id enim referendum* Lov. 1. et 3. *id enim ferendum* reliqui mei, et omnes Hearnii Oxon. Vide Torren. ad Val. Max. III. 7. 8.

§ 4 *Et in ducendo bello sedulo tempus terere*] Jac. Gronov. in Diss. Epist. ad Liv. loca quæd. Geogr. II. p. 16.

testatur optimum Putean. legere *ac sedulo*. Quum autem frequentissime in illo Msto litera *a* cum *s* commutetur, illud *ac* natum putat ex seq. vocis priori syllaba *se*. Verum similiter etiam præferunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. Quia vero dici nequit, in omnibus illis codd. easdem literas commutari, videndum est, an non potius ea vera lectio sit, atque illud *ac* hic ponatur pro 'et quidem:' ut Metilius criminetur, Fabium bellum ducere, et quidem ducere sedulo. Mox *quod justus*, pro *quo diutius*, Harl. *quod justius* Cant. et Lov. 2. *quo justius* Lov. 1. Voss. Gaertn. Hafn. et Hav. *quod unus* Lov. 3. *quod inscius* Lov. 4. *quo inscius* Lov. 5. Deinde *solusque Romæ* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad § 1.

§ 5 *Consulum alterum in acie cecidisse*] *Consulem alterum* Lov. 3. et Harl. Vide ad IX. 32. § 3. Tum *occidisse* Hav. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Mox *allegatum*, pro *ablegatum*, idem Hav. Vide ad VII. 13. § 8.

§ 6 *Duos prætores Siciliæ atque Sardiniæ occupatos*] *T. Otacilius Crassus Siciliam*, *A. Cornelius Mammula Sardiniam* obtinuisse videtur. *Cornelius* quidem sequenti anno in ea pro prætore fuit, et *Crassus* classem hoc anno obtinuit. Reliqui duo prætores fuerunt 'M. Æmilius,' qui urbanam, 'M. Pomponius Matho,' qui peregrinam provinciam obtinuit. *Sigon.* Mox *quarum neutra hoc tempore provincia prætore egeat* Ber. et Hav. Et ita manu docta emendatum erat in margine ed. Parm. Contra Crevier. vocem *prætore* tollebat, et 'quorum' intelligit (nempe prætorum:) tam enim dici 'egere alicujus rei,' quam 'aliqua re.' Sed duorum codd. auctoritatem rejicere non audeo, nisi forte vulgatum *quorum* defendi possit ex illis quæ dicta sunt ad IV. 54. § 4. Voces *hoc tempore provincia* desunt in Lov. 1. Tum *egebat* Lov. 3.

Ne quid rei bellicæ gereret, prope in custodia habitum] Pall. 1. 3. ac vet. ed. *ne quid reip. gereret, prope in custodiam habitum*. Pal. 2. *ne quid bellicæ rei gereret, prope in custodiam habitum*. Ut aliquoties loqui Livium jam adnotavi. *Gebh.* *Ne quid bellicæ rei* Flor. *ne quid in rep. gereret* Hearnii L. 1. *ne quid reip.* vel *reipu.* vel *reipublicæ* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores: quod non displiceret, si certiores codd. accederent. Vide ad II. 64. § 5. Præterea *in custodiam habitum* recepit J. F. Gronov. ita optimos codd. legere testatus ad II. 14. § 4. Ex meis ita præferunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et forte Cant. unde nihil notatur. Neque aliter est in edd. ante Ascens. 1513.

§ 7 *Quo jam, &c. Pœnis concessum sit*] *Congressus sit* Voss. *congressum sit* Flor. a m. pr. Lov. quinque, Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Male. 'Concedere' est cedere. Vide ad II. 47. § 3. Ut autem non tantum 'cedo tibi hanc rem,' sed etiam 'hac re,' dici solet, ita eadem constructione 'concedere' usurpatur. Infra XXVIII. 12. 'Cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum.'

Sed Campanum Calenumque] Vet. lib. *et Campanum Calenumque*. Sigon. Pal. 1. *et Campanum*. Pal. 2. *sed et Campanum*. Gebh. *Sed Campanum* Mediolani natum. Andreas ut Put. Voss. Pal. *Itaque, Hercule, non Samnium modo, quo jam, tamquam trans Iberum agro, Pœnis concessum sit, et Campanum, Calenumque, et Falernum agros pervastatos esse.* Et, quod mirum, sic etiam Sigonius. Vide III. 71. *J. F. Gron.* *Item et Campanum* Flor. a m. pr. *sed et Campanum* a m. sec. *et Campanum* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quo etiam tendunt Hearnii D. et N. *ut Campanum* exhibentes: *agros* autem, pro *agrum*, Lov. 3. et Hearnii N. Hanc lectionem etiam probat Crevierius, vel

delet vocem *agros*; quæ non tantum exsulat ab edd. Andreæ et Campani, quas consuluit, sed et ab omnibus, quas vidi, Aldina antiquioribus.

§ 8 *Exercitum cupientem pugnare*] Vet. lib. *verum etiam ex. cup. pugnare.* Sigon. Reperitur in Pal. 3. *verum etiam exercitum.* Gebh. Ita et Harl. Ber. et Gaertn. Sed τὰ *verum etiam* nata sunt ex glossa alicujus, qui præcedd. *non modo* eas voces requirere existimavit. Verum, si hæc periodus cum præcedenti cohærere censenda est, qui ita locum interpolati sunt, nesciverunt 'verum et,' 'verum etiam' et similia sæpe post 'non modo,' 'non solum,' 'non tantum' eleganter omitti. Vide ad I. 25. § 3. Vel, si hæc verba non pendent a præcedentibus 'non modo;' non viderunt jam habuisse *non modo*, quod respondeat, nempe voculam *et*, hoc modo, *non modo Samnium, et Campanum*, pro sed et Campanum. Similiter 'non solum, etiam' pro 'sed etiam' est apud Cic. de Off. I. 22. 'Hæc quidem res non solum ex domestica est ratione; adtingit etiam bellicam.' Et ita *non solum, quoque* ex conjectura emendamus XXXVI. 35. § 13. In verbis seqq. *arma demta*, pro *ademta*, legi, se non probare testatur Gebhard. hoc lib. c. 44. § 6. Nullum tamen, qui ita legerit, inveni. Omnes etiam codd. quibus utor, in *ademta* conspirant.

§ 9 *Ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos*] *Ut abscessit* Hav. Vide ad XL. 14. § 10. *Ut abscesserat* Hearnii N. in cujus tamen margine *abscesserit* emendatum est. Hinc *ab obsidione liberatos* Gaertn. Utrumque in usu ese vidimus ad VI. 20. § 10. Nihil igitur muto. Mox *progressos* Lov. 4. et 5.

§ 10 *Audacter se laturum fuisse*] Vetus *audaciter.* Scimus Ciceronem ipsum sic locutum. *Lipsius*, Epist. Quæst. IV. 10. Pall. 1. ac 3. *audaciter*, ut monere prævertit ex suo libro Lipsius. *Gebh.* *Audaciter*, quod ex suo Lipsius, consentientium fere omnium vett. lib. scriptura est. M. Seneca contr. 20. 'Dic, puer, quis patrem tuum occiderit: dic audaciter.' L. Seneca de Provid. c. 4. 'Audaciter veteranus cruorem suum spectat.' Etsi judicium Quintiliani sit l. I. c. 6. 'Inhærent tamen quidam molestissima diligentiæ perversitate, ut audaciter potius dicant, quam audacter, licet omnes oratores aliud sequantur.' *J. F. Gron.* Vide quæ ad locum Quintil. disputant viri docti, et quæ ad Cic. de Senect. c. 20. adnotant Guilielmius et Grævius. *Audacter* usu receptum esse, quum potius dicendum fuisset *audaciter*, tradunt Charis. II. 165. et Priscian. XV. 1014. At Velius Longus de Orthogr. p. 2246. scribit, *audacter* Latinum, sed *audaciter* melius esse. Non tam melius, quam magis analogum est. Nec tamen admodum usitatum fuisse, ex eo colligo, quod id ex nullo vetusto poëta, cujus versus ingredi poterat, proferri video: nam quod Muretus in Ter. Phorm. Prol. vs. 11. ex uno Ms. legendum contendit, *Minus multo audaciter, quam lædit, læderet*, non est contra omnium aliorum auctoritatem, qui habent *Minus multo audacter, quam nunc lædit, læderet*, admittendum; etsi Tan. Faber et illius filia cum Mureto faciant. Nec debuerat Muretus, quum ex Prisciano l. d. adnotabat Ciceronem *audaciter* dixisse, dissimulare, verba Terentii non aliter a Prisciano lecta fuisse, quam nunc vulgo leguntur. Ad locum autem Quintiliani quod attinet, nonnihil miror, eum vel ignorasse Ciceronem hac voce usum; vel, si scivit, hunc quoque 'diligentiæ perversitatis' arguere ausum fuisse. Sed, ut, quod sentio, dicam, ex hoc ipso suspicor illius ætate *audaciter* in Cicerone lectum non fuisse: eo magis, quod omnes oratores aliud sequi addit. *Duk.* *Audaciter* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii Oxon. quod Gronov. iterum Livio re-

stituit XL. 55. § 7. alii Val. Max. VIII. 1. 5. Eodem etiam utitur Apuleius Met. III. 131. et V. 167. ed. Elm.

De abrogando Q. Fabii imperio] Sic XXVII. 20. 'Et jam de imperio ejus abrogando agebat.' Et, 'nec de imperio ejus abrogando absente ipso ageretur.' Sed ibi Sigonius et Gronov. emendant *ei abrogando*. Si non potest Latine dici 'imperium alicujus abrogare,' hic quoque scribendum est *Q. Fabio*. Et XXV. 21. 'Ut non rogatio solum de imperio ei abrogando antiquaretur.' Et XXIX. 19. 'Ut de imperio ei abrogando ferret ad populum:' non *de imperio ejus abrogando;* quod utroque loco vulgatum est. *Duk.* Voces *de abrogando* desunt in Lov. 1. 3. 4. *de Q. Fabii imperio* legunt Voss. Lov. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *de Fabii imperio* edd. vett. *de Q. Fabii imperio abr.* Lov. 5. *de abr. Q. Fabio imperio* Harl. Vide ad XXVII. 20. § 11.

§ 11 *Ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum*] Pall. tres *prius mittendum*. Gebh. Scripti *mittendum:* eadem sententia. *J. F. Gron.* Ita et omnes mei, et Hearnii Mss.

§ 12 *In actione minime popularis*] Malim, quamvis non faveant libri, *in actione minime populari:* plebs enim favebat temeritati magistri equitum. *J. F. Gron.* Ita unus Lov. 3. *minime pupulare ministerium* dixit IV. 11. Si Fabius in concionem prodiisset, adversari debuisset Metillo aliisque Minucio faventibus: ea autem actio minime popularis futura fuisset; hinc concionibus se abstinuit. Hunc sensum emendationis Gronovianæ non vidit Doujatius, et hinc vulgatum tuebatur. Per me fruatur ingenio suo.

Æquis auribus audiebatur] Habet Pal. 3. *æquis animis audieb.* Gebh. Prima vox exsulat a Cant.

Bienniique clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas referret] Pall. 1. ac 2. *per temerit. atque inscientiam.* Gebh. Omnes et Andreas *inscientiam*. Atque illam vocem ubique fere apud Ciceronem, Cæsarem, Livium inepte curiosi homines deleverant. Restituenda est etiam Cæsari Gall. III. 19. 'Factum est opportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum,' &c. sic enim Andinæ membranæ. Nascitur suspicio, et aliud vitium hujus loci esse, dedisseque Livium, *bienniique clades temeritati atque inscientiæ ducum acceptas referret.* Cicero Philipp. II. 22. 'Omnia denique, quæ postea vidimus, (quid autem non vidimus?') uni accepta referemus Antonio.' Valerius Maximus I. 5. 'Successum suum omini acceptum referentes, et tunc Æanti ut Deo immolaverunt,' &c. sic enim vett. edd. et boni scripti: quæ pessime Pighius mutavit. Utitur idem proprie IV. 4. § 10. Livius V. 22. 'Quod retulere secum prædæ, nec duci nec senatui, sed Liciniæ familiæ acceptum referebant.' *J. F. Gron.* *Biennioque clades* Hearnii N. in margine. Deinde *atque scientiam* Lov. 2. et Flor. a m. pr. in quo m. altera emendavit *atq. inscientiam*, quod servant Cant. Voss. Lov. 1. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. quam vocem Gronov. etiam Livio restituit XXVI. 2. § 7. et unus meorum codd. exhibebat VIII. 33. § 17. Et ita optimus cod. Sangerm. Columellæ legit III. 10. 'Quæ est orta ex inscientia seminum eligendorum:' ubi etiam vulgo *inscitia* editur. Vide plura apud Burm. ad Quinctil. IX. 4. 841. Gronov. ad Cic. de Offic. I. 40. et Parad. III. 1. Davis. ad Cic. de Nat. Deor. I. 1. Mercer. ad Non. Marc. p. 92. et viros doct. ad locum Cæs. laud. Quod autem insuper Gronov. *temeritati atque inscientiæ* emendabat, Doujatio displicuit, quia nullus huic lectioni favet cod. vetus: *referret* itaque exponit 'diceret,' 'narrando adseveraret,' clades acceptas fuisse per temeritatem et inscientiam ducum; quo-

modo etiam locum intellexerunt librarii Harl. et Lov. 4. ac 5. *acceptas esse referret* scribentes. Paullo ante *hunc quum hostem* Flor. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. *nunc quum hostem* Voss. *hic quum hostem* Lov. 5. Ber. et Hav. *hunc custodem* Lov. 1. Præterea, transpositis vocibus, *extolleret verbis* Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Quod contra edictum suum pugnasset*] Pall. tres *contra dictum suum*. Gebh. Boni omnes *dictum*. Recte: nam et sic 'dicto audiens,' 'dicto obediens,' 'dicto parere.' Lib. VIII. c. 34. 'Ei, qui adversus dictum suum turbatis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset.' *J. F. Gron.* Parendum est libris scriptis: alioqui rectum est *contra edictum suum*. VIII. 7. 'Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.' *Duk.* *Dictum* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et, quibus usus sum, edd. antiqq. usque ad Ascens. qui demum *edictum* substituit. Se etiam *dictum* in Pall. 1. ac 2. invenisse, auctor est Gebh. ad XXIX. 20. § 11. Gellius XVII. 21. 'Filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit,' ubi recte Oisel. invitis libris *edictum* legendum conjiciens, a viro docto reprehensus est. Vide Oudend. ad Cæs. Gall. VII. 71. *Dicta* et *edicta* etiam confunduntur VIII. 7. § 15. ubi vide: et c. 35. § 11.

§ 14 *Bono imperatori haud magni fortunam momenti esse*] *Bono imperatore* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Harl. neque aliter Hearnii N. a m. sec. quum ante scriptum fuisset *in bono imperatore*. Horum codd. lectio si placet, ad verba *bono imperatore* subintelligi debet participium verbi substantivi, quod alibi sæpe per ellipsin omittitur. Non displicet tamen vulgatum.

§ 15 *Se sævo tempore et sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse, ducere majorem gloriam esse*] Vet. lib. *Se in tempore, et sine ign.* Est autem *in tempore* 'idoneo tempore,' ubi tempus tulit ac postulavit. Quod qui ignorarunt, *sævo* addiderunt. *Sigon.* *Se sævo tempore* prisca ed. neque reor male. Interim Pall. 1. ac 3. *Se in tempore*: Pal. 2. vero *Et in tempore*. Sigonius admodum probat *Se in tempore*. Gebhard. *Se in tempore*, ut Sigonius, omnes boni nostri: quibus etiam mox abest τὸ *ducere*: et cancellandum putamus. Put. *Set in tempore*. Scribe *Se et in tempore et sine ignominia servasse ex., quam multa millia host. occ., maj. glor. esse*. Sensus integer est: quod ipse tum, cum maxime opportunum et opus esset, exercitum et sine dedecore servarit; eam gloriam majorem esse, quam si multa millia hostium occidisset. Sallustius Histor. I. 'Ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.' Nisi præferes, *Se integrum et sine ign. ser. ex q. m. m. hostium occ., maj. glor. censere*. J. F. Gron. *Se in tempore et sine ignominia* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *Se in tempore sine ignominia* Lov. 2. *Set in tempore et sine ignominia* Flor. De locutione 'in tempore' vide ad VIII. 7. § 5. Alia ejus exempla apud Livium habes XXIII. 40. § 6. XXIV. 13. § 4. c. 41. § 2. XXV. 9. § 4. c. 30. § 1. c. 31. § 15. c. 40. § 6. XXVIII. 8. § 1. XXX. 10. § 21. c. 35. § 1. Deinde *millia hominum occidisse* Haverk. et edd. Rom. 1472. Parm. Tarv. utraque, et aliæ. Vide ad XXIII. 37. § 1. *Millia occ. hominum* Lov. 4. *millia hominum cecidisse* Lov. 2. et Hafn. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Tandem *ducere* etiam abest omnibus nostris, solo forte excepto Rec. unde nihil notatur. Ejicere itaque non dubitavi.

§ 16 *Consule creato M. Atilio Regulo*] Hunc postea, c. 32. ut male habent quidam codd., vocat *M. Attilium*

Fabium, qui Flaminio suffectus etiam a Polybio dicitur: sed et Polybius *Regulum* cognominat, ut hoc loco Livius. *Glar.* Polybius III. 106. Μάρκον Ῥηγοῦλον vocat. Iterum creatum esse, post scribit Livius. Fuerat enim ante consul cum P. Valerio Flacco. *Sigon.*

Rogationis ferendæ dies adesset] Pal. 2. *dies esset*. Gebh. *Tempus adesset* Hearnii D. Est ex glossa. Vide ad XXIII. 38. § 15.

§ 17 *Auctoritas tamen rogationi deerat*] *Nulla auct. tum erat rog:* Lov. 5. *auct. tum erat rog.* Lov. 4. *auct. tamen deerat rog.* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. omnesque editi ante Aldum.

§ 18 *Qui priore anno prætor fuerat*] Hujus prætoris priore anno non meminit. Urbanus autem prætor fuit. *Sigon.* Mox *sordido natus*, pro *ortus*, Lov. 2. Hafn. et Ber. quod est ex glossa.

§ 19 *Ipsum institutorem mercis*] Ego reor non *institutorem*, sed *institorem* legendum. *Valla.*

Filioque hoc ipso in servili ejus artis ministerio usum] Habet Pal. 2. *filiumque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. Gebh. Optimi *servilia ministeria*. Videtur autem locus omnis ita scribendus: *patrem lanium fuisse ferunt ipsum, institore mercis filio hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. Nec putes inane esse τὸ *ipsum*. L. X. c. 37. ‘Postumium auctor est Claudius in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum.’ XXIII. 24. ‘L. Postumium consulem designatum in Gallia ipsum atque exercitum deletos.’ *J. F. Gronov.* A vulgato non abit Flor. a m. pr. nisi quod *ministeria* legat: sed a m. sec. emendatur *filiumque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum*. Reliqui omnes, ut et Hearnii codd. vix a vulgato recedunt. Utrumque dici potest, ‘uti in ministerio,’ et ‘in ministeria.’ Prius est apud Val. Max. IV. 3. § 4. ‘Nihil præter equum, quo in acie uteretur, accipere voluit:’ et VI. 4. ext. 2. ‘Defensione in judicio uteretur:’ alterum apud Quinctil. IX. 3. 818. ed. Burm. ‘Quibus exemplis sum in aliud usus:’ et apud Tacit. vit. Agric. cap. 18. ‘Prosperitate rerum in vanitatem usus.’ Quod ut præferatur, optimis Gronovii dandum est. Doujatius, quod rarum est, omnem hic Gronovii conjecturam probat.

CAP. XXVI. § 1 *Is juvenis utrum ex eo genere quæstus pecunia a patre relicta animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit*] Ego pro *utrum* legendum reor *multa* sive *grandi;* vos *utrum:* quum tamen necessarium sit unum adjectivum habere *pecunia*. Non enim quantacumque pecunia a patre relicta facit animos, sed multa. *Valla.* Pall. 1. ac 3. *jecit*. Pal. 2. *animos ad spem lib. fortunæ jecit*. Gebh. Omnes fere codd. *Is juvenis utrum ex eo*. Deinde optimi *animos ad spem lib. fortunæ jecit:* a quibus hactenus discedunt citerioris ætatis membranæ, quod habeant *animum:* cæterum non hæ modo, sed etiam Andreas, Tarvis. duæ Venetæ, *utrum* et *jecit*. In Ascensio reperi primo, quod editur. Livii certe fuit *animos fecit*. Lib. I. c. 34. de L. Tarquinio: ‘Cum divitiæ jam animos facerent.’ Infra hoc lib. cap. 28. ‘Tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta.’ XXIV. 42. ‘Animosque ad tentandum de integro certamen fecit.’ XXXI. 14. ‘Sed animos ei faciebat præter ferociam insitam fœdus ictum cum Antiocho.’ Duo autem Florentini optimæ quoque notæ, sed tamen post Put. *Is juvenis utrum ex eo genere quæstus an pecunia a patre relicta*. Unde Rubenius, *Juveni lucrum ex eo genere quæstus, an pecunia a patre relicta animos ad spem lib. fortunæ fecit*. J. F. Gron. Nuperrime adscripsit exemplari suo pater: ‘Forte, *Is juvenis* (*etenim ex eo ge-*

neris quæstus, &c. placuere) proclamando.' Jac. Gronov. Quum *Is juvenis utrum* habeant omnes fere codd., τὸ *utrum* videtur ortum ex UT PRIM. id est, *ut primum*, quibus perpetue gaudet Livius. XXV. 27. 'Siculi ut primum videre.' XXXVI. 19. 'Ut primum signa et arma errorem aperuerunt.' XL. 54. XLI. 2. et pluries. *Jac. Periz. Is juvenis ex eo genere* Lovel. 2. 3. Ber. et Harl. in quo posteriori tamen lacuna, vocis omissæ signum, superest. *Is juvenis tum ex eo genere* Lov. 5. *Is juvenis interim ex eo genere* Hav. *Is juvenis utrum ex eo genere* Flor. Cant. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod in N. a m. sec. postea deletum sit. Et ita ex editis priores. *Is juvenis ubi ex eo genere* primum occurrit in ed. Mediol. 1505. Perizonii conjectura quam minimum ab optimorum codd. vestigiis recedit. Deinde *animum jecit* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Ber. Hav. Hearnii Oxon. et editi ante Mogunt. *Animum fecit* Voss. et Lov. 1. *animos jecit* Flor. Sed recte Gronov. *animos fecit*. Similiter *animos* de uno homine mox hoc cap. 'Jam ad consulatus spem quum adtolleret animos.' Vide ad II. 27. § 12. et ad VI. 23. § 8. 'Jecit' autem et 'fecit,' ut et 'injicere' et 'inficere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XLI. 4. § 2. Nescio, quos codicum optimos Doujatius consuluerit, in quibus *animos ad spem liberalioris fortunæ gessit* repererit, nisi forte neglegentius notas Gronovii inspexerit.

Togaque et forum placuere] Vide J. F. Gronovium ad Taciti Ann. XI. 7.

§ 2 *Ad honorem pervenit*] Latinius antiqui *ad honores pervenit:* quibus etiam ita junxisse quod sequitur Livium censeo, *quæsturaque et duabus ædilitatibus*, non *quæstura quoque*. J. F. Gronov. *Ad honores* etiam Flor. Cant. et Lov. 1. ac 4. Mox *quæsturaque* Ber. Quod sibi quoque magis placere Crevier. testatur. Vide ad v. 27. § 1. Deinde *ad consulatum quum attolleret animum* Lov. 2.

§ 4 *Auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petit, sicque plebis unus gratiam tulit*] Pal. 2. *auram favoris popularis ex dict. inv. petit*. Præterea idem Pal. 2. ac 3. *scitique plebis*. Pal. 1. *scitisque plebis*. Vulgatam lectionem defendit quoque Andreas. *Gebh.* Præclare optimi, *auram favoris popularis ex dict. inv. petit, scitique plebis unus gratiam tulit*. Appellatur eodem vocabulo et c. 30. 'Itaque plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus, sum, primus antiquo abrogoque.'. Neque eo tamen offendor ad illa; 'acceptisque in ipso itinere literis senatusconsulti de æquato imperio:' quæ ratio non incommodam conjecturam subjecit Lipsio *literis senatus*. Nam post legem Horatiam sive Hortensiam plebeiscitorum Patres fiebant auctores, et, ut plebis eluderent auctoritatem, eadem senatusconsultis confirmabant. Sed hæc ipsa locutio, *literæ senatusconsulti*, me offendit, et propterea malim, si liceat, *acceptisque in ipso itinere literis senatusque consulto:* ut ante *scitique plebis*. Lib. XXXI. c. 5. 'Senatus inde consulto.' Voss. *senatusconsulto*. Unus e Pall. *literis consulis*. Cic. ad Plancum lib. XVI. ad Att. I. post ep. 16. 'Quin et SC. et lex, et consulum decretum ac literæ apud te plurimum auctoritatis haberent.' *J. F. Gron. Fabium avium fav. populi* Lov. 1. *avium favoralis populi* Voss. *aurum favorabilem populi* Hearnii L. 1. *auram favoris populi* ejusdem N. et D. *auram favoris popularis* Flor. et Cant. quod recte Gronov. probavit. Vide ad VI. 11. § 7. Hinc *dictatoris invidia* Lov. 4. 5. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. et Brancal. Latinii: ut cap. præc. 'Magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat.' At alterum est in melioribus. Ita 'dictatoria majestas'. IV.

14. et VIII. 30. 'dictatorium imperium' hoc lib. c. 34. Deinde *scitisque plebis* Voss. Lov. 3. Hafn. et Hav. *scitique plebis* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Cant. Harl. et Gaertn.

§ 5 *Omnes eam rogationem*] *Eam gratiam sive rogat.* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii D. *eam gratiam atque rogat.* Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. Paullo post Ant. Perizon. ad oram Livii scribendum conjiciebat *ut in contum. ejus latam*, addita priori vocula, quæ facile ob similitudinem sequentis intercidere potuit. Verum nihil mutari necesse est.

§ 6 *Populi in se sævientis injuriam*] Ita primum Ascens. 1513. edidisse vidi. Omnes priores quas consului edd. *populi in se sævientem inj.* Neque aliter Flor. Cant. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *populi in se venientem ruinam* Hafn.

§ 7 *Acceptisque in ipso itinere literis senatusconsulti*] Quomodo est, ut senatusconsultum de æquato imperio Fabius acceperit, cum nullum fuerit? Nam planissime hoc plebiscitum fuit; non SC. Nec quidquam magis invito senatu extortum. Audi Minutium ipsum c. 30. 'Itaque plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus, sum, primus antiquo abrogoque.' Ait *plebiscitum.* Ergo emendo, *acceptisque in ipso itinere literis senatus de æquato imperio.* Nam senatus hæc atque talia de republica scribere ad provinciales magistratus solet. Exempla infinita. *Lipsius*, Epist. Quæst. v. 10. Habuerim pro spurio illud *senatusconsulti.* Lipsius decurtat. Sed cur, quæso, id ei nunciaret senatus? *Grut.* Nullum omnino exstitit senatusconsultum, ut rectissime quoque adnotavit Lipsius. Et hoc ipsum, quod æquatus fuit dictatori magister equitum, senatu connivente, latum plebiscitum; ideoque restituendum censet *literis senatus de æquato imperio.* Prisca ed. exhibet, *acceptisque in ipso itinere literis, sicut de æquato imperio.* Placet mihi lectio Pal. 2. *acceptisque in ipso itinere literis consulis de æquato imperio:* ut intelligatur, præmonitum fuisse literis Q. Fabium Maximum a M. Atilio Regulo consule. *Gebh. Literis senatus de æquato imperio*, ut Lipsius conjicit, legunt Lov. 3. 4. et 5. Tota vox *senatusconsulti* deerat in Harl. relicta tamen lacuna *Literis senatusconsultum* præfert Gaertn. *literis senatusconsultus* Lov. 1. *literis senatusconsultu* Voss. *literis sicut de æquato imperio* edd. Rom. a. 1472. ac Parm. Admodum verisimiliter Gronov. hoc cap. § 4. conjicit *acceptis literis senatusque consulto*, eamque conjecturam firmat ad XL. 41. § 7. Infra XXIV. 14. 'Literas inde consulis ac senatusconsultum recitavit: senatusque consulto,' media interposita copula, ut XXIII. 10. § 3. XXXI. 5. § 8. et auctor Epit. Liv. l. LXXXIV. Similiter 'resque publica' hoc lib. c. 9. § 10. 'plebisque scitu' XXV. 7. 'jurisque dictio' XLI. 9. 'jusque jurandum' apud Cic. pro Rosc. Am. c. 3.

Cumque invicto a civibus hostibusque animo] Recide pro spurio et supervacuo prius *que:* et abest a Gud. *J. F. Gron.* Abest etiam a Lov. 2. Hav. et Ber. a m. sec. Eradendum esse censet quoque Crevier. qui in duobus scriptis non superesse monuit. In hac autem parte Livii codd. scriptos et editos passim turbare in copulativa *que* perperam vel addenda vel auferenda, monuit Jac. Gronov. in Diss. Epist. in Liv. loca quæd. Geogr. Epist. II. p. 15. *Tum quoque invicto* legit Lov. 5.

CAP. XXVII. § 1 *Quum jam ante vix tolerabilis fuisset*] Postremum verbum si detraxeris, nihil sententiæ detraxeris. *J. F. Gron.*

§ 2 *Ab se, quam Fabio, gloriari*] Meliores *quam Q. Fabio:* quod prænomen et c. 23. restituendum esse monuimus, et monebimus cap. 55. *J. F. Gron.* Ita et Cant. ac Lov. 2. ut

præcedens vox *quam*, sive *q̄m*, ut per compendium scribitur, prænomen Q. eliserit. *Quam a Fabio* perperam Lov. 5.

§ 3 *Unicum ac parem ducem*] Iidem elegantius transponunt voces, *illum in rebus asperis unicum ducem ac parem quæsitum Annibali*. *Parem* intellige 'adversarium:' ut IX. 17. 'Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus.' XXVIII. 44. 'Habeo parem, quem das, Hannibalem.' *J. F. Gron.* Transpositionem probant Flor. Cant. Voss. 1. Lov. 1. et alii.

Quod nulla memoria habeat annalium] Sic Plutarchus in Fab. p. 179. πρᾶγμα μὴ πρότερον ἐν Ῥώμῃ γεγονός· id est, ut magister equitum æquo esset cum dictatore imperio. Item Polybius III. 103. ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει κατὰ Ῥωμαίους. *Sigon.* Valer. Max. V. 2. 4. 'Quod numquam antea factum erat.' Ipse Fabius XXVIII. 40. 'quod fando numquam ante auditum erat.' *Gebh.*

In eadem civitate, in qua magistri equitum] Exhibet Pal. 2. *in qua magistri etiam equitum*. Gebh. *In ea civitate* Lov. 4. Vide ad X. 10. § 6. Mox *horrere soliti sunt* Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. primus dedit *soliti sint*. Sed vox *sint* deficit in Cant. et Lov. 1. 4. ac 5.

§ 4 *In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse*] *Tantum suam felic.* Lov. 4. Infra XXXVII. 57. 'Id quum ægre paterentur tot nobiles, novum sibi hominem tantum præferri:' ubi vide. Præterea *emicuisse* Lov. 3. 4. 5. Frustra. Liv. I. 42. 'In eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii.' II. 24. 'Neque aliorum magis in Volsco bello virtus atque opera enituit.' III. 63. 'Non aliorum eo prœlio virtus magis enituit.'

Si dictatoris cunctatio in segnitie, Deorum hominumque judicio damnata] Put. uterque Pet. et alii *cunctationi ac segnitiæ Deorum*. Scribe, *si dictator in cunctatione ac segnitie, Deorum hominumque jud. damnata*, J. F. Gronov. Licet admodum varient codd. nullus tamen servat scripturam, quæ ante Gronov. vulgo in editis circumferebatur. Omnes legunt *si dictatoris*, nisi quod *se dictatoris* sit in Flor. In verbis seqq. *cunctio in segnitieique* habet Lov. 3. *cunctatio ac segnitia* Rec. *cunctatori segnitia* Lov. 1. *cunctationem segnitiem* Lov. 5. *cunctationem segnitiemque* Brancal. Latinii: *cunctationi segnitie* Voss. et Lov. 4. *cunctationi segnitiei* Hafn. *cunctationi segnitieique* Hav. *cunctationi segnitieque* Gaertn. *cunctationi et segnitie* Harl. *cunctationi ac segnitie* Flor. *cunctatione segnitiam* Ber. *cunctatione segnitieque* Lov. 2. Ex his patet verisimillimam esse Gronovii conjecturam. 'In cunctatione perstare,' ut 'perstare in incepto' VIII. 32. § 6. ubi vide alia: 'perstare in societate' XXIII. 14. 'perstare in pertinacia' c. 18. 'perstare in cœpto' XLII. 10. Deinde *judicio damnare* Lov. 4. et 5. *damnate* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hafn. et Ber. a m. sec. qui *damnante* habet a m. pr. quod etiam superest in Flor. Lov. 2. et Brancal. Latinius in V. C. invenit *si dictatoris cunctationi, segnitiæque Deorum, hominumque judicio damnatæ præstaret*. Unde legendum conjicit, *si dictatoris cunctatio, insigni jam Deorum hominumque judicio damnata, perstaret*.

§ 5 *Congressus est cum Q. Fabio*] Ita primus edidit Jac. Gronovius, consentientibus Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Priores edd. omiserunt Fabii prænomen. Vide hoc cap. ad § 2. *Cum M. Fabio* Flor. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hearnii L. 1. N. et Voss. qui in margine habet *cum Maximo Fabio:* at *cum M. Q. Fabio*, duplici lectione recepta, Hearnii D. Vide ad II. 61. § 1. *Cum Minucio Fabius* Rec. *cum M. Minucio* Hafn. *cum Q. Fabio Minucius* Hav.

Quemadmodum imperio adæquato utantur] Optimus et alii *æquato*. J. F. Gron. Ita et tantum non omnes mei,

et Hearnii Oxon. Supra c. 25. 'De æquando magistri equitum et dictatoris jure.' c. 26. 'De æquato imperio.' Hoc cap. 'Dictatorem magistro equitum jussu populi æquatum.' Paullo ante *statuendum omnium primum esse ait*, alio ordine, Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores. Verum Harl. insuper legit *primo*, Gaertn. τὸ *esse* omittit.

§ 6 *Partitis temporibus alternis*] Membranæ, *partitis temp. alterius summum jus imperiumque esset.* Sic corrige, alioqui supervacuum esset τὸ *partitis*. J. F. Gron. Et hic plerique codd. mei, ut et Hearnii Oxonienses, omnesque edd. ante Frobenianam 1531. Gronovianis consentiunt. Exempla hujus erroris vide ad IV. 53. § 11. Adde ad VIII. 30. § 13. IX. 18. § 15. hoc lib. cap. 41. § 3. et Cort. ad Plin. Ep. v. 6. 35.

§ 8 *Q. Fabio haudquaquam id placere; omnia enim fortunam habituram, quæcumque temeritas collegæ habuisset*] In Pal. 1. hæc desiderantur, quibus supplendis alia manu ad marginem adpictum est: *Q. Fabius cui omnia, quæ sub temeritate Fotii erant, minime fortunæ subesse placebat.* Pal. 2. legit, *id placere omnia: fortunam enim habituram, &c.* Gebh. Eadem desunt etiam in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. et Hearnii L. 1. Sed error commissus est ex vocis *habuisset* repetitione. Vide ad IX. 11. § 11. *Omnia fortunam eram habituram, quæcumque* præfert Flor. *omnia enim fortunam ejus habituram, quamcumque* Ber. An igitur cum Burmanno legendum *omnia enim fortunam eam habitura, quamcumque tem. coll. habuisset?* Lov. 3. *quantumque*, pro *quæcumque*, legebat.

Sibi communicatum cum illo, sed non ademtum imperium esse] *Sed* vacat ex vet. lib. *Sigon.* Reperitur in Pall. tribus *sibi comm. cum alio, non ademtum imp. esse.* Gebh. *Comm. cum aliquo* Hearnii L. 1. *comm. cum alio* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscæ edd. pleræque. Sæpius ita turbasse librarios, videbimus ad XXIII. 7. § 3. Iidem omnes scripti et edd. ignorant voculam *sed*, quam primus Ascensius 1513. recepit. Aldus in contextu ediderat *communicatum cum alio, non ademtum;* inter errata vero reposuit *cum illo, sed non.*

§ 9 *Nec se tempora aut dies imperii cum eo, sed exercitus divisurum*] Voss. Gud. *cum eo exercitu divis.* Put. Voss. Cant. *nec se tempora aut dies imperii cum eo, exercitus divis.* Id omnino Livii est, et elegantissimus adversativæ intellectus. Plane ut I. 25. 'Nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo.' III. 71. 'Non juvenem, vicesima jam stipendia merentem:' ubi vide. Quin etiam, ut nunc scripturam Livii constituimus, ita allegatam eam video a patre Obs. IV. 2. 29. *Jac. Gron.* *Cum exercitu divis.* Lov. 2. 4. Hafn. et Gaertn. *cum æquo exercitu divis.* Lov. 5. *cum eo exercitu divis.* Lov. 3. *cum eo, exercitum divis.* Ber. Voss. Harl. et Hearnii N. *cum eo, exercitus divis.* Flor. Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Ascens. qui a. 1513. τὸ *sed* adscivit; quod recte abesse posse, et hinc ob codd. integerrimorum fidem et auctoritatem abesse debere, censuit Jac. Gronov. Vide ad VI. 32. § 8.

§ 10 *Obtinuit, ut legiones*] Meliores *uti legiones.* J. F. Gron. Ita et Voss. Præterea *Id obtinuit* Hearnii L. 1.

Prima et quarta Minucio, secunda et tertia Fabio] Plutarchus in Fab. pag. 180. primam et quartam legionem Fabio, secundam et tertiam Minucio evenisse tradit. *Sigon.*

§ 11 *Sociumque et Latini nominis auxilia*] *Sociorumque* Lov. 2. Vide ad XXI. 17. § 2. Deinde *Latini nominis auxilium* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Sed vide ad v. 5. § 8.

CAP. XXVIII. § 1 *Quæ apud hostes*

agerentur] Voss. Gud. Mureti *gerebantur*. J. F. Gron. Ita et Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. atque edd. antiqq. ante Aldum. Alibi sæpe hæc verba commutari solent. Vide ad IV. 24. § 5. V. 49. § 8. VII. 40. § 9. c. 42. § 2. VIII. 25. § 9. IX. 14. § 4. c. 34. § 23. c. 45. § 10. X. 1. § 4. hoc lib. c. 22. § 16. XXVII. 15. § 13. c. 17. § 1. XXVIII. 9. § 4. c. 46. § 15. XXIX. 6. § 8. c. 28. § 1. XXXV. 8. § 1. ubi etiam quædam vide: XXXVIII. 3. § 11. et ad Epit. Liv. lib. XLIX. et XCVIII.

Et perfugis multa indicantibus] Pall. duo *et profugis*. Gebh. Similiter Lov. 2. 4. Harl. Ber. Rec. et Gaertn. cum edd. vett. Vide ad XXII. 23. § 4.

§ 2 *Suo modo capturum*] *Suo modo capturum* sæpius obvio errore Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad XXVI. 12. § 15.

§ 3 *Inter castra Minucii Pœnorumque: eum qui occupasset*] Vet. lib. *Minucii et Pœnorum, quem qui occupasset*. Plutarchus in Fab. p. 180. ad verbum ita: ἦν δὲ λόφος κατὰ μέσον, καταληφθῆναι μὲν οὐ χαλεπὸς, &c. *Sigon.* Exhibet Pal. 3. *Minutii et Pœnorum, quem qui occupasset:* ad quam lectionem alludit quoque Pal. 1. *Minucii et Pœnorum, qui eum qui occ.* Gebh. *Minucii et Pœnorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et omnes usque ad Aldum typis excusi. Tum *qui eum occupasset* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. cum edd. vett. *qui eum præoccupasset* Lov. 4. et 5. *quem qui occupasset* Gaertn.

§ 4 *Quem semper obcursurum ad obsistendum satis sciebat, et contra iturum*] Illud *et contra iturum* recte mutatum est in *contrahere* absque conjunctione: tametsi vetustiores quidam codd. reclament. *Glar.* *Et contra iturum* soli meorum Ber. et Hafn. exhibent, eamque lectionem præferunt principes edd.; pro quo aliæ, et inter eas Mediol. 1480. legunt *et contrahere*, consentientibus Voss. Lov. 1. et Harl. Reliqui codd. omissa copula *et*, legunt *contrahere*, quomodo etiam primus Froben. 1531. edidit, et post eum omnes alii. 'Contrahere certamina' Livio frequens est locutio. Exempla vide XXIII. 26. XXV. 34. XXVI. 46. XXIX. 4. XXXV. 28. XL. 48. XLIV. 35. et c. 40. Verum ut hoc loco 'caussam certaminis contrahere,' ita 'contrahere necessitatem ad bellum' dixit XLIV. 27. In præcedd. *semper* exsulat a Flor.

§ 5 *Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori*] *Ager enim omnis* Ber. Librarios sæpe hanc particulam de suo interposuisse, dictum est supra ad X. 39. § 4. Quum tamen *τὸ erat* omittat, videri potest, hic dare voluisse *Ager erat omnis medius prima specie*. Præterea *insidiatoris* Hafn. *insidiatoribus* Ber. a m. sec. et Hearnii N. Mox *ne stramento quidem vestitum* Lov. 5.

§ 6 *Re ipsa natus tegendis insidiis*] Pal. 1. *de tegendis* divisim: Pal. 2. conjunctim *detegendis*: Pal. 3. *re ipsa natus de gerendis insidiis*. Gebh. *Detegendis insidiis* Put. integerrimum præferre, ex Sallierio didici. Neque aliter legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et omnes edd. usque ad Froben. 1531. Et hanc lectionem laudat Gerard. Voss. ad Vell. Paterc. I. 15. inde probaturus *detegere* Livium pro simplici *tegere* usurpasse. Sed, *tegendis* legendum esse, ad eumdem locum Velleii monuit Burm. Gronovius vero Observ. III. 20. *detegendis* ex mero scribarum errore natum docet, et similia eorum peccata enumerat. Certe scriptura illa nata videtur ex duplicis lectionis *degendis* et *tegendis* conjunctione: *degendis* autem datum esse ob minus distinctam præeuntis pronunciationem. Quam antiquus hic error exstiterit, ex plerorumque etiam optimorum codicum

in eam consensu patet.

§ 7 *Quot quemque locum apte insidere poterant*] Habet Pal. 2. *quocunque locum ins. apte pot*. Gebh. Ita et Flor. a m. sec. quum *quodcumque* a m. pr. datum fuisset, *quod quemque* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. *quo quemque* Lov. 3. Tum *insidere poterat* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Hav. et Flor. a m. pr.

Quinque millia conduntur peditum equitumque] Polybius III. 104. πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. Numquid igitur et Livius *equites quingentos?* J. F. Gron. *Quinque millia concluduntur* Lov. 1. et Hearnii N. a m. pr.

§ 8 *Missis paucis prima luce ad capiendum, quem ante diximus, tumulum*] Disparent in Pal. 2. illa *quem ante diximus*. Et meo judicio non necessaria sunt. Vix tribus enim prægressis lineis ejus tumuli fecit mentionem. *Gebh.* Eamdem ob caussam voces *ut prædiximus*, in Vell. Pat. I. 4. § 1. glossematis suspectas habet Rapheleng. Verum hoc loco in servandis tribus vocabulis, *ut antea diximus*, conspirant omnes apud me scripti et editi, quos ob morem Livii audiendos existimo. Nam tumuli hujus mentio facta erat § 3. hujus cap. Jam autem similiter XXVI. 39. § 2. memorat, classem viginti ferme navium Rhegii stetisse, et deinde, paucioribus, quam hoc loco, interjectis, § 5. repetit, 'classem viginti navium, sicut ante dictum est, effecit.' Ceterum *missis prima luce paucis* Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn.

§ 9 *Ac sibi quisque deposcere, &c.*] A Moguntinis distinguitur ante *dux*, et recte; modo legas, *ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes ac locum capiendum. Dux ipse inter, &c.* Sic plane c.42. 'Clamor inde ortus, ducerent ad persequendos hostes ac protinus castra diripienda. Et consul alter velut unus turbæ militaris erat.' Idem factum XXVIII. 19. *Jac. Periz.* Eadem distinctio ante Moguntinos exstitit etiam in tribus edd. Ascens. Alibi autem sæpe *ad* et *ac* commutari, vidimus ad XXI. 32. § 2. Codd. nihil mutant.

Et vanis animis et minis increpat hostem] Stabilitur hæc lectio auctoritate Pal. 2. atque priscæ ed. Interim Pall. reliqui duo dissentiunt; quorum Pal. 1. *et vanis animis increpat hostem*. Pal. 3. *et vanis minis increpat hostem*. Gebh. *Vanis an. increpat* Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. *vanis minis increpat* Voss. Hafn. et Gaertn. *variis minis increpat* Harl. Vide ad XXII. 7. § 4. Paullo ante *interim stolid. ferocissimosque*, pro *inter stolidissimos*, Flor. a m. sec. Male. Non enim stolidissimos ad arma vocabat, sed erat ipse inter stolidissimos, qui ad arma vocarent. Hinc neque Doujatii conjectura, qui *inter* delebat, probanda est. Displicuisse videtur et Doujatio et interpolatori, 'vocare' absolute sine casu poni. At similiter III. 8. 'Cursus clamorque vocantium ad arma.' Eodem modo sine casu 'in senatum vocare,' 'ad consilium vocare,' 'ad concionem advocare' apud Livium obcurrunt. Vide ad II. 55. § 10.

§ 10 *Principio levem armaturam dimittit, &c.*] Plutarchus in Fab. p. 180. πρῶτον μὲν ἀπέστειλε τὴν κούφην στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς. Τέλος δ' ὁρῶν τὸν Ἀννίβαν παραβοηθοῦντα τοῖς ἐπὶ λόφου πάσῃ δυνάμει, κατέβαινε συντεταγμένος. *Sigon.* Scribe *emittit:* aut potius totum illud verbum pro alieno dele. *J. F. Gron.* Omnes codd. *dimittit:* neque aliter edd.; nisi quod ultima Gruteri dederit *demittit*, quod recentiores reliquæ servarunt. Alterutra Gronovii emendatio admittenda videtur.

Conferto agmine mittit equites] Bene ita quoque Pal. 2. Reliqui *conserto agmine*. Gebh. *Conserto* etiam Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Modium. Alibi sæpe ita peccant librarii. Vide ad III. 70. § 6. IX. 27. § 11. XXI. 4.

§ 8. Pierium ad Virg. Æn. II. 347. et Torren. ad Val. Max. I. 8. 6. Similitudo literarum ſ et f hujus erroris caussa exstitit. Hinc confunduntur etiam 'desero' et 'defero;' (vide ad IV. 37. § 11.) 'secundus' et 'fecundus,' vel 'fœcundus;' (vide ad VIII. 12. § 14.) 'jussasque' et 'jus fasque;' (vide ad VIII. 39. § 13.) 'senator' et 'fœn'ator;' (vide ad X. 23. § 11.) 'assero' et 'affero;' (vide ad XXXI. 12. § 5.) Deinde *emittit equites* Lov. 2. Quod non displicet, si supra cum Gronovio *dimittit* deleas; nisi potius prima litera τοῦ *emittit* voci adcreverit ex fine præcedentis. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

Quum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis] *Subs. itura jubet, instructisque* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. et Hearnii D. ac N. quorum posterior in marg. et Ber. a m. sec. *mitti jubet* præferunt. Et ita legunt etiam Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *subsidia initura mitti jubet, instructisque* Lov. 3. duplici lectione juncta. Pariter etiam *subsidia quoque itura mitti jubet, instructisque* edd. Aldo priores. Voces *subsidia mitti videret, instructis* desunt in Lov. 4.

§ 11 *Alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque*] Pal. 2. præbet *accrescente cert.* Gebh. Ita et Flor. a m. sec. *aut crescente* a m. pr. Sed subficit *crescente*, cui syllaba accrevit ex prima hujus et ultima præced. vocis litera. Vide ad V. 50. § 5. Livius XXVII. 48. 'Crescente certamine et clamore.' XXXVII. 38. 'Crescente certamine pepulerunt hostes.' Deinde *auxilia equitum peditumque* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad XXXIV. 26. § 2. In præcedd. copulam *et* omittit Hearnii N.

Totis utrimque viribus certabatur] *Totis utriusque viribus* Gaertn. Vide ad XXI. 45. § 1. Tum *certatur* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Mss. Hearnii. Paullo ante *explicuerat*, pro *expleverat*, edd. ante Aldum.

§ 13 *Si justa, aut si recta pugna esset*] *Justa recta* Lov. 5. *justa aut recta* Lov. 2. Gaertn. Ber. Hearnii N. a m. sec. et edd. Aldo priores: *justa ac si recta* Flor. Vide ad XXI. 53. § 3. Tum *pugna fuisset* Hafn. et Ber.

§ 14 *Eum tumultum terroremque, in latera utrimque ab tergoque incursantes, fecerunt, ut*] *Cum tum. terroreque, &c. inc.* Lov. 1. *tantum tumultum terroremque* Lov. 5. quæ lectiones ex interpretum glossis natæ videntur. *Is, ut* inlustravimus ad III. 53. § 5. Tum *latera utrimque* Ber. Utrumque apud Livium obcurrit, et 'incursare latera,' et 'in latera.' Vide ad VI. 36. § 1. et VIII. 38. § 6. Præstat itaque reliquis vulgatum servantibus, quam uni mutanti, obedire. Hinc *ab tergo* Harl. et Gaertn. *a tergo* Lov. 4. et Ber. *et ab tergo* Lov. 5. Mox *nec animus* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Qui *neque* substituerunt, forte ad id permoti sunt, quod mox sequatur *neque ad fugam*. Quam ob caussam etiam in Ber. utrobique *nec* datum est. Sed vide ad IX. 9. § 14.

CAP. XXIX. § 1 *Ita est, inquit: non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem*] Hunc autem locum iidem cum interrogatione legendum præceperunt, quod mihi nentiquam verisimile videtur, nec quenquam puto illis assensurum. Iidem in Minutii verbis ad milites paulo post, ubi Hesiodi dictum allegat, *quid in re sit*, legunt, cum omnes vetusti codd. habeant *quid in rem sit*. Glar. Hic Plutarchus in Fab. p. 181. *Ὦ Ἡράκλεις, ὡς ταχίων μὲν, ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βραδίων δ', ἢ αὐτὸς ἔσπευδε, ἑαυτὸν ἀπολώλεκε: Sigon.* Ex Plutarcho, qui multa a Livio, videtur hic, inducta negatione, legendum, *Ita est, inquit, celerius, quam timui.* Nisi placet, interrogantem pronunciasse. *Lipsius*, Ep. Quæst. V. 10. Congruit vulgatæ lectioni prisca ed. neque degenerant

Pall. 1. ac 3. Nam in Pal. 2. hæc omnia desiderantur. *Gebh.* Particulam negantem habent libri scripti. Puto hoc cum ea ita accipi posse: satis celeriter, nec tamen celerius, quam timueram, ut qui præcipitem Minucii temeritatem cognitam haberem. *Duk.* Paullo ante *Tum Fabius*, pro *Tunc*, Flor. Vide ad II. 12. § 15.

§ 2 *Fabii æquatum imperio Hannibalem et virtute et fortuna superiorem videt*] Hoc vos in Reg. cod. reliquistis inemendatum, quod sic emendandum erat, *Fabio æquatus imperio*. Valla. Lectio vetus erat *Fabio æquatum imperio*, primusque Valla immutavit. Credo verius fore, *En Fabio æq. imperio. Annibale et virt. et fort. super. videte.* Illud *En* repetii ex syllaba vocis prioris. Est autem amara et viro gravi apta irrisio, quam sarcasmon vocant. *Lipsius*, Epist. Quæst. v. 5. Nihil opus est mutatione quam Lipsius tentat. Vulgata lectio, quam etiam librorum scriptorum esse ex silentio Gronovii colligo, plana est. *Duk.* Quod vitiosum in Reg. cod. relictum Valla carpit, in nullo vel manu vel typis exarato obvium fuit; contra omnes servant, quod ejus loco reposuit, nisi quod *Fabii æquatus* sit in Ber. a m. sec. *Fabio æquato* in Lov. 4.

Victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus] Imitatus est hunc locum Val. Max. v. 2. § 4. de hoc ipso Fabio scribens: 'Imprudentis vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.' Pall. tres hunc locum depravant; quorum Pall. 1. ac 3. *victoriam hosti extorq. conf. errore. Civibus jam magna ex parte cæsis, aliis circumsp. &c.* Pal. 2. quoque distinctione delinquit. *Gebh.* Duobus Pall. Gebhardi perperam quidam meorum adsentiuntur. Tum *victoriam hostis extorqueamus* Flor. ut forte librarius dedisse voluerit *hostibus extorqueamus*. Ceterum Val. Max. verba, quæ Gebhardus laudavit, non de hoc ipso Fabio, sed de ejus magistro equitum Minucio, scripsit.

§ 3 *Jam magna ex parte cæsis aliis, aliis circumspectantibus*] Cantabr. omisso priore *aliis*, refert, *Jam magna ex parte cæsis, aliis circumspect.* Video itidem in Voss. et Gud. sic a patre deprehensum. Cur igitur retinemus quod venit a lasciva, sed inepta manu? Est enim dictum, ut l. III. c. 37. 'Jam ne tergo quidem abstinebatur; virgis cædi, alii securi subjici:' ubi, si placet, vide. *Jac. Gron.* Eamdem vocem omittunt etiam Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et quatuor ex illis quos Crevier. inspexit. Si Putean. Flor. aut similis fidei ac bonitatis codd. consentirent, Gronovii sententiam probarem. Nunc timeo, ne altera vox alteram interceperit: quod frequens esse, videbimus ad XXXIII. 27. § 4. Transpositis vocibus *aliis cæsis* legunt vett. edd. Paullo post *cælo dimissa* Voss. a m. pr. Lov. 1. Gaertn. et Hearnii N. De hoc errore vide ad VII. 23. § 6.

§ 4 *Suos a fuga effusa, et ab animis feroci pugna hostes continuit*] Emendare debuistis *et a feroci pugna*. Valla. Pal. 1. recisa a principio particula *et*, repræsentat *suos a fuga effusa et ab animis feroci pugna hostis continuit.* Pal. 2. *et ab armis feroci pugna h. c.* Alludunt ad veram lectionem habitantem in Pal. 3. et prisca ed. *et ab nimis feroci pugna hostis continuit.* Gebh. Put. Pet. melior Pal. *et ab animis feroci.* Pal. 2. *et ab armis feroci.* Pal. 3. *et ab nimis feroci.* Ea vera lectio est. *J. F. Gron.* Primus Aldus edidit *et suos a fuga.* Sed particulam connectentem non modo ignorant priores excusi, verum eadem etiam deest a Voss. Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. et Hav. quam intercepisse videntur præced. vocis literæ ultimæ. Vide ad XXXV. 41. § 7. Tum vox *effusa* exsulat ab Hearnii L. 1. Deinde *et ab omni feroci pugna hostis* Lov. 2. *et ab armis feroci pugna hostes* Hearnii L. 1. *et ab animis feroci pugna hostes* Hearnii

N. ac Lov. 1. 3. et Ber. a m. pr. *et ab nimis* a m. sec. *et ab animis feroci pugna hostis* Voss. Lov. 4. Harl. et Flor. a m. pr. *et ab nimis* a m. sec. *et a nimis feroci pugna hostis* Gaertn. et Hav. *et ab nimis feroci pugna hostis* Lov. 5. Sed Gronovius verum vidit. *Ab animis* ortum videtur ex duplici lectione *ab nimis* et *a nimis*, quam librarii ita jungere voluerunt. Vide ad III. 44. § 4. Ex *animis* autem deinde factum est *armis:* quas voces sæpe a scribis commutari, dictum est ad h. lib. c. 5. § 8. Paullo ante *ad jactum teli*, pro *ad conjectum*, Hearnii N. reliquis omnibus invitis.

§ 5 *Volventesque orbem nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare*] Conspicitur in Pal. 3. *volventesque in orbem*. Gebh. Male. Livius IV. 28. 'Jam orbem volventes suos increpans.' Neque melius *volentesque* Flor. Vide ad IV. 49. § 16. Tum *conglobati instare* Lov. 3. Sed vulgatum verum est. Vide ad IX. 15. § 3. *Conglobatim* quædam ex vetustis edd.

§ 6 *Quum Pœnus receptui cecinit, palam ferente Hannibale*] *Tum Pœn. repente rec. cecinit* Ber. Deinde *referente Hann.* Harl. et Rec. Male. 'Palam ferre' est publice dicere, fateri. Ita II. 54. 'Palamque ferretur, malo domandam tribuniciam potestatem.' XXVIII. 40. 'Acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur.' Contra 'occulte ferre' Ter. Ad. III. 1. 30. 'Neque id occulte fert.' Mox *a se Minucium* Lov. 4. et Ber. Contra *se ab Fabio* Flor. et Lov. 2.

§ 7 *Quum in castra reditum esset*] Pal. 1. *in castris*. Gebh. Ita et Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo recte Mogunt. *in castra* dederunt. Paullo ante *Itaque per variam*, pro *Ita*, Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Male. Solent autem passim hæ voces commutari. Vide ad XXI. 53. § 7.

§ 8 *Sæpe ego, inquit, audivi, milites, eum primum esse virum, qui, &c.*] Hanc sententiam expressit ex Hesiodo, qui ait ἐν Ἔργ. καὶ Ἡμ. 293. Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω· Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. Hanc eandem sententiam sic vertit Cicero pro Cluentio cap. 31. 'Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. In stultitia contra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobat.' Eadem ita adumbravit Plutarchus in Fabio, pag. 181. Τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι· τὸν δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντος. *Sigon.* Vide etiam Baptist. Pium Annot. poster. c. 22. viros doctos ad Cic. loc. laud. et Græv. in Lection. Hes. c. 6. Ceterum alio ordine *Sæpe, inquit, ego, milites, audivi* Ber. et Hav.

Qui ipse consulat, quid in rem sit] *In re sit* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et editi usque ad Froben. qui *in rem* dedit a. 1531. nisi quod Ascens. ita etiam a. 1513. et 1516. excudi curarit. Ita etiam legendum esse, patebit ex illis quæ notavi hoc lib. ad c. 3. § 2. Hinc tamen constat, quam vere Glareanus hoc cap. § 1. adversus Aldum, qui ipse etiam *in re* edidit, scripserit omnes vetustos codd. per quos vetustas edd. intelligere solet, habere *quid in rem sit*.

Nec alteri parere sciat] *Parere scit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hearnii Oxon. et edd. omnes usque ad Gronov. qui in prima notarum ed. testatur optimos præferre *nesciat*, eumque nega-

tionis pleonasmum jam alibi, ut Livio frequentissimum, a se notatum esse, respiciens ad ea quæ notavit ad III. 26. § 5. In contextum tamen recepit *parere sciat*, et adnotationem in repetita ed. omisit. Recte. Certe optimus Flor. *nesciat* quidem a m. pr. præfert, sed a m. altera legit *sciat*, quod et in aliis apud me superest.

§ 9 *Quoniam prima animi ingeniique negata sors est*] *Quia primi ingenii animique negata sors est* Ber. Sed *quoniam* et *quia* alibi etiam librarii commutare soliti sunt. Vide ad XL. 13. § 7. *Animi ingeniique* etiam Lov. 2.

§ 10 *Quod beneficio ejus erga nos ac majestate ejus dignum est*] Postremum *ejus* fortasse ejiciendum. *J. F. Gron.* Id tamen servant constanter omnes scripti. Paullo ante *salutabo*, pro *appellavero*, quod ex sequenti 'salutabitis' receptum videtur.

§ 11 *Vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt*] Aliter paullo Valer. Max. V. 2. § 4. in hunc maximo modum: 'Fabio alteri etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est. Dictatori ei magister equitum Minucius scito plebis, quod numquam antea factum fuerat, æquatus partito exercitu separatim in Samnio cum Annibale conflixerat. Ubi, temere inito certamine, pestiferum habiturus exitum, subsidio Fabii conservatus, et ipse eum patrem appellavit, et a legionibus suis patronum salutari voluit: ac, deposito æqualis imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturæ subjecit, imprudentisque vulgi errorem grata mentis significatione correxit.' *Modius.* Vocula *modo* deficit in Cant. Deinde *arma dextera texerunt*, et postea *dies hic* præfert Flor. quod posterius firmat etiam Gaertn.

CAP. XXX. § 1 *Profecti et agmine incedentes ad dictatoris castra*] *Profecti agmine inc. dict. castra* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. et Hav. Copulam *et* omittunt etiam omnes ante Gronov. edd. cum Hearnii N. Illa autem locutio formata esse posset ad exemplum ejus, quæ inlustratur ad X. 35. § 9. Verum optimi τὸ *et* agnoscunt. Præpositio *ad* etiam male deest in Flor. et Cant. Paullo ante *Signo ergo dato*, addita media voce, legunt Ber. et Gaertn. *conclamatum inde* Lov. 3.

§ 2 *Circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset*] *Circumfusosque milites ejus* Ber. et Hav. Male. Vide ad XXX. 9. § 1. Hinc alio ordine *patr. totum agmen.* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Tandem *cum salutasset* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *salutasset* Ber. De verbo 'consalutare' vide ad I. 7. § 1.

§ 3 *Parentibus* (*inquit dictator*) *mediis, quibus te modo, &c.*] Vos emendastis *Parem, inquit dictator, te Diis modo nomine.* Ego sic *Parentibus, inquit, dictator, meis quibus te modo, &c.* Valla. Pal. 1. *Parentibus inquit dictator mediis.* Pal. 2. *Parem inquit dictator te Diis modo nomine.* Locus adhuc ægrotat. *Gebh.* Lectio, his verbis præposita, superest in Voss. et Lov. 4. sed eorum prior inter versus adscriptum habet *Par., inquit, dictator vel Diis, quibus te.* Sed alio ordine *Par., inquit, mediis, dictator, quibus te* legunt Flor. et Cant. *Par., inquit, dictator, quibus te* Lov. 1. *Par. inquit dictator Diis te quibus* Lov. 2. *Par. inquit dictator ne Diis quibus te* Lov. 3. *Par., inquit, dictator, meis, quibus te* Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum, qui primus reposuit, ut nunc circumfertur. Ea autem lectio cur Gebhardo suspecta sit, videre nequeo. Mox *tibi cum mea salute tum omnium horum* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Male.

§ 4 *Plebeiscitum, quo oneratus magis, quam ornatus sum, primus antiquo abrogoque*] *Plebiscitum* Flor. a m. sec. et plerique reliqui codd. Deinde

honeratus eram Lov. 3. sed ultima vox non adparet in Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. a m. pr. Gaertn. et Hav. ut nec sequens *primus* in Lov. 2. Hinc *abdico abrogoque* idem Lov. 2. et Hearnii N. in marg. quod ex interpretis glossa inrepsisse videtur.

Quod meo exercitui tuoque, servato ac conservatori] Pal. 1. *quod exercitus is tuus servato ac conservatori.* Pal. 2. *quod exercitibusque tuis iis servato et cons.* Gebh. Modestius et ambitiosius Put. *quod exercitibusque* (manus prima *exercitusque*) *his tuis servato ac conservatori.* Eoque omnes alii, etiam vitiosissimi, satis alludunt. *J.F.Gron.* Satis tamen insolens est, copulam *que* hic post *exercitibus* poni; cui potius locus videtur esse post *quod.* Scriptor Bell. Afric. c. 54. ‘Quod in Italia milites populi Romani contra rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi reique publicæ inutilis fuisti.’ Liv. XXXVI. 3. ‘Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent:’ non *quod mihique*, nec *qui minoresque.* Duk. Lectio, quæ ante Gronov. vulgo exstabat, primum adparuit in ed. Ascensii 1531. et nullius cod. antiqui fide nititur. Recte igitur vel ob hanc caussam mutata est. Verum præterea non convenit ut Minucius exercitum, quem Fabio restituebat, *suum* vocaret. Neque illud *meo* in ullo Msto obvium fuit. Antea edebatur *quod exercituique tuo, servato ac conservatori;* a quo non abit Hav. nisi quod primam voculam omittat. Ne reliquorum Mstorum, quorum neuter alteri consentit, lectiones enumerem, breviter dicam emendationem Gronovii probare Flor. et forte etiam Cant. ex quo nihil notatum invenio; proxime autem accedere Lov. 3. et 5. quorum prior præfert *quod exercitibus his tuisque servato ac cons.*, alter *quod exercitibus his servato ac cons.* Si quem autem copula *que* post secundam vocem rejecta offendit, plures sunt codd. qui eam omittant, vel ejus loco τὸ *et* voculæ *quod* præponant. Mox *et hæc signa legionis restituo* Voss. et Lov. 1. ac 2. *et his signa legionis restituo* Gaertn. *et signa hæc legionis restituo* Lov. 3. 4. 5. Hafn. et Hav. In hunc errorem librarii inciderunt, quod antique scriptum esset *legionisque*, ut exstat in Flor. pro *legionesque:* quod non intelligentes τὸ *que* deleverunt.

§ 5 *Me magistrum equitum, hos ordinibus suis quemque teneri jubeas*] Castigatissima est lectio Pal. 2. sincerissimi: *Tu, quæso, placatus me magisterio eq., hos ord. suis quemque teneri jubeas.* Imitatus Val. Max. v. 2. § 4. ‘Deposito æqualis imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturæ subjecit.’ *Gebh.* Non potest cuiquam docto satisfacere. Pal. *me magisterio eq., hos ord. suis quemque teneri.* Sed in omnium optimo est, *magistrum equitum hos ord. suis quemque tenere.* Quæ lectio per se menti Minucii est adversaria, sed ad veram tamen nobis viam aperuit. Quomodo enim peteret, ut sibi magistro equitum liceat hos tenere quasi separatos? Immo ea de caussa reducit eos, quod tenendis indignum se fatetur: ideo dixit *tuis his exercitibus*, ut emendavimus. Scribe, *Tu, quæso, placatus me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere jubeas.* Disciplina Romana poscebat ut hoc beneficium vitæ servatæ et magister equitum et exercitus cum ignominia aliqua in exemplum aliorum acciperent. Sic cum L. Minucius consul ad Corbionem obsidione Æquorum ab L. Quinctio Capitolino liberatus esset, dictator prædam omnem suo tantum militi dedit; consularem exercitum ipsumque consulem increpans: ‘carebis parte prædæ, miles, ex eo hoste, cui prope prædæ fuisti: et tu, L. Minuci, donec consularem animum incipias ha-

bere, legatus his legionibus præeris.' Livius III. 29. Sic de sententia Appii Claudii senatus eos, qui a Pyrrho rege capti et postea remissi erant, equites ad pedes redegit, pedites ad levem armaturam, omnes extra vallum jussit tendere, donec bina hostium spolia referrent. Frontinus Strateg. IV. 1. Hanc ignominiam a mitissimo imperatorum et sibi et militibus suis deprecatur. *Ordinibus* factum ex *ordinis:* eo genere mendi, quo c. 8. idem codex *ac penatibus*, pro *ad penates*, et c. 37. *adonibus fidelibusque sociis*, pro *a bonis fidelibusque*. Potea aliquis, ut omnia convenirent, *suis*, pro *suos*, rescripsit. *J. F. Gron.* *Tenere* fere quidquid est codicum, quorum plerique ceteroqui vulgatæ lectioni consentiunt. Sed Flor. legit *me mag. equitum, hos ord. suis quemque;* a manu autem altera *me magisterio equitum* postea emendatum est. Deinde *hos ordinibus suis suum locum tenere jubeas* Lov. 5. Doujatius, qui, ut Gronov. emendavit, in cod. Pal. scriptum esse monet, non ea, qua par erat, adtentione ac cura, notas Gronov. consuluit.

§ 6 *Concione dimissa, a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati*] *Adgnotis ignotisque* exhibet Pal. 2. *Gebh.* Ea lectio indicat *ab notis ignotisque* legendum esse, quemadmodum etiam exstat in Flor. *Concione dimissi*, et *hospitaliter accepti* Ber. ex interpretis glossa. In præcedd. autem *inter se junctæ*, pro *interjunctæ*, Lov. 5. In seqq. præpositio *ex* deest in Hearnii D. et ed. Rom. princ. Tum *factus est* legit Lov. 2.

§ 7 *Quam vulgo militum ex utroque exercitu*] Lege *vulgi militum*. J. F. Gron. Omnes codd. ἀπρὶξ *vulgo* retinent. Quare priorem lectionem a Gronovio loco motam revocavi, quod etiam Crevier. fecit. Mox *Maximum laudibus cœlum ferre* Voss. et Lov. 1. *Maximum laudibus in cœlum ferre* Lov. 2. 3. Hearnii N. et edd. Aldina priores. *Maximum ad cœlum ferre laudibus* Ber. *Maximum ad cœlum ferre*, voce *laudibus* omissa, Lov. 4. ut VII. 36. ' Diis laudes gratesque agunt, Decium in cœlum ferunt.' Sed nihil muto. Supra IX. 10. ' Postumius in ore erat, eum laudibus ad cœlum ferebant :' ubi plura vide.

§ 8 *Cum Romanis atque in Italia bellum esse*] Pal. 1. ac 3. *cum Rom. atque Italia*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Sed præpositionem *i* interceperat seq. vocis litera initialis. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXV.

§ 9 *Cujus terribilem eam famam a patribus accepissent*] Vocem *eam* abundare, vel per αὔξησιν accipi posse, vir doctus ad marg. ed. Curionis notavit. At Ant. Perizon. ad oram Livii emendavit *cujus tam terribilem famam*. Non est necesse.

§ 10 *Tandem eam nubem, quæ sederet in jugis montium, sollicitatam procella imbrem dedisse*] Plutarchus in Fab. p. 181. Τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην ὅτι μετὰ ζάλης ποτὲ καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει. *Sigon.* Pal. 2. *quæ sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse*. Gebh. Non ineleganter fictum est. Tamen Put. Pet. melior, Pal. *eam nubem, quæ sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse*. Put. etiam *sidere*. Plinius XVIII. 35. ' Cum in cacuminibus nubium montes consident, hiemabit.' Plutarchus καθημένην νεφέλην. Haud dubie verior scripta lectio. Lib. VI. c. 8. ' Ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam prœlium, diremit.' Et iterum c. 32. ' Prosperæ spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit.' XXIII. 44. ' Ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes.' Trogus XXIX. 3. ' Videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam, in quascumque terrarum partes victoriæ

tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.' Curtius VIII. 13. 'Procella imbrem vix sub tectis tolerabilem effudit.' Statius Theb. X. 532. 'Qualiter aut Maleen, aut alta Ceraunia supra Cessantes in nube sedent, nigrisque leguntur Collibus, et subitæ saliunt in vela procellæ.' Credere possis, ipsius Hannibalis dictum Homero deberi: Ἰλ. E. 522. *νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅστε Κρονίων Νηνεμίης ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, Ἀτρέμας ὄφρ' εὕδῃσι μένος Βορέαο καὶ ἄλλων Ζαχρειῶν ἀνέμων, οἵτε νέφεα σκιόεντα Πνοιῇσιν λιγυρῇσι διασκιδνᾶσιν ἀέντες.* Socrates ad *Νεφέλας* apud Aristophanem vs. 269. *εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε. J. F. Gron.* Liv. XXIV. 46. 'Imber, &c. sonitu largioris procellæ strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.' Curtius IV. 7. § 14. 'Ut largum quoque imbrem excusserunt procellæ.' Codicibus a Gebh. et Gronov. laudatus consentit Flor. Reliqui et mei et Hearnii Oxon. nihil mutant, nisi quod plerique legant *procellæ imbrem.* De verbo 'sidere' vide ad II. 29. § 6. et IX. 21. § 6. Adde Nic. Heins. ad Ovid. Met. I. 307.

CAP. XXXI. § 1 *Cum classe navium circumvectus*] Videndum ne desit numerus navium. Certe Livius, nisi de numero monere voluisset, non addidisset vocem *navium*, scripsissetque *cum classe circ.* Quin et numerum historia postulat exprimi, qui Polybio III. 96. auctore fuit CXX. quinqueremium. Inseratur igitur Livio *cum classe C. et XX. navium.* Lipsius, Epist. Quæst. IV. 21. Continet Pal. 2. *cum classe navium circumvertit.* Gebh. Numerus constanter a meis et Hearnii codd. abest. Sed similem errorem Gronovius notavit hoc lib. c. 37. § 13. *Circumvertit* autem præferunt etiam Gaertn. et edd. antiqq.

§ 2 *Priusquam in continentem descensiones faceret*] Legendum *excensiones*, quia Pal. 2. refert *escensiones.* Pal. 3. *in concinantem desc. faceret.* Livius XXVIII. 8. 'Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium sunt, exscensionem fecit.' XXIX. 28. 'Quibus exscensiones in agros maritimos factæ erant.' *Gebh.* *Escensiones* etiam Flor. *exscensiones* autem legendum esse, jam ante Gebh. vidit Lips. Epist. Quæst. II. 20. Vide ad VIII. 17. § 9.

Menia insula vastata] Plinius eam insulam *Menicem* vocat, Ptolemæus *Myrinta.* Tu, quid potissimum sequare, maturius videto. *Sabell.* Hanc insulam *Cercinam* vocat Polybius III. 96. *Μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης ὡς ἐπὶ τῶν Κερκινητῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν ἀπαλλάγη.* In vet. lib. *Menia insula* est. Duæ hæ finitimæ insulæ sunt ad Sirtim. *Sigon.* Pal. 1. *Menis insula.* Pal. 2. *in cenis insula.* Pal. 3. *media insula:* vet. ed. *Mænia insula.* Gebh. Antiquissimæ veterum edd. *Mænia*, vel *Menia insula:* aliæ *Menice insula*, Sabellico, ut videtur, præeunte. *Meninge insula* ed. Mogunt. *Menia insula* Rec. et Hearnii L. 1. *Mænis*, vel *Menis insula* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *Menige* Put. Flor. et Gud. quod probat Gronov. in Diss. Epist. in Liv. loca quæd. Geogr. II. 19. Similiter apud Ptolem. IV. 3. et VIII. p. 232. ed. Bert. pro Μῆνιγξ cod. Coislin. legit Μῆνιξ. Vide Montfauc. Bibl. Coislin. p. 665. et 760. Adde Casaub. ad Strab. Geogr. II. 123. et Jac. Gronov. ad Pomp. Mel. II. 7. lin. 57.

Ab incolentibus circa eam] Hoc etiam malum. Nam 'incolere circa aliquem' quisquiliæ sermonis. Luculenter emendabitur *ab incolentibus Cercinam.* Auctor idem Polybius super hac re III. 96. Rideamus merito illos fungos et bardos, qui ex *Cercinam* fecerunt *circa eam.* Lipsius, Ep. Quæst. IV. 21. Hearnius in scriptis

suis et vett. edd. *circa eam* esse scribit. Gronovius, quia nihil adnotat, in suis, si non omnibus, at certe quibusdam, *Cercinam* videtur invenisse. Altera ratio, qua vulgatam scripturam impugnat Lipsius, quod 'incolere circa aliquem' quisquiliæ Latini sermonis sint, nulla est. Livius XXI. 26. 'Colunt autem circa utramque ripam Rhodani.' 'Colere' et 'incolere' sæpe absolute dicuntur pro habitare, sedes habere. Vide Gronov. ad Liv. I. 1. et XXI. 31. et Græviuum ad Flori III. 6. *Duk.* Omnes mei constanter *circa eam* servant. Lipsii conjecturam Gruterus in postrema ed. contextui inseruit.

§ 3 *Ac si insulas cultorum egentes prædarentur*] Jam dictum ad c. 3. h. lib. § 6. in vett. libb. esse *insulis cultorum egentibus*. J. F. Gron. Ita et Flor. *insulas cult. egentibus* Voss. et Lov. 1. *insulas cult. agentibus* Lov. 2. Vox *cultorum* perperam omittitur in Gaertn. 'Cultores' sunt incolæ. Vide ad XXVIII. 28. § 6. Paullo ante *ad depopulandum* Lov. 2. reliquis invitis. Vide ad II. 62. § 2.

§ 4 *Quum a sequentibus palantes, et locorum ignari circumvenirentur*] Malim, ut ante, *frequentibus*, quia præcessit 'insulas cultorum egenteis:' et post 'litoribus hostium plenis.' *Sigon.* Deest una pars antitheseos. Pal. Pet. melior, optimus Flor. *palantes ad loc. et ignari gnaris* (hanc vocem omittunt posteriores) *circumv.* Repone *a frequentibus palantes, ab locorum gnaris ignari circumv.* J. F. Gron. *Sequentibus* in solis tantum Sigonii edd. invenio; reliqui non tantum excusi, sed et calamo scripti, recte *frequentibus* servant. Paullo ante *ita in insidias temere illati*, pro *itaque*, Lov. 1. Vide ad XXI. 53. § 7. Totam hanc periodum ita exhibet Ber. *ita in insidias illati a frequentibus pal. et loc. ignari circumveniuntur, et cum multa cæde atque fuga, &c.*

§ 5 *Ad mille hominum, cum his Sempronio Blaeso quæstore amisso*] *Blæso* ex Capitolinis lapidibus et Græcis libris. *Sigonius.* Optimi *amissum*. Illud suffecerunt, qui non videbant illa *cum his Sempronio Blaeso quæstore* poni defectu participii verbi substantivi. *J. F. Gron.* Participium verbi substantivi sæpe per ellipsin deesse, idque Livio corrumpendo librariis ansam præbuisse, vidimus IV. 47. § 7. Adde quæ notantur ad IV. 27. § 6. VI. 10. § 8. c. 31. § 1. XXII. 49. § 4. XXVIII. 36. § 12. et alibi. Illud autem *amisso* ortum etiam esse potest ex eo fonte, quem indicavi ad VI. 3. § 8. Gronovii conjectura displicet Doujatio, qui vulgatum servandum, idque ita accipi posse existimat, ut intelligatur, quum quæstor una cum aliis esset amissus: recepta tamen ejus emendatione, locum faciliorem fore, si, deleto pronomine *his*, legamus *cum Sempronio Blaeso amissum*. Omnes mei, etiam reliquis integriores, in vulgatum *amisso* conspirant; quod commode servari potest, mutata tantum distinctione, *Ad mille hom., cum his Sempr. Blaeso quæst., am., classis a littoribus, &c.* ut *amisso* ad voces *Ad mille hominum* referatur, et ad illa *cum his Sempronio Blaeso quæstore* itidem intelligatur participium verbi substantivi. Si tamen Gronovii Pal. aliique primi ordinis codd. τὸ *amissum* servent, ei controversiam motam nolo: certe cum Doujatio pronomen *his*, invitis omnibus Mss. delendum non existimabo. *Blaeso*, non *Bleso*, scribendum esse, monuit etiam Sigon. ad XXVI. 2. § 7.

§ 6 *Traditaque Lilybæi tota Atilio prætori*] Jam ostendi ad c. 10. § 10. hoc anno 'Atilium' nullum prætorem fuisse, 'T. Otacilium' fuisse. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, et, pro *tota Atilio, T. Otacilio* scriberem. *Sigon.* Residet contumaciter in Pall. 1. ac 3. veterique ed. *Lilibei tota Acilio prætori:* in Pal. 2. *Lilibei Tito Attilio.* Gebh.

Tota Acilio prætori Lov. 1. 3. 5. et Harl. *tota Accilio prætori* Hafn. *tõ Atilio prætori* Gaertn. *tiro Accilio prætori* Lov. 2. *T. Attilio prætori* Hav. *ora Attilio prætori* Ber. *T. Acilio prætori* Flor. *Tito Acilio prætori* Hearnii N. *tota Otacilio prætori* Lov. 4. Ex Voss. et Cant. nihil notatum video, ut forte *T. Otacilio prætori* exhibuerint, quod certe in uno e suis superesse, Crevier. monuit. Eamdem lectionem etiam probavit Pigh. in Ann. ad a. IↃXXXVI. p. 156.

§ 7 *Literisque Fabii adcitus et ipse, et collega ejus*] Lege *literis Q. Fabii:* perspicue. *Sigon.* Pal. 3. *literis Q. Fabii*, ut quoque indicavit Sigonius: quod genuinum credo. *Gebh.* Ita etiam Ber. Harl. et Put. optimus, ex quo Crevier. recte hanc lectionem in contextum recepit. Alibi sæpe prænominis *Quinti* nota Q. et copulæ *que* compendium *q*; in Mss. commutari solent. Vide exempla ad VI. 6. § 12. VIII. 31. § 4. c. 32. § 17. c. 33. § 20. IX. 7. § 15. X. 9. § 10. hoc lib. c. 10. § 10. c. 24. § 12. c. 55. § 4. XXIII. 30. § 18. XXVI. 1. § 11. c. 33. § 5. XXXVII. 60. § 2. Epit. Liv. libr. LXXVII. LXXXIX. XCIX. et viros doctos ad Val. Max. II. 4. 7.

Ut exercitum ab se] Iidem [optimi] *exercitus ab se:* Fabianum nempe et Minucianum, uti mox appellantur. *J. F. Gron.* *Exercitus* etiam Flor. et Hav. quod recepi.

§ 8 *Cœlius etiam eum a populo creatum dictatorem scribit*] Pall. tres, et vet. ed. *eum primum a populo creatum dict.* Gebh. Scripti *Cœlius etiam eum primum a populo.* J. F. Gron. *Primum* agnoscunt etiam Flor. et plerique reliqui codd. cum priscis ante Curionem edd. *primo* male legit Ber. unde sequeretur, postea ab alio, quam a populo, dictatorem dictum fuisse. *Creatum a populo dict.* Lov. 1.

§ 9 *Et Cœlium et ceteros fugit*] *Et Cœlius et ceteri scribunt* Lov. 3. Mox *qui tum procul*, pro *qui tunc procul*, primus edidit J. F. Gronov. et ita Flor. et plerique reliqui. Vide ad II. 12. § 15. Vox etiam *provincia* exsulat a Lov. 2.

§ 10 *Qui pro dictatore esset*] *Prodictator* vera est lectio, ut sit *prodictator* velut 'proconsul,' 'proprætor.' *Sabell.* Quidam divisim *pro* et *dictatore* legunt, ut paullo post composite, 'ut dictator pro prodictatore diceretur,' bis repetita præpositione *pro* per appositionem et compositionem, ut loquuntur grammatici. Ideoque superius in hoc lib. c. 8. ubi Fabius creatur prodictator, legendum, *Nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat. Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum.* Hæc ideo admonenda duxi, quod in quibusdam codd. hæc corrupta vidimus. Quæ vero sequuntur verba, 'adeoque inopia est coactus Hannibal,' non videntur huc pertinere, neque ea sunt in omnibus libris. *Glar.* Præstat ut *pro dictatore* divisis vocibus legatur: ceteroquin dicendum foret, *qui prodictator esset.* Vide ad XXIII. 30. § 19. Paullo ante *eodem cursum est* Flor. a m. pr. et Lov. 5. *eo concursum est* Gaertn. *eo decursum est* Flor. a m. sec. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav. cum edd. Rom. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Sed hi librarii non adverterunt pendere hæc ex precedenti *fugit*, ideoque *esse* legi debere.

§ 11 *Et augendæ titulum imaginis posteris*] Nihil hic sani sensus. Pet. recent. et Men. *et in augendis tit. imagines posteris.* Put. Pet. Voss. *et augendis tit. imagines posteros.* Illud *augendis* pro *augentis* plurali accusativo scriptum est, et *imagines* ἀντὶ τοῦ *imaginis.* J. F. Gron. Admodum etiam variant mei: *et augendi tit. imagines posteris* Lov. 3. *et augendæ tit. imaginis posteris* Ber. et Hafn. *et augendas titulis imagines posteris* V. C. apud Latinium: *et augentibus tit. et imagines posteris* Lov. 2. *et augendis*

titulorum imagines posteris Lov. 5. *et augendis titulis imagines posteris* Hearnii L. 1. *et augendis titulis et imagines posteris* Rec. *et augendis titulis imaginum posteros* Hearnii N. *et augendis titulum in imagines posteris* Gaertn. *et in augendis titulum imagines posteris* Harl. *et augendis titulum imagines posteris* Lov. 1. 4. et Hav. *et augendis titulum imagines posteros* Flor. et Exc. Pithœi. Gronovium verum vidisse puto.

Ut dictator pro dictatore diceretur] Ex hac lectione nihil sequitur. Legendum igitur *pro prodictatore:* sit sensus, Fabius factum est ut dictator sit dictus, quum vere prodictator fuisset. *Sabell.* Notat Glareanus, a quibusdam legi *ut dictator pro prodict. dic.* quod non improbat. Pall. tres *ut qui prodict. diceretur.* Reliqua in Pall. ita sunt concepta: *facile obtinuisse. Adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi cum fugæ speciem* (Pal. 2. *specie abeundum*) *abeundi timuisset, Galliam repetiturus fuerit,* (Pal. 1. *fuerat*) *nulla relicta ope alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus* (Pal. 3. *actibus*) *bellum gereret. Consules Atilius Fabianus Geminus Servilianus Musicanus* (Pal. 3. *Attilius Fabianus Cn. Servilius Musicanus:* secundi lectionem adnotabo paullo post) *exercitu accepto, hibernaculis mature communitis, tum autumni erat tempus,* (Pal. 2. omittit τὸ *tempus*) *Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gerebant:* (reliqui duo, Pall. 1. et 2. *gesserunt*) *Frumentatum* (Pal. 1. *Frumenta hinc*) *exeunti Annibali diversis locis opportune* (Pal. 1. *opportuna,* Pal. 3. *opertum*) *aderant, carpentes agmen, palatosque excipientes: in casum universæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. Cum ad Gerionium, jam hieme impediente, constitisset bellum.* Insignem hanc trajectionem, qualem adhuc nullam in hoc scriptore deprehendi, hic animadvertere volui. *Gebh.* Put. Pet. melior, et Flor. *ut qui prodict. cæderetur.* Tres Pall. *ut qui pro dictatore:* ut et Men. et Pet. duo cum his, *diceretur,* tertius *crederetur.* Scribendum existimo, *et augentes titulum imaginis posteros, ut Prodictatore dictator crederetur, facile obtinuisse.* Accipe *Prodictatore* nominandi casu per intellectum articuli ὁ, ut solent in talibus. Sic Ovidius Met. I. 20. 'sine pondere habentia pondus.' Nisi forte verius simplicissimum, *pro prodictatore,* ut quosdam voluisse testis Glareanus ad § præc. Lib. VIII. extremo [c. 40.] 'Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.' *J. F. Gron. Ut prodictatore diceretur* Lov. 2. et Hearnii N. *qui ut dictator crederetur* in margine præfert. *Ut quasi prodictatore diceretur* Lov. 5. *ut qui dictator diceretur* Hav. *ut qui pro dictatore cederetur* Flor. *ut qui prodictatore crederetur* Ber. *ut qui pro dictatore diceretur* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et V. C. Latinii. *Ut, qui pro dictatore, dictator diceretur* Lov. 3. quomodo ex optimorum codd. vestigiis legendum existimat Perizon. in Animadv. Hist. c. 1. p. 23. *ut, qui pro dictatore* accipiens quasi esset *ut, qui pro dictatore erat:* quod verius esse puto, ideoque admisi.

CAP. XXXII. § 1 *Consules M. Attilius Fabianus, Cn. Servilius Musitanus*] Ita habent plerique codd. sed legendum est *M. Attilius Regulus et Cn. Servilius Geminus.* Hi sequentis anni proconsules fuere, ut author est Polybius III. 106. Ab initio autem hujus anni cum C. Flaminio Cn. Servilius consul factus est. Flaminio autem subrogatus M. Attilius. Quidam hoc loco et novos consules et novum annum collegere, *Attilium Fabianum,* et *Servilium Musitanum* vocitantes, utrumque inusitato cognomine. *Glar.* Mira et prodigiosa hic scriptio veterum libro-

rum, *M. Atilius Fab.*, *Cn. Serv. Musicanus*, aut *Nusitanus*. Nec aliter etiam antiquitus excusi. Glareanus et Sigonius, tam multi in studiis ac celebrati nominis, non hic par ceteris factis suis fecere, et audacter potius, quam feliciter, hæc, quæ habemus, substituerunt. Non enim illa cognomina consulum, inquiunt, ut e Fastis patet. Fateor; sed nonne tamen attentius cogitandum erat super librorum pertinace illo consensu? Ego non is sum qui sciam divinitus; dicam tamen, quod in mentem mihi venit, et, eruditis, ut spero, viris approbantibus, rescribam *M. Atilius Fabiano*, *Cn. Servilius Minuciano exercitu accepto*. Consules nempe pro more veteri copias inter se diviserunt, et Atilius quidem Fabianum exercitum accepit, Servilius Minucianum. Ista autem divisio paullo ante inter duos dictatores facta: 'cum prima et quarta legio Minucio, secunda et tertia Fabio evenerunt.' Ita enim Livius ipse c. 27. *P. Ruben*. Elect. I. 31. Pal. 2. *Consules Attilio Fabiano Geminus Servilianus Musicano exercitu accepto*. Gebh. Codd. alii magis, alii minus, plerique tamen prodigiose corrupti sunt; in id tantum non omnes consentiunt, ut prænomina *M.* et *Cn.* omittant, et loco posterioris exhibeant *Geminus*: in quo ultimo accinunt etiam edd. Moguntina priores. Ne reliquorum Mstorum lectiones referam, *Consules Atilio Fabiano, Geminus Servilianus Musicano exercitu accepto* legit Flor. *Consules Attilius Fabiano, Servilianus Minuciano exercitu accepto* Ber. *Consules Atilius Fabiano Geminus Servilius Minutiano exercitu accepto* Lov. 3. Pighius in Ann. ad a. IↃXXXVI. p. 154. vestigiis Rubenii insistens, propius tamen edd. principum lectioni inhærens, scribendum conjecit *Consules M. Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto*: quod Gruterus in postuma, et hinc reliqui omnes editores receperunt. Licet autem apud Livium interdum evenire, ut duorum vel plurium memoratorum unus prænomine careat, reliquis addatur, docuerim ad IV. 49. § 1. hic tamen codicum consensu inductus existimo, quemadmodum Servilii, ita etiam Atilii prænomen delendum, ac scribendum esse *Consules Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto*. Ceterum eamdem trajectionem, ut § 3. hujus capitis duobus prioribus præmittatur, quam Gebhard. ex tribus Pall. ad cap. præc. § ult. notavit, inveni quoque in Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et omnibus edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. primus luxata suo loco reposuit.

Tum enim autumni erat tempus] Meliores codd. *tum aut. erat*: cætera desunt. Scribe, *hibernaculis mature communitis*, (*medium autumni erat*,) *Fabii artibus*, *&c.* Sic XXXVIII. 27. 'Ipse (jam enim medium autumni erat) locis gelidis excedere properans.' *J. F. Gron.* *Cum autumni esset tempus* Lov. 3. *cum autumni erat tempus* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *tum autumni erat tempus* Lov. 5. et Hav. *tum autumni tempus erat* Ber. *tum autumni erat* Hearnii L. 1. et N. *cum autumni erat* Flor. omissa in tribus his codd. voce *tempus*. Horum omnium codd. auctoritate delevi vocem *enim*, quam etiam omnes edd. ante Ascensianam 1513. ignorant. Gronovius insuper legendum putat *medium autumni erat*. Eam locutionem a stilo Livii non abhorrere, patet ex illis quæ notantur ad XXVII. 2. § 9. Magis tamen placet, id quod Crevier. ex Msto probæ notæ eruit, *extremum autumni erat*. Ita XXVIII. 37. 'Et jam extremum autumni erat.' XXIX. 35. 'Hæc in Africa usque ad extremum autumni gesta.' XXXV. 13. 'Extremo jam hiemis Ephesum pervenit.' Similiter 'extremum anni' XXXIX. 23. § 2. ubi plura vide. Puto igitur

recte hanc lectionem in contextum admissam esse. Non ferenda est neglegentia Doujatii, qui lectoribus persuadere conatur, Gronovium scripsisse *medium autumni erat tempus.*

§ 2 *Diversis locis opportune aderant, carpentes agmen, palantesque excipientes*] Pal. 1. *opportuna*, eleganti Hellenismo. *Gebh.* Meliorum scriptura *opportuni aderant, carp. agmen, palatosque excip.* Sallustius Cat. cap. 52. 'Si paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.' *J. F. Gron.* *Opportuna aderant* Voss. a m. pr. et Hav. quod nollem Gebhardo placuisse. *Variis locis opportunis aderant* Lov. 3. Vide ad VI. 8. § 8. *Variis locis opportuni aderant* Flor. pluresque meorum cum Hearnii Oxon. Sall. Catil. c. 20. 'Nequidquam opportuna res cecidisset:' ubi vide Cortium. Sæpissime adjectiva pro adverbiis usurpantur. Infra hoc cap. 'Voluntate eorum qui libentes danent.' Vide hoc lib. ad c. 12. § 7. Præterea *palatosque* omnes mei, et Hearnii Oxon. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad I. 11. § 1.

§ 3 *Adeoque inopia est coactus Hannibal*] Vix Latina oratio. Tentabam *et ad id inopiæ est redactus Hann.* J. F. Gron. Si hæc conjectura non displicet, propius tamen ad vulgatum accedet, si legamus *ad idque inopiæ est redactus.* Burm. ad Lucani l. VII. vs. 406. *eoque inopiæ* legendum conjicit.

§ 4 *Ad Gerionem, jam hieme impendente, constitisset bellum*] Put. Pet. Men. Voss. *ad Gerionium jam hieme impediente.* J. F. Gron. *Impediente* etiam Flor. Lov. 1. 2. aliique meorum, cum omnibus Hearnii Oxon.

Neapolitani legati Romam venere] Pal. 2. *venerunt Romam.* Gebh.

§ 5 *Scire res esse populi ærarium bello exhauriri*] Opinor sic legendum, *scire sese populi*, vel *scire se reipublicæ ærarium*, &c. Valla. Pall. duo *scire res esse populi ærarium.* Pal. 3. vero, *scire se pop. Rom. ærarium.* Vulgatæ lectioni *scire se Romani populi ærarium* adstipulatur Andreas. *Gebh.* *Sese* fecimus, quia sic in optimis: aliis *scire res esse.* Sed τὸ *Romani* vix in scriptis reperitur. Gud. tamen *ærarium po. R. bello.* Pall. unus *po. Ro. ærarium.* J. F. Gron. *Se scire Ro. po. ærariumque bello exhauriri* Lov. 3. *scire res populi Romani et ær. bello exh.* Lov. 2. *scire se res populi ærariumque bello exh.* Hav. *scire se populi Romani ær. bello exh.* Ber. *scire sese populi ærarium bellis exh.* Harl. et Gaertn. *scire res Rom. pop. ærarium bello exh.* Lov. 5. *scire res esse Rom. pop. ærarium bello exh.* Lov. 4. *scire res esse pop. Rom. ærarium bello exh.* Lov. 1. *scire res esse populi ærarium bello exh.* Flor. et Voss. Ex *esse* recte Gronov. *sese*, transpositis literis, formavit. Vide ad XL. 26. § 5. De ordine hoc verborum 'Romanus populus' vide ad X. 16. § 6.

Atque imperio geratur] Put. Voss. Gud. *gerantur.* Utrum *servatur?* an potius scribendum, *id quum juxta, &c. geratur?* Alioqui duriuscule subauditur τὸ 'bellum.' *J. F. Gron.* *Gerantur* etiam Flor. Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. L. 1. ac quædam ex vetustis edd. *atque imperio bellum geratur* Ber. quod ex glossa esse videtur. Si 'bellum' subintelligi durinsculum judicetur, vide num legendum sit *quod quum juxta, &c. geratur*, certe *que quum juxta* est in Gaertn.

§ 6 *Quum ad ipsorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ*] Pal. 1. *cum ad temporum ornatum.* Pal. 3. *tum ad temporis ornatum.* Forte legendum *cum ad templorum ornatum:* ut habet expresse Pal. 2. *Gebh.* Immo *ad templorum.* Sic enim Pet. Pal. margo Voss. Put. et alii omnes fere *temporum.* J. F. Gron. *Ad temporum ornatum* Flor. et Lov. 1. *ad templorum ornatum* Lov. 2. 3. 5, Harl. Ber. Hafn.

Gaertn. Rec. Hav. Hearnii Oxon. et ed. Aldina, ubi tamen inter errata *ipsorum* revocatur.

§ 7 *Si quam opem in sese crederent*] Sententia mihi videtur postulare *Si quam aliam opem in sese cred.* Duk.

Gratum sibi Patres Romanos populumque facturum] Pal. 3. *Patres conscriptos.* Mox lege, auctoribus Pall. 1. ac 2. *si omnes res Neapolitanorum suas duxissent.* Gebh. Gruter. in edd. prioribus vulgarat *suas dixissent*, sine dubio errore operarum; quod etiam præferunt Lov. 3. Harl. et quædam ex antiquioribus excusis. Hinc medicinæ adhibendæ occasionem nactus est Gebhardus. Verum in postrema jam ipse Gruter. *duxissent*, ut reliquæ pleræque præferunt cum ceteris scriptis, emendavit.

§ 8 *Voluntate eorum, qui libentes darent, quam rem majus ampliusque*] Emendare debuistis *quam re majus.* Valla. *Quam rem majus* superest in Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Sed ultima litera vocis *rem* adscita est ex prima sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Præterea *libenter darent* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. D. Brancal. Latinii, et omnes edd. quas vidi, ante Aldum, qui recte *libentes* restituit. Vide hoc cap. § 2.

§ 9 *Patera, quæ ponderis minimi fuit*] Cavillatur Camillus Peregrinus Diss. IV. de Camp. Felic. XV. 728. *J. F. Gron.* *Minimi ponderis* Ber. Gaertn. et Hav. Vox *minimi* exsulat a Lov. 4.

CAP. XXXIII. § 1 *Speculator Karthaginiensis, &c. deprehensus præcisisque manibus dimissus*] Vitiose Pall. tres *spectator.* Tum ex iisdem duo *dimittitur.* Gebh. *Spectaturos* Lov. 1. *spectator* etiam Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Primus deinde Asc. 1513. *speculator* in margine exhibuit, quod Moguntini in contextum receperunt. Vide ad VII. 11. § 10. *Præcisisque manibus dimitteretur* Hav. *præcisisque manibus dimittitur* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. et Hearnii D. N. atque L. 1. *præcisis manibus dimittitur* Lov. 3. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§ 2 *Quod in campo Martio conjurassent*] Conjurarant haud dubie contra rempublicam. Sed quod eos *in campo Martio* conjurasse dicit, non magis ad notitiam historiæ, aut augendam atrocitatem facinoris facere videtur, quam si in foro, circo, vel alio loco conjurassent. *Duk.*

§ 3 *Ad deposcendum Demetrium Pharium, qui, bello victus, ad eum fugisset*] Hic rex Illyriorum fuit, paullo ante hoc bellum a Romanis bello superatus: auctor Polybius lib. III. qui item c. 19. eundem ad Philippum ex acie confugisse ait. *Sigon.* *Dem. Plinium* Gaertn. *Dem. Phalereum* Lovel. 4. Tum *ad eum confugisset* Ber. *ad eum confugisset* Lov. 2.

§ 4 *Alii in Ligures*] Veteres *et alii in Ligures.* J. F. Gron. *Et alii Ligures* Flor. Cant. Voss. in contextu, et Harl. *et ad Ligures* Lov. 1. et 3. *et alii ad Ligures* Lov. 2. Ber. Gaertn. Voss. in margine, et Hearnii N. *et alii in Ligures* reliqui codd. cum edd. prioribus. Primi deinde Basil. 1539. *et* omiserunt; quod licet alii subinde restituerint, plerique tamen editores usque ad Gronov. obedire neglexerunt. Mox *quod Panes* Lov. 3. Deinde *Boiis Insubribusque* Lov. 4. 5. Voces *simul ad visendum &c. gererentur* desunt in Harl.

§ 5 *Ad Pineum quoque regem in Illyricos*] Is erat Agronis filius, teste Appiano in Illyricis p. 760. *H. Vales.* Olim *Illyrios.* J. F. Gron. *Illyrios* etiam Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. aliique. Vide ad Auctor. Ep. Liv. lib. XX. De Pineo rege, quem *Pinnaum* vocat, vide Vales. ad Exc. Peiresc. p. 85. ubi patre Agrone natum docet. Avum Pleuratum fuisse, colligitur ex Polyb. II. 11.

Ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum; aut, si diem proferre vellet, obsides accipiendos] *Ad stip. cujus dies acc.* reliquis neglectis, Cant. Lov. 1. et Harl. *ad stip. ejus dies acc.* Hafn. et Lov. 4. *ad stip. ejus diei acc.* Lov. 3. *ad stip. cum dies acc.* Gaertn. *ad stip. cum die accipiendum* Lov. 2. *ad stip. per eos dies accipiendum* Ber. Hav. Hearnii N. et priscæ edd. *ad stip. (ejus dies venerat) accipiendum* Lov. 5. *ad stip. cum dies accipiendos et si diem, &c.* Voss. Lectio quæ nunc exstat primum obvia fuit in ed. Asc. 1513.

§ 6 *Adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat*] Prima vox non adparet in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. De ejus emphasi et usu hoc loco vide ad II. 43. § 10. Hinc *bellum esset ingens in cerv.* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo antiquiores: *bellum ingens esset in cerv.* Lov. 1. Mox *nulli usquam terrarum rei*, pro *nullius*, Flor. Voss. et Harl. *nullius unquam terrarum rei* Lov. 2. *nullius usquam orbis terrarum rei* Hav. et Hearnii N.

§ 7 *Biennio ante L. Manlius prætor in Gallia voverat*] Miror dixisse *biennio ante* de eo qui anno ante prætor in Gallia fuerit, ut XXI. 17. tradidit. *Sigon.*

§ 8 *Ab Æmilio prætore Urbis Cn. Pupius*] Put. *a M. Æm. prætore.* J. F. Gron. 'Prætor Urbis' sæpe legitur in Livio. XXV. 1. et 12. XXVI. 3. XXVII. 4. 22. 33. XXXI. 9. et XXXII. 26. quod Sigonius fere omnibus his locis emendat *prætor urbanus.* Hoc frequentius est, et *urbis* potuit fieri e compendio scribendi *urb.* Duk. Flor. *ambæmilio prætore.* Sed prius *m* postea deletum est. Trajectum maluissem, ut esset *ab M. Æmilio.* Tum *C. Puppius* Flor. *C̃. S. Pupius* Voss. et Lov. 1. *C. Pupius* Lov. 4. et Ber. *Con. Pupius* Lov. 2. *Cris. Pupius* Lov. 3. *Cossus Papirius* Lov. 4. Passim librarios in prænomine *Cn.* errasse, sæpius antea dictum est. De gente Pupia vide ad IV. 54. § 3.

Cæso Quintius Flamininus] Lege *K. Quinctius Flamininus.* Sic enim et antiqua prænominis nota, et nominis cognominisque hujus vera scriptura custodietur; ut enim 'Augurinus' Minuciorum, 'Censorinus' Marciorum cognomen est, sic 'Flamininus' Quinctiorum, lapidibus Capitolinis et quibusdam etiam vet. lib. testibus. *Sigon.* De nota hujus prænominis vide ad II. 41. § 11. de vera scriptura nominis gentilis ad I. 30. § 2. *Flamininus* autem Flor. Vide ad XLI. 28. § 10.

§ 9 *Ab eodem populo Romano S. C. literæ ad consules missæ*] Debuistis emendare *ab eodem prætore ex S. C. literæ.* Valla. Mss. *ex senatusconsultu.* Et eam scripturam alibi iterat. Sane antiqui 'jussum' et 'jussus,' 'consultum' et 'consultus' dixerunt, taliaque. Plautus Trinummo I. 2. 130. 'Me absente atque insciente, inconsultu meo, Ædes venales hasce inscribit literis.' *Lipsius*, Ep. Quæst. IV. 10. *Ab eodem P. R.* Flor. *Ab eodem pplo Ro.* Lov. 1. et Gaertn. De quo errore vide ad XXXI. 10. § 4. *Ab eodem prætore Æmilio* Lov. 3. Sed vox addita rectius abest. *Ab eodẽ inde prætore* Ber. Verum illud *inde* sive *iñ* ex ultima litera vocis præcedentis natum est. Vide ad IX. 44. § 7. Tum *ex senatusconsultu* Voss. et Lov. 1. Sed vide quæ dicta sunt ad v. 13. § 5.

Se in eam diem, qua jussissent, comitia edicturum] Meliores *quam juss.* J. F. Gron. *In eamdem diem* Lov. 4. Vide ad X. 10. § 6. Tum *quam jussissent* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 5. Voss. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii Oxon. *quam dixissent* Rec.

§ 10 *Quam consulum alter a bello avocaretur*] *Consul alter* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Hafn. Gaertn. et Hearnii Oxon. Sed vide ad IX. 32. § 2. Tum *a bello vocaretur* Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et editi ante Aldum. Male. XXXVII. 38.

'Nullo a munimento castrorum milite avocato.' Vide ad XXXVII. 26. § 9. *A bello revocaretur* Gaertn. Paullo ante τὸ *esse* exsulat a Lov. 3.

§ 11 *M. Pomponium Mathonem*] Scribe *M'. Pomponium Mathonem* ob caussam quam post dicam ad c. 49. § 16. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. IƆXXXVI. p. 155. *Is M. Pomponium* legunt Ber. et Hav. Tum *Mechonem* Hav. et Lov. 2. *Maconem* Lov. 3. *Matonem* Lov. 4. 5. et Harl. Paullo ante *caussa* deficit in Cant. quæ etiam vox sine damno abesse posset. Vide ad XXXI. 12. § 4. Sequens vox *dictus* exsulat ab Harl. et Gaertn.

§ 12 *Ad interregnum res rediit*] *Res ad interr. rediit* Hav. *ad interr. rediit*, omissa voce *res*, Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. Sed eam a verbo sequenti interceptam puto. Alibi enim semper Livius addit. Vide loca conlata ad IV. 43. § 7.

CAP. XXXIV. § 1 *Interreges proditi a Patribus Cn. Claudius Appii filius Cento*] Scribe *C. Claudius Ap. F. Centho*, ex Capitolinis consulibus. *Sigon.* In pronomen *Cnæus* conspirant tantum non omnes codd. Recte nihilominus Sigonius pro eo *Caius* substituit. Alterum enim in gente Claudia, quod sciam, inauditum est. Tum bene emendat *Centho.* Vide etiam ad XXV. 2. § 3. XXXI. 14. § 3. et XL. 59. § 6. Deinde *interr. prodiutius* Flor. *interr. prodicius* Lov. 2. *interr. prodit jus* Lov. 4. *interr. providit jus* Lov. 1. et Voss. cujus posterioris in margine emendatur *interr. proditi sunt*; idque in contextu præfert Lov. 3. quod etiam verum esse videtur. Mox *M. P. Cornelius*, pro iis, sive *inde P. Cornelius*, Voss. Vide ad IV. 52. § 4.

§ 2 *Terentius Varro, ne quem sui generis hominem plebs insectatione, &c.*] Emendare debuistis *C. Terentium Varronem, quem sui generis hominem plebs insectatione principum, &c.* Valla. Plerique habent codd. in dandi casu, *C. Terentio Varroni;* ut sit sensus, Patres obstabant C. Terentio. Sed melius omittitur relativum *quem*, et in accusandi casu legitur, ut a nominativo *Patres* novus incipiat sensus. Præterea *concussis* legendum, non *concussum*. Neque enim Varro concussus erat, sed Fabius. Meminit et Valla hujus loci. *Glar.* Pal. 1. *C. Terentio Varrone, quem sui generis hominem plebes, ins. principum pop. art. conc., absque Fabio opibus edictatoris concussum.* Et ita fere Pal. 2. nisi quod *Varroni*, dein *popularibusque artibus conciliatum.* Pal. 2. vero *C. Ter. Varro ne quem sui generis hominem plebs ins. principum, &c.* Vulgata lectio est *C. Terentium Varronem, sui generis hominem, plebi ins. principum popularibus art. conc.* Ea nihil sincerius produci posse puto. *Gebh.* Omnes *C. Terentio Varrone, quem sui generis*, vel *Varroni:* quam veram esse lectionem, distinctio mutata prodit. Scribendum enim *C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem &c. vulgus et* (nam et sic optimi) *extrahere ad consulatum nitebatur, Patres summa ope obstabant.* J. F. Gronov. *C. Terentium Varronem, quem sui generis hominem* Lov. 2. Hafn. Gaertn. et Hav. *C. Terentio Varrone, quem sui generis hominem* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. et Harl. *C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem* Ber. Tum *plebes ins. principum* Voss. et Harl. *plebes insectationi principum* Lov. 1. *plebs insectationi principum* Lov. 2. *plebs insectationibus principum* Lov. 5. *plebs insectatione principum* Lov. 3. 4. Gaertn. et edd. quas vidi, omnes usque ad Aldum. *Plebis insectationi principum* Flor. Sed Aldus non male edidit *plebi insectatione principum*, pro quo Jac. Gronov. *plebei* substituit. Hinc *atque Fabio opibus et dict. imperio concusso* Lov. 1. *absque Fabio opibus et dict. imperio concussum* Voss. *absque Fabio opibus e dict. imperio concussum* Lov. 2. et 5. *absque Fabio opibus est*

dict. imperio concussum Lov. 3. *absque Fabii opibus e dict. imperio concussum* Lov. 4. *a Q. Fabio opibus ex dict. imperio concussum* Ber. *ab Q. Fabio opibus dict. imperio concussum* Harl. *ab Q. Fabio opibus e dict. imperio concussum* Gaertn. et Flor. *ab Q. Fabii opibus ex dict. imperio concussum* Hafn. *ab Q. Fabii opibus e dict. imperio concussi* Hav. *ab Q. Fabii opibu set dict. imperio concussum* Cant. et Rec. Deinde *vulgus extrahere* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *vulgus et extrahere* Flor. Voss. Lov. 4. et Hav. quod recepi, quum ederetur *vulgus etiam extrahere*. Gronovii emendatio verissima est: ei enim quam probat Gebhard. nullus codex consentit. Longior periodi ambitus librariis errandi ansam dedit, omniumque variantium lectionum caussa fuit.

§ 3 *Bæbius Herennius tribunus plebis*] *Herennius* hic loco cognominis est, ut lib. IX. prænominis in 'Herennio Pontio,' C. Pontii patre; alio loco pro nomine est, ut in 'M. Herennio consule.' Vereor tamen, ne et in prænomine et in cognomine vitii aliquid sit. Hoc autem loco suspicor ne *Vibus Terentius* sit legendum: est enim *Vibus* cognomen, [immo prænomen,] ut in 'Vibo Sextio' et 'Vibo Virio.' Hic autem cognatus fuisse C. Terentii a Livio dicitur. *Sigon.* Pal. 2. *Q. Bæbius Herennicus.* Sigonius legendum censet *Vibus Terentius* eo argumento, quod eum 'cognatum' dixit 'Varronis' Livius. Quod si 'agnatum' dixisset historicus, specie aliqua ejus correctio blandiri aliquibus potuisset. Mihi ridicula videtur. *Gebh.* Sigonius facit *Vibum Terentium:* satis perspicue in Put. et duobus post illum optimis habetur *Q. Bæbius Herennius:* eamque veram scripturam esse existimo. Appellatur XXXI. 6. tribunus plebis *Q. Bæbius*, hujus fortasse filius. 'Herennium' autem cognomen Bæbiis et Octaviis fuisse, observatum est viris doctis, qui de gentibus nominibusque Romanorum scripsere. *J. F. Gron.* Sigonio consentit Pighius in Ann. ad a. IOXXXI. p. 127. *Bebius Herrentius* est in Lov. 4. *Q. Bæbius Herenicus* in Flor. *Q. Bæbius Herennius*, teste Donjatio, in Colb. *Herennius* in C. Pontii patre non prænomen, sed cognomen esse, suspicatus sum ad IX. 1. § 2. Refellendæ autem Sigonii conjecturæ argumento ex voce 'cognatus' cum Gebhardo non uterer. Non enim eadem diligentia, qua JCti solent, etiam alii inter 'agnatum' et 'cognatum' distinxere. Certe quum M. Livius Macatus ratione M. Livii consulis 'cognatus homo' dicitur XXVII. 34. quum mulieres Bacchis initiatæ 'cognatis aut in quorum manu essent' traditæ; Publicia et Licinia, quæ viros necarant, 'cognatorum decreto' necatæ dicuntur XXXIX. 18. et apud Auct. Ep. Liv. lib. XLVIII. 'agnatos,' quam 'cognatos,' intelligendos esse, verisimilius videtur. Mox *cognato suo*, pro *candidato*, Hafn. et Voss. in margine.

§ 4 *In Italiam abductum*] Vet. lib. *adductum*. Sigon. Et ita non tantum omnes codd. verum etiam edd. præter solas Sigonianas.

Fraude id bellum trahi] Pal. 1. *in bellum trahi.* Pal. 2. *fraude bellum trahi.* Qui et paullo ante *ab omnibus nob., per multos annos bellum quær., Annib. in Italia abductum.* Gebh. *Fraudibus jam bellum trahi* Lov. 5. *fraude in bellum trahi* Voss. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *fraudem bellum trahi* Flor. a m. pr. *fraude bellum trahi* a m. sec. quod etiam superest in Lov. 2. et Ber.

§ 5 *Cum quatuor militum legionibus universis pugnari posse adparuisset, ac eo*] Scribendum ex Put. Men. Voss. *cum quatuor, &c. pugnari posse apparuisse eo.* Solenne vitium mutandis orationibus obliquis. *J. F. Gron.* Lectio hæc in nullo superest cod. neque in ulla exstat ed. ante Moguntinam

num. Priores legunt *cum quatuor, &c. pugnari posset apparuisse*, consentientibus Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. neque aliter etiam Harl. nisi quod *possit*, pro *posset*, præferat. Reliqui Mss. fere omnes Gronovii emendationem probant: quem etiam vide Obs. II. 14. Præterea *millia*, pro *militum*, Flor. et Put. auctore Crevierio, qui suspicatur vocem illam ab imprudenti librario additam esse, inde aliquem correxisse *militum*, quum potius eradere debuisset, quia plane hic otiosa est.

§ 6 *Duas legiones hosti ad cædem objectas*] Ita primum Ascens. 1513. edidisse vidi. Priores legerunt *ab eodem objectas*, quod superest in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Sed alterum, quod in Flor. fuisse videtur, præfero. Liv. XLV. 10. 'Decimio in auctoribus ad piaculum noxæ objiciendis adsensi sunt.' Cic. ad Fam. III. 4. 'Ad omnes casus subitorum periculorum magis objecti sumus.'

§ 7 *Fabianis artibus, quum debellare possent*] *Fabiis artibus* Lov. 1. Vide hoc lib. ad c. 24. § 10. *Quum Fabianis artibus*, perperam trajectis vocibus, Lov. 2. et Ber. *debellare posset* Harl. Ber. Hav. Flor. a m. pr. et Voss. a m. pr. *debellari posset* Voss. a m. sec. consentientibus excusis usque ad Francofurtenses, qui per errorem operarum dederunt *debellari possent*, pro quo mox Modius vulgavit *debellare possent*, quod est in Flor. a m. sec. et quibusdam aliis. Mox *inter eos nobiles ictum* Lov. 4. *inter omnes nobiles initum* Lov. 2. in margine: quod ex glossa ortum puto. Ita etiam peccant quidam I. 25. § 1. ubi locutionem 'icere fœdus' inlustravi, XXXI. 2. § 11. et in Epit. Liv. lib. XCIII.

§ 8 *Ex quo contemni desierint a Patribus*] Pal. 3. *contemni desierint Patribus*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Harl. Vide ad VI. 11. § 4. *Contemni Patribus desierint* Flor. *a Patribus* idem, sed recenti manu.

§ 9 *Cui non id adparet? id actum*] Legendum ex Pall. *Cui non id apparere?* Gebh. Quidam *appareret*. Sed optimus et Pet. *apparere*. Videtur dedisse Livius, *Cui non apparere, id actum et quæs. esse, ut int. iniretur, ut in Patrum pot. com. essent?* Nam interreges non erant, nisi patricii. Lib. I. c. 50. 'Cui non apparere, affectare eum imperium in Latinos?' VIII. 23. 'Cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum?' *J. F. Gron.* Vulgatum tuentur Flor. et Lov. 3. *Cui id non apparet actum* Lov. 4. *Cui id non apparet? id actum* Lov. 5. *Cui non id apparet actum* Ber. a m. pr. *Cui non id apparet? id actum* a m. sec. *Cui non id appareret? id actum* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. cujus margo recte servat *apparere*. *Cui non appareret, id actum* ejusdem Hearnii D. Gronov. priori notarum ed. legebat *Cui non id apparere actum*. Ut autem hoc loco, ita etiam emendandum conjecit Obs. II. 14. nisi quod verbis seqq. malit *cum interregnum iniretur*, pro *ut interregnum*.

§ 10 *Id consules ambos ad exercitum morando quæsisse*] *Consules ambo* Rec. Ita sæpe Livio viri docti restituerunt. Vide ad VIII. 3. § 9. et XXXV. 21. § 5. Uni tamen hic testi credere, periculosum videtur. *Ex. mor. quæsisse* Lov. 4. *mor. ad ex. quæsisse* Ber. *ad ex. quæsisse mor.* Lov. 2.

§ 11 *Abhorrere igitur interregnum eos*] Si meo fiet modo, furcillis ejicietur τὸ *Abhorrere*, et vacuam in sedem atque suam reducetur, quod in membranis est *Habere*. P. Ruben. Elect. II. 9. Pal. 1. *Haberret*. Pal. 3. *Abhorret*. Pal. 2. *Haberet igitur inter. eos:* unde legit Ruben. *Habere*. Vet. ed. exhibet *Obhorrere igitur*. Gebh. *Abhorret igitur* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *Aborreret* Rec. *Abhorreret* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. et N. *Haberet*

Flor. et Harl.

Populum liberius habiturum ac daturum ei] Ex ingenio distractis vocibus male junctis scribemus *liberum jus hab.* Dicit tribunus Patres omnibus artibus rem ad interregnum duxisse, ut in eorum manu comitia essent; nulla tamen arte efficere posse quin alter consulum sit e plebe. Populum igitur 'liberum jus habiturum,' et illum saltem talem facturum, qui potius publica commoda, quam sua ipsius, spectet. Saxonius quidem aliter, at *liberum habiturum* Hellenismum esse ait: sed illud ἐμῷ θυμῷ δοκεῖ εἶναι ἄριστα. *P. Ruben.* Elect. II. 9. Pall. tres *liberum habiturum.* Pal. 2. præterea *consulatum unum plebis Romanæ etiam populum liberum hab.* Gebh. P. Rubenius *liberum jus.* Put. Pet. Men. tres Pall. Andreas, et aliquot priscæ edd. *liberum habiturum.* Quidam etiam *Romanæ esset.* Scribe *consulatum unum certe plebis Romanæ esse, et populum liberum habiturum:* nempe, eum unum consulatum. 'Liberum habere' dicimur, quod in arbitrio et potestate nostra est. Sic c. 60. 'Noctem ad erumpendum liberam habuissent.' XXIII. 3. 'Eam nunc potestatem tutam habetis ac liberam.' Cicero Verr. III. 'Quid aut quantum præterea est, quod liberum possit habere ille arator.' Ovidius Fast. I. 52. 'Verbaque honoratus libera prætor habet.' *J. F. Gron.* Illud *liberius* demum apud Asc. obvium fuit, qui ita jam a. 1510. edidit, et in seqq. *liberum* in margine ostentavit, quod non tantum supererat in prioribus excusis, sed in omnibus etiam calamo exaratis. *Esset* autem servant Flor. a m. sec. Lov. 2. Harl. et Gaertn.

Qui magis vincere, quam diu imperare, malit] Pal. 2. *qui magis vere vim cere, quam diu imp. malit.* Gebh. *Qui vere vincere* Mss. Dele ergo *magis.* H. Vales. Put. et Pet. melior *qui magis vere vincere.* J. F. Gron. Ita et Flor. Quo minus autem Valesio *magis* delenti obediam, obstat omnium codd. et edd. vocem illam tuentium auctoritas. 'Magis malle' autem suspectum esse nequit. Vide Scipion. Gentil. Parerg. I. 37. et quæ notantur ad IX. 7. § 6. Vox *diu* deficit in Lov. 1. et Ber.

Cap. XXXV. § 1 *L. Manlio Volsone*] *Vulsone* ex consulibus Capit. et vet. sæpe lib. *Sigon.* Vide eumdem Sigonium ad XXVI. 23. § 1. XXVII. 6. § 14. XXXII. 27. § 7. XXXIII. 42. § 8. XXXIX. 40. § 2. et XL. 59. § 4. Adde Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 55. Eadem ratione *Volso* pro *Vulso* scribi posse videtur, qua *volnus* et *volgus*, pro *vulnus* et *vulgus.* *Manilio* est in Hearnii D.

§ 2 *Duobus nobilibus jam familiaribus plebi*] Inepta lectio et nulli rei. Quo enim illa distinctio pertinuit, 'duos nobiles, sed familiares plebi?' In meo codice emergit se veritas *duobus nobilibus ac familiarum plebei.* Lege *at familiarum.* Nam hoc sentit Livius, tres petitores fuisse patricios, duos alios nobiles plebeios. Illud *plebei* antiquum est, pro *plebis.* Lipsius, Epist. Quæst. IV. 24. Recenset Livius inter nobiles etiam illos, qui e familia plebeia tamen honores gesserunt. Pall. 1. ac 2. *duobus nob. familiarium plebei.* Pal. 3. *M. Æmilio Lepido jam familiarium plebi.* Lipsius legit *at familiarum plebei*, quod non displicet, allusu nostrorum codd. magis ac magis verisimilius. *Gebh.* Lipsii liber *nobilibus ac familiarum plebei:* ubi τὸ *ac* ille mutat in *at.* Put. et Pet. *duobus nobilibus jam familiarum plebei:* ut et duo Pall. nisi quod *familiarium:* unde Gruterus sic videtur edidisse. Freinshemius ad Taciti versiones malit *duobus nobilium jam familiarum plebeiis.* Non tu: si memineris distinguere post τὸ *jam*, et hanc accipere sententiam: tres patricios petisse, et duos jam quidem nobiles, quod vel ipsi, vel majores eorum sella curuli sedissent, familiarum tamen plebei, sive de plebe. J.

F. Gron. Præferenda est sine dubio conjecturæ Lipsii scriptura codicum quos laudat Gronovius. Sed si existimavit, etiam ipsos, qui primi ex sua familia curulem magistratum gesserant, nobiles dictos fuisse, quod facile quis ex his verbis 'quod vel ipsi, &c. sella curuli sedissent,' colligat, vix ei adsentiri possum. Vide Sigonium de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 20. *Duk.* *Duobus nobilium*, fere ut voluit Freinshemius, etiam Creverio legendum videtur. *Jam familiaribus plebeiis* Hearnii N. *jam familiarium plebeii* Lov. 4. *jam familiarium plebeis* Gaertn. *jam familiarium plebis* Ber. *jam familiarium plebei* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. *ac familiarium plebei* Voss. et Lov. 1. *jam familiarum plebei* Lov. 5. et Colb. apud Donjatium, quod merito Gronov. probavit.

Et Q. Ælio Pæto] Rescriptum est in Pal. 1. *et Attilio Pæto:* in Pal. 2. *et Quintilio Peto:* in Pal. 3. *et G. Attilio Peto:* in vet. ed. *et Acilio Peto.* Mox reperitur in Pal. 3. *ut cum in manus ejus essent.* Gebh. *Et Attilio Pæto* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. *et Actilio Pæto* Harl. et Gaertn. *et Atulio Pæto* Hafn. *et Atilio Pæto* Hearnii D. et N. *et A. Pæto* ejusdem L. 1. *et Aulio Pæto* Lov. 3. *et Acilio Pæto* edd. vett.

§ 3 *Tum experta nobilitas, parum fuisse virium in competitoribus*] *Cum experta nob.* Lov. 4. *Tum cum experta nob.* utraque lectione juncta, Voss. Gaertn. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. *Tum cum experta esset nob.* edd. ante Aldum. Hinc *in compet. ejus* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et omnes typis inpressi usque ad Gronov. qui a. 1665. nescio qua auctoritate, vocem *ejus* omisit.

Qui cum M. Lælio consul fuerat] *Cum M. Livio* legendum ex Cassiodori catalogo. Præterea ex pœnæ similitudine, de qua et hic et a. XII. hujus belli [XXVII. 34.] Salinatorem esse puto, qui fuit consul cum L. Æmylio Paulo, proximo ante hoc bellum anno. *Glar.* Vet. lib. *M. Livio.* Recte. Sic enim est apud Cassiodorum et apud Plinium XXIX. 1. consules autem fuerunt biennio ante. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *cum M. Lilio consul.* Pal. 2. *M. Bibulo consule.* Gebh. *Cum M. Julio* Ber. *cum M. Livio* Lov. 1. *cum M. Libio* Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl. Tum *consul erat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Damnatione collegæ et sua prope ambustus evaserat] De M. Livio Salinatore agit, qui consularis damnatus est a populo, quod prædam non æqualiter diviserat militibus. Auctor Frontinus IV. 2. *Sigon.* Quasi fulmine. Nam damnationem et exilium antiqui scriptores 'fulmen' vocant. Huc pertinet festiva narratio Strabonis XIV. 674. de Athenodoro, a quo civitate ejectus fuit Boëthus cum suis, scribentis: Ἐχρήσατο δὲ τῇ δοθείσῃ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίᾳ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς, καταγνοὺς φυγήν· οἱ δὲ πρῶτον μὲν κατετειχογράφησαν αὐτοῦ τοιαῦτα· Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐν παιδιᾶς μέρει δεξάμενος ἐκέλευσε παρεπιγράψαι, βρονταὶ δὲ γερόντων. Plinius Ep. III. 11. 'Tot circa me jactis fulminibus quasi ambustus, mihi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis augurabar.' Idem Paneg. cap. 90. 'Utrumque nostrum ille optimi cujusque spoliator et carnifex stragibus amicorum et in proximum jacto fulmine afflaverat.' Juven. VIII. 92. 'quum fulmine justo Et Capito et Numitor ruerint, damnante senatu.' Livius c. 40. non solum 'fulmen,' sed 'incendium' etiam appellat: 'se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse.' XXXIX. 6. 'Ne incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret.' Pal. 3. *et a sua prope ambustus.* Gebh. Post *prope* ponenda est distinctio. Nam

hoc dicit Livius, parum abfuisse, quin Æmilius quoque una cum collega damnaretur. Ipse c. 40. ad Fabium: 'se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse.' Vide Gronov. Diatr. Stat. c. 33. *Duk.* Ita Val. Max. VIII. 1. agens de judiciis publicis insignibus, id caput divisisse creditur in eos, qui damnati, qui absoluti, et quæ 'ambustæ' sunt; per 'ambustas' intelligens, quæ neque damnatæ, neque absolutæ sunt. Aliam, quam Sigonius ex Frontino memoravit, caussam, cur Livius Salinator damnatus fuerit, refert Aur. Vict. in Vir. Inlustr. c. 50.

Infestum plebi, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit: is proximo comitiali die] Vet. lib. *ita is proximo.* Sigon. Pal. 2. *compellit: is vir proximo.* Pal. 1. vero *diu ac multum recus. ad pet. compulsum viris: proximo pro comitiali.* Pal. 3. *ad pet. compunctum juris proximo, &c.* Porro vitiosissimam vet. ed. lectionem advocare tædet. *Gebh.* *Ad pet. compulsum juris proximo pro com.* Voss. et Gaertn. *ad pet. compulsum juris proximo com.* Lov. 2. 4. et Harl. *ad pet. compulsum viris proximo com.* Hafn. *ad pet. compulsum vix proximo com.* Lov. 5. *ad pet. compulsum: is jus proximo* Flor. *ad pet. compulsum: pro comit.* Lov. 1. *L. Æmilius Paullus, &c. infestus plebi, diu ac multum recusans ad pet. comp. pro com.* Lov. 3. et ita fere Ber. et Hav. nisi quod præferant *compulsus juris proximo pro comitiali,* et insuper Ber. omittat vocem *Paullus.*

§ 4 *Parque magis in adversando, quam collega*] Vet. lib. *par magis.* Sigon. In altero e scriptis codd. *compar* legitur, ac recte quidem. Intelligitur enim utroque vocabulo antagonista, qua ratione 'paria gladiatorum' dicimus. *Schottus,* Obs. III. 6. Dicit Livius compositum fuisse, concedentibus omnibus competitoribus, L. Æmilium Paullum cum Varrone, adversandi magis caussa illius temerariis conatibus, quam ut collega ex animo et re esset, sumta translatione a gladiatoribus, ubi paria dantur ac componuntur. Alii libri habent *compar:* male: neque adnotatu dignæ Sigonii quisquiliæ *par magis.* Pal. 1. *parte magis in adversa, quam collega:* ut quoque habet prisca ed. Pal. 2. *pars magis in adversandum, quam collega.* Pal. 3. *partem magis in id versa, quam collega.* Nullum ferme Mss. sensum fundunt, adeoque vulgatæ lectioni adhærendum, satius existimo. *Gebh.* Schottus *compar* e scripto laudat. Sed hoc necesse non est: nam *par,* ut c. 28. Optimi vero et complures, *par magis in adversandum, quam collega.* Plinius XXVII. 2. 'Cum eo solo colluctatur, velut pare intus invento.' *J. F. Gron.* Vulgatum in Ald. ed. primum obcurrit. Ed. Rom. princeps apud Hearnium legit *par magis in adversa:* postea secutæ *parte magis in adversa;* quod et præferunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *pars magis adversa* Ascens. 1513. *pars magis in adversando* Mogunt. *partem magis in adversam* Lov. 3. *parsque magis in adversa* Lov. 5. *pars magis in adversandum* Flor. Voces 'pars' et 'par' in Mss. commutari, videbimus ad XXXVI. 24. § 8.

§ 5 *Inde prætoria comitia habita*] *Inde prætoriana* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. ed. Ascens. 1513. et aliæ posteriores usque ad Froben. *Ante prætoriana comitia* edd. illa Ascensii priores. *Inde prætorum comitia* Flor.

Manius Pomponius Matho et P. Furius Philus] Ita primus vulgavit Gruter. in ed. postuma, secutus Pighium in Annal. ad a. IↃXXXVII. p. 160. quum omnes præcedentes cum Mss. tantum non omnibus legant *M. Pomponius.* Verum M. Pomponius anno præcedenti præturam gessit, teste Liv. c. 7. Deinde *P. Servilius Philo*

Hav. *Philo* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben.

Romæ juris dicundi urbana sors] Lege ex fidissimis *juri dicundo urbana sors*. Vel potius *jure dicundo*. Lib. XLII. c. 28. 'His prætoribus provinciæ decretæ, duæ jure Romæ dicundo.' Suetonius Cæsare cap. 7. 'ubi quum mandatu prætoris jure dicundo conventus circumiret.' Vide Indicem Inscriptionum. *J. F. Gron.* *Romæ urbana sors juridicum* Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. N. et D. cum edd. vett. *Romæ urbana sors vindicum* Lov. 2. et Hav. *Romæ urbana sors juridica* Lov. 3. *Romæ urbana sors juri dicundo* Harl. Ber. et Lov. 4. quomodo etiam quædam ex vett. edd. legunt. *Romæ juri dicundo urbana sors* Flor. cum ed. Aldina, quod Gronov. recepit. Hinc *Pompeio*, pro *Pomponio*, Lov. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Hearnii N. D. et quædam vett. edd. Vide ad Epit. Liv. lib. VII.

Inter cives Romanos et inter peregrinos P. Furio Philo evenit] Vet. lib. *inter cives et pereg.* Sic alias ubique. *Sigon.* Ita et Pighius emendat in Annal. ad a. IↃXXXVII. p. 160. Verum omnes codd. constanter servant vocem *Romanos*, nisi quod Lov. 1. legat *P. Furio inter peregrinos evenit*, reliquis omnibus omissis. Contra τὸ *inter* secundo loco non modo in nullo obcurrit cod. verum etiam ne in ulla quidem ed. ante Mogunt. De iterato *inter* vide quæ notantur ad X. 7. § 1. Deinde *Furio Philoni*, sine prænomine, Gaertn. *P. Furioni Philoni* Rec. Sed verba illa in reliquis, excepto Lov. 5. desunt, quorum loco margini Voss. *Furio iterum* adscribebatur. Similiter etiam eadem verba non adparent in edd. vett. Postea Mediol. 1504. *Furio Philoni* ediderunt, *P. Furio Philoni* Mogunt. *P. Furio Philo* Froben.

§ 6 *L. Postumius Albinus in Galliam*] *Ac Postumius* Ber. *A. Postumius* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Male. Est enim ille, qui anno proximo consul tertium absens creatur. Vide Liv. XXIII. 24. Jam autem primus et secundus ejus consulatus in marmoribus Capitol. a. IↃXIX. et IↃXXIV. superest, ubi constanter *Lucius* vocatur.

§ 7 *Nec cuiquam eorum, præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset*] Pall. 1. ac 3. *nec quisquam præter Ter. cons. erat, quem jam antea mand. honos non gess.* Gebh. Expunge eisdem auctoribus τὸ *erat*. J. F. Gron. Quemadmodum Gebhardus in duobus Pall. invenit, plerique meorum, paucis mutatis, legunt: unde haud multum abeunt Hearnii N. et edd. ante Aldum. Verum, ut Gronov. emendavit, præfert etiam Flor.

Quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus] 'Novum hominem' hic intelligit, non ut paulo ante C. Terentium appellavit, id est, eum, qui primus ex familia sua magistratum curulem cepisset, sed eum, qui non antea magistratum eundem gessisset, quique novus ad munus illud tractandum veniret, id est, qui tum primum præturam caperet. *Sigon.* Pro *mandandus* Pall. duo exhibent *dandus*. Pal. 2. vero *quia in tali tempore nulli novus mag. vid. mand.* Gebh. Put. *nullis novos magistratus.* Scribe *nulli novus magistratus.* J. F. Gron. *Nullus novus mag.* Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiquæ. *nullis novus magistratus* Ald. quod Jac. Perizon. in margine Livii probavit. *Nullus novis mag.* Froben. Sed *nullis novos mag.* Flor. a m. pr. in quo *nulli novus mag.* emendatur a m. altera. Et ita Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Ceterum *dandus*, pro *mandandus*, etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum: *nullus novus magistratu videbatur clausus* reliquis corruptior legit Hafn.

CAP. XXXVI. § 1 *Quantæ autem peditum equitumque additæ sint copiæ*] Pal. 1. *sunt copiæ, adeo ita numero.* Pal. 2. *Quantæ enim copiæ peditum equitumque adjunctæ sunt, adeo et numero.* Pal. 3. *additæ copiæ, adeo numero.* Gebh. Posteriorem vocem ignorat Voss. *J. F. Gron.* Similiter eam ignorant Lov. 1. 3. 4. Harl. et Ber. Sed, ea transposita, *Quantæ autem copiæ peditum equitumque additæ sunt,* præferunt Lov. 2. et Hav. Neque aliter Flor. nisi quod insuper legat *adtutæ*, unde factum est *adjunctæ;* ita tamen ut *additæ* etiam margini adscriptum sit: *sunt* autem servant etiam Voss. cum codd. supra memoratis, et Gaertn. Hinc *adeo ita numero* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *adeo numero* Harl. et pleræque reliquæ edd. ante Aldum.

Vix quidquam satis certum adfirmare ausim] Pal. 2. *satis certi aff. ausus sim.* Gebh. *Ausus sim* etiam Flor. Τὸ *quidquam* autem deest in Lov. 4.

§ 2 *Novas quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus*] Veteres legiones *quatuor* fuisse, non *quinque*, apparet ex eo, quod Fabio prima et quarta, Minucio secunda et tertia evenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem gestam ait, non novem, III. 107. Προέθεντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις. Hæc autem sumit a Polybio Livius. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *alii novas quatuor leg., et quinque leg. rem gererent.* Pal. 2. *alii novas quatuor leg., et ut octo leg. rem gererent.* Quæ omnino Polybii verbis consonant. *Gebh.* Recte observat Sigonius, quatuor fuisse veteres, non quinque, apparere ex eo, quod Fabio prima et quarta, Minutio secunda et tertia olim evenerint; Polybium etiam octo legionibus rem gestam narrare. Itaque suspicabar olim, et docuerunt postea me Mss. resectis ineptorum hominum somniis legendum, *alii novas quatuor legiones,* (scil. scriptas auctores sunt) *ut octo legionibus rem gererent.* Sic plane Put. et Pet. nisi quod hic *et VIII.* Sic et Pall. tres, Vossianusque, nisi quod hic (qui tamen in margine *ut VIII.*) et Pall. duo *et quinque,* Pal. 3. *et ut octo:* nemo quisquam alia voce auctior. *J. F. Gron.* *Quatuor legiones, et ut legiones rem gererent* Lov. 3. *quatuor legiones, et quinque leg. rem gererent* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hafn. neque aliter Lov. 5. nisi quod *ut quinque* legat: *quatuor legiones, et VIII. legionibus rem gererent* Flor. in quo a m. altera emendatur *et ut VIII.*

§ 3 *Millibus peditum et centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent*] Romulus primus legiones constituit ex *tribus millibus peditum* singulas, ut una quæque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Post 'quatuor millium' facta est, unde quadrata dicta, 'equitum ducentorum.' Hoc autem primum tempore 'quinque millium peditum' reddita est, et 'trecentorum equitum' Livio et Polybio III. 107. auctoribus. Postremo C. Marius, 'sex millium' ut esset, instituit, ut ait Festus voce 'Sex millium.' *Sigon.* Ex Polybio et aliis locis Livii satis, ut mihi videtur, constat, dudum ante hoc tempus ordinarium numerum equitum in legione fuisse *CCC.* quidquid contra Lipsium disputent Rualdus ad Plutarchi Romulum Animadv. II. et Salmasius de Re Mil. Roman. c. 20. Ob hanc caussam Lipsius de Milit. Rom. II. 6. non sine ratione suspicatur Livium scripsisse *CCCC.* idque etiam alias præter morem factum fuisse docet ex Livii XL. 36. Hæc suspicio ex eo confirmatur, quod Livius XXIII. 34. in historia anni sequentis scribit, 'Decreverunt Patres, ut Q. Fulvius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet, eamque legionem,

primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret.' Obstat tamen ei, quod, si *CCCC.* legamus, numerus militum in exercitu Romano superaturus sit summas Polybii, Plutarchi, et ipsius Livii. Nam si ad LXXX. M. peditum (tot enim efficiunt octo legiones Romanæ et par numerus sociorum) addantur CCCC. equites Romani in singulas legiones, et duplex numerus equitum sociorum, id est, equitum novem millia et sexcenti, et his denique auxilia Hieronis, mille sagittariorum et funditorum, infra c. 37. quæ III. M. fuisse scribit Silius VIII. 615. exibit numerus plus XC. millium, quem nemo prodidit. Verum quia ipsi scriptores veteres de numero eorum, qui a Romanis ad Cannas pugnaverunt, quique ex iis ibi ceciderunt, multum variant, hoc apud me non tantum valet, ut ideo a sententia Lipsii, quam nondum satis firmis rationibus confutatam video, discedendum putem. *Duk.* Sententiam Lipsii firmat etiam, quod anno præcedenti apud Livium XXI. 17. in sex legiones scribuntur ' quatuor et viginti peditum Romanorum millia et mille octingenti equites,' ut quælibet legio fuerit quatuor millium peditum et trecentorum equitum.

Pedites æquarent] Cantabr. *pediti.* Idem a Salmasio ex Put. annotatum adverto, adscripsitque, ' forte peditum.' Mihi hujus mutationis causa non probatur, et potius videtur acquiescere scriptæ lectioni, *pediti æquarent*, scil. numerum. Par numeri variatio XXVI. 4. ' Peditum equiti immiscendorum.' XXXI. 21. ' Et cornua ab equitibus, et medii a pedite pulsi.' *Jac. Gron.* *Pediti* etiam Flor. et Exc. Pithœi: quod probavit idem Jac. Gronovius in Dissert. Epist. ad Livii loca quæd. Geogr. II. 16. ubi et in caussas inquirit, cur in vulgatis *pedites* editum sit. *Peditem æquarent* Lov. 4. Adsentior servandam esse numeri variationem. Vide ad XXXV. 40. § 6. Malim tamen vel cum uno cod. *peditem*, vel ex aliorum vestigiis *peditis*.

§ 4 *Septem et octoginta millia armatorum et CC. in castris Romanis*] Pro *CC.* integre scribendum erat *ducentos*, ne ducenta millia stupidus aliquis supra septem et octoginta millia intelligat. Porro legiones hic millibus peditum, et centenis equitibus auctæ, quod in ingenti necessitate fieri solebat; ut eleganter hoc apud Polybium quoque, unde hæc descripsit Livius, legitur. *Glar.* Plutarchus in Fab. p. 182. summam confecit octo et octoginta. Sic enim ait: Μυριάδες ἐννέα δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι. At Polybius III. 115. πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *octoginta quinque millia.* Gebh. *Septem et octoginta quinque millia* Lov. 1. 4. 5. Hearnii Oxon. et edd. Aldo priores. Tum *in castris Romanorum* Lov. 3.

Quidam auctores sunt] Crederes his in verbis tres diversas historicorum sententias ab Livio exponi: primam decem millia novorum militum in supplementum esse scripta; alteram novas quatuor legiones prioribus quatuor esse adjunctas, auctumque in singulis earum numerum peditum equitumque; tertiam 87. millia armatorum, et quod excurrit, in castris Romanis fuisse. Sed, re accuratius considerata, patebit duas tantum ab Livio memorari, et secundam ac tertiam eandem prorsus esse. Illi enim, qui tradiderunt, consules octo legionibus rem gessisse, ita auctis, ut essent singulæ 5000. peditum ac 300. equitum, fuerunt ii ipsi, qui memoriæ mandaverunt, tot millia armatorum in castris Romanis ad Cannas fuisse. Etenim octies quinque millia efficiunt 40000. et adjecto altero tanto sociorum, 80000. peditum. Similiter 300. equites per octo legiones sunt 2400. Quibus si addas bis tantum ab sociis, erunt septem

millia ac ducenti. Fuisse ergo Livii videtur: *Septem et LXXX. millia armatorum, ducentos in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas, fuisse auctores sunt.* Nimirum *alii*, quæ vox paullo longius abhinc posita causa fuit, quamobrem librarii insererent τὸ *quidam*, contra auctoris mentem et verborum sensum. *Jac. Periz. Iidem auctores sunt* ad marginem Livii conjiciebat idem Perizon. Paullo ante *ad Cannas ēet*, id est, *esset*, Gaertn. *esset, ad Cannas* edd. vett. ante Aldum. Solent librarii *ē*, sive *est*, et *ēet*, sive *esset*, commutare. Tale exemplum habuimus lib. XXI. cap. 19. § 3. Vide etiam Gronov. ad XXX. 29. § 4. et c. 30. § 8. *Est ad Cannas* Lov. 2.

§ 6 *Priusquam signa ab urbe novæ legiones moverent*] *Ab urbe signa novæ legiones* Ber. *signa novæ legiones ab urbe* Lovel. 4. et typis descripti ante Aldum: *signa novæ legionibus ab urbe* Lovel. 5. Voces mox *adire atque* desunt in Ber. et solet plerumque Livius in hac re tantum alterutro verbo vel 'adire' vel 'inspicere' uti: nisi quod utrumque, sed non ita junctum, adhibeatur hoc lib. cap. 9. 'Decemviri libros Sibyllinos adire juberentur; qui, inspectis fatalibus libris, retulerunt.'

§ 7 *Et Aritiæ, nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse*] Pal. 1. *et Antiæ.* Deinde cum Pal. 3. et vet. ed. *pluvisse;* ut in prioribus libris adnotare memini. *Gebh. Sub id tempus* Ber. Vide ad X. 10. § 6. *Sub idem,* omissa sequenti voce, Lov. 1. Tum *pluvisse* Flor. cum edd. vett. Rom. 1472. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliis; quomodo etiam Prisciani tempore hoc loco lectum fuisse, patet ex illis quæ dicta sunt ad I. 31. § 1.

Et multo cruore signa in Sabinis cædis, aquas e fonte calidas manasse] Priora puto Livium scripsisse *et multo cruore Signiæ.* Ita restituo pro *signa.* Et notum est Italiæ oppidum. Deinde *in Sabinis Cædis aquas.* Illud *Cædis* nomen aliquod loci in Sabinis, mihi ignoti. Nec succurrit quomodo emendandum. Aliter, quin hæc ejus loci vera lectio sit, nemo mihi eripiet. *Lipsius,* Epist. Quæst. V. 1. Pall. 1. ac 3. *cædes aquasque e fonte calidas manasse.* Pal. 2. *cædes aquas font e calidas manasse.* Gebh. Lipsius, fidenter ille quidem, Epist. Quæst. V. 1. *Signiæ, in Sabinis, cædis.* Sed habes XXIII. 31. 'Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Junonis Sospitæ cruore manavere.' Deinde forsan, *signa in Sabinis, Cæretes aquas e fonte:* in quibus videlicet et prodigium cap. 1. hujus libri. Put. Pet. Men. *cædes.* J. F. Gronov. *Signa in Sabinis cædes* Flor. Voss. Lovel. 4. Ber. et Hearnii L. 1. *signari in Sabinis cædes* Lov. 2. *signa in Sabinis cecidisse* Lov. 5. *signa in Sabinis sudasse* Harl. Tum *aquas fonte callidos manasse* Flor. *aquasque e fonte calidas manasse* Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *aquasque ex fonte callidas emanasse* Ber. Perperam Jac. Gronovius in Dissert. Epist. ad Liv. loc. quæd. Geogr. I. 7. Lipsium traducit, quasi conjecisset *Signiæ in Sabinis,* quum Signia fuerit urbs Latii. Nam aliter eum interpunxisse, ex adposita ejus conjectura constat. Melioribus argumentis refellebat conjecturam patris, quæ apud eum videri possunt. Eadem sufficiunt refellendæ conjecturæ Ant. Perizonii, qui ad oram Livii adscripsit, sibi legendum videri *in Sabinis, Cære aquas e fonte calidas:* ut XXI. 62. 'Et Cære sortes extenuatas.' XXVIII. 11. 'Cære porcus biceps natus erat.' Ipse deinde Jac. Gronov. conjecit, *multo cruore signa in Sabinis Cereris, aquas e fonte calidas manasse;* ac Cererem magno in cultu ab Sabinis habitam fuisse, et in eorum regione plures fontes aquarum frigidarum reperiri docet. Hæc iterum conjec-

tura displicuit personato Jasitheo, sive Fabretto, in Apologem. pag. 4. ubi vulgatam scripturam tuetur, ita distinguens: *et multo cruore, signa in Sabinis cædis, aquas e fonte calidas manasse:* ut aquæ calido sanguine manantes proprium præsagium sive signum fuerint imminentis cædis. Verum callide in hac exegesi omisit voces *in Sabinis*, ut nescias, quo eas retulerit; utrum ad *τὸ signa*, an ad *cædis*, an ad *aquas*. Ad duas priores voces referri nequeunt: si autem junxerit *aquas in Sabinis*, id propter ordinem verborum nullo exemplo confusum tolerari nequit. Quin et, si id voluisset Livius, potius *signum*, quam *signa*, dicturus fuisse videtur. In eo tamen ipsi adsentior, argumentum, quo Gronov. Cererem magno in cultu ab Sabinis habitam esse, probare voluit, non persuadere; licet nihilominus, *Cereris* legendum esse, verisimile videatur. Me Davum hic, non Œdipum, profiteor. Quum tamen tot codd. *aquasque* ostentent, vide num legendum sit *et multo cruore signa in Sabinis Cereris, aquas VII. e fonte calidas*, vel *aquas VII. et fontes calidos manasse.* De lacu 'septem aquis,' qui in Sabinis est, vide Cluver. Ital. Ant. II. 9. 682. Crevier. potius inhærens conjecturæ J. F. Gronov. scribendum conjicit, *et multo cruore signa in Sabinis, Cærites aquas e fonte cruentas manasse.*

§ 8 *Id quidem et quod sæpius acciderat*] Scripti, *Id quidem etiam, quod sæpius*. J. F. Gronov. Quid illud sit, quod sæpius acciderit, eoque magis terruerit animos hominum, dubium profecto est. A superioribus quidem isthæc τελείᾳ στιγμῇ, et, ut sentio, recte sejunguntur. Ad sequens prodigium ut nihil pertinere videantur, facit interposita copula. Clara erunt omnia, si legas, ut solet Livius, 'Et (id quidem etiam, quod sæpius acciderat, magis terrebat) in via,' &c. XXXV. 21. 'Et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem *locutum esse*.' *Jac. Periz.* Vix etiam cum hac emendatione capio sententiam horum verborum. Primum, quod, quæ sæpe accidunt, minus terrent, quam rara et insolita; quod etiam Plutarchus in Fabio princ. de prodigiis, quibus clades ad Trasimenum denunciata est, loquens ostendit: *Σημεῖα δὲ, τὰ μὲν Ῥωμαίοις συνήθη ἀπὸ κεραυνῶν, τὰ δ' ὅλως ἐξηλλαγμένα, καὶ πολλὴν ἀτοπίαν ἔχοντα προσέπιπτε*, et his, quæ ibi enumerat, quam illis, homines magis territos fuisse non obscure significat. Deinde, quod parum probabile est, in via Fornicata sæpius de cœlo tactos fuisse homines, quam in aliis. Nisi tamen quis putet, hoc ipsum fuisse, quod magis terrebat, quod id in hac via sæpius factum fuerat, quam in aliis. *Duk.* Quod Gronov. in scriptis invenit, plerique meorum codd. tuentur. Neque aliter est in Hearnii Oxon.

Et in via Fornicata, quæ ad Campum erat] Pal. 2. *Formicata*. Pal. 3. et vet. ed. *Fornicaria*. Gebh. *Etiam in via* Lov. 4. *et jam in via* Lov. 2. Tum *via Forcata* Lovel. 2. *via Formicata* Flor. *via Fornicaria* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Exc. Pithœi, et Hearnii D. et L. 1. Hinc *ad Capuam* Lov. 5. Nihil muto. De *via Fornicata*, per quam ex urbe 'in campum Martium' descendebatur, vide Fam. Nardin. Rom. Vet. VI. 10. 'Viæ Fornicatæ' sæpius Livium meminisse, auctor est Geogr. Fabric. Descr. Urb. Romæ c. 5. quum alibi, quam hoc loco, non memorarit. Plinium etiam ejus mentionem fecisse docet Panvin. in Descr. urb. Rom. apud Græv. in Thes. Ant. Rom. tom. III. p. 271. apud quem tamen mentio ejus nulla obcurrit.

CAP. XXXVII. § 1 *Classis Ostiam*] Voss. *hostica*. Scribe ex Cantabr. *Ostia*. Vide ad IX. 19. *Jac. Gronov.* *Hostium* Gaertn. et ed. Asc. prima: *hostici* Harl. *hostica* Lovel. 1.

Hafn. et Hearnii L. 1. *Ostia*, ut Gronovius conjecit, in Put. et aliis codd. non spernendis esse, testatur Crevier. Vide etiam Jac. Gronov. ad Livii XXVII. 23. § 3.

Cum magno commeatu accessit] Vet. lib. *cum magno apparatu*. Quod placet, ut non commeatum solum, sed etiam sagittarios et funditores ab Hierone missos intelligat. *Sigonius*. Pall. 1. ac 3. *cum magno apparatu:* quod admodum probat Sigonius; quem vide. *Gebh.* Sigonio consentiunt ex meis Lov. 3. Ber. Rec. et Gaertn. Tum Hearnii L. 1. D. et N. insuper etiam edd. omnes, quas vidi, usque ad Aldum, qui *commeatu* reposuit, quod servant Flor. Lovel. 1. 2. pluresque alii, ut et Hearnii N. in margine. Proxime accedit Hav. *comitatu* præferens. Similem in membranis errorem notavi ad III. 24. § 5. Sed tota vox omittitur in Voss. et Hafn. *cum magno numero frumenti* legit Lovel. 5. quod ex vocis *commeatu* glossa marginali in contextum inrepsit.

§ 2 *Legati in senatum introducti*] Vet. lib. *Leg. Syracusani in sen.* Sigon. Τὸ *Syracusani* ab Sigonio venit. Voss. Gud. eo carent. *J. F. Gronov.* Eodem carent Flor. Cant. Lov. quinque, Gaertn. et Hearnii Oxon. nisi quod N. habeat a m. sec. Primus editorum Aldus hanc vocem omisit: neque etiam necessariam puto. Mox *introducti in senatum* alio ordine Lov. 4. et 5. quorum etiam prior cum Harl. *nunciaverunt*.

Cædem C. Flaminii consulis exercitusque adlatam adeo ægre tulisse regem] [Vide Varr. Lectt.] Lectio Sigonii et in vet. ed. comparet. Pall. 1. ac 3. *quæ allata adeo affecit regem*. Gebh. Vocem *consulis* non agnoscunt Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. omnesque ante Aldum edd. Deinde *quæ allata adeo affecit regem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Oxon. Hearnii, quasi distinguendum foret *nunciarunt cædem C. Flaminii consulis exercitusque, quæ adlata, &c. allatam adeo affecisse regem*, præter edd. Aldina priores, Ber. et Hav. nisi quod ultimus etiam omittat vocem *regem: quæ allata esset, adeo affecisse regem* Lov. 5. Pro lectione, quam Sigonius damnavit, stant optimi codd. Neque ei mutandæ subficiunt rationes a Sigonio adlatæ.

Ut nulla sui propria] Exhibet Pal. 3. *ut nulla sua propriaque regni clade*. Gebh. Latinitas poscebat *sua:* idque optimi libri et vett. edd. servant. *J. F. Gron.* *Sua propria* etiam omnes mei et Hearnii codd. Eamdem lectionem apud Aldum invenio.

§ 4 *Missa tamen a se omnia*] Exigunt τὸ *tamen* Pall. tres. *Gebh.* Illi optimi libri *secundis esse mense omnia quibus a bonis* (Put. *adonibus*, ut indicatum hoc lib. ad c. 20. § 5.) *fidelibusque sociis bella juvari soleant, misisse: quæ ne accipere, &c.* Apparet vel cæco, legendum esse *tamen se omnia, &c.* J. F. Gron. De codd. suorum lectione nihil monet Hearnius, ut lectionem, quæ ante Gronovium vulgo exstabat, in iis superesse verisimile sit; certe eamdem servant omnes nostri, nisi quod, ad exemplum Pall. Gebhardi, ignorent τὸ *tamen*, et præterea Ber. legat *quibus a bonis amicis fidelibusque sociis juvari soleant bella*. Hav. etiam *a bonis amicis*. Sed vocem illam a scribis insertam puto. Supra IX. 2. 'Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis.' XXIX. 17. 'Indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces injurias fieri.'

Magnopere se Patres conscriptos orare] Eximii *magno opere*. J. F. Gronov. *Magno opere* etiam Flor. Vide ad XXVIII. 18. § 4. Tum *per se pir. Ro. orare* Lov. 5. *per se publice orare* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *se publice orare* Lov. 2. Hearnii Oxon. et reliquæ, quas vidi, edd. Ascensia-

na 1513. antiquiores. Epitome, qua voces *patres conscripti* exarantur, non intellecta librariis errandi caussa fuit.

§ 5 *Ominis caussa Victoriam auream pondo CCC. XX. adferre se*] In Val. Max. codice lib. IV. ad finem auri pondo *ducenta et quadraginta* leguntur. Quod ideo monendum duxi, ne temere vel hic author ex illo, vel ille ex hoc corrigatur, donec certiora argumenta appareant, quam quæ ex codicum fide, ut plurimum vana, colligi queunt. *Glar.* *Honoris caussa victoriam auream* Lov. 1. *ominis caussa coronam auream* Lov. 2. et Hafn. *honoris caussa coronam auream* Hearnii N. qui deinde *pondo trecentum viginti lib.* præfert. at p̃. *CC. CCC.* Lov. 1. *pondo CXX.* Lov. 4. *pondo CCXX.* Gaertn. *pondo CCCLX.* Ber. vox *pondo* deest in Harl.

Acciperent eam, tenerentque, et haberent propriam et perpetuam] Pal. 2. *accip. eam, tenerent, et hab. propr. et perp.* Pal. 3. *accip. eam, tenerentque, et acciperent propriam.* Gebh. *Propriam atque perpetuam* Ber.

§ 6 *Et, quantum præterea opus esset, quo jussissent, subvecturos*] Vet. lib. *et quo jussissent.* Sigon. Particulam *et* intrusam Sigonio respuere nos jubent Pall. tres, nec non vet. ed. inter quos Pal. 3. *quantum postea opus esset.* Gebh. Iidem *quantum præterea opus esset, quo jussissent,* deleta copulativa, quam frustra inculcat Sigonius. *J. F. Gron.* *Et quantum postea opus esset, et quo jussissent* unus præfert meorum Hav. Verum illud posterius *et* ex ultimis literis præced. vocabuli natum videtur. Alia exempla vide ad XXXIX. 18. § 8. Certe reliqui mei, et Hearnii Oxon. particulam ignorant. Paullo ante *modiorum tritici* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. codd. Hearnii, et edd. quas consului, Frob. 1531. antiquiores. Male. Vide ad XXVI. 47. § 8.

§ 7 *Milite atque equite scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum*] Vide ad XXI. 55. 'Milites' sæpe pro peditibus poni, ostenderunt Gronovius ad Livii XXVI. 19. XXVIII. 1. et XXXV. 23. Grævius ad Cic. ad Fam. II. 10. et ad Justini XIII. 3. ac deinde alii. De auxiliis externis levium armorum in exercitu Romano vide Schelium ad Hyginum p. 1037. *Duk.* *Nisi Romani Latinique nominis* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Oxon. Hearnii, et edd. Aldo vetustiores. Voces *populum Romanum* desunt in Lov. 5. et Harl. relicta tamen lacuna.

Levium armatorum auxilia] Legimus *levium armorum*, quamvis deficientibus scriptis. Infra c. 45. 'Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.' *J. F. Gron.* Supra c. 3. 'Equitatu auxiliisque levium armorum.' c. 47. 'Pugna levibus primum armis commissa.' XXI. 21. 'Supplementa jaculatorum levium armis.' XXVII. 18. 'Levium armorum Baliares et Afros.' Vide Gronov. ad XXV. 34. § 13. et XLIII. 18. § 4. Voces *armorum* et *armatorum* etiam alibi in membranis commutantur. Vide ad V. 39. § 1. X. 4. § 7. XXIV. 30. § 14. XXVIII. 36. § 13. Similiter *scutorum* et *scutatorum*. Vide ad VIII. 8. § 5. Doujatius aut Gronovii conjecturam probat, aut legit *leviter armatorum*. Hinc *in castris Romanis vidisse* alio ordine Ber.

§ 8 *Itaque misisse mille sagittariorum, ac funditorum aptam manum*] Silius mihi pæne persuadet, legendum *III. mille*, quia nimis exiguæ et non pro regia munificentia copiolæ illæ fuerint; et diserte ille sic tradit VIII. 615. 'Addiderat ter mille viros, in Marte sagittæ Expertos, fidus Sicula regnator in Ætna.' Mendum autem esse potest in Livio, non potest in Silii versu. *P. Ruben.* Elect. II. 15. Pall. tres *Itaque missi sunt millia sagitt. ac fund. apta manu.* Pal. 2. *apta manus.* Gebh. *Itaque missi sunt mille sagitt. ac fund. apta manu* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. Neque hinc differunt Lov. 5. Ber. et

Hav. nisi quod legant *apta manus;* quod etiam est in Rec. et margine N. *Itaque missa sunt mille sagitt. ac fund. apta manu* Hearnii D. Si quid mutandum, cum Rubenio certe non legam *III. mille*, sive *ter mille:* ea enim locutio poetis, quam Livio, convenientior. Vide ad XXXIII. 4. § 5. Potius scribendum foret *tria millia sagitt. ac fund. aptam manum.* Potuit enim scriptum fuisse *III*ᵐ. (vide ad XXXIV. 13. § 2.) vel *III. M. sagittariorum*, et partim ternarii numeri nota intercepta esse a seq. vocis compendio *M.* de quo vide ad v. 35. § 5. partim ipsum illud compendium errandi ansam dedisse librariis, qui exposuerunt *mille*, quum debuissent *millia;* de quo vide ad XXV. 9. § 16. Potius tamen vulgatum servo: nam codd. omnes in omittenda ternarii numeri nota et legendo *mille* conspirant. Silius autem licentia poetica auxiliariorum Hieronis numerum auxisse censeri debet.

Adversus Baleares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes] Legitur in Pal. 1. *pugnacesque alias missile telo gentes:* in Pal. 3. *pugnantesque alias gentes.* Gebh. *Adversus funditores ac Mauros* edd. usque ad Ascensianam 1513. quæ dedit *Baleares funditores.* Aldus demum vocem *funditores* omisit, quæ etiam in nullo exstat cod. *adversus Baliares* est in Flor. a m. pr. Vide ad XXI. 21. § 12. *Adversus Baleareas atque Mauros* in Lov. 5. Deinde *pugnacesque alias gentes*, omissis duabus vocibus, Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. eadem Ascensiana antiquiores. Neque aliter Lov. 2. et Hafn. nisi quod insuper *pugnantesque* dederint. Vide quæ notavi ad Silii IV. 235. *Pugnacesque alias missile telo gentes* Flor.

§ 9 *Ad ea dona consilium quoque addebant*] Pall. 1. et 3. *consilio quoque.* Pal. 2. *consilia quoque.* Gebh. Eadem est varietas in codd. meis. Nam *consilio quoque* est in Flor. Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. *consilia quoque* in Harl. Ber. Lov. 3. 5. Gaertn. et Hav.

Cui provincia Sicilia evenisset] Continent Pall. 1. ac 3. *Sicilia esset.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii Oxon. *cui Sicilia provincia esset* Lov. 3. 4. Hav. et edd. Aldina priores: *cui Sicilia esset* Harl. *cui provincia Sicilia venisset* Flor. a m. pr. *evenisset* a m. sec. Vide ad v. 12. § 6. Mox *darent*, pro *daretur*, Lov. 2. et Voss. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Tum præpositio *ad* exsulat a Lov. 1. 3. et Voss. Unde legi posset *minusque lax. darent iis auxilia Hann. submittendo.* Sed vulgatum superest in optimis.

§ 10 *Uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse*] Pall. tres *tenuisse.* Sic loquitur XXXV. 16. 'Uno et perpetuo tenore juris semper usurpato, numquam intermisso.' *Gebh. Fidem tenuisse* etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Oxon. Hearnii, et editi usque ad Aldum. De locutione 'tenere fidem' vide Vorst. de Lat. Falso Susp. c. 8. Alterum tamen, quod in optimis superest, malo. Cic. pro Flacc. c. 4. 'Testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit.' Ita 'colere amicitiam,' de quo vide Cortium ad Sall. Jugurth. c. 14. § 12. Mox *munifice* non adparet in Lov. 3. *omni loco ac tempore mirifice adjuvisse* legit Lov. 4. *omni tempore, omni loco munifice adjuvisse* edd. Aldo antiquiores.

Id, perinde ac deberet, pergratum populo Romano esse] Put. alii *deberet, gratum esse.* J. F. Gron. Ita et Flor. omnesque mei, ut et Hearnii Oxon.

§ 11 *Aurum et a civitatibus quibusdam adlatum, gratia rei accepta, non accepisse populum Romanum*] *Non accep. pop. Rom.: gratia regis victoriam, &c.* Hav. et pleræque edd. vett. *non accepisse: gratia regis accepta pop. Rom. victoriam* Hearnii L. 1. et N. in quorum posteriore voces *accepta pop. Ro-*

manum manus altera erasit. *Aurum et a civ. quibusdam ullatum gratia regis victoriam*, reliquis omissis, ed. Aleriens. apud Hearnium. Quin et omnium horum verborum loco non nisi *gratiam regis acceptam* exstat in Hearnii D. Ceterum *gratia regis*, pro *rei*, in plerisque codd. obvium fuit. Vulgatum, quod nunc exstat, ab Aldo primum restitutum est.

§ 12 *Sedemque ei se Divæ dare, dicare Capitolium*] *Sedemque ei se dare dicare* Hearnii N. a m. sec. *sedemque ei dare dicareque* Ber. a m. pr. *sedemque ei dare dicarere* Hav. *dicarere* omnes edd. ante Aldum.

Firmam ac stabilem fore populo Romano] *Stabilem fore Rom. pop.* Lov. 1. *stabilem fore R. p.* Gaertn. et Lov. 5. *stabilem fore remp.* Lov. 4. *stabilem remp.* Lov. 2. *stabilem fore reip.* Hearnii L. 1. Alibi sæpe *populus Romanus*, vel *p. R.* abiit in *r. p.* vel *respublica*. Vide ad III. 56. § 10. XXV. 31. § 4. XXXI. 4. § 2. Contra *r. p.* abiit in *p. R.* Vide ad IX. 26. § 8. Paullo ante *in ea arce urbis Romæ sacrata* edidit Hearnius, invitis omnibus codd. et edd. nisi quod in una vel altera ed. sit *urbis Romæ.* Hearnii lectionem sequitur nupera ed. Londin.

§ 13 *Quinqueremes ad navium classem, quæ cum T. Otacilio proprætore in Sicilia erant*] Periculum erat, ne *classem populi* intelligeremus, ni adjectum foret *navium*. Sed deest haud dubie numerus, ut et defuerat c. 31. ante Lipsium. Si legatus Otacilii non deduxit Romam quas ei reliquerat deducendas Servilius, fuerunt CXX. sed nihil certi potest statui. Scribo etiam *erat,* ut et habet Andreas. *J. F. Gron.* *Erat* etiam invenerunt Hearnius in L. et N. ac Crevier. in duobus e suis, et in edd. principe ac Campani. Otacilio *Marci* cognomen tribuunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et vett. edd. usque ad Aldum, qui ei *Titi* prænomen restituit. Deinde *prætore* Ber. *proprætore R.* Lov. 1. *proprætore Romano* Harl. *prē p. Ro.* Lov. 5. *pro pplō Romano* Hav. Vide ad XXXI. 8. § 10. Mox *e re populi Romani* Hav.

CAP. XXXVIII. § 2 *Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando ab tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros*] Ad hæc et seqq. verba hæsit Lipsius de Milit. Rom. I. 6. neque se plene et ad votum suum extricabat. Postea de iis adcuratius egit Schelius in Dissert. post Hygin. Gromat. c. 1. Ex ipsius sententia olim, quum milites conscriberentur, sacramento rogati dicebant, se jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Quum postea convenirent, ut decuriarentur aut centuriarentur, sponte inter se conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque, &c. In utraque autem re mutationem hoc tempore factam existimat: atque non tantum priori sacramento, sed posteriori etiam conjurationi spontaneæ jusjurandum, in quod legitime milites a tribunis militum adigebantur, substitutum esse. Id si placet, huic pericopæ proxima verba ‘ nam ad eam diem nil præter sacramentum fuerat ’ adjungenda, et majori distinctione a sequentibus separanda sunt. Non nihil scrupuli tamen adversus hanc sententiam injicit, quod post hæc tempora adhuc sacramenti militaris mentio fiat. Exempla vide XXV. 5. XXVIII. 27. aliisque locis. An igitur verba illa *jussu consulum conventuros, neque injussu abituros* expungenda sunt, tamquam olim margini adscripta, et perperam in contextum recepta? Certe omittuntur apud Frontin. Strateg. IV. 1. 4. tres etiam posteriores voces exsulant ab Hafn. quamvis tamen ibi errore librarii excidisse credam. Vel an potius transponenda sunt hoc modo? *jurej. ab trib. mil. adacti: nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat, jussu consu-*

lum conv., *neque injussu ab. Et ubi ad decuriatum, &c.* Olim milites, quo tempore conscribebantur, sacramento dicebant, jussu consulum, &c. cum vero decuriarentur aut centuriarentur, sponte conjurabant, sese fugæ atque formidinis, &c. Voluntaria illa conjuratio nunc mutata est, ejusque loco milites legitime in eadem verba a tribunis militum adacti sunt jurejurando. Ultimam hanc emendationem etiam Crevierio in mentem venisse lætor; qui tamen insuper addit, forte pro *Et ubi ad decuriatum*, legendum esse *At ubi*. Quæ Modius ad hunc locum notarat, formata sunt ex Lipsio loc. laud. ubi videri possunt. Ceterum *Milites tum* Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. Hinc *factum fuerat* Ber. *ab tribunis*, pro *a tribunis*, Gronovius edidit, consentiente Flor. Accedit proxime Voss. *ac tribunis* scribens a m. pr. Deinde *sunt adacti milites* Ber. Vocem *milites* etiam agnoscunt Flor. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat, &c.*] Hic plane videmus, 'jusjurandum' majus quiddam fuisse 'sacramento militari.' Cæterum præter etymon utriusque dictionis, nihil nos differentiæ posuimus: quippe X. 38. ubi de linteata Samnitium legione, etiam 'jusjurandum' vocat, tametsi per sacra fieret. Ideoque lectori hoc quoque judicandum relinquimus. *Glar.* Quod hoc loco ait interesse Livius inter 'sacramentum' et 'jusjurandum,' id tradit Servius in Æn. VIII. 1. interesse inter 'conjurationem' et 'sacramentum.' ['Sigonius ostendere debebat, 'conjurationem' et 'jusjurandum' esse, quod non facit.'] Nam, cum ipsi, qui convenerant, simul jurabant, conjuratio; cum singuli jurejurando adigebantur, sacramentum erat, auctore Servio. 'Conjurationem' autem et 'sacramentum' idem esse, apparet ex eo quod Livius in 'sacramento' explicando 'conjurandi' verbum adhibuit. 'Sacramentum' ergo voluntarium, 'jusjurandum' necessarium et legitimum ait fuisse. *Sigon.* Meliora vide apud Schelium loco laud. Τὸ *nil* autem primum exstitit in ed. Paris. 1573. Omnes priores legunt *nihil*. Et ita Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon.

Ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent] Ex hoc loco lexica vulgata tradunt 'decuriatus' et 'centuriatus' esse substantiva, pro præfectura decuriæ, et centuriæ. Sed quid hoc est, 'convenire ad præfecturam decuriæ aut centuriæ?' Nihil quidem varietatis ex libris scriptis hic adnotari video; sed tamen credo delendum esse *ad*. Lipsius certe et Schelius ll. dd. sublata præpositione citant. *Ubi decuriatum aut centuriatum convenissent* est, ut decuriarentur equites, aut centuriarentur pedites. *Duk.* Præpositionem *ad* constanter omnes codd. tuentur. Tum *vel centuriatum* Lov. 4. 5. *et centuriatum* Lov. 2. 3. Harl. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldinam. Mox *ipsi inter sese decuriati equites* Flor. Vox *ipsi* deest in Lov. 4. et 5.

§ 4 *Fugæ atque formidinis ergo non abituros*] Pro *ergo* redhibet Pal. 2. *causa*. Malim omnino τὸ *ergo* vel τὸ *causa* recidi; quod factum est in Pall. reliquis duobus, quibus auscultandum censeo. *Gebh.* *Ergo* non adparet etiam in Voss. Lov. 1. 4. et Hafn. Eamque aut similem vocem Livium interdum omisisse, videbimus ad XXXI. 12. § 4. Codicum tamen eorum auctoritas levior videtur, quam ut tuto illos sequi possim. *Caussa* vel *cā*, pro *ergo*, legunt Lov. 2. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum. Verum *caussa* mox sequitur. Similiter *gratia* pro *ergo* alibi librarii substituerunt. Vide ad XXXVII. 47. § 4. Præstare igitur vi-

detur, ut *ergo* cum Flor. aliisque optimæ notæ libris tueamur.

Nisi teli sumendi aut petendi] Quum inter 'sumere' et 'petere telum' nihil intersit, Crevier. legendum putat *repetendi*, nempe ex hostium acie, si gladio militis Romani, aut pilo, aut hasta potiti sunt hostes. Vel etiam suspicatur voces *sumendi aut*, quas Frontin. ignorat, spurias esse. Mox *et aut hostis*, addita vocula, Voss. Lov. 3. 5. Harl. et Gaertn. Eamdem particulam etiam in Put. esse, Crevier. monuit; quare recepi.

§ 5 *A tribunis ad legitimam*] Voss. *ad tribunos.* Gud. *ad tribunos et ad legitimam.* Quod præferendum. *J. F. Gron. Ad tribunos* etiam Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. quod similiter se in omnibus suis reperisse, Crevier. testatur. Si plures membranæ lectionem Msti Gud. firmarent, cum Gronov. eam probarem. Nunc codd. vitiosa hac scriptura indicasse videntur *ab tribunis* legendum esse.

§ 6 *Priusquam urbe signa moverentur*] Mss. *ab urbe.* J. F. Gronovius. *Ab urbe* non tantum omnes mei, et Hearnii Oxon. sed etiam vett. edd. usque ad Froben. qui præpositionem a. 1535. omisit. Recte igitur Gronov. eam restituit. Mox vocabulum *consulis* deficit in Lov. 2. Tum *fuerunt* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Hinc *denunciantis* Oxon. N. quod probat Hearnius, ita cum Gronov. distinguens *denunciantis, bellum* (*arcess. in It. ab nob., mans. in visc. reip., si plures Fabios imp. haberet*) *se, quo die hostem vidisset, perfecturum.* Deinde *in Italia* Flor. Harl. Gaertn. et Ber.

§ 7 *Se, quo die vidisset hostem, profecturum*] Tu vide ne *profligaturum* legendum sit potius. *Sabell.* Meus liber *conflicturum.* Id verius apparet ex adversa oratione Paulli, qui, ad hanc partem respiciens, ait mirari se, quomodo Varro 'diem quoque prædicere posset, qua cum hoste signis collatis esset dimicaturus.' Addo et Silium, qui ita vertit, sive nectit lib. VIII. cap. 307. *Lipsius,* Ep. Quæst. IV. 24. Maluit ex suo Lipsius *conflicturum:* forsan minus recte: cornua enim heic sumit jactatque se. *Grut.* Exagitat turbulentus consul moras Fabii in bello conficiendo Punico; neque id voluit, quod censuit Lipsius, legens *conflicturum,* se, simul vidisset hostem, collatis signis dimicaturum, sed ultimam manum huic bello impositurum. Hanc meam sententiam confirmat Pal. 2. præferens, *se, quo die vidisset hostem, perfecturum:* alluduntque reliqui duo 1. et 3. *se, quo die vidisset hostem, profecturum:* dixitque paullo ante Livius 'mansurum in visceribus reipublicæ, si plures Fabios imperatores haberet.' Quod si dubium alicui inicitur hac lectione, suspicari tamen licebit legendum esse *perrecturum.* Justinus v. 3. 'Ita in bellum adversus Lacedæmonios pergit.' Videtur tamen Lipsii lectio propugnari non tantum verbis L. Æmilii hoc cap. sed et ipsius Fabii c. 39. 'Atqui si hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit.' L. XXVII. c. 42. de M. Livio: 'ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum.' *Gebh.* Put. Pet. Men. Voss. Pall. Andreas, Aldus, et complures vett. edd. *se, quo die hostem vidisset, perfecturum.* Vulgatum in primo deprehendo Ascensii, secuta est Moguntina. Lipsius *conflicturum.* Sed verum est vetus: ominando victoriam, quo die hostem vidisset, non pugnaturum se, quod ambigui esset eventus, sed *bellum* (ea vox repetenda ex præcedentibus) esse *perfecturum,* seu debellaturum sit. Lib. v. c. 4. 'Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani, et perfici quam primum.' XXI. 46. 'Hic erit

juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est.' XLV. 39. 'Ad hoc fecimus consulem, ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum perficeret.' Justinus VI. 1. 'Indignum, ait, bella non perfici, sed redimi.' Censeo etiam scribas *denunciantis*. Tum distinguendum: *denunciantis, bellum* (*arcess. in It. ab nob., mans. in visc. reip., si plures Fabios imp. haberet*) *se, quo die hostem vidisset, perfecturum*. J. F. Gron. *Denunciantis* habet Lipsius l. laud. Cap. seq. 'Si hic, quod facturum se denunciat, extemplo pugnaverit.' *Duk.* *Conflicturum* Lov. 1. et margo Voss. *persecuturum* Gaertn. *profecturum* Lov. 2. 3. *et profecturum* Lov. 5. *et perfecturum* Lov. 4. *perfecturum* Flor. Harl. Ber. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Rom. 1472. Parm. ac variæ Ven. cum prima Ascensii 1510. Quod recte viri docti probarunt. Liv. XXXI. 15. 'Bellum aluere; gloriamque ejus gesti perfectique Romanis concesserunt.' Et ita legendum esse, evincit etiam Silius Ital. qui hanc Varronis concionem referens 'resolvere bella' dixit, quod Livius 'perficere,' VIII. 277. 'quæ prima dies ostenderit hostem, Et Patrum regna, et Pœnorum bella resolvet.' Illud *et*, quod in quibusdam ante τὸ *perfecturum* invenitur, ex præced. vocis literis ultimis duplicatis natum est. Vide quæ notantur ad XXXIX. 18. § 8.

§ 8 *Pridie quam ex urbe proficiscerentur*] *Die qua mox urbe proficisc.* Lov. 3. *pridie quam mox urbe* Ber. *pridie quam urbe* Hav. *pridie quam inde urbe* Voss. *pridie quam in urbe proficisceretur* Flor. in quo manus altera *ab urbe* emendavit: *ab urbe* servant etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii N. at *proficisceretur* Gaertn. Tum *in Varronem dr* Hearnii N. cujus margo tamen *dictum* ostentat.

§ 9 *Mirari se, quod ne quis priusquam*] Credo sic legendum: *Mirari se, quomodo*, vel *quemadmodum, quis* (id est aliquis) *dux priusquam, &c.* Valla. Put. Pet. melior, Men. Voss. *quod nequi dux*. Significant *qui numquam dux:* id est, quemadmodum qui numquam exercitum rexisset. Ut nempe Varro. Hoc etiam auget indignationem. *J. F. Gron.* *Quod nequi dux* Lov. 2. 5. Gaertn. et Hearnii Oxon. Et ita etiam Flor. a m. pr. in quo postea *quod nequis dux* manus altera interpolavit, quod etiam superest in Ber. et Hav. *quod nequit dux* Lov. 3. 4. *que nequi dux* Cant. *qui nedum aut suum* Harl. Non adtendit ad Gronovii notam Doujatius, qui Delphino Franciæ persuadere conabatur, eum ex Mss. legere *quod ne qui dux*, idque interpretari *qui numquam dux.*

Jam nunc locatus in urbe sciret] Muretus *togatus*. J. F. Gron. Hanc conjecturam Mureti firmat eximie Livius III. 10. 'Nisi, dum in integro res sit, dum togati sint, caveant.' XXII. 23. 'Cunctatio Fabii contempta erat inter cives, armatos pariter togatosque.' IV. 10. 'Æquavit Quinctius consul togatus armati gloriam collegæ.' *Jac. Gron.* Mureti conjecturam plane confirmant quæ leguntur cap. seq. 'Et qui tantas jam nunc procellas prœlia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum?' *Duk.* Mureti conjecturam in margine exemplaris sui probavit etiam Ant. Perizonius. Eamdem sibi quoque placere indicavit Crevier. inde vero consequens esse putat voces *in urbe* glossema sapere, ac delendas esse.

§ 11 *Quæ caute atque consulte gesta essent*] *Caute ac consulte* Lov. 2. 3. et Harl. *caute ac consulto* Lov. 4. et 5. *caute ad consulta* Voss. a m. pr. *caute ac consulte* a m. sec. *caute ad consulta ea* Flor. *caute atque consulte gesta ea essent* Cant.

§ 12 *Eum sua sponte adparebat*] Scripti *Id sua sponte app., tuta eum.* Scribe, *Et sua sponte app., tuta cel.*

cons. præpositurum, et, quo id const. perseveraret. Muretus, *Id sua sponte apparebat, cum tuta.* J. F. Gron. *Id sua sponte apparebat, tuta celeribus* omnes mei, nisi quod unus Hafn. legat *Ad sua sponte.* Sed Gronov. conjectura *Et sua sponte* vera videtur. Ceterum 'celeriora' et 'tutiora consilia' etiam obponuntur IX. 32. 'Ubi celeriora, quam tutiora consilia magis placuere ducibus.'

Et, quo id constantius perseveraret] Muretus *et quo in his.* Nemo succinit nostrorum. Cic. pro Quinctio c. 24. 'Neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse.' Auctor de Bello Africo c. 18. 'Cum equites jumenta ad insequendum hostem, perseverandumque cursum tardiora haberent.' Fragmentum Corneliæ Gracchorum subjunctum Cornelio Nep. 'Ne ille sirit Jupiter te ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum.' *J. F. Gron.* Doujatius in uno Colb. *quo in constantius* invenit, unde scribendum conjecit *quo in id constantius perseveraret*, credens ex duabus voculis *in* et *id* librariorum alios priorem, alios posteriorem omisisse. Omnes mei in vulgatum conspirant, nisi quod Lov. 2. 3. 4. et Voss. præferant *et quod id,* tum autem *præstantius* Ber. Recte itaque Gronov. vulgatum adversus Muretum defendit, et locutionem aliis exemplis inlustravit. Vide etiam viros doctos ad laudata Cic. et Auct. de Bello Afr. loca. Huc etiam referendum foret, quod ex optimo cod. P. Danielis Colerus restituit Val. Max. II. 7. 8. 'Papirius jus in exigenda pœna perseveravit.' Verum ex ingenti codicum numero, quos Torren. consuluit, nullus vocem *jus* agnoscit; quæ ex repetitione ultimarum literarum vocis præced. nata videtur. Posset etiam in verbis Livii ellipsis statui τοῦ *facere:* quo constantius id facere perseveraret. Similiter 'dicere' subintelligitur apud Cic. de Amic. c. 7. 'Quum Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret:' et apud Vell. Pat. II. 92. 'Quum id facturos se perseverarent:' ubi vide Burm. Mox prænomen Fabii Q. deerat in Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui primus restituit. Vide hoc lib. ad c. 27. § 2.

Cap. XXXIX. § 1 *Si aut collegam*] Pal. 1. *Si, ait, collegam.* Gebh. *Si aut tu collegam* Ber. a m. sec. Mox *aut tu nihil collega tui esset similis* Flor. Deinde *supervacue esset* Gaertn. *supervacua esset* Lov. 2. et Hav. *supervacua fuisset* Ber. Ita etiam variabatur X. 24. § 12. Vide Cortium ad Sall. Catil. c. 51. § 19.

§ 2 *Etiam me tacente*] Depravate expressum ab exscriptoribus est in Pall. tribus *etiam me indigentes.* Gebh. Put. Pet. melior, Men. quatuor Flor. Barberin. tres Pall. Voss. *etiam me indigentes.* Pet. aliter *indignante.* An cessarem rescribere, *etiam me indicente?* ut apud Comicum in Adelphis III. 4. 62. 'Non me indicente hæc fiunt.' Pudet me nonnullius commentorum ejus, qui ausus hanc duram dicere nimis compositionem. Ita est Midæ auribus: nam veteres quidem delicias in ea faciunt. Sic 'insperante atque invito' in Andr. III. 4. 24. sic 'intolerans,' 'inopinans,' 'insciens.' Varroni 'inficientes' ἄεργοι de Re Rust. III. 16. 'Neque ipsæ sunt inficientes, nec non oderunt inertes:' de L. L. IV. 60. 'Et facere verba dicimus, et, qui aliquid agit, non esse inficientem.' Sic 'intritus ab labore' Cæsari pro non trito, de Gall. V. 26. 'Eductis quatuor cohortibus, quæ, præsidio castris relictæ, intritæ ab labore erant:' sic Andinæ membranæ, quibus multa debemus egregia: nec Florent. aliter, et alludunt alii *interritæ* exhi-

bendo. Vulgo *integra* obsidet. 'Indelictum' Accius in Hellenibus: 'qui nisi probum omnia alia indelicta existimant.' Sic 'innotitiam' dixit A. Gellius, si licuisset per corruptores, XVI. 13. 'Simul quia obscura oblitterataque sunt municipiorum jura, quibus uti jam per innotitiam non queunt:' sic duo scripti Petaviani. Vulgo *per ignorantiam*. Idem XIX. 9. 'Labos hic vigiliarum et inquies.' Sed et Guyetus *indicente* judicat indignum Terentiana perspicuitate, et subjicit fatuum *inticente*. At ego ne Ciceronis quidem perspicuitate indignum judico. Apud quem de Finibus l. II. c. 3. 'Eam si varietatem diceres, intelligerem, ut etiam non dicente te intelligo.' Verso cum maxime optimæ fidei membranas, in quibus est *etiam indicente*. Itaque plane credo scripsisse Tullium *ut etiam indicente te intelligo*. Neque *indicente* pro 'non dicente,' majus est monstrum, quam *indictum*, pro 'non dicto.' *J. F. Gron.* *Etiam me indigentes* Lov. 2. 3. 4. Cant. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *et me indigentes* Rec. *non me indigentes* Lov. 1. *etiam me indignantes* Gaertn. Donjatius Gronovio adversatus vulgatum tuetur, partim quia nullum cod. adstipulatorem habet; partim quia, quidquid semel aut iterum ab auctore aliquo usurpatum fuit, non statim aliis auctoribus adfingendum est. Mihi aliter videtur. Nam vulgatum *etiam me tacente* vix tres meorum haud magnæ fidei servant. Reliquorum autem consensus in vulgatissimo *tacente* repudiando aliud ignotius a Livio relictum fuisse indicat, cujus *tacente* interpretatio esse potest. Quam proxime vero ad scripturam illorum Mstorum accedit Gronovii *indicente*, quod facile per *tacente* aliquis exponere potuit. Hanc lectionem eo veriorem puto, quod illam unus meorum Lov. 5. confirmet. *Indictus* autem pro 'non dictus,' quo majus monstrum non esse *indicens* recte Gronov. monuit, aliquoties apud Liv. obcurrit. Ita v. 15. 'Ea se nec, ut indicta sint, revocare posse.' XXIX. 18. 'Non postulamus, ut indicta caussa credatis.' XXXVIII. 33. 'Pollicens illos nihil indicta caussa passuros:' et postea, 'Quia perire caussa indicta nolebat.'

Omnia e republica fide vestra faceretis] Alibi addere solet copulativam. XXV. 7. 'Faceret, quod e republicâ fideque sua duceret.' XXIX. 10. 'Ut e republica fideque sua duceret.' XXXIII. 31. 'Id e republica fideque sua facere, statuere jussi erant.' XXXVIII. 8. 'Quod e re Ætolorum fideque sua esse censerent.' *Jac. Periz.* Lib. VIII. c. 4. 'Ageret diceretque, quæ e republica nominis Latini fideque sua viderentur.' Vide quæ de hac formula notantur apud Briss. de Form. II. 215. Non displicet igitur *e republica fideque vestra*. Jac. Gronov. autem in Diss. Epist. ad Liv. loca quæd. Geogr. ep. II. p. 15. observat in hac parte Liviana copulam *que* contra mentem Livii sæpius a scribis vel additam, vel detractam esse. Si tamen id audacius habebitur, vide an legendum sit *e republica ac fide:* ut illud *ac* ab ultimis vocis præced. literis interceptum sit.

Nec consilia animis reciperetis] Optimi *acciperetis*. Virgilius Æn. III. 250. et x. 104. 'Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.' *J. F. Gron.* Ita et Flor. Lov. 1. 2. et quidam alii. Infra XL. 5. 'Et animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebat.' Insuper *animo* etiam Ber. et Hav. nempe quisque suo. Sed utrumque potest defendi. Vide ad X. 4. § 9. Vulgatum ergo, pro quo et plures et meliores stant codd. servo. Paullo ante *vestris* deerat in Lov. 2.

§ 3 *Si altera parte claudicet respublica*] Non omittendum in optimo et

antiquissimo legi *si altera parte claudet respublica*. Videant eruditi: nam ego, si probare illud me dixerim, vereor, ne mihi veniat aliquis Sesquicastalio observator, qui omnia me clauda et manca reddidisse occentet. Non potest tamen negari, sic Cæcilium dixisse in Epiclero: ‘An ubi vos sitis, ibi consilium claudeat?’ teste Prisciano x. 889. Non Sallustium Hist. l. III. § 25. in oratione Macri, ‘Neque enim ignorantia claudit res.’ Et iterum alibi, ‘Nihil socordia claudebat.’ Sed et Cicero Tuscul. v. 8. ‘Beatam vitam, etiamsi ex aliqua parte clauderet, tamen multo majore parte obtinere nomen suum:’ si fides antiquissimo Fulvii, cui et Scioppius concedit, si quatuor codicibus Gruteri. Plinius, quem nos primi addimus, XVIII. 33. ‘Nec contra septentrionem paveris supra dictum: clodunt ita lippiuntve ab afflatu, et alvo cita pereunt:’ ubi Dalechampius *clodunt*, id est, oculos aperire nequeunt. Unde hæc significatio verbi? Gellius I. 7. ‘At si, explicuit, diceret, imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet:’ sic Lipsius de conjectura, L. Fruterius e membranis: quibus nos addimus suffragantes et regias Parisiis, et quas domi sub oculis habemus. Idem XIII. 19. ‘Ea judicii subtilitate, ut, si aliter dixeris mutaverisque, et aliquid tamen auris habeas, sentias suavitatem sonitus claudere:’ sic edidit Stephanus, et in Mss. deprehendimus ipsi, ubi vulgo *dividere*. Appuleius in Floridis p. 359. ed. Elm. ‘Quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret, ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem:’ sic quidem primus Lipsius, ex codice tamen, neque repugnat Scioppius, et post Colvium omnes admiserunt. Notat ibi Colvius, verbum hoc a Lipsio quoque repositum Livio. Forsan hunc ipsum locum designat. De Deo Socratis p. 52. ‘Ut, ubi dubitatione clauderet, ibi divinatione consisteret:’ ut legitur Florentiæ, et probat Mercerus. Ausonius in ludo Septem Sapientum, Prolog. vs. 31. ‘sed si memoria Rebus vetustis claudit.’ Agnoverunt Vinetus, Lipsius, Scaliger. Symmachus lib. I. ad Ausonium, quæ aliis 27. aliis 33. epistola: ‘Diu scribendi operam protulisti, et vereor, ne forte in nos parentis claudat affectio:’ sic V. C. habere jam prioris Jureti, jam duarum Lectii oræ professæ erant: in altera recepit Juretus: addidit suorum auctoritatem Scioppius. *J. F. Gron.* In Manilii v. 646. pro eo quod ibi vulgo legitur, ‘Engonasi, ingenicla juvenis sub origine constat,’ ex Ms. in quo est *ingenicla laudes*, Is. Vossius ad Catull. p. 302. itidem legit *claudens*, id est, ‘claudicans.’ *Duk.* *Claudiret respublica* Lov. 5. *claudet reip.* Flor. Respicit autem Gronov. hac adnotatione ad Jos. Castalionem, qui, *claudere* pro ‘claudicare’ veteribus in usu non fuisse, evincere conatus est Decade I. Obs. 2. Bentleius etiam eo sensu cæcum et obsoletum vocat, ac dignius quidem Nævio et opicis illis scriptoribus, quam Cicerone, pronunciat ad Cic. Tusc. v. 8. Contra hunc usum multis probavit Voss. in Etymol. L. Lat. in voce ‘Claudus.’ Adde Gronov. ad Gell. I. 7. in fine. Præterea *claudicet respublica malis consiliis: idem malis ac bonis juris et potestatis erit* Ber. *claudicet respublica malis consiliis: idem bonis ac malis viris potestatis erit* Hav. *idem malis consiliis ac bonis viris et prophanatis erit* Lov. 3. *viris*, quod etiam superest in Harl. Hafn. et Gaertn. cum *iuris* sæpe commutari, vidimus ad II. 44. § 5.

§ 4 *Erras enim, L. Paulle, si tibi minus certaminis, &c.*] Vide quam gemina germana sint illa poëtæ Silii VIII. 30. ‘Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella Ductore, invitus vocem hanc e pectore rumpam, Frus-

traris, Paule, Ansoniam: te prœlia dira, Teque hostis castris gravior manet.' *Modius.*

§ 5 *Cum illo in acie tantum*] Ita primus edidit Dan. Heinsius apud Elzevir. Priores, consentientibus omnibus codd. meis, præferunt una voce anctiores *et cum illo in acie tantum.* Gronovius in prima ed. notarum omnem hanc periodum Put. cum Pet. per omnia, in fine etiam cum Men. exhibere testatur hoc modo: *et cum illo in acie tantum, cum hoc omn. locis ac temp. sis certaturus: et adv. Hann. leg. ejus tuis eq. et ped. pugn. tibi sit, Varro dux tuis te mil. sit opp. Adversus Hannibalem,* pro *adversum,* dein *pugnandum tibi sit,* et denique *sit oppugnaturus* servant etiam tantum non omnes codd. et edd. usque ad Moguntinam. Ex his autem *adversus* recepi. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII.

§ 6 *Ominis etiam tibi caussa absit C. Flaminii memoria*] *Omnis* Flor. a m. pr. Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. CXVII. *Hominis* Lov. 1. et Harl. Vide ad Liv. III. 54. § 6. Tum *etiam* deest in Lov. 2. et Ber. a m. pr. Hinc *sit* Lov. 4. *assit* Lov. 3. *adsit* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Vide ad XXIII. 8. § 11. Deinde *consulis Flaminii* Lov. 4. et 5. Vide hoc lib. ad c. 14. § 13. Mox *tunc ille consul* Lov. 4. *tum ille consul* Lov. 5. Ber. Hav. Hearnii N. in margine, et eædem edd. Vide ad hujus lib. c. 17. § 5.

Deinde in petendo consulatu] Vox postrema estne additamentum interpretis? *J. F. Gron.* Cur ita existimemus caussa non est. Vide ad I. 3. § 9. *In petendo consulatum* Lov. 1. 2. et Voss. Vide ad XL. 49. § 1. Flor. exhibebat *priusquam peteret, quos deinde in petendo consulatu.* Verum illud *quos* natum est ex compendio scribendi *cos.* pro *consulatum.* Vide ad IX. 2. § 15.

Priusquam castra videat aut hostem, insanit] Verba *et ad exercitum* perperam a librario ex præcedenti addita videntur; postea *venit* adjectum est sensui explendo. *Videret* est in Lov. 4. *viderit* in Lov. 5.

§ 7 *Procellas, prælia atque acies jactando, inter togatos ciet*] Pall. tres et vet. ed. excluserunt τὸ *jactando.* Amplius Pal. 2. *prælia atque iras inter tog. ciet.* Gebh. *Jactando* etiam deest in Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, ut *prælia atque acies* quasi per exegesin præcedentis *procellas* addatur. Sed optimi constanter eam vocem tuentur. Insuper *prælia atque rixas inter togatos suscitat* Hearnii N. in cujus margine *facit,* pro *suscitat,* adscriptum est. *Inter rogatos* Gaertn. Vide ad IV. 10. § 8.

Quid inter armatam juventutem censes futurum] Multo verius *facturum* legerit aliquis. Nam si *futurum* scripsisset Livius, *quem* aut *qualem,* non *quid,* dixisset. *Sabell.* Sabellici emendationem jam recepit ed. Ven. 1495. Et recte. Ita enim legunt omnes nostri. Vide ad XXXII. 8. § 15. Mox *res verba sequitur* alio ordine Flor. Lov. 3. 5. et Harl.

§ 9 *Nec gloriandi tempus adversus unum est; ut ego*] Corruptum hoc, corruptum. Sed parum in me auxilii. An *adversis civium?* an *adversus hunc?* (Flaminium puta.) *Et* tamen, credo, scripsit, non *ut.* J. F. Gron. Quærit Doujatius utrum per *unum* intelligendus sit Flaminius, quod Gronovio videbatur, an Minucius Fabii ope servatus, an potius Terentius Varro? Tandem *adversus unum* interpretatur erga te unum; ut paullo post, 'Sed ne adversus te quidem,' id est apud te: et c. 40. 'Adversus ea,' pro ad hæc. Pariter locum intellexisse videtur Crevier. qui 'adversus unum' interpretatur coram uno, uno teste. Verum Burm. ad Quinctil. Declam. 330. *adversus vanum est* legendum conjecit, et 'Va-

nus' atque 'unus' sæpe inter se commutari docuit; de quo etiam dixi ad Livii VIII. 27. § 2. Ita intelligendum erit *adversus vanum*, scilicet Varronem: *et* autem pro *ut* jam Frobenius 1531. restituerat; idque per plures sequentes edd. obtinuit, pro quo tandem Paris. 1573. *ut* perperam revocarunt.

Sed ita res habet] Pall. tres, *sed ita res se habet*. Gebh. Pronomen *se* addunt etiam Flor. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et, teste Hearnio, L. 1. N. atque ed. Rom. princeps: præterea ed. Rom. 1472. ac Parm. Ita v. 5. 'Ut nunc res se habet, irati sunt:' ubi vide alia. Sed et vulgatum apud optimos scriptores in usu est. Ter. Ad. III. 3. 10. 'omnem rem modo seni, Quo pacto haberet, enarramus ordine.' Sall. Catil. c. 51. § 20. 'De pœna possumus equidem dicere id, quod res habet.' Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 34. Similis est formula *bene habet*, de qua vide ad VI. 35. § 8. Hic tamen tot codicum consentientium auctoritatem sequor, præsertim quum alibi Livius pronomen illud in hac locutione addiderit, et librarii interdum ejecerint. Exempla vide ad VII. 13. § 7. et XXXVII. 54. § 7.

Una ratio belli gerendi] *Bene gerendi* Hafn. *belligerandi* Ber. Eodem verbo et Livius usus est XXI. 16. 'Cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum.' Sed reliqui codd. nihil mutantes vulgatum verius esse docent. Pariter variant codd. XXIV. 48. § 4. XXV. 38. § 21. Mox perperam *quam ego gessi* Voss. Hafn. Lov. 2. 3. 4. 5. Hearnii N. et edd. ante Ascensium.

§ 10 *Nec eventus modo hoc docet, stultorum iste magister est*] Pal. 1. *nec eventus docet hoc*. Pal. 3. *nec modo eventus doceat hoc*. Hunc locum autem illustravi animadversionibus in Tibull. I. 6. 52. ubi indicavi hunc locum Livii a Claudiano in Eutr. II. 488. esse traductum: 'nec jam revocabile damnum Eventu stolido rerum didicere magistro.' Plutarchus dixit in hoc ipso Fabio p. 181. χρήσασθαι πταίσματι διδάγματι. Aristoph. Προμηθεὺς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. *Gebh.* Pal. primo Gebhardi consentiunt Voss. Lov. quinque, et edd. ante Aldum. *Nec eventus modo docet hoc* Harl. Hav. et Ber. a m. sec. qui *doceat* habet a m. pr. *nec eventus modo edocet hoc* Gaertn. Mox *τὸ est* exsulat a Flor.

Donec res eadem manebunt] Melius *eædem*. Sabell. *Res eædem* etiam Ber. Hav. et plures alii. *Res eodem* Rec. Quum errore operarum Paris. 1573. et Francof. 1578. dedissent *donec eadem manebunt*, Modius postea *eædem res* restituit; quod an in ullo cod. sit, dubito. Flor. legit *sed eadem ratio, quæ fuit ratio futura quæ donec res eadem man. inm. est*: sed *eædem* mutatur a m. sec.

§ 13 *Procul a domo, procul a patria*] Pall. tres *procul ab domo, a patria*. Superius autem Pall. 1. et 2. *in aliena hostili est terra*. Gebh. Si ita scripsit Livius, recte est; sed vetus nemo defendit. Cantabr. tamen et Voss. alterum *procul* abigunt, *procul ab domo, ab patria*. Nec aliter ex Puteanæo Salmasius. Certe sic uno contentus fuit ipse Livius XXV. 6. 'Non solum a patria procul Italiaque, sed ab domo etiam relegati sumus.' Potuit enim illic quoque repetere. *Jac. Gron.* Posterius *procul* non agnoscunt etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. et N. Utrique locutioni suæ insunt Veneres. Lector igitur eligat, quam malit.

Nullæ eum urbes accipiunt] Pal. 2. *excipiunt*. Probe. Silius Ital. VIII. 322. 'non hic domus hospita tecto Invitat patrio, non fidæ mœnibus urbes excipiunt:' *Gebh.* Omnes mei adversantur. Nec caussam video cur vulgatum displicere debeat. Supra XXI. 44. 'Illis timidis et ignavis licet esse, quos suus ager, sua terra, per

tuta ac pacata itinera fugientes, accipient.' Vide ad v. 21. § 3. Mox *capto*, pro *rapto*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. et Hearnii N. in cujus tamen margine est *capto*. Utraque lectione juncta *crapto* præfert Lov. 5. Sæpe has voces commisceri, vidimus ad VI. 28. § 5. Hic nihil mutandum esse, per se patet. Infra cap. seq. 'Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat.'

§ 14 *Quem Iberum amnem trajecit*] Ed. Mog. *quo Iberum amnem traj.* De re tota sic Silius, non vulgatus, sed noster, VIII. 320. 'eget improbus arcto Jam victu Libys, et, belli fervore retuso, Laxa fides socium est,' &c. *Modius.* Pall. 1. ac 2. *qui Iberum amnem.* Pal. 3. *exercitus sui habet, quo Iberum amnem.* Vet. ed. *quo Iberum amnem.* Nihil censeo immutandum. *Gebh.* Scripti *quem Iberum.* Et pervulgatum est hoc Nostro. *J. F. Gron.* Edd. sæpius variarunt. Rom. principem *quem Iberum* præferre, monuit Hearnius. Proximæ, quas vidi, Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. utraque Tarvis. plures Venetæ, et aliæ legunt *quo Iberum.* Ejus loco Aldus deinde *quem Iberum*, et vicissim Gruterus in ultima 1628. *quo Iberum*, Gronov. *quem Iberum* receperunt. Ex scriptis *quæ Iberum* servant Harl. et Gaertn. *quo Iberum* Lov. 3. 4. et Rec. *quam Iberum* Hav. *quem Iberum* reliqui omnes; quod recte Gronov. et Gebhard. probarunt. Vide ad II. 11. § 2.

Plures fames, quam ferrum, absumsit] Pal. 2. *bellum.* Gebh. Voces *bellum* et *ferrum*, quod reliqui codd. tuentur, etiam alibi a librariis commutantur. Exemplum vide apud Nic. Heins. ad Silii XIV. 559. Dubium non est, quin locutio 'absumtus bello,' quum apud alios, tum etiam apud Livium, sæpius obcurrat: at similiter etiam 'ferro absumtus' est XXX. 6. 'Quos non oppresserat ignis, ferro absumti.' Præstat igitur ut, uno cod. repudiato, plures sequamur. Iisdem vocibus servatis, in forma tamen locutionis variat Flor. exhibens *plures fame, quam ferro absumsit*; quasi referendum sit ad Hannibalem. Sed neque hoc placet. Supra II. 42. 'Plus tamen hostium fuga, quam prœlium, absumsit.' XXXI. 7. 'Quos Punicum postea bellum absumsit:' et alibi.

Nec his paucis jam victum subpeditat] Pall. 2. et 3. *jam victus suppeditat.* Gebh. Cogitabam *victus*, quod inveni postea in Voss. Gud. Mureti libris. Et sæpe sic Livius. *J. F. Gron.* Ita etiam est in multis meis, et in Hearnii N. et D. Supra VIII. 13. 'Materia crescendi per summam gloriam subpeditat:' ubi alia vide. *Nec paucis is jam victum suppedia* erat in Flor.

§ 15 *Dubitas ergo, quin eum sedendo superaturi simus*] In Pal. 2. animadverti alium ordinem: *quin sedendo superaturi simus eum.* Gebh. Idem est ordo in Flor. Atque ita Gronov. 1665. edidit. *Quin sedendo eum superaturi simus*, alio iterum ordine, legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Ber.

§ 16 *Quamdiu pro Geryonis, castelli Apuliæ inopis, tanquam pro Karthaginis mœnibus: sed ne adversus*] Petrarcha addidit *pugnatum est*, ut esset *tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum est.* Vos addidistis *pugnabimus.* Ego *sed* muto in *sedet*: ut sit *tanquam pro Carthaginis mœnibus sedet.* Valla. Vet. lib. *Gerioni*; ut vere ita legendum esse videatur, quia Polybius Γερούνιον edit. *Sigon.* Quam lectionem Petrarchæ adscribit Valla, reperi in Pal. 2. atque ed. Andr. in Pall. reliquis duobus *pugnatum est* desideratur. Cæterum omnes libri *Gerioni.* Gebh. Postrema *pugnatum est* a Petrarcha esse addita, testis locuples L. Valla: neque ego id usquam in antiquioribus inveni. Ita autem intelligebam veterem scripturam, ut esset ἀποσιώπησις modesta in mentione ejus rei, quæ ad laudem Fabii proprie pertinebat. Nempe silet 'eum tenui,

maceravi.' Præsertim cum subsequatur 'sed ne adversus te quidem ego gloriabor.' Sic apud Silium VII. 247. idem Fabius: 'quin inter cætera nostra Haud laude abfuerit, modo qui . . . sed parcere dictis Sit melius.' Nisi malis *tanquam pro Carthaginis mænibus, sedet. Ne adversus.* Illud quoque notandum, hic omnes et alibi fere semper antiquissimos *Gerioni* et *Gerionum*, vel *Gerionium*, non *Gerionis* et *Gerionem* præferre. *J. F. Gron.* *Pugnatum est* non nisi in Gaertn. et Recan. inveni: *pugnabimus* Hearnius in L. 1. Ejus loco *pugnat* legit Lov. 5. *instat* Ber. et Hav. Reliqui omnes mei cum Hearnii N. et D. integram illam vocem omittunt. Vallæ et Gronovii vestigiis insistens Ant. Perizon. ad oram exemplaris sui legendum conjecit *tamquam pro Karth. mænibus, sedet. Sed ne adversus.* Ceterum *Gerioni* est in Voss. Lov. 1. Harl. Hafn. et Rec. *Gereoni* in Gaertn. *Gerini* in Flor. *Geronii* vel *Gerunii* legendum esse Gronovius monuit hoc lib. ad c. 23. § 9.

Sed ne adversus te quidem ego gloriabor] Placet mihi admodum Pal. 2. scriptura, *Sed ne adversus te quid de me ego glor.* Paulo superius hoc cap. 'Nec gloriandi tempus adversus unum est, ut ego contemnendo potius, quam appetendo gloriam, modum excesserim.' *Gebh.* *Sed ne adversus te quid de me gloriandi* Flor. quod Salvin. adposito signo se probare indicavit. Tò *ego* deest etiam in Gaertn.

§ 17 *Cn. Servilius atque Atilius*] Vet. lib. *atque M. Atilius.* Sigon. Forte *et M. Atilius.* J. F. Gron. *P. Servilius* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. D. N. et edd. usque ad Moguntinam: quem tamen *Cnæi* prænomine adpellat XXI. 57. Sequenti consuli unus Hav. *Marci* prænomen tribuit: quod viri docti probarunt; forte ad id permoti, quod indecens ac præter morem Livii videretur, si, alterius prænomine addito, alterius omitteretur. Vide ad IV. 49. § 1. Mox pronomen *sibi* deerat in omnibus ante Aldum editis. Ejus loco *tibi* scribendum conjicit Donjatius, quod unius Lov. 3. auctoritas firmat.

§ 18 *Idem enim tui, quod hostium milites, volent*] *Idem enim cives* Hearnii N. Tum *quod hostis milites* Hav. *quod hostes* Hearnii N. in margine. Deinde *volunt*, et mox *cupit* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et edd. usque ad Aldum. *Cupit* etiam Voss. Præterea *id Varro consul*, pro *idem*, Lov. 2. Vide ad X. 10. § 6. Tandem *unus resistat* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. a m. pr. et edd. vett. qui non animadverterunt, *unus resistas*, quod primus Froben. 1531. revocavit, et reliqui codd. servant, poni pro 'tu unus resistas.' Vide ad XXXII. 21. § 16.

Moverit a veritate. Laborare nimis sæpe aiunt, exstingui numquam. Gloriam qui spreverit] Vos vero, nihil intellecta scriptura, sic emendatis: *Veritatem lab. nimis sæpe aiunt, ext. nunquam.* Ego sic legendum censeo: *neque tua falsa infamia mov. a veritate. Lab. nimis jus sæpe aiunt, ext. nunquam.* Est autem etiam hac ætate tritum hoc vulgi sermone proverbium, ut pinguioribus verbis efferam. 'Ægrotat quidem ratio,' sive 'jus,' 'aliquando, sed nunquam moritur.' *Valla.* Quidam ita sententiam extulerunt, *Jus laborat, non extinguitur.* Quidam autem ita: *Jus aiunt*, id est, fas, *laborare a veritate. At non est jus unquam extingui.* Neutri autem satis explicant quo ista adverbia, *nimis* et *sæpe*, referenda, quod simul explicatum oportuit. Ego sane obscuram fateor sententiam. D. Erasmus in adagio *Tempus omnia revelat*, *laborari* legit. Valla *a veritate* prioribus connectit, non posterioribus: et paulo post *Nec ego ut nihil agatur*, legit *nec eo*. Glar. Vox *jus* non est in vet. lib. hoc sensu: tritum illud proverbium est, 'Ho-

minem veritatis caussa nimis sæpe laborare, numquam vero extingui.' Hæc autem vox *jus* ex ingenio a Valla allata est. *Sigon.* *A veritate laborare nimis jus sæpe aiunt* Valla. At prima ed. *moverit a virtute. Laborare nimis jus sæpe aiunt, &c.* Contra Pall. quorum 1. *moverit, duritate labore nimis id sæpe aiunt, exstingui nunquam.* Pal. 2. *moverit a veritate laborare nimis his sæpe, &c.* Pal. 3. *moverit. Veritatem laborare nimis sæpe aiunt, exstingui nunquam:* quam scripturam amplecterer pro veriori, si ei accederet firmamentum alterius adhuc Ms. Sigonius reposuit vulgatam, ejecta voce *jus:* sed scire debebat 'veritatem' hic notare æquitatem et justitiam. Videatur Brissonii Lexicon Juridicum, voce 'Verum.' *Grut.* *Moverit a veritate. Laborare nimis jus sæpe aiunt, exstingui numquam* legi in Camp. ed. Gruteri indicio consignavi in animadversionibus ad Tibullum El. I. 6. 52. Est autem illa lectio L. Vallæ, quam videtur quoque approbasse Loritus. Sigonius autem in vet. lib. τὸ *jus* abesse scribit, atque ex ingenio a Valla adjectum. Pal. 1. mire hic vitiosus est, *moverit: duritate laborare nimis id sæpe aiunt.* Pal. 2. *neque te tua infamia moverit. Veritatem laborare nimis sæpe aiunt:* quam lectionem in quodam vet. lib. inventam prodidit Muretus Var. Lect. VIII. 20. Pal. 3. *moverit a veritate laborare nimis hic sæpe aiunt.* Ego in tanta varietate nihil deprehendo, quod delicatiori palato possit allubescere, nisi forte alicujus momenti existimanda sit lectio vet. ed. quam fateor mihi non displicere, utpote sensui aptissimam et apertissimam: *Ni neque te coll. vana gloria, neque tua falsa inf. moverit a virtute.' Laborare nimis jus sæpe aiunt, extingui nunquam.* Gebh. Put. Pet. et quisque antiquior *laborare nimisissæpe.* Scribe, *Veritatem laborare nimis sæpe aiunt, extingui nunquam. Gloriam qui spreverit, veram habebit.* Sic conjecit olim Muretus, idque postea in scripto reperit: sic prorsus et unus e Pall. Sed *Gloriam vanam* frustra Muretus Var. VIII. 20. Hieronymus dial. adversus Pelagianos: 'Cum dixeris quæ volueris, audies quæ nequaquam velis. Veritas enim laborare potest, vinci non potest.' *J. F. Gron.* Mureti emendationem valere jubet, et in vulgata scriptura elegantissimum hunc sensum esse, dicit Scipio Gentilis ad Apuleii Apolog. num. 6. jus veritatis probatione et luce destitui, quemadmodum Paullus JCtus dicit 'non jus, sed probatio deficit.' Sed hic nihil loci est juri; nam de fama, rumoribus, vana gloria, et falsa infamia sermo est. Barthius tamen Adv. XXV. 5. *a veritate* exponens 'quoad veritatem,' hoc eadem, qua Gentilis, significatione videtur accepisse. *Duk.* *Moverit a veritate laborare nimis is sæpe* Flor. a m. pr. *nimis jus sæpe* a m. sec. quemadmodum etiam præferunt Hearnii Oxon. *Moverit a veritate. Laborare nimis sæpe aiunt* Cant. Lov. 1. Harl. et Rec. neque differunt Voss. Lov. 2. 3. 4. Hafn. et Gaertn. nisi quod *nimis his, nimis iis,* vel *nimis hos* inserant, et postremus insuper *labore* legat. *Moverit a veritate. Lab. nimis sæpe aiunt, exst. numquam gloriam* Hav. *moverint a veritate. Lab. nimis his sæpe aiunt, exst. numquam gloriam* Ber. *moverit a veritate lab. animos sæpe aiunt, exst. numquam* Lov. 5. Sed Gronov. adsentior. Eidem etiam adsensus Crevier. *laborare* exponit 'defectum,' 'deliquium pati:' eodemque sensu 'lunæque labores' accipit apud Virgil. Georg. II. 478. Inlustrat autem hunc sensum ejus verbi ex eo quod sequitur *exstingui numquam.*

§ 19 *Gloriam qui spreverit, veram habebit*] Muretus probat *Gloriam vanam qui spreverit.* Falso: nam τὸ *vanam* irrepsit a liberalitate glossatorum. *Gebh.* *Exstingui numquam gloriam: quam qui spreverit* Ber. et Hav. In cod. qui similiter præferebat, Mu-

retus incidit. Eaque scriptura ipsi ansam dedit *Gloriam falsam* conjiciendi, quod recte etiam Gronovio displicuit. *Falsam*, pro *Gloriam*, legebat Lov. 3. *sprevit* Gaertn. et ed. Mediol. 1480.

§ 20 *Tardum pro considerato*] *Pro providente* Hearnii N. in margine. Sed male. Nam, ut Burm. monuit ad Quinct. Decl. I. 2. 'consideratus' obponitur inpetui, et notat id quod lente et post cogitationem longam fit. Hanc autem virtutem a proximo vitio 'tarditatem' vocabant, qui bellum primo quoque tempore finiendum clamabant. Mox *vocare*, pro *vocent*, Voss. et Lov. 1.

§ 21 *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem te ratio ducat*] Petrarcha, videns hoc in loco deesse verbum, addidit *moneo*, sic: *Nec ego, ut nihil agatur, moneo.* Sed hæc additio supervacua est, tantumque mutandum *ego* in *eo*, quod significat in eum finem. *Valla.* Vox una *moneo* ex vet. lib. repetenda est ita: *Nec ego, ut nihil agatur, moneo, sed ut agentem.* Sigon. Reperi in Pal. 3. *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem ratio inducat, non fortuna.* Solumque id *moneo* tuetur auctoritas Pal. 2. *Gebh.* Put. *Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna væ tuæ potestatis.* Sic plane ille, excluso τῷ *moneo*, quod nec Pet. Men. duo Pall. Voss. aliique admittunt: immo nec edd. ante Sigonium. Recte, modo pergas, quo manuducit liber antiquissimus *non fortuna velim: tuæ potestatis.* J. F. Gron. Illud *moneo* exsulat præterea a Lov. 2. 4. Flor. Harl. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Inlaudabilis neglegentiæ, qua in Livio versatus est, hic iterum specimen edidit Doujatius, lectori persuadens, certissimam Gronovii conjecturam, quam unice veram puto, in antiquissimo cod. nempe Puteaneo, conspici. Mox *tutaque omnia*, pro *tuaque*, Flor. Vide ad IX. 23. § 11. Deinde *ne occasionem*, pro *neque suam occasionem*, Lov. 3.

CAP. XL. § 1 *Magis fatentis, ea, quæ diceret, vera, quam facilia factu, esse*] Pall. duo *quam facilia actu esse.* Gebh. *Actu* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldinam. 'Agere' et 'facere' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad VIII. 17. § 11. et sic etiam 'actus' et 'factus.' Vide ad VI. 28. § 2.

§ 2 *Quid consilii adversus collegam seditiosum ac temerarium virum*] Vett. libb. non *virum* habent, sed *virium*. Florebellus ingeniose pro *consilii*, *consuli* reponit: recte utrumque: argumentatur enim, si Minucius magister equitum dictatori Fabio gravis fuit, quas vires et auctoritatem habebit Paulus consul adversus collegam suum Varronem? *Sigon.* Id ego non probo. Nam si consulum par potestas, quibus ergo alter erga alterum viribus utetur? Vult dicere hoc Livius, dictatori fuisse intolerabilem magistrum equitum, qui tamen virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere debebat, multo minus consilio atque auctoritate adversus parem aliquid profectum iri. *Gebh.* Omnes mei, aut certe eorum longe plurimi, lectionem, quæ ante Sigonium exstitit, probant; 'consul' et 'consilium' alibi quoque in Mss. permutantur. Vide ad XXXVI. 35. § 8. 'Virum' etiam et 'virium.' Vide ad II. 1. § 10. Florebelli emendatio, quam Gronov. recepit, illi demum editioni notarum Sigonii, quæ post ejus mortem a. 1592. Venetiis apud Aldum prodiit, inserta est. In prioribus edd. Sigonius vet. lib. lectionem probabat, jungens *quid consilii, virium, atque auctoritatis.* Florebelli conjectura haud temere spernenda est. Gebbardus autem, qui eam hoc prætextu improbavit, quod consul erga consulem, parem potestatem, 'viribus' uti haud possit, non animad-

vertit similiter alterum erga alterum nulla 'auctoritate' uti potuisse. Et hoc erat, quod Æmilius dicebat, consuli adversus collegam nihil virium atque auctoritatis esse, quia pari potestate erant.

§ 3 *Optare, ut omnia prospere evenirent*] *Pro spe evenirent* Ber. de quo errore vide ad XXVIII. 24. § 3. *Prospere venirent* Voss. Lov. 3. Harl. et Hav. Vide ad IX. 12. § 1. Non aliter etiam erat in Flor. a m. pr. ubi *prospera evenirent* deinde substitutum est, quod et in Lov. 4. obvium fuit. Utrumque probe dici, vidimus ad XXI. 21. § 9. Paullo ante *semiustum* exsulat a Ber. ejus loco *se inustum effugisse* legunt Lov. 1. 4. et Hav. *se injustum effugisse* Lov. 5. *se semustum* Gaertn. et Flor. quod Salvinius addito signo sibi non displicere indicavit. Eodem modo idem Flor. scribit XXVI. 27. § 13. Vide ad XXVII. 1. § 15.

At, si quid adversi caderet] Pall. tres *caperet*. Perperam, ut reor. Infra c. 45. 'Si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exsortem, omnis tamen eventus participem fore.' *Gebh.* *Caperet* itidem Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. et Hav. *caperent* Gaertn. In hunc errorem tot codd. etiam quosdam optimos consensisse, vehementer miror. Liv. XXXVI. 34. 'Quæ tum maxime acciderant, casura præmonens.' XXXVIII. 46. 'Admonente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset.' Cic. pro Mil. c. 30. 'Si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset.' Suet. Tib. c. 14. 'Durius et contra prædicta cadentibus rebus.' Mox *suffragio*, pro *suffragiis*, Lov. 4. et 5.

§ 4 *Plebeium consulem sua plebes prosecuta, turba, quam dignitate, conspectior*] Repræsentant Pall. tres *sua plebs prosecuta, turba conspectior, cum dignitates deessent*. Gebh. Ita et Lov. 2. Harl. Gaertn. Hafn. et Rec. *sua plebe prosecuta turba conspectior quum dignitates deessent* in Put. utroque Pet. Men. tribus Pall. et Voss. esse, Gronov. in prima ed. notarum monuit. Neque aliter est in Flor. et Lov. 1. Consentiunt etiam Lov. 3. et 4. nisi quod in illo *quam dignitates*, in hoc *secuta* legatur. *Sua plebe secuta turba conspectior* Lov. 5. *sua plebs prosecuta, turba conspectior, quam dignitate* Ber. *sua plebes prosecuta turba, quum dignitates deessent* Hearnii L. 1. et N. Sed receptum verissimum est, quod servat Hav.

§ 5 *Ut nova minora essent propius Hannibali*] Put. et Pet. *Annibalem*. Probe. Ut IV. 17. 'Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum conscientia tanti sceleris voluisse.' Lib. XXIII. cap. 12. 'Quo propius spem belli perficiendi sit.' XXIV. 41. 'Cessere inde Romani propius pacata loca.' XXVI. 37. 'Ipsæ quoque Hispaniæ quo propius spem venerant.' XXXIII. 9. 'Media acies, quæ propior dextrum cornu erat.' *J. F. Gron.* Quem etiam vide in priori ed. not. ad Liv. VIII. 32. *Prope Hannibale* est in Gaertn. *propius Hannibale* in Flor. ubi ultima litera *m* intercepta est a voce seq. *in*. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Propius Hannibalem* Voss. et Hearnii Oxon. Vide ad II. 41. § 11. Mox *robur virorum* edidit Ascens. Sed Aldus *virium* revocavit. Utrumque in usu est Livio. Et quidem 'robora virorum' obcurrit XXII. 6. XXIII. 18. XXXVII. 42. 'robora virium' XXVII. 46. XXXIII. 4. aliisque locis. Quum igitur posterius illud in omnibus Mss. supersit; id etiam quin præferendum sit, nullus dubito.

§ 6 *Tum anni prioris consulem*] Uterque idem, *tum consultum anni prioris M. Atilium*, statimque *Geminum Servilium*, non *Cnæum*. Scribe: *tum consulum anni prioris, M. Atilium et. exc. Romam miserunt, Gem. Serv in min. castris.* J. F. Gron. *Consul-*

tum anni prioris, omissa vocula *tum*, ex Put. laudat Crevier. Et ita est in Flor. a m. pr. pro quo mox factum *consulem anni prioris*. Sed *consulem tum anni prioris* Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. et Hav. *consulum tum anni prioris* Lov. 5. Harl. et Gaertn. *tum consulum anni prioris* Lov. 1. Supra IX. 27. 'Consulum Sulpicius in dextro, Pœtelius in lævo cornu consistunt:' ubi alia vide. XXIII. 29. 'Equitum Numidas Pœnorum peditibus, ceteros Afris pro cornibus obponit.' Adde Gronov. ad Liv. XXX. 41. § 1. Sed vocula *tum* non opus hic esse censet Crevier.

M. Atilium] Errorem Polybii, qui III. 116. eum ad Cannas cecidisse scribit, notat Perizon. Animadv. Hist. c. 1. p. 35. *Duk.*

Cn. Servilium] Pall. 1. ac 3. *Geminum Servilium*. Sic c. 45. 'Gemino Servilio media pugna tuenda datur.' *Gebh.* *Geminum Servilium* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. pluresque reliqui. Accedunt priscæ edd. *Geminium Servilium* exhibentes, pro quo Mogunt. *Cn. Servilium* dedit. Supra hoc lib. c. 32. 'Consules Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto:' ubi etiam olim *Cn. Servilius* edebatur. Duplicem caussam loco huic corrumpendo librarii habuisse potuerunt: alteram, quod Servilio prænomen addendum crederent, quo collega ejus ornabatur: verum ea de re jam dictum est ad IV. 49. § 1. alteram, quod cognomen nomini gentilitio haud recte præponi putarent. De eo quoque videbimus ad XXX. 1. § 9. Mox *legionibus Romanis* Lov. 3. Tum *sociorum peditum* Voss. et Lov. 1. 2. ac 3. Male. Vide ad XXI. 17. § 2.

§ 7 *Adventu consulum mire gaudere*] *Adventum* Flor. Vide Sanct. in Min. III. 3. hac voce. At contra Livius V. 21. 'Hæc ad ostentationem scenæ gaudentis miraculis aptiora.' Tum *mire gaudebat* Ber. *mire gaudere cœpit* Hav. et Hearnii N. a m. sec. Sæpè ita erraruat librarii, qui orationes infinitas, Livio usitatissimas, ferre non potuerunt. Vide ad I. 50. § 5.

§ 8 *Ne, unde raperet, quidem quidquam reliqui erat*] Vox *quidem* exsulat a Lov. 1.. Sed vide ad XLIV. 36. § 9. Deinde *quidquam reliquerat* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Mogunt. Vide ad XXIII. 29. § 16. *Quidquam reliqui erat*, ut XXXII. 18. 'Nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit.' Vide ad XXXII. 37. § 5. Ita 'nihil reliqui.' Vide ad XXXVI. 7. § 6. Mox *evecto*, pro *convecto*, vel *ēvecto*, Lov. 2. Vide ad IV. 24. § 4. VII. 25. § 4. X. 32. § 6. ad Epit. Liv. lib. XVII. et alibi.

§ 9 *Si maturitas temporum exspectata foret*] Vet. lib. *temporis*. Sigon. *Temporum* omnes mei constanter servant, nisi quod *tempore* sit in Rec. Vide Gronov. ad Liv. I. 56. § 8. Paullo ante *ab inopia* Hafn. de qua locutione vide ad XXVI. 1. § 3. Uni tamen testi credere temerarium est.

CAP. XLI. § 1 *Temeritati consulis ac præpropero ingenio*] Pal. 1. *prospero*. Pal. 2. *propero*. Pal. 3. *proprio*. Vera est lectio, quam vet. ed. quoque propugnat *præpropero ingenio*. Infra XXVII. 35. 'Toto eo bello damnosa, præpropera, ac fervida ingenia imperatorum fuisse.' *Gebh.* *Prospero* Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Voss. a m. pr. *propero* a m. sec. quod etiam servant Lov. 3. Gaertn. et Hearnii N. *aspero* Lov. 4. *perpropero* Ber. Sed nihil mutandum. Vide hoc lib. ad c. 19. § 10.

Procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum] Pal. 2. *proc. mil., quam ex præp. imp., aut injussu*. Gebh. *Aut injussu imp.* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *aut etiam jussu imp.* Lov. 4.

§ 2 *Ad mille et septingentos cæsi*] Alii numeris: sed integre Gud. *ad mille et septingenti cæsi*. J. F. Gron.

*Ad MDCC*ti Lov. 3. *ad M. et CC*ti Ber. *ad mille septingenti casi* Hav. Vide ad x. 17. § 8. *Ad M. et CC. cæsis* pleræque edd. principes, ut uno ambitu oratio contineatur, et hæc præcedentibus jungantur. At nullus codex huic lectioni favet.

Metu insidiarum obstitit] Pall. 1. ac 3. *abstitit:* quibus adsentitur vet. ed. *Gebh.* Ita et Flor. ac Voss. ambo a m. pr. Harl. Rec. Hav. et editi antiquiores. Vide ad ix. 34. § 2. *Absistit* Gaertn.

§ 3 *Nam alternis imperitabant*] Pal. 2. *alternis imp. vicibus.* Pal. 3. *imperabant.* Gebh. Sic c. 45. et Polyb. III. 110. Διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους. Ex his locis Dodwell. in Prælect. Camden. p. 668. putat confici, eo tempore consules non solum in castris, verum etiam in Urbe, alternis diebus fasces habuisse. Bene ei respondit Wesseling. Probabilium c. 39. *Duk. Imperabant* Lov. 4. 5. Sed vide ad xxi. 1. § 3. Quod autem unus Gebhardi *alternis imperitabant vicibus* præferat, ab librario profluxit, qui ellipsin ita supplere voluit. Sed vide ad iv. 53. § 11. *Alterius* perperam est in Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 27. § 6. Mox *cessatum fuisset* Lov. 4. 5. et Hav. *cessatum esset* Ber.

§ 5 *Et omnia ei hostium, haud secus quam sua, nota erant*] Repetunt Pall. 2. ac 3. *quam sua omnia nota erant.* Pal. 1. vero paullo melius, *et omnium ei hostium haud secus quam sua omnia nota erant.* Gebh. *Haud secus quam omnia* Harl. *haud secus quam sua omnia* Rec. *et omnium ei hostium haud secus quam sua omnia nota erant* Lov. 4. et Gaertn. consentit Lov. 5. nisi quod addat *quam sua omnia consilia.* Consentit etiam Lov. 2. nisi quod transponat *quam omnia sua.* Totus § 5. *et omnia ei &c. in exercitu esse* deest in edd. antiqq. usque ad Ascens. 1513. Etiam § præc. *maxime* exsulabat a vett. edd. quod primus addidit Aldus.

§ 6 *Locum et tempus insidiis aptum se habere ratus*] Habetur in Pal. 3. *Itaque locum et tempus ins. esse ratus.* Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *hinc*, pro *habere*, sit in Hav.

Nihil præter arma ferentes secum milites ducens] *Nihil secum præter arma fer. mil. ducit* Ber. *ducit* etiam Hav. sed ea vox deficit in Flor. Lovel. quinque, et Harl. Præterea *secum ferentes*, vel *ferentis*, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. cum edd. ante Aldum. Mox *fortunæ publicæ et privatæ* Ber. Tum *reliquit* Lov. 2. 4. Gaertn. et eædem edd.

§ 7 *Inpedimenta per cornua in medium agmen traducit*] Pal. 3. *per cornu in medium agmen producit.* Gebh. Hoc fecerunt ex prima scriptura *per cornuallem medium:* ita enim Put. Ceterum hic nulli usui ista *cornua.* Scribe *impedimenta per convallem, medium agmen, traducit.* Ipsa impedimenta per epexegesin dicuntur *agmen medium.* Sic ix. 40. ' Dextrum cornu sacratos more Samnitium milites.' Et cap. eodem, ' Dextrum cornu, dictatoris acies, alienam pugnam sequetur ?' xxviii. 14. ' Medias acies, Romanum Pœnumque, quos inter causa belli esset.' xxix. 25. ' Lævum cornu, totidem rostratas :' ubi etiam vulgo vitiatum. xxxix. 31. ' Acerrime media acies, duæ fortissimæ legiones, dimicabant.' xlii. 59. ' In dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt.' *J. F. Gron. Per cornua in medium agmen*, quod demum vidi in ed. Mog. superest tantum in Flor. et Lov. 5. *per cornu in medium agmen*, quod est in edd. prioribus, servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. *per cornu in mediam aciem ducit* Ber. *pecorum in medium traducit agmen* Harl. *per comu in medium agmen traducit* Cant. *impedimenta per cornuum medium agmina traducit* Colb. major apud Doujat. qui inde, una tantum litera mutata, legendum censet *impedimenta per cornuum medium agmine traducit.* Ut

sensus sit, trans proximos montes læva equites, dextra pedites conditos fuisse; per eorum autem equitum ac peditum, qui quasi duo cornua erant, medium traducta esse impedimenta: interpretatio enim, quam ipse dedit, ex Livii verbis exsculpi nequit. Præfero tamen Gronovii emendationem, quæ ex optimi Put. lectione, unica tantum litera expuncta, emergit. Ea tamen magis placeret, si voces ex fide codd. trajicere, ac legere liceret *impedimenta, medium agmen, per convallem traducit*. De simili epexegesi vide ipsum ad XXIX. 25. § 10. et XXX. 8. § 6. et quæ dicentur ad XXV. 34. § 10.

§ 9 *Dum ipse longius spatium fuga præriperet*] Lege *præciperet*, ex Pall. Mss. et vet. ed. Pal. 2. *dum ipsi longius spatium præciperent* alludit ad veram lectionem. Liv. III. 46. XXX. 8. XXXI. 39. *Gebh.* Libri scripti *præciperet*. III. 46. 'Sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuncii.' XXX. 8. 'Aliquantum ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal præceperunt.' XXXI. 39. 'Diei insequentis pars ad præcipiendum iter Philippo data est.' *J. F. Gron.* Flor. Cant. et plerique mei cum Hearnii Oxon. et edd. Rom. 1472. Parm. atque Tarvis. utraque, itidem legunt *præciperet*. Infra XXXII. 16. 'Jussis ceteris maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræeum præcepit.' XXXVI. 19. 'Aliquantum viæ præceperat rex.' Et ita hoc loco legendum esse, monuerunt Pierius ad Virg. Æn. X. 277. et Nic. Heinsius ad Val. Flacc. IV. 751. ubi verbum 'præcipere' pluribus inlustrarunt, et passim cum τῷ 'præripere' commutari docuerunt. Exempla alia vide ad III. 46. § 7. VI. 5. § 4. c. 26. § 2. et in notis ad Silii IV. 804. Similiter etiam 'rapere' et 'capere.' Vide ad VI. 23. § 5.

Tenere in locis consules voluisse] Annon *tenere iis locis?* XXIII. 32. 'Locisque iis præsidio esset.' *Jac. Gron.* Fortassis non necessaria est emendatio: *in locis* potest esse, in locis in quibus erant, id est, in castris. Vide quæ Burmann. ad Suet. Aug. c. 49. adnotavit. *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod alio ordine *in locis tenere* præferant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum. Si Gronov. secutus *tenere iis locis* sine præpositione legas, vide quæ notantur ad III. 2. § 1. si vero vulgatum *tenere in locis* malis, consule quæ dicta sunt ad VIII. 28. § 8.

CAP. XLII. § 2 *Concursus fit ad prætoria consulum, nuncientium*] *Nunciatum* Lov. 2. Hafn. et Rec. *nunciatumque* Ber. et Hav. Mox *castra relinquerent* Lov. 3.

§ 4 *M. Statilium præfectum cum turma Lucanorum exploratum misit*] Pal. 1. *Marium Statilium*. Pal. 2. *Manium Statilium*. Deinde Pal. 3. *cum turma Lucana*. Gebh. Scribe cum optimis, *Marium Statilium cum turma Lucana*. Aurel. Vict. Vir. Inlustr. c. 43. in Fabio: 'Marium Statilium transfugere ad hostes volentem:' sic enim Mss. non *Manlium*. *Turma Lucana*, ut X. 33. 'Cohortes duas, Lucanam Suessanamque.' XLIV. 40. 'Duæ turmæ equitum, Placentina et Æsernina.' Florus I. 18. 'Frontanæ turmæ præfectus.' *J. F. Gron.* *Marium Statilium* etiam Flor. et optimi plerique, ac multi alii. Vide etiam Gronov. pr. ed. notarum ad XXXII. 2. Ita 'Marius Blosius' memoratur XXIII. 7. 'Marius Alfius' XXIII. 35. 'Marius Egnatius' in Epit. Liv. lib. LXXV. apud Vell. Pat. II. 16. et App. Alex. Bell. Civ. I. 375. Quæ apud Romanos nomina gentilitia erant, interdum prænominum vicem apud alios Italiæ populos obtinuisse, sæpius dictum est. Vide ad I. 49. § 7. et XXIII. 7. § 4. Tum *turma Luc. equitum* Ber. *turma Lucane* Voss. et Lov. 5. quorum prior inter versus *Lucanum* adscriptum habet. *Turma Lucana* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl.

Hafn. Rec. et Gaertn. Ita 'cohortes Cumanæ' III. 14. 'cohors Peligna' XXV. 4. 'cohors Placentina' XLI. 1. 'Duæ cohortes Marrucina et Peligna' XLIV. 40. 'tres cohortes Firmana, Vestina, Cremonensis' ibid. Præterea *mittit*, pro *misit*, edidit Gronov. quod firmat Flor.

§ 5 *Subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse*] *Ceteris jubet, ipse* Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *Ceteris jubet, et ipse* Voss. Sed vide ad XXVII. 24. § 3.

§ 6 *Ignes in parte castrorum, quæ vergat in hostem, relictos*] Pall. tres *vergant*. Inde forte legendum *qua vergant in hostem*. Gebh. *Quæ vergant* etiam Flor. Lov. 1. Harl. Ber. Hav. et edd. Aldina vetustiores. *Quæ vergunt* Gaertn. *quæ vergerat* Lov. 1. *quæ vergeret* Lov. 4. et 5. Tum *ad hostem* Flor. *ad hostes* Lov. 3,

Argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum ad prædam, vidisse] Sisenna Histor. IV. de hac re ita, si quid doctissimo cuidam viro credimus, scripserat, 'Profuse atque abunde sparsa vasa, magnum pondus auri argentique.' *Modius*. Est a stilo grammatici alicujus verbum *vidisse*: auctor certe non panxit. *Grut*. Expressum habent tres Pall. *temere per vias objectum*, ejecto τῷ *velut*. Gebh. Eamdem vocem non admittunt Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Aldum. Ejus loco *vel* præfert Flor. Præterea *quibusdam in locis* legunt eædem edd.

§ 7 *Quæ ad detinendos a cupiditate animos*] Liber optimus *deterendos*; et supra τὸ *r* pictum inter versus *n*. Inde Pet. *detenendos*, et cæteri quod vulgatur. Sed verum est *deterrendos*. J. F. Gron. *Detenendos* etiam Flor. 'detinere a cupiditate' vix admitti posse videtur. Saltem dedissent *retinendos*, quomodo 'retinere a fuga' dixit Liv. l. X. c. 41. Sed verius est quod Gronov. restituit, *deterrendos*. Ita 'deterrere ab auxilio ferendo' XL. 47. 'deterrere a consilio' III. 42. ubi unus cod. similiter errans *detinere* præfert. Ita et commutantur 'terrere' et 'tenere;' (vide ad XXIII. 1. § 10.) 'deterritus' et 'detentus;' (vide ad VI. 38. § 10.) Error hic inde ortus est, quod literæ *rr* coaluerint in *n*. Vide ad IV. 10. § 9. Mox *ea magis accenderunt*, addita media voce, Ber.

Et, clamore sublato a militibus, nisi signum detur] Pal. 2. *clamore suborto*. Probo vulgatam lectionem. Infra c. 60. 'Extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus.' Dein Pall. 1. et 3. *ni signum detur*. Gebh. Optimi *et clamore orto a mil., ni signum detur*. J. F. Gronov. 'Tollere clamorem' etiam alibi Livio usitatam locutionem esse, agnosco. Vide hoc lib. c. 47. § 1. Hic tamen *clamore orto* præfert, optimis consentiens, Flor. cujus vulgatum videtur glossema esse. 'Clamor a millitibus ortus' dictum, ut XXIV. 30. 'A Cretensibus clamor est ortus:' apud Ter. in Ad. II. 1. 35. 'Tibi a me nulla orta est injuria.' IV. 3. 2. 'Quod peccatum a nobis ortum est, corrigo.' Hec. II. 1. 26. 'Ægritudo hæc oritur mihi abs te.' Andr. III. 2. 9. 'Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum?' Præterea *ni* etiam plerique meorum. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Haudquaquam dux defuit] Vox media præcipue mihi suspecta est. Abest sane a Cantabr. abest quoque a Voss. et percommode subauditur, *haudquaquam signum defuit*, ex præcedenti et sequenti. *Jac. Gron*. Deest etiam vox illa a Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum.

§ 8 *Pulli quoque auspicio non addixissent*] Pal. 3. *auspicia non add*. Vulgatam lectionem recte tuetur prisca ed. eique alludit Pal. 1. *auspicio non adduxissent*. Nam 'addicere' augurale verbum est. *Gebh*. Loca Livii

ex XXVII. 16. Senecæ de Brev. Vit. c. 14. Festi in voce 'Prætor,' in quibus 'aves' dicuntur 'addicere,' collegit Brissonius Formul. I. 121. Addidit Schottus ad Aur. Vict. de Vir. Illustr. c. 3. Livium I. 36. et 55. In his nusquam, nisi hoc loco, additur *auspicio*. Et potuisset sane hic quoque abesse. Sed nihil movendum est contra libros scriptos. 'Non addicentibus auspiciis' ex Tacito Ann. II. 14. adnotavit itidem Brissonius; unde intelligitur, etiam recte dici 'auspicia addicunt.' *Duk.* *Pulli quoque auspici adduxissent* Gaertn. *pulli quoque auspicia addixissent* Hav. *pulli quoque auspicium non adduxissent* Voss. pro varia lectione. Nihil mutandum. *Auspicio* accipio pro 'in auspicio:' ut 'cadere acie,' pro 'in acie;' quod inlustravi ad IX. 32. § 2. 'Comitatus est patrem Syriaca expeditione' dixit Suet. in Calig. c. 10. ubi vide Burm. 'omnibus conciliis fremerent,' pro 'in omnibus,' Liv. VIII. 39. Vel etiam *auspicio* est, quo tempore auspicio operam dabat; quo sensu 'ludis,' pro quo tempore ludi edebantur, et similia plura vidimus ad II. 36. § 1.

Nunciari jam efferenti porta signa collegæ jussit] *Obnunciari* verius. Quid 'obnunciare' esset, Pedianus et Cicero docent. *Sabell.* *Obnunciari*, itidem proprium augurum disciplinæ verbum, corrumpunt Pall. codd. Quippe Pal. 1. et vet. ed. *nunciare*. Pal. 2. ac 3. *nunciari*. Gebh. *Nunciare* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. a m. pr. et Hav. *nunciari* Flor. Cant. Ber. a m. sec. Lov. 3. et Gaertn. ut vitium satis antiquum esse pateat.

§ 9 *Claudiique consulis primo Punico bello memorata navalis clades*] 'P. Claudium Pulchrum' intelligit, qui pullos pascere nolentes in mare projici jussit, ut biberent. Auctor Cicero de Divinatione. Valerius de contemta religione. *Sigon.* *Claudii quoque consulis* Lov. 2. Vide ad V. 27. § 1. Tum *navalis cladis* Lov. 3. Vide ad XXI. 57. § 14.

Religionem animo incussit] Pall. 1. ac 3. *religione animos incussit*. Gebh. Ità et plerique meorum codicum, optimis exceptis, qui vulgato adhærent.

§ 11 *Inter pabulatores accepti a Numidis fuerant*] Lege *excepti*. Et ita Ms. liber. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Verius est *excepti*; quo pacto et ed. vet. Mogunt. habet, et alii in Ms. suo exstare profitentur. *Modius.* Libri omnes *excepti*. Gell. XVII. 9. 'Lacedæmonii autem veteres cum dissimulare et occultare literas publicas ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eæ exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant:' ut legendum monui Antiq. II. 18. *Gebh.* *Excepti* etiam omnes codd. mei: *accepti* errore operarum primum inveni in ed. Paris. 1573. Vide ad V. 41. § 6. Hearne monet videndum esse Paræi Lex. Crit. in voce 'Excipere.' Adde Gifan. Obs. Ling. Lat. eadem voce.

Qui deducti ad consules denunciant] Cantabrig. *nunciant*. Præterea Put. Pet. non *qui deducti*, sed *deductique*. XXV. 7. 'Missique, qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. Deducti in comitio, virgisque, approbante populo, cæsi de saxe dejiciuntur.' *Jac. Gron.* *Deductique ad consules* etiam Flor. Locus Livii, quem Gronovius hic laudavit, indicare videtur, eum, et *qui* et *que* deleto, legendum putasse *deducti ad consules*; quod Cant. auctoritate firmari, ejus cod. excerpta docent. Mox *nunciant* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi. Id quoque ex auctoritate complurium scriptorum recepit Crevier.

§ 12. *Adventus consules imperii potentes fecit*] *Imperio potentes fecit* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. Vide Gronov. ad I. 33. § 5. Sed nihil mutandum. Vide ad XXIII. 16. § 6.

Quum ambitio alterius suam primum

apud eos prava indulgentia majestatem solvisset] Egregia hæc sententia custoditur integra in vet. ed. quam obnoxiam edunt mendæ Pall. Mss. quorum Pall. 1. ac 3. *pravam indulgentiam majestate solvisset*. Pal. 2. *parvam apud eos indulgentiam majestatem solvisset*. Gebh. *Pravam indulgentiam majestate solvisset* a m. pr. Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Hafn. *pravam indulgentiam majestatem solvisset* Gaertn. *prava indulgentiam majestate solvisset* Lov. 1. Vox *prava* deficit in Cant.

Cap. xliii. § 2 *Propter inopiam frumenti manere nequibat*] Pall. tres *manere nequit*. Gebh. Ita et Voss. Lov. quinque, Harl. et Gaertn. *manere nequivit* Ber. et Hav. Tum *mixtos ex colluvione* Flor. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. Vide ad iii. 57. § 9. *Mixtos colluvione* Lov. 3. Deinde *apud ducem ipsum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Quum initio fremitus*] Pall. 1. ac 2. *cum in initio*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad iv. 7. § 11. Mox τὸ *aperta* exsulat a Lov. 4. et 5.

Querentiumque annonam primo, postremo famem] Penultima vox non exstat in Lov. 1. 2. et Voss. Verum est, sæpius apud Livium aliosque solam obcurrere vocem *primo*, neque post eam inferri 'postea,' 'deinde,' 'postremo,' vel similes. Exempla vide x. 15. § 9. ubi Sigonius vocem *primo* non recte expungebat: et xlv. 38. § 6. Similiter πρῶτον simpliciter est apud D. Lucam Euang. xii. 1. Adde Manut. ad Cic. ad Fam. ii. 9. et Duker. ad Flor. ii. 18. § 12. Eamdem formulam Rhenan. Livio reddere conatur xxx. 3. § 7. ubi tamen nihil mutandum esse, libri mei evincunt. Quin et hoc loco paucis codd. fidem non habeo adversus tantam aliorum, et inter illos optimorum, codd. τὸ *postremo* servantium, turbam.

De transitione cepisse consilium] Perperam Pall. tres exhibent *de traditione*. Nam hoc significatu 'traditio' est idiotismus Italicus. *Gebh.* Ita et Flor. Cant. Voss. in contextu, Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. a m. pr. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Ascens. Alibi etiam hæ voces a librariis commutatæ sunt. Exemplum habuimus ii. 25. § 1. ubi etiam vocem *transitio* inlustravi.

§ 4 *Cum equitatu se proriperet*] Quibus maxime fides *cum equitibus*. J. F. Gron. Lectio illa non displicet; ut 'peditatui' subjungens 'equites,' non 'equitatum,' Livius hac iterum ratione sermonem variare voluerit; quod ipsum omni modo passim captasse, sæpe dictum est. Monendum tamen est, in vulgatum consentire omnes meos, exceptis forsitan Voss. Cant. et Ber. ex quibus nihil in excerptis notari video. Neque Hearne etiam, Gronovii emendationem referens, Oxoniensium ullam mentionem injecit.

§ 5 *Maturiora messibus Apuliæ loca*] Vide Dodwell. de Cyclis p. 539.

Simul ut, quo longius ab hoste recessisset] Pall. 1. et 3. *simul quo*. Pal. 2. *simul quod*. Gebh. *Simul quo longius* Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. usque ad Ascens. 1513. *simul quod longius* Flor. Verum τὸ *ut*, ratione ductuum ultimis literis vocis præced. simile, perperam ab iis interceptum est. *Quod longius*, in optimis ac tribus Gallic. Mss. a se visum, primo quidem probarat J. F. Gronovius; postea tamen, eo rejecto, vulgatum servavit. Vide Syllog. Epist. a Burm. editarum tom. iii. ep. 111. et Gronov. ad Livii xxv. 36. § 16.

§ 7 *Tum die sequenti ejus insequendi consilia agitari cœpta*] Mira narratio. Festinabant sequi Annibalem: et ecce, cum omnia tuta renunciarentur, non dicam rem, sed consilium sequendi in diem alterum rejiciunt. Vetus præfert *tum die sequenti eo consilia agitare*. Inculcatis illis vocibus omissis, facilis restitutio *tum de inse-*

quendo eo consilia a. c. Lipsius, Epist. Quæst. II. 1. Pal. 1. *tum die sequenti eo consilia agitari cœpta:* ut et in suo reperit libro Lipsius. Pal. 2. *tum die insequenti ea consilia a. c.* Pal. 3. *cum die sequenti consilia a. c.* Gebh. *Tum die sequenti eo consilia* etiam Flor. Voss. Hafn. Lov. 4. et Gaertn. *tum die sequenti consilia* Lov. 3. 5. Harl. et Hav. *tum die sequenti agitari consilia cœpta* Ber. *tum die sequenti ea consilia* Lov. 2. *tum die insequenti consilia* Hearnii N. *tum die insequenti eo consilia* Lov. 1. et Rec. Sed Lipsius verum restituit.

§ 8 *Eadem, quæ semper ante, fuisset sententia*] Vet. lib. *Cum utriusque consulis eadem esset, quæ semper ante fuisset, sent.* Sigon. Pall. 1. et 2. *quæ ante semper.* Pal. 3. *Cum utriusque consulis eadem esset, quæ semper fuisset, sent.* Gebh. *Eadem, quæ ante semper, fuisset sent.* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *eadem, quæ semper, fuisset sent.* Cantabr. et Lov. 4. *eadem sententia, quæ semper ante, fuisset* Ber. *eadem, quæ ante semper fuisset, sententia esset* Lov. 5. Mox *assentiret* Lov. 5. *assentirent* Hav. et edd. Aldina priores. Vide ad XXXIX. 52. § 1.

§ 9 *Ad nobilitandas clade Romana Cannas*] Miror persuasum esse non paucis, Cannas eum fuisse locum, quem hodie *Canusium* dicunt; nec advertunt Livium seorsum *Canusii* a *Cannis* mentionem fecisse. Sed is vicus fuit, qui hodie corrupta voce haud procul ab Aufido *Cannelæ* vulgo dicuntur. Ipsius quoque fluminis voce immutata *Lophantum* locorum incolæ, ut audio, appellant. Id admonui, quia illustres quidam rerum scriptores Aufidum diversa Italiæ parte nominant, quum is, de quo nunc agitur, in Apulia sit. *Sabell.* Auctore Cluver. in Ital. Antiq. IV. 11. 1211. Aufidus hodie vocatur *Ofanto*, et coalescente articulo *Lofanto*. At *Cannæ* ibid. p. 1221. vulgari vocabulo *Canne* dicuntur.

Urguente fato] Mira est conjectura Scriverii ad Front. Strat. II. 2. § 7. *Urgello strato.* Liv. l. v. c. 22. 'Fato tum denique urgente.' c. 36. 'Jam urgentibus Romanam urbem fatis.' Sic Virgilius et Ovidius sæpe. *Duk.* Recte etiam Oudend. ad d. l. Frontini conjectura Scriverii displicuit.

§ 10 *Aversa a Vulturno vento*] Pal. 3. *aversa Vult. vento:* neque aliter vet. ed. *Gebh.* Consentit unus Lov. 5. recte dissentientibus reliquis.

§ 11 *Id quum ipsis castris percommodum fuit*] Vet. ed. *id cum ipsis castris præc. fuit.* Pal. 3. vero *id tum ipsis castris prope percommodum fuit.* Mox reperi in Pal. 3. *ipsi aversa terga tantum afflante vento.* Reliqui duo *adversi terga.* Gebh. *Id tum ipsis castris* etiam Lov. 1. 4. 5. Vide ad VI. 23. § 3. Hinc *ipsi aversa terga* Lov. 4. *ipsi averso terga* Hafn. *ipsi adversi terga* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. pr. et Hav. Deinde *excæcatum* Lov. 3. Sed amat Liv. verbum 'obcæcare.' Ita v. 37. 'Adeo obcæcat animos fortuna.' XXXIII. 7. 'Densa caligo obcæcaverat diem.' XXXVIII. 21. 'Ira et pavore obcæcatis animis.' XLII. 43. 'Ni spes vana pacis obcæcasset consilia.' XLIII. 10. 'Spes cupiditati admota ita obcæcavit animum.' 'Excæcare' apud Liv. nondum observavi.

CAP. XLIV. § 1 *Ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu Pœnum habebant*] Put. Pet. uterque reg. Men. Voss. *ut ventum ad Cannas est, ut in conspectu:* quod improbare non ausim ob consensum librorum nisi quis malit *et in conspectu.* J. F. Gron. *Ut in conspectu* similiter Flor. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii N. Paullo ante *statim exploratis* Lov. 3. In seqq. *eodem fere,* pro *ferme,* Rec. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

§ 2 *Utrisque castris adfluens*] *Utriusque castris* Harl. Gaertn. et Hearnii D. Male. Ambo enim tendebant in

castris majoribus, ut ex cap. seq. constat: minoribus autem præfecisse videntur Geminum Servilium, qui iisdem ad Geronium præfuerat. Vide supra c. 40. Mox *ex sua quibusque opportunitate* Rec.

§ 4 *Spem nactus loci ad equestrem pugnam, &c. facturus copiam pugnandi consulibus*] Vetus *facturos copiam pugnandi consules:* optime, sic tamen, ut ante emendes *spem nactus loco.* Et plane hoc Livius dicere voluit. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Legendum, ut præeunt Pall. tres, indicavitque Lipsius *facturos copiam pugnandi consules.* Gebh. Put. *spem nanctus locis natis ad eq. pugnam, qua parte virium invictus erat, facl. copiam pugn. consules.* Vide Obs. IV. 17. p. 277. Lib. XXXVIII. c. 5. 'Nicander prætor spem nactus solvendæ incepto forti obsidionis.' *J. F. Gron.* *Facturus copiam pugn. in consules* Lov. 3. *in futuros copiam pugn. consules* Lov. 5. *in facturos copiam pugnandi consules* Lov. 4. Reliqui mei consentiunt codd. a viris doctis excussis: quin et Gronov. in Obs. non aliter omnes suos præferre monuit. Recte insuper ex optimo Put. recepit *locis natis ad equestrem pugnam*, et locutionem 'natus alieni rei,' vel 'ad aliquid,' d. loc. in Obs. inlustravit: de qua etiam vide ad IV. 13. § 11. De τῷ *nanctus*, ut Put. præfert, pro *nactus*, vide ad XXIV. 31. § 14. Mox *procursione*, pro *procursatione*, Lov. 2. et 4. adversantibus reliquis. Supra V. 19. 'A procursationibus ad opus milites traducti.' XXIII. 40. 'Procursationes leviaque certamina vario eventu inita.' XXV. 9. 'Pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum.' Et ita 'procursare,' de quo supra vide hoc lib. c. 16. § 2.

§ 5 *Semproniique et Flaminii*] Sic optimi. Item, *Deos hominesque.* J. F. Gron. Antea edebatur *Sempronii et Flaminii*, cui adhærent omnes nostri. Male. Vide ad X. 30. § 2. *Flaminii consulis anni præteriti temeritatem* est in Hearnii N. Paullo ante *discordia militum sive consulum*, additis duabus mediis vocibus, Voss. Lov. 2. 3. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Præterea *Paulli Æmilii* edd. ante Aldum.

Speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabii objiceret] *Exemplum Fabium obiceret* exhibet Pal. 2. *Gebh.* Cant. clare *Fabium:* quæ appositio blandior elegantiorque est, quam ut ausim repudiare. Nec aliena aut ingrata Livio. VIII. 35. 'Cæterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato.' XXIV. 45. 'Infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium documentum esset.' XXVIII. 41. 'Africa eadem ista et M. Atilius insigne utriusque fortunæ exemplum.' XXXI. 12. 'Ne Pleminium quidem tam clarum recensque noxæ simul ac pœnæ exemplum homines deterrere.' *Jac. Gron.* *Fabium* etiam Flor. Quam lectionem Crevier. insuper Put. et duorum e Regiis auctoritate firmari monuit. Vide Gronov. Obs. IV. 1. 9. Quare recepi.

§ 6 *Testareturque Deos hominesque*] Ita Flor. et Lov. 3. itaque se in optimis invenisse, Gronov. ad § præc. testatus est. Antea edebatur *Deos et homines*, ut reliqui præferunt.

Quod Hannibal jam velut suam cepisset Italiam] Et hoc quoque debetur ingenio Florebelli *usucepisset.* Jam enim tertius agebatur annus, cum Annibal in Italiam profectus eam quasi jure usucapionis tenebat. Sic VI. 18. 'Non hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini.' *Sigon.* Abest a Pall. 1. et 3. particula *jam.* Florebellus e conjectura *velut usucepisset Italiam.* Gebh. Put. *jam vel usucepisset Italiam.* Egregie, modo legas *velut.* Lib. VI. c. 18. 'Non hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini.' Seneca Epist. 12. 'Qui Syriam usu suam fecit.' *J. F. Gron.* *Usucepisset* etiam emendabat Cujacius Observ.

XIII. 16. *Duk.* Particulam *jam*, quæ a prioribus excusis aberat, primus recepit Aldus. *Hannibal jam velut suam cepisset* legunt Lov. 1. Hafn. et Rec. *Hannibal velut suam cepisset* Voss. Lov. 3. Harl. et Hav. *Hannibal velut si jam cepisset* Lov. 2. et Gaertn. *Hannibal veluti si jam cepisset* Ber. *Hannibal velut si jam suam cepisset* Lov. 4. *Hannibal velut jam suam cepisset* Lov. 5. Doujatius *usucepisset*, pro *suam cepisset*, probans, non tamen necessarium esse judicabat, ut τὸ *vel*, in cod. Put. obvium, cum Gronovio mutetur in *velut:* eo enim indicari, non tantum peragratam, sed etiam re vera usucaptam Italiam esse. Verum plane Gronovii conjectura *velut usucepisset* comprobatur auctoritate optimi Flor. Vocula autem *velut* emollit Livius, quidquid durius in hac locutione 'usucapere Italiam' videri posset. Vide ad VII. 22. § 5. Ultima syllaba τοῦ *velut* in Put. excidit ob similitudinem priorum literarum vocis seq. Mox *se constrictum collegæ teneri* Lov. 4. *se constrictum collega teneri* Lov. 4. Vide ad VI. 11. § 4.

Ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus] Supra c. 25. 'Exercitum cupientem pugnare et magistrum equitum clausos prope intra vallum retentos, tamquam hostibus captivis arma adempta:' ubi non probo legi *arma demta.* Justin. V. 10. 'Nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut adempta restituat.' *Gebh.*

§ 7 *Ille, si quid projectis*] *Item*, pro *ille*, Harl. *ipse Paullus si quid* Lov. 3. *ille Paullus, si quid* Hearnii D. Sed additam vocem ineptum glossatoris emblema esse, nullus non videt. *Si quid sic projectis* Lov. 2.

Omnis tamen eventus participem] Habetur in Pall. 1. ac 2. *omnis eventus*, abjecto τῷ *tamen.* Gebh. Put. et magnus numerus resecant τὸ *tamen.* J. F. Gron. *Tamen* exsulat etiam ab Hearnii codd. Eamdem vocem soli ex meis servant Flor. et, qui post sequentem vocem *eventus* transponit, Harl. Ejus loco *tum* est in Gaertn. Est autem hæc vocula ex numero earum, quibus male feriati homines orationem Livianam, perperam, ut putabant, cohærentem, melius connecterent. Alia exempla obcurrunt XXV. 34. § 3. XXVIII. 28. § 13. et passim.

Quibus lingua prompta ac temeraria esset, æque in pugnam vigerent manus] Illi *quibus lingua tam pr. ac tem., æque in pugna vig. manus.* J. F. Gron. Codd. mei non tantum omittunt *esset*, verum ignorant etiam a Gronovio insertum *tam.* Omnes deinde consentiunt in *in pugna.*

CAP. XLV. § 2 *Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores*] Polybius III. 112. Τοὺς δὲ Νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάττονος παρεμβολῆς. *Sigon.* Pal. 1. *ad invadendum ex min. castris Rom. aquatores.* Gebh. Paullo post *misit*, pro *mittit*, est in Ber.

§ 3 *Inconditam turbam quum vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem*] *Modicam turbam* Hafn. Tum *in ripa egressi sunt, clamore ac tumultu fugantes, stationem* Flor. *In ripa* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Ber. Deinde *stationem*, omissa præpositione, Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Harl. et Gaertn. *statione* Voss. et Hav. Mox *advecti sunt* Ber. Perperam. Vide ad IX. 40. § 12. Τὸ *sunt* deest in Lov. 3.

§ 4 *Id vero indignum visum*] Pal. 2. *Id vero adeo indignum.* Gebh. *Indignum visu* Lov. 1. Mox *jam et castra Romana* Voss. Vide hoc lib. ad c. 47. § 9. *Etiam castra Romana* Lov. 4. et 5. *jam etiam Romana castra* Ber. et Hav.

§ 5 *Cui sors ejus diei imperii erat*] Ita quidem vulgatur. Sed Pall. 1. et vet. ed. *ejus diei erat.* Pal. 2. *cujus sors ejus diei erat.* Gebh. *Cujus sors*

ejus diei imperii erat Lov. 4. et editi Aldo priores: *cui sors ejus imperii erat* Ber. Forte et illius et codicum Gebhardi librariis displicuit duplex genitivus, sed alter ex altero pendens, de quo vide ad XXV. 16. § 11. Mox *inconsulto collega*, pro *nihil consulto*, Rec. quod ex glossa receptum puto, qua indicatum erat, *nihil* hic pro simplici negatione poni, adeoque *nihil consulto* idem esse atque 'inconsulto.' Ita IX. 22. 'Nihil consulto dictatore, magister equitum submovit hostem.' XLV. 8. 'Nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet.' Similiter 'nihil infractus,' pro 'non infractus,' est II. 59. Plura vide ad XXXVII. 54. § 22.

Signum proposuit] Vet. lib. *signum pugnæ proposuit*. *Signum* autem est, ut ait Plutarchus in Fabio pag. 182. χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. *Sigon*. Voculam *pugnæ* intrusam Sigonio respuunt Pall. 1. ac 3. Vetus vero ed. præfert *propositum signum dedit*. Gebh. Eamdem vocem non agnoscunt etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Oxon. apud Hearnium, qui ex ed. Rom. principe *signum propositum dedit* laudat; reliquæ usque ad Aldum *propositum signum dedit* præferunt.

Instructisque copiis flumen transivit] Pal. 2. *instructasque copias flumen traduxit*. Gebh. Put. aliique *instructasque copias flumen traduxit*. J. F. Gron. *Instructusque copiis flumen transmisit* Lov. 3. *instructasque copias flumen transivit* Voss. Lov. 1. et Harl. Non aliter etiam Lovel. 2. et Hafn. nisi quod ille *transuit*, hic *transiit* legerint. *Instructasque copias flumen traduxit* Flor. Infra XLII. 22. 'Traductisque Padum ager est adsignatus.' Cæsar B. Gall. I. 12. 'Certior factus est, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen traduxisse:' ubi vide Davis. Ita 'adversus Romanos Perrhæbiæ saltum in Thessaliam traducta' dixit Liv. XLIV. 27. ubi eam scripturam adversus conjecturam virorum doctorum vindicabo. Mox *non prohibere*, pro *non probare*, Hafn.

§ 6 *Id erat flumini propius*] Habetur in Pal. 3. *id erat flumen propius*. Gebh. Scripti mei nihil mutant: at quædam edd. vetustiorum Pal. 3. consentiunt. Ascens. deinde a. 1513. *id erat propius flumen* subposuit: ut *flumen* sit casus quartus, de qua constructione vide ad III. 41. § 11. Aldus deinde dedit id, quod nunc vulgo circumfertur: id autem firmant omnes codd. et superest in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Romanos equites locant, deinde pedites] Salmasius de Re Militari c. 8. tametsi verbis Livii satis obscure sit exposita illa ordinatio, hoc tamen voluisse eum putat constare, dextrum cornu ex equitibus Romanis et peditibus socialibus fuisse compositum; mediam aciem tenuisse Romanos; huic adjunctos in lævo cornu pedites sociorum, quod etiam 'extremi,' id est, post pedites positi tenuerint sociorum equites. Ego, quantum Livius exponit, in dextro cornu nullos sociorum pedites agnosco. Neque enim ratio est, cur in tali sermone, 'in dextro cornu Romani equites, deinde pedites,' non Romanos, sed sociorum pedites intelligam. Tum nihil de his Polybius. Denique in prœlii partibus commemoratis Nostro, video in dextro cornu equites Romanos primum ex equis, dein exemplo consulis pedestres pugnare hos ipsos equites, nullos socios. Mirum tamen est, nihil directe dici de media acie, quam tenuisse pedites Romanos certum est, non dextrum cornu, ut ista verba velle videntur. Quid quæris? scribendum *Romanos equites locant: medii pedites*. Sic et Polybius III. 113. Τοὺς μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κατέστησε. Τοὺς δὲ πεζοὺς συνεχεῖς τούτοις ἐπὶ τῆς αὐτῆς

εὐθείας ἐξέτεινε, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς σπείρας καθιστάνων, καὶ ποιῶν πολλαπλάσιον τὸ βάθος ἐν ταῖς σπείραις τοῦ μετώπου· Τοὺς δὲ συμμάχων ἱππεῖς εἰς τὸ λαιὸν κέρας παρενέβαλε: ubi qui vertit *πυκνοτέρως*, &c. *Signa magis conferta in extrema acie, quam in prima, statuit, numero cohortium in extremis ordinibus multiplicato*, virum doctissimum et rei militaris antiquæ et Romanæ peritissimum, non secus Latine reddidisse Polybii verba, quam si utriusque rei in summa versaretur ignorantia, pronunciat ὁ πάνυ. Ipse sic transtulit: *magis confertis quam pro more ordinibus et multiplicata altitudine in iis manipulis, qui in fronte constituti erant*. Quod haud facile intelligeres, nisi ipse, quam infeliciter hic rem gesserit, explicuisset. Πρόσθεν ei est *pro more: μέτωπον media acies: τὸ βάθος* factum *πολλαπλάσιον ἐν ταῖς σπείραις τοῦ μετώπου, altitudo, vel ordines multiplicati in illis, qui a fronte constiterant:* idque de his vult narrari, tanquam aliud illo, quod in cornibus contigerat, ubi starent pedites sociorum: dicique, media in acie duplo plures ordines peditum fuisse, quam in singulis cornibus. Indagat etiam rationem hujus dicti: nempe tantundem in exercitu fuisse civium et sociorum, et quia socii divisi essent in cornua, non potuisse illorum singulis in cornibus esse tot ordines, quot erant civium in media acie conjunctorum. Horum ego ex Polybii loco nihil colligo. Vertendum autem censeo, *plures, quam ante, manipulos retro constituens, multiplicatis introrsus cujusque manipuli ordinibus, sic ut latera frontem vincerent*. Accipio enim *ποιῶν ἐν ταῖς σπείραις τὸ βάθος πολλαπλάσιον τοῦ μετώπου*, et *βάθος* pro eo, quod alias est *πλάτος*, ἢ *πάχος*, *subsidia* Latinis, latitudinem aciei a primis ordinibus hosti adversis ad postremos a tergo; *μέτωπον*, quod et *πρόσωπον*, et *μῆκος, frontem*, longitudinemque aciei, ab equitatu, qui in dextro cornu est, ad eum, qui in sinistro: et *πολλαπλάσιον*, quod *πλεῖον, πυκνότερον* compararique censeo, non legiones et auxilia, vel mediam aciem cum cornibus, sed frontem cum subsidiis, frontem et latera, latum et longum aciei, ut quidem ut plurimum loquuntur veteres. Adde ad II. 31. XXV. 21. 'Prima legio et sinistra ala in primo instructæ, et in longitudinem porrecta acies, clamantibus tribunis, nihil introrsus roboris ac virium esse, et, quacumque impetum fecisset hostis, perrupturos.' XXVIII. 33. 'Ipse omnia signa peditum in hostes vertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat.' XXXII. 17. 'Conferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata.' XXXIII. 8. 'Simul ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius, quam lata, esset acies.' Quod Polybius *τοῖς δὲ πελτασταῖς καὶ τοῖς φαλαγγίταις παρήγγειλε διπλασιάζειν τὸ βάθος καὶ πυκνοῦν*. Lib. XXXVII. c. 40. 'Hæc media acies fuit in fronte in decem partes divisa. Partes eas, interpositis binis elephantis, distinguebant: a fronte introrsus in duos et triginta ordines armatorum acies patebat.' Polybius I. 33. de acie Reguli *τὴν δὲ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἢ πρόσθεν, βαθυτέραν δὲ ποιήσαντες·* ubi tamen *τὸ πρόσθεν* aliter accipiunt. At in Xanthippi acie habet ibidem *τὸ μέτωπον* sic acceptum: *Τοὺς μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε*. Livius XXXVII. 41. 'Regii tam lata acie, ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant.' Diodorus Siculus XX. 788. *Τοῦ δ' εὐωνύμου Βομίλκας ἡγούμενος βαθεῖαν ἐποίει τὴν φάλαγγα, κωλύοντος τοῦ τόπου παρεκτείνειν ἐπὶ πλεῖον*. Polyænus II. 10. in Cleandrida: *Τὴν φάλαγγα συνήγαγεν εἰς βάθος· ἐπεὶ δὲ Λευκανοὶ καταφρονήσαντες ὡς ὀλίγων ἐπὶ μῆκος ἐξέτειναν τὰς τάξεις, ὑπερφα-*

λαγγῆσαι πειρώμενοι. Et IV. 6. § 19. in Antigono: Καὶ τῆς ὑστεραίας τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος διπλάσιον ἐκτείνας, τοῦ χάρακος ἐξήγαγεν· οἱ δὲ πολέμιοι παρὰ τῶν κηρύκων ἀκούσαντες τὴν παρουσίαν τῶν συμμάχων, τὴν μὲν ἔκτασιν τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος ὁρῶντες, τὸ δὲ βάθος εὐκαταφρόνητον ἔχοντος, μάχην συνάψαι φοβηθέντες ᾤχοντο. Ita legendum, non ἔχοντες. Casaubonus deesse aliquot verba suspicatur, et conjicit ἔχοντας, vel ἔχειν ἀγνοοῦντες. At omnia salva, si literam mutes: refertur enim τὸ ἔχοντος ad τὸ μήκους. 'Ορῶντες τὴν ἔκτασιν τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος, τὸ δὲ βάθος εὐκαταφρόνητον ἔχοντος est, videntes tam latam aciem phalangis, quæ tamen paucos et contemni faciles introrsus ordines haberet. *J. F. Gron.* Sancta debent esse hæc verba, et nullo contactu violanda; quum clare pateat ex sequentibus, hos pedites usque ad medium aciei patuisse, donec jungerentur peditibus sociorum, a quibus læva pars aciei incipiebat. Itaque mirum esse non potest, nihil directe dici de media acie, quum satis intelligatur, equitibus Romanis in dextro, sociorum in sinistro cornu collocatis, pedites Romanorum junctos equitibus Romanis tenuisse dimidiam partem mediæ aciei, dimidiam occupantibus peditibus sociorum. Et prorsus se ipse tutatur Livius x. 27. 'Dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt: adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu, adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruit.' Neque hic ulla mentio mediæ aciei; et tamen ea se ipsa satis percipiendam sponte præbet. *Jac. Gron.* Codd. etiam nihil mutant, nisi quod *Romanos milites* sit in Lov. 3. 4. 5. et Voss. solito scribarum errore. Vide ad x. 29. § 10.

§ 7 *Tenuerunt jaculatores: ex ceteris, &c.*] Scribe, *jaculatores et cætera levium armorum auxilia primà acies facta.* Polybius III. 113. Πάσης τῆς δυνάμεως προέστησε τοὺς εὐζώνους ἐν ἀποστάσει. Sed et statim Put. *tenererent.* Pet. melior, Voss. et alii *tenerent:* ut videatur velle *tenuerunt*, pro *tenent:* iidem et plures *Gemino*, vel *Geminio Servilio*, non *Cnæo.* Quia autem vix credibile est, eandem vocem ita in propinquo sine gratia repetitam, primo loco delendam censeo, ut fuerit hoc modo: *in dextro cornu* (*id erat flumini propius*) *Rom. equites locant: medii ped.: lævum cornu, ext., equites sociorum; intra, ped., ad medium juncti leg. Rom. Jaculatores et cætera levium arm. auxilia, prima acies facta. Consules cornua tenuerunt, Ter. lævum, Æmi. dextrum: Gemino Servilio media pugna tuenda data.* Sed et, si τὸ *pugna* absit, non desideres: ut Polybius τὰ μέσα. *J. F. Gron.* Salmas. de Re Milit. Rom. præterquam loco proxime a Gronovio memorato, adhuc bis de acie Romanorum Cannensi egit: primo c. 16. p. 1402. ubi, legens *ad medium juncti legionibus Romani tenuerunt jaculatores. Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta*, addit. 'Ita enim puto eum locum constituendum, absque ulla mutatione, quæ etiam nulla conspicitur in veteribus libris.' Verum ibidem, invitis omnibus libris, *Romani* laudat pro *Romanis:* non tamen casu, sed quod ita legendum putaret. Docet enim per 'Romanos jaculatores' intelligendos esse leves Romanorum pedites. Deinde ea egit etiam c. 17. p. 1413. ubi ita legendum atque interpungendum judicat: *atque ita instructa acie in dextro cornu, id erat propius flumen, Rom. eq. locant, deinde pedites. Lævum cornu extr. eq. sociorum, intra ped. ad medium juncti leg. Rom. tenuerunt. Ex jaculatoribus et ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.* Sed, vulgatum servantibus Mss. neque hanc Salmasii, neque illam Gronovii conjecturam probandam puto, quod utraque nimium a recepta lectione recedant. Non dubito tamen, quin locus

mendosus sit. Minima igitur mutatione legendum puto, *juncti leg. Rom. tenuerunt: jaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis prima acies facti.* Pro vocula *ex* scripsi *cum* sive *cū*, ut per compendium scribitur. Illæ autem voculæ ob ductuum in scriptura Longobardica adfinitatem facillime commutari possunt. Livium ita emendandum esse, etiam Doujatio suboluit. Non opus autem est, ut verbum *tenuerunt* ideo cum Gronovio deleamus, quod proxime iterum sequatur. Vide ad I. 3. § 9.

§ 8 *Consules cornua tenent*] *Tenerent* Flor. a m. pr. *tenuerunt*, ut Gron. ad § præc. legendum conjecit, a m. sec. et ita etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. In verbis proximis *L. Paulus Æmilius* Lov. 3. *Terentius dextrum Æmilius lævum* Lov. 1. Male. Polyb. III. 114. Εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος, τὸ δὲ εὐώνυμον Γάϊος.

Cn. Servilio media pugna tuenda data] Polybius III. 114. Servilio M. etiam Atilium priore anno Servilii collegam addit; quem tamen ætatem excusantem Romam a consulibus missum fuisse ante, Livius scripsit c. 40. *Sigon.* Recte Gronov. ad § præc. *Gemino Servilio* restituit, et in contextum recepit. Ita enim, vel *Geminio*, non tantum omnes mei, uno Berol. excepto, verum etiam, quas vidi, edd. vett. legunt, usque ad Mogunt. quæ prima *Cn. Servilio* dedit. *Gemino Servilio* conjecit etiam Latinius. Vide quoque hoc lib. c. 40. § 6. Tum *pugna media* Ber. vox *media* deficit in Hafn. Deinde *tenenda* Lov. 3. sollemni librarii errore. Vide ad x. 3. § 2.

CAP. XLVI. § 1 *Balearibus levique alia armatura præmissa*] Polybius ante III. 113. ait, Τοὺς μὲν Βαλεαρεῖς καὶ λογχοφόρους. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *levique arm. præmissa.* Pal. 2. *levique armatura alia.* Gebh. *Levique armatura* Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. vett. Id si fide digniores atque optimæ notæ codices firmarent, non displiceret. Quum autem Baliares fuerint levium armorum milites, *Baliaribus levique armatura* acciperem, ut 'Virginius, et tribuni' III. 25. § 4. ubi plura vide. Adde quæ notantur ad XXI. 55. § 2.

§ 2 *Gallos Hispanosque equites prope ripam*] Longe aliter Silius; cujus versus, quia vulgo corruptissimi sunt, nos non illibenter occasione oblata hic emaculatos adscribemus. Ergo IX. 220. 'Barbaricus lævo,' &c. *Modius.* Pall. tres *Hispanosque equites.* Gebh. Gruterus, eumque secutus Dan. Heinsius apud Elzevir. vocem *equites,* quam postea Gronov. revocavit, omiserant. Eam igitur in Mss. suis superesse Gebhardus testatur; quibus etiam consentiunt omnes mei. Mox *lævo cornu* Gaertn. Ex Modii autem nota expunxi bene longum Silii testimonium, non tantum compendii caussa, verum etiam, quia nulla ex eo macula exemta erat, quod tamen se facturum Modius jactarat. Vide ipsius et Nic. Heins. notas ad Silii loc. laud.

§ 3 *Media acie peditibus firmata*] Vet. lib. *media acies.* Sigon. Repetitur in Pal. 2. *media acies.* Gebh. Ita et Ber. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Pro altera lectione stant optimi ac numero plures.

§ 5 *Ante cetris animato. Is gentium habitus tum magnitudine corporum*] Vos sic emendatis: *Talis hab. gentium illarum.* Ego sic, *Ante alia habitus,* sive *Inter alia ipse habitus.* Valla. Fœde interpolatus locus. Lectio vetus *ante telus aiatus gentium harum tum magnitudine.* Puto legendum *Ante alia ornatus gentium harum tum m. c. tum s. terribilis erat. Galli, &c.* Quidquid præter hæc est, Livii non est. Expressa omnia pæne ad verbum e Polybio III. 114. Καὶ τῶν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πα-

τριὰ ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν. Itaque dubito, quia in Polybio *πρόσοψις*, ne ex illo *aiatus* faciendum *aspectus*. Similia istis in libro suo Valla reppe-risse videtur. *Lipsius,* Ep. Quæst. II. 1. Locus fractus, cui mederi et ante bina secula docti magis conati sunt, quam re ipsa præstiterunt. Quippe et Valla legendo succurrere instituit, *Ante alia habitus*, sive *Inter alia ipse habitus.* Pal. 1. *ante taleus armatus: gentium harum tum m. e.* quam scripturam et in suis invenit libris Lipsius. Pal. 2. *Talis habitus gentium harum cum m. c. tum s. terribilis erat. Galli.* Pal. 3. fere respondet similitudine scripturæ primo: *ante talem aiatus.* Vet. ed. *ante certis armati. Is gentium harum habitus.* Gebh. Tormenta et cruciatus eruditorum in re minimi negotii, ut tandem nobis apparuit. Quod editur, ab Grutero est: prius, ut et apud ipsum in ea, quam minore forma dedit: 'Ante cæteros armati, is gentium harum habitus.' Put. *ante talius hannibatus gentium harum:* manus secunda inducto *b* superposuit *m.* Inde ergo *ante talius hannimatus.* Flor. optimus *ante talius animatus.* Duodecim omnes codices membranaceos super hoc loco consuluimus cum similibus ludibriis. L. Valla *ante alia habitus*, vel *Inter alia ipse habitus.* Lipsius *Ante alia ornatus*, vel *aspectus.* Tandem fiximus aciem in principe Put. et eruimus *Sane et alius habitus gentium harum.* J. F. Gron. Excerpta Flor. optimi *ant et alius hanimatus*, pro quo *habitus* emendatur a m. sec. Aliorum codd. vel edd. scripturas enumerasse nihil adtinet, quum prodigiose corrupti sint. Doujatius minus a veterum scriptura distare putat, si legamus *Ante et alios armatus gentium harum*, addens, re vera Hispanos et Gallos 'ante alios' fuisse, 'cuneo a reliqua prominentes acie,' ut statim Livius post Polybium notat: 'armatus' autem accipit pro armatura. Mihi tamen longe verisimilior videtur Gronovii conjectura, quam proxime ad manum sec. Flor. accedens, a capite τοῦ *ant* ex fine vocis præced. adposito sibilo, et litera *t* in *e* mutata.

§ 6 *Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis prætextis purpura tunicis*] Post *purpura* distinguendum, ut clarum est ex Polybio: quod non sine caussa admonemus, quippe nullus alioqui sensus erit, et in omnibus codd. hoc neglectum vidimus. *Glar.* Polybius III. 114. Τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λίνοις περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων. Ex quo intelligi potest *prætextis purpura* dixisse Livium, quod Polybius *περιπορφύροις*: et cum 'prætexta toga' dicitur, præcise dici pro 'prætexta purpura toga.' *Sigon.*

Numerum omnium, qui tum peditum equitumque in acie stetere, illum ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum] Nota an non vulgata consuetudine utatur verbo *videlicet*, contra quam Valla Elegant. II. 60. præcepit. *Glar.* Vox *illum* aperte mendosa est: neque enim intelligere potes, quo referenda sit: suspicor *millia* pro ea scriptum fuisse, et *L. millia* esse legendum ita: *Num. omn., qui tum ped. equitumque in acie stetere, L. millia ferunt, vid. quadr. peditum millia, decem equitum.* De summa peditum equitumque idem scribit Polybius III. 114. Placet autem, ut, quemadmodum de Romanis dixit, in universum affuissé VII. et LXXX. millia; sic de Pœnis dicat, deinde vero distinguat. *Sigon.* Ad hunc fere modum legitur in Pall. 1. et 3. in Pal. 2. autem *Num. omnium equitum peditumque, qui tum in acie steterunt, illum ferunt, quadr. millia peditum et XX. millium equitum*, excluso *videlicet.* Gebh. Sigonius, quod vulgo est, *illum ferunt*, reddit *L. millia ferunt:* sed aliter hic locus tractandus. Put. *Numerum omnium peditum equi-*

tum steterent in aciem illum fuit quadraginta decem equitum. Neque aliter melior Pet. et optimus Flor. nisi quod *acies.* Hinc fecimus, paucis literis ex ratione manifesta mutatis, *Numerus omn. peditum, qui tum steterunt in acie, millium fuit quadr., decem equitum.* Quid pote mitius? Vide ad x. 36. *J. F. Gron.* Vide etiam Gronov. de Pec. Vet. II. 5. p. 80. Nihil verius hac emendatione. Vitiosas codicum lectiones recensere tædet.

§ 7 *Sinistrum Hasdrubal, dextrum tegebat Maharbal*] Ducum secundum Polybius III. 114. 'Hannonem' facit pro 'Maharbale.' *Glar.* Vet. lib. *regebat.* Polybius pro 'Maharbale' edit 'Annonem.' Τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων. *Sigon.* Nusquam in libris vere antiquis τὸ *regebat*, sed simpliciter, *Duces cornibus præerant, sinistro Hasdrubal, dextro Maharbal.* J. F. Gron. Reliqui mei et Hearnii Oxonienses Sigonio, at Flor. Gronovio favent. Mox τὸ *Hannibal* deest in Ber. Ita Silius IX. 234. 'celsus media ipse coërcet Agmina.' Reliqui tamen recte servant. Polyb. III. 114. Ἐπὶ δὲ τοῖς μέσοις αὐτὸς ἦν Ἀννίβας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Μάγωνα τὸν ἀδελφόν.

§ 8 *Seu forte ita stando*] Mss. *seu quod forte ita stare:* scribo *starent.* Lipsius, Ep. Quæst. II. 1. V. C. habet *ita stare*, ut legi possit *ita starent.* Ursin. Voces *ita starent* manasse a glossa, arguunt Mss. Nam Pall. 1. et 2. *ita stare.* Pal. 3. *ita stans.* Sic c. 49. 'Seu forte, seu consilio:' adeo ut adhuc abjici posset alterum *ita locatis.* Grut. Pall. 1. et 3. *Solus seu de industria ita locatus, seu quod forte ita stare.* Unde restituerunt Lipsius et Fulvius *starent.* Pal. 2. *tenuit: seu de ind. ita locatus, seu quod forte ita stans peropp. utrique parti obl. erat.* Gebh. Plerique omnes *seu quod forte ita stare:* ut indicavit ex suo Lipsius. Put. *statere.* Subvereor ne hæc additamentis sint deformata, scripseritque Livius, ut et Gruterus voluit, *Sol seu de ind. ita locatis, seu forte, per opp. utrique parti obl. erat.* Vel *seu de industria seu forte ita stetere.* J. F. Gron. *Seu quod forte ita stans* Rec. et Gaertn. *seu quod forte ita stare* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. *seu quod forte stare ita* Ber. *seu quia forte ita stare* Lov. 4. *seu quod forte ita staret* Flor. et Lov. 5. *seu quod forte ita starent* Lov. 2. Latinius conjecit *seu forte ita starent.* Doujatius vel Lipsii lectionem probat, vel ex vestigiis Put. legit *stetere.* Paullo ante *Sol seu industria ita locatus* Lov. 1. *Sol seu de industria ita locati* Lov. 2. *tenuit solus, seu ind. ita locatus* Voss. et Ber. *solus, seu de ind. ita locatis* Flor. et Cant. *solus, seu de ind. ita locatus* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Froben. qui a. 1531. substituit id, quod vulgo exstat. Et sane, solis utrique parti obliqui Livium meminisse, ex Polyb. verisimile fit III. 114. Βλεπούσης δὲ τῆς μὲν τῶν Ῥωμαίων τάξεως πρὸς μεσημβρίαν, τῆς δὲ τῶν Καρχηδονίων πρὸς τὰς ἄρκτους, ἀμφοτέροις ἀβλαβῆ συνέβαινε γίνεσθαι τὴν κατὰ τοῦ ἡλίου ἀνατολήν. Ejectio vocum ex sententia Gruteri et Gronovii, quas tamen codd. omnes constanter servant, magis brevitati Sallustianæ, quam ubertati Livianæ convenire videtur.

§ 9 *Ventus, quem Vulturnum incolæ regionis vocant*] Τὸ *quem* exsulat a Cantabr. Haud dubie scripsit Livius, *Ventus* (*Vulturnum incolæ regionis vocant*) *adversus Romanis.* Quæ repentina interjectio tot locis ante patris operam obscurata fuit. *Jac. Gron.* Deest etiam a Flor. et a tribus optimis eorum, quos Crevier consuluit. Alibi sæpe a librariis insertum pronomen hoc, ubi ipse Livius id omisisse videtur. Vide ad I. 20. § 4. III. 52. § 1. X. 40. § 6. XXI. 61. § 6. XXII. 6. § 3. XXXVI. 18. § 3. et alibi. Similiter etiam sæpe pronomen *is* a librariis interpositum est. Vide ad

XL. 57. § 3. Præterea *Volturnum* Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2. *Regionis incolæ* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Adversus Romanos coortus] Optimi *adversis Romanis*. Ita lege, nisi mavis *adversus Romanis*. J. F. Gron. Vulgatum servant Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *adversus Romanus* Gaertn. *adversus Romanis*, ut Gron. conjecit, Flor. et Lov. 1.

Multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit] Pal. 2. ingerit *multum pulverem in ipsa ora volv*. Frontinus Strateg. II. 2. de Mario: 'Flagitationi eorum deinde incommodum aliud subjecit, ita ordinata suorum acie, ut adverso sole et vento et pulvere barbarorum occuparetur exercitus.' *Gebh.* Ita et Harl. et a m. sec. Flor. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *conspectum ademit* Ber. Male. Supra X. 32. 'Non prospectu modo extra vallum ademto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu.'

CAP. XLVII. § 1 *Clamore sublato, procursum ab auxiliis*] Pal. 1. *Clamore procursum auxiliis*. Pal. 3. saltem negligit præpositionem *ab*. Gebh. *Clamore procursum* præferunt etiam Voss. et Lov. 1. 2. 4. ac 5. De qua locutione vide Gronov. ad II. 56. § 4. et quæ notavi ad V. 45. § 2. Id non displiceret, si optimi adsentirentur; qui quum vulgatum constanter servent, iis adversari non ausim, præsertim, quum ita Livius etiam alibi loquatur. Supra III. 28. 'Clamorem omnes tollere jubet; clamore sublato ante se quemque ducere fossam.' IV. 37. 'Clamor excitatior crebriorque ab hoste sublatus.' VIII. 38. 'Ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit.' X. 14. 'Signa clamorque sublatus terruere Samnitium animos.' c. 40. 'Priusquam clamor tolleretur, concurreretur que:' hoc l. c. 60. 'Clamor flebilis est sublatus.' XXIII. 44. 'Clamor ex parte utraque sublatus proximos revocavit:' et alibi. Præterea *procursum auxiliis* non tantum iidem præferunt codd. sed insuper etiam Flor. Harl. Ber. Hav. et plures ex priscis edd. ut Rom. 1472. Mediol. 1480. Parm. et Tarvis. utraque. Vide ad VI. 11. § 4.

§ 2 *Frontibus enim adversis concurrendum erat*] Pal. 2. *occurrendum*. Gebh. Lectio illa errori librarii adscribenda est. Vide ad XXXVI. 24. § 11. Est autem 'concurrere' verbum militare pro prœlium committere. Vide Freinsh. in Ind. Flori et Justini ea voce; ubi locutionis rationem reddit. *Frontibus tantum adversis* habet Lov. 3. Paullo post *ad vagandum* Lov. 5. Male. Vide ad II. 11. § 10. Tum *in derectum* Flor. a m. pr. quomodo optimos Virgilii codd. passim legere, auctor est Pierius ad Georg. II. 281. Et ita Flor. supra XXI. 47. § 8. Vide etiam ad I. 11. § 9. et quæ notavi ad Silii IV. 678. Similiter se ubique in optimis Cæsaris membranis invenisse, viri docti monuerunt.

§ 3 *Stantibus ac confertis postremo turbatis equis*] A veteri absunt ista *postremo turbatis*. Et certe scioli nebulonis glossema fuit. Nihil ad hanc rem turbatio equorum. Nam quod ait *stantibus*, dixit ad discrimen, quia non ut in equestri pugna procursantibus. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Haud secus, quam vulgo exstat, Pall. tres et prisca ed. Lipsius tamen verba *postremo turbatis* exturbat tamquam glossema. *Gebh.* Scriptor Lipsiani codicis verba *postremo turbatis*, quibus offendebatur, perinde ut ille subtilissimæ naris Lipsius, omisit. Sed alia cura est opus: *Stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus*. Sic Put. et Pet. melior. *Postremo*, id est, postquam concurrissent, stantibus jam immobilibus et confertis ob nimiam turbam in an-

gustiis loci equis. *J. F. Gron.* Omnes mei priscæ lectioni consentiunt, nisi quod unus Lov. 1. verba *postremo turbatis* ad exemplum Msti Lipsiani omittat. Gronovius verum Livio reddidit. Præterea *Stantibus ac consertis* edd. Rom. a. 1472. Mediol. a. 1480. ac Parm. Vide ad XXII. 28. § 10. Mox *acrius jamque diutius* Lov. 5. *acrius tamen quam diu* Ber. a m. pr. et Lov. 2. Insuper *τὸ est* non adparet in editis Aldo vetustioribus.

§ 4 *Primo et viribus et animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque*] *Primo ex viribus et animis parum const.* Gaertn. *parum*, pro *pares*, etiam Voss. Lovel. 2. 3. 4. et Harl. *par constabant* Lov. 5. Ber. et Hav. Vulgatum verum esse indicat Polyb. l. III. c. 115. Paullo ante *Sub equestris fine certaminis* Lovel. 3. 4. et 5. Vide ad II. 55. § 1. Hinc *exorta est peditum pugna*, pro *coorta*, Lov. 2. et Ber. Vide ad v. 29. § 3.

§ 5 *Diu ac sæpe consilio agitabant, qua fronte acieque densa impellerent h. c. n. n. t. e. p. v. a ceteris prominentem acie*] Malim *consilia*. Est enim hæc ei trita locutio 'agitare consilia.' 'Agitare consilio' adhuc non legi. *Sigon.* Hem! tempus illud ferebat scilicet, ut diu consilia agitarentur? imo res potius: quid deinde post consilium? Ait 'impulsis deinde ac trepide referentibus pedem:' nec narrat vel verbo, quomodo hæc gesta. Quid multa? vulgata lectio meræ nugæ. Libro meo abest vox *agitabant*: et pro *impellerent* scribitur *impuluere*. En veram lectionem: *Tandem Romani diu ac sæpe connisi obliqua fronte acieque densa impulere hostium cuneum.* Palmaria hæc correctio est: quod ad scripturam, ex illis *consilio qua* quam facile *connisi obliqua?* in *impuluere* manifesto *impulere*. At illud sequens *a ceteris prominentem acie* legitur in V. *a prominentem acie cetera.* Lego *a cetera prominentem acie.* Tota narratio Livii intelligetur ex ratione aciei instructæ, quæ expressa breviter apud Plutarch. est in Fab. p. 182. Eadem Polyb. diffusius. Ceterum illud Livii *cuneum a cetera prominentem acie* vertit Plutarchus *ἐμβόλῳ προέχοντι τῆς ἄλλης φάλαγγος*· ne quis de restitutione dubitet. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Secutus heic eam et Lipsii conjecturam et meam, adjutus Mss. ipsius: tanto quidem libentius, quod vulgata plena puris ac veneni. *Grut.* Consentit Pal. 1. Lipsii libro *Tandem Romani diu ac sæpe cons. qua fronte acieque densa in pulv. host. cuneis nimis tenuem eoque parum validum ac cætera prominente acie.* Et ita ferme Pal. 3. nisi quod in fine *a cætera prominente acie.* Nota est cl. Lipsii emendatio, quam ille palmariam pronunciat. A nostris libris nihil omnino est opis. *Gebh.* Admisimus, ut et Gruterus, correctionem Lipsii, quam ipse palmariam vocat, ducentibus eodem membranis: nisi quod *æqua*, non *obliqua*, et res ipsa requirit, et ingerit optimus liber, in quo est *consiliæque fronte*. Et hoc est Polybii *ἐπὶ τῆς εὐθείας*. Lib. XXXVI. cap. 44. 'Et æqua fronte ad pugnam procedebat.' XXXVII. 39. 'Consul tria millia ferme peditum æquata fronte instruxit.' Seneca de Vita Beata cap. 4. 'Idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur, et aut in cornua sinuata media parte curvatur, aut recta fronte explicatur:' mox etiam legendum *institere*; etsi videam ut alterum defendi possit. *J. F. Gron.* *Diu ac sæpe consilio agitant, qua fronte*, quomodo fere ante Sigonium vulgo exstitit, superest apud me in Ber. et Hav. neque dissentit Hafn. nisi quod *consilio suo agitant* legat: sed *consilio quam fronte* est in Voss. *consilio ac fronte* in Lov. 1. *consilio qua fronte* in Flor. Cant. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. Similiter etiam in Hearnii Oxon. nisi quod *duo*, pro *diu*, præferat. Sed, ut Gruterus et Gronov. optime restituere,

connisi æquâ fronte est in Lov. 3. *connixi æqua fronte* in Lovel. 5. Deinde recte etiam *inpulere* plerique codd. Tandem *a prominente acie cetera* Lov. 1. *a cetera prominente acie* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *a cetera prominentem acie* Lovel. 3. 5. Ber. Hav. et editionum antiqq. pleræque posteriores: operarum deinde errore Basil. 1539. *a cætera* datum est, pro quo Curio substituit *a cæteris*.

§ 6 *Tenore uno per præceps pavore fugientium agmine in mediam*] Scripti fere *agmine*. Sed recte, opinor, correxerunt *agmen*. Est enim perculsum et inclinatum et præceps actum, statumque recuperandi nescium ob nimium pavorem. Per illud, partim per locum quem tenuerant, partim inter hos solutis ordinibus et disjectos, partim super qui ex iisdem sternerentur subinde, insequens avide Romanus continenter et quasi pro telo in mediam hostium aciem receptus est, ut loquitur Frontinus Strat. II. 3. 7. 'Postremo,' pergit Noster, 'nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt, qui utrimque reductis alis constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant, prominente acie:' nam ita leg. non *mediique*, nec *mediaque*, ut Lipsius. Put. et Pet. *mediaque*. Quod si quis elidendum censebit τὸ *steterunt*, adversarium me non habebit. Polybius III. 115. Οὐ γὰρ ἅμα συνέβαινε τὰ κέρατα καὶ τὰ μέσα συνάπτειν, ἀλλὰ πρῶτα τὰ μέσα, διὰ τὸ τοὺς Κέλτους ἐν μηνοειδεῖ σχήματι τεταγμένους, πολὺ προπεπτωκέναι τῶν κεράτων, ἅτε τοῦ μηνίσκου τὸ κύρτωμα πρὸς τοὺς πολεμίους ἔχοντος. Frontinus: 'reductis cornibus productaque media acie:' et 'conserto prœlio, paullatim invicem sinuantibus procedentibusque ad præceptum cornibus.' *J. F. Gronov.* *Fugientium agmine* est in Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Harl. eamque lectionem Gron. in pr. ed. notarum ex Put. et Pet. probavit; quam immutatam credebat a librariis, quos tot ablativi offenderunt: ambitum autem orationis ita evolvendum existimavit: 'tenore uno' Romani simul cum 'agmine' Gallorum Hispanorumque 'pavore fugientium per præceps inlati.' Melius tamen in secundis curis prætulit *fugientium agmen*, quod non tantum superest in reliquis Mss. sed in omnibus etiam excusis.

In mediam primam aciem inlati] Vetus *mediam primum*. Lipsius, Epist. Quæst. II. 1. *Primum* approbat etiam ed. vetus Moguntina. *Modius.* Adprobant etiam omnes codd. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *primam* male substituit. Mox *nullo existente* perperam Cant.

§ 7 *Mediique Galli Hispanique steterunt*] Vetus *mediaque Galli*, et *steterant*. Lipsius, Epist. Quæst. II. 1. Militis glossam censeo illud *steterunt*. Grut. Pal. 1. *mediasque* cum nota expunctionis τοῦ *s*. Et ita legit ex suo libro Lipsius. *Gebh.* *Mediaque Galli* Flor. Voss. Lov. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et D. *media qua Galli* Lovel. 1. et 5. *steterant* autem omnes, quibus usus sum, scripti, ut et Hearnii N. et L. 1. quod eorum fide recepi. Gronov. priori ed. nott. hunc locum ita legendum censuit: *ad subs. Afr. pervenerunt: (utrimque red. alis* (hi nempe Afri) *const., media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie:) qui*. Sed præstat, quod in iterata ed. ad § præc. proposuit.

§ 8 *Nitendo etiam sinum in medio dedit*] Restat in Pal. 2. *nitendo in sinum et in medium dedit:* in Pall. 1. et 3. *nitendo etiam in sinum in medio dedit.* Gebh. *Etiam in sinum* præferunt quoque Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. perperam, ut omnes vident.

Afri circa jam cornua vim fecerant] Iterum interpolata lectio. Scripsit Livius *Afri cir., jam cor. fec.:* et ita vetus: at illi boni correctores, dum

putant *circa* ad *cornua* referendum, et *vim* vocem intrudunt, sententiæ profecto vim fecerunt. Dixit *circa*, ut ante 'Nullo circa ad evagandum loco.' *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Vox *vim* in nullo cod. obvia fuit: quam etiam recte Aldus omisit. *Circa* sine casu poni vidimus ad I. 4. § 6. et IX. 2. § 7.

§ 9 *Etiam adversus Afros integram pugnam ineunt*] Abeunt Mss. *etiam* et *integram*. Recte. *Lipsius*, Epist. Quæst. II. 1. Tò *integram* parum integre hic legi, clamat conspiratio ed. Mogunt. veteris et membranarum Lipsianarum. *Modius*. Pall. 1. et 2. *quorum terga ceciderant, adv. Afros pugnam ineunt*. Gebh. Lipsio recidenti τὸ *integram* subserviunt optimi codd. sed pro *etiam* volunt *et*. J. F. Gron. Vocem *integram* nesciunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Similiter τὸ *etiam* exsulat a Lov. 2. et Gaertn. Ejus loco *et* præferunt Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. idque probat etiam N. Heins. ad Vell. Pat. II. 116. § 2. quo loco τὸ *et* sæpe pro *etiam* poni, et a librariis in *etiam* corrumpi docuit. Ejus erroris in codd. Livii tot exstant exempla, ut, si omnia enumerarentur, tædio foret. Exempli caussa vide ad I. 21. § 2. c. 29. § 5. c. 30. § 3. cap. 32. § 4. II. 31. § 7. c. 42. § 6. c. 52. § 1. &c. Adde Burm. ad Suet. Cæs. cap. 31. Crevierius, in cujus etiam plerisque scriptis *et adversus* exstat, potius *et* superesse, legendumque *jam adversus Afros* suspicatur.

§ 10 *Non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos*] Hæc sic concepta habet Pal. 1. *non tantum in eo quicquam iniq., quod incl. adv. circumsessos*. Pall. 2. et 3. *non tantum in eo quicquam iniq., quod inclusi adv. Numidas circumfusos*. Mox etiam Pal. 2. *vegetibus*, pro *vegetis*. Gebh. *Non tantum in eo quidq. iniquum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *non tantum in eo quicq. iniquam* Harl. *non tantum eo quicq. iniquam* Lovel. 5. *non tantum in eo iniq.* Flor. Præterea *adversus circumsessos* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. *adversus Numidas circumsessos* Harl. Vide hoc lib. cap. 59. § 5. Mox *recentibus ac integris* Hearnii N. quod a librario vel glossatore potius, quam a Livio, profectum esse, illud *ac* ante vocalem satis indicat. Vide ad Livii X. 36. § 17. *Recentibus ac vigentibus* Ber. ut XXI. 43. 'Vix integris vobis ac vigentibus transitæ.' Verum neque illud placet propter ingratam earumdem literarum repetitionem, et reliquorum codd. dissensum. Supra VI. 22. 'Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus.' Voces *ac vegetis* non adparent in edd. Rom. 1472. et Parm.

Cap. XLVIII. § 1 *Jam et in sinistro cornu Romano*] Pall. *Jam et sinistro cornu*. Gebh. Optimi nesciunt præpositionem, habent autem *Romani*. Scribe *Jam et sin. cornu Romanis*: ut et membranæ nonnullæ. *J. F. Gron.* *Jam et sin. cornu Romani* etiam Flor. Voss. et Gaertn. *Jam e sin. cornu Romani* Harl. *Jam in sin. cornu Romani* Lov. 4. *Jam cum sin. cornu Romano* Hav. *Jam et in sin. cornu Romani* Lov. 2. *Jam et in sin. cornu Romanorum* Lov. 3. *Jam et in sin. cornu Romanis* Lov. 1. et 5. *Romanis* quoque in uno e suis esse, Crevier. testatur; qui ita etiam edidit.

§ 2 *Quingenti ferme Numidæ, præter consueta arma telaque*] Conspicitur in Pall. *Quing. ferme milites Numidæ*. Gebh. Put. et Pet. melior *Numidæ præterita arma*. Scribe *præter justa arma*. Curtius IV. 14. § 5. 'Aliam funda saxa librare, paucis justa arma esse.' IX. 7. § 19. 'Macedo justa arma sumserat, æreum clypeum, hastam.' Silius XII. 470. 'Millia bis septem justis ducebat in armis Fulvius.' *J. F. Gron.* Numidas equites

Livius xxxv. 11. et Claudian. de Bell. Gild. 435. tantum jaculis instructos, cetera inermes fuisse tradunt. Quæ sunt ergo 'justa' eorum 'arma,' præter tela? Lipsius de Milit. Rom. III. 8. a Livio XXIII. 29. etiam Numidas equites armatos memorari observat, et ex horum genere fuisse eos, de quibus hic agit Livius, suspicatur. Aliud se non reperire dicit. *Duk.* *Quing. ferme milites Numidæ* Lov. 3. 4. 5. Harl. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. *Quing. fere milites Numidæ* Rec. *Quing. ferme milites Numidarum* Ber. et Hav. *Quing. fere Numidarum milites* Lov. 2. *Quing. ferme Numidarum milites* Voss. Hafn. et Gaertn. *Quing. ferme Numidarum* Lov. 1. Deinde *præterita arma* Flor. et Cant. Quorum similiumque codd. vestigiis insistens Nic. Heins. ad Vell. Pat. II. 111. § 2. legendum censet *præter solita arma:* quomodo etiam Jac. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit. Quod admisi. Mox *gladios acutos* Lov. 3. Ceterum, quam diverso modo hoc strategema Hannibalis referatur, notavi ad Silii x. 187.

§ 3 *Parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis*] Pal. 1. *parmisque etiam.* Pal. 3. *ante pedes hostium jactis.* Gebh. *Parmisque etiam jaculis* servant similiter Voss. Lov. 2. et Harl.

§ 4 *Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen*] Pall. duo *oculos animosque.* Gebh. Ita et Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav. cum edd. Aldo prioribus.

Tum, adreptis scutis, quæ passim, &c.] Silius meus Ms. x. 186. 'Has inter strages,' &c. *Modius.* Pal. 1. *tum abrectis scutis.* Gebh. *Areptis scutis* Lov. 2. *abreptis scutis* Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. sollemni scribarum errore, cujus quædam exempla vidimus ad II. 33. § 7. Alia obcurrunt v. 47. § 4. VI. 8. § 6. XXX. 37. § 8. Vide etiam Burm. ad Suet. Aug. c. 17. et Tiber. c. 45. Brevitatis caussa in nota Modii omisi testimonium satis longum Silii; in eo enim nihil aliud emendabatur ex Msto, nisi quod vs. 194. *evulsa cadavere tela* legat, quam lectionem jam proposuit in Novanf. Ep. 13.

Aversam adoriuntur Romanam aciem] Pall. tres *versam.* Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. a. 1472. ac Parm. *adversam* Lov. 1. Male. Indicat enim Numidas invasisse Romanos a tergo. Silius dixit x. 187. 'averso turbine miscent Bella inopina.' Sæpissime ita errasse librarios dictum est ad II. 31. § 6.

§ 5 *Hasdrubal, qui ea parte præerat, subductos*] Hic de sinistro cornu Romano, et de dextro Pœnorum loquitur. Ergo pro *Hasdrubal* legendum *Maharbal,* quod diligens lector, cum judicio hæc legens, facile judicabit. Quod si omnino quis contendat, occultam digressionem ad sinistri Pœnorum cornu pugnam describendam a Livio factam, quod Polybius III. 116. de Hasdrubale diversa quædam narret a Livio, erit haud dubie legendum *qua parte,* pro *qui ea parte.* At prior opinio magis mihi probatur. *Glar.* *Asdrubal* lævum cornu regebat, *Numidæ* in dextro erant. Itaque mirum videtur Livium ita loqui. Asdrubal Numidas ad persequendos hostes mittit, cum ea parte præesset. Ego certe malim *qui læva parte præerat.* Si quidem hoc loco Polybius ait III. 116. Asdrubalem a lævo cornu ad Numidas sublevandos se contulisse: ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν παρεβοήθησαν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων τοῖς Νομάσι. *Sigon.* Pal. 2. *subditos* præfert. Pal. 3. vero omisit *præerat.* Gebhard. Sigonius *qui læva parte præerat.* Ego quoque hæc corrupta credere malo, quam Livium sui oblitum in locis tam vicinis adeo repugnantia tradidisse. Hasdrubalem præfecit sinistro cornu: Numidas collocavit in dextro: Gallos et Hispanos in prominenti cu-

neo mediæ aciei. Quemadmodum ergo nunc, *qui ea parte præerat, subductos ex media acie Numidas?* Quemadmodum 'Hispanos et Gallos pedites adjungit Afris' in media acie, in qua semper fuerant? Res est, Asdrubalem cum Gallis et Hispanis equitibus occidione occidisse equitatum Romanum in opposito dextro cornu; deinde cum iisdem advectum ad sinistrum cornu Romanum Numidas segnius pugnantes excitasse; et hoc quoque profligato Numidis mandasse persequendos profugos; ipsum autem cum Hispanis et Gallis profectum ad mediam aciem, conjunctumque cum Afris reliquum prœlii confecisse. Sic Polybius. *Hispanos et Gallos equites* facile est restituere; superiora mutare arduum. Desiderabatur tale quid: *Asdrubal, qua parte præerat, victor, lævum quoque Rom. cornu ad. pari fortuna, Numidas, quia segnis eorum cum adv. pugna erat, ad pers. passim fug. mittit: Hispanos et Gallos equites jam Afris prope fessis, cæde magis quam pugna, adj.* J. F. Gron. Verba etiam omnino corrupta esse fatetur Crevier. et pro deploratis habet, quæ ad sensum necessarium sine librorum ope refingi nequeunt. Nihil definio. Esse tamen potest Livium sui oblitum hic aliquid humani passum esse. Ejusdem enim erroris etiam alibi exempla obcurrunt. Vide ad VII. 15. § 6. At Ant. Periz. in margine Livii mitiori medicina priorem partem hujus loci ita constituendam censet: *Hasdrubal, qui victor ad eam partem penetraverat, subd. ex acie Num.* Mox *eorum* deest in Hearnii N. et D. At § seq. *Hispanos et Gallos milites*, pro *pedites*, Cant. *Afris jam prope fessis*, transpositis vocibus, legunt Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum.

CAP. XLIX. § 2 *Tamen et obcurrit sæpe cum confertis Hannibali*] *Tamen occurrit* Lov. 2. et Ber. Vide ad II. 44. § 8. *Tamen et concurrit* Hafn. Vide ad XXXVI. 24. § 11. Deinde *consertis* editi ante Aldum. Vide ad XXII. 28. § 10.

§ 3 *Omissis postremo equis, quia consulem ad regendum equum vires deficiebant*] Pall. tres *quia cons. et ad reg. equum.* Gebh. Intellige protegentibus eum equitibus Romanis, primum justo militiæ suæ more in equis, deinde omissis equis. Post *τὸ consulem* interponunt *τὸ et* meliores. Posses etiam *Omissi postr. equi, quia et cons. ad regendum.* Forte et melius *renuncianti.* J. F. Gron. *Et ad regendum equum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. et Ber. Deinde *quia consuli* Harl. Hafn. Hav. et Hearnii D. et N. Sed vulgatum *consulem* præstat. Ita enim plerumque Livius et alii, qui optimo ævo scripserunt, loqui soliti fuere. Infra hoc lib. c. 59. 'In quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt.' XXVIII. 15. 'Vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum cœperant.' c. 41. 'Dies me deficiat, si numerare velim.' XXXVII. 5. 'Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret:' quorum quibusdam locis unus aut alter cod. pariter errarunt. Plura post Heinsium notavi ad Silii VIII. 661. Mox verisimilis est Gronov. conjectura *renuncianti.* Similiter enim variant codd. VIII. 30. § 2. Quin et passim verba ex vocculis *de* et *re* composita in codd. confundi, dictum est ad IX. 10. § 6. *Nuncianti* malebat Crevier.

Quam mallem, vinctos mihi traderet. Equitum pedestre prœlium] Plutarchus in Fabio p. 183. Τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον. Id est, *Hoc mallem, quam si mihi vinctos traderet.* Sigon. Pall. tres *vinctos mihi traderent equites. Tum pedestre prœlium.* Neque discordat prisca ed. Aptior vero videtur, quam habet Plutarchus sententiam. *Gebh.* Pall. Gebhardi consentiunt Cant. Voss.

Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hearnii N. L. 1. et prisca ed. neque aliter Gaertn. nisi quod *quom*, pro *tum*, præferat. *Darent equites: tum ped. prœl.* Hav. *traderet equites: tum ped. prœl.* Rec. cum edd. Ascens. et Mogunt. *traderent. Equitum ped. prœl.* Flor. et Aldus, qui *traderet* inter errata rescribi jussit.

§ 4 *Quale jam haud dubia hostium victoria fuit*] Mutandum *jam* cum *in* præpositione. Tale fuit prœlium pedestre equitum, quale in haud dubia hostium victoria. *Schottus*, Obs. III. 6. Si vulgata lectio, defensa ab omnium librorum consensu, retineatur, eadem constabit sententia. *Gebh.* Omnes etiam mei τὸ *jam* constanter tuentur. Quare Gebhardo adsentior, vulgatam lectionem servanti. Tenebras Schotto obfudit ellipsis participii verbi substantivi: *Equitum pedestre prœlium fuit, quale* est, *hostium victoria jam haud dubia* existente. Vide hoc lib. ad c. 31. § 5. A Schotto etiam dissentiebat Dukerus. Breviloquentiam hic Livium obscuram reddidisse, opinatur Joh. Clericus. Mox τὰ *in vestigio* omittunt edd. Rom. 1472. ac Parm.

Quos pellere non poterant] *Pellere nequissent* Pal. 2. *Gebh.*

§ 5 *Pepulerunt tamen jam paucos superatos, et labore ac vulneribus fessos*] Put. et Pet. *superantisiset labore*. Lege *jam paucos superantes et labore*, id est, cum jam pauci, et hi labore vulneribusque exhausti, superessent. Quod et Alb. Rubenius me monuit. *J. F. Gron.* Idem Gronov. in prima nott. ed. conjecerat, *jam paucos, superante ira, sed lab. ac vuln. fessos.* Præstat tamen, quod iteratis curis in mentem ipsi venit. 'Superare' pro superesse Livio est familiare. Ita III. 17. 'Velut quum otium superat:' hoc lib. c. 40. 'Nihil ex raptis in diem commeatibus superabat.' XXIX. 7. 'Locros aliquot horis die superante accessit.' c. 24. 'Qui superabant ex Cannensi exercitu milites.' XXXVIII. 29. 'Quum, qui superarent, fessi et corporibus et animis essent:' ubi male quidam codd. *supererant*. XXXIX. 54. 'Se, superante in Gallia multitudine, Alpes transgressos.' XLV. 24. 'Quid igitur superat, quod purgemus?' Auctor Epit. Liv. l. LXV. 'Qui ex ea clade superaverunt.' Livii imitator Silius Ital. X. 613. 'ipsamque odere salutem Unius amissa superantis puppe magistri.' Aliorum, quæ suppetunt, exempla non addo. Vide Gebh. ad Livii II. 27. § 12. Barth. ad Statii Theb. III. 2. Cortium ad Sall. Jug. c. 70. Torren. ad Val. Max. I. 1. 19. et quæ notavi ad Livii V. 38. § 4. Vocula *tamen* exsulat a Lov. 2. ejus loco *tum* est in Lov. 4. centies centiesque obvio errore. Vide hoc lib. ad c. 17. § 5. Deinde *et labore et vuln.* idem Lov. 4.

§ 6 *Cn. Lentulus tribunus militum, quum, prætervehens equo, &c.*] Poëta ad verbum fere hæc transtulit numeris tantum ligata in opus suum de bello Punico secundo, X. 261. *Medius. Cum Lent. trib. mil. prætervehens* Ber. Verum illud *quum* post vocem *equo* transfert Lov. 5. post vocem *oppletum* Lov. 2.

§ 7 *Quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ Dii respicere debent*] [Vide Varr. Lectt.] Gronovium optime Livium novisse, nemo negare sustinebit. 'Insons' tamen cum casu secundo construxit Livius XXXIV. 32. 'Quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, facturos?' et XLI. 24. 'Quid Perseus novus rex, omnis injuriæ insons?' At forte Gronovius putavit, dici posse *insons cladis*, non autem *insons culpæ cladis*, sed *culpa;* quemadmodum viri docti quidam recte dici contendunt 'accuso,' 'damno,' 'absolvo furti,' barbare vero 'criminis furti.' Vide Sanctium Minervæ II. 3. Verum, nec alterum damnandum esse, ibid.

Jac. Perizon. docuit. Gronovii conjecturam probavit Donjatius, ut ita vitetur concursus duplicis genitivi. Non itaque displicuisset ei cod. Lov. 5. lectio, qui, una voce omissa, *insontem cladis* legit. Duplicem tamen genitivum, quorum alter ex altero pendet, sæpe apud Liv. obcurrere, videbimus ad xxv. 15. § 11. Hinc neque invitis codd. omnibus, neque uno consentiente, receptam lectionem mutandam puto. Præterea *Dei respicere* est in Flor. et Lov. 4. *diei respicere*, eodem ducentibus vestigiis, in Voss. et Lov. 1. Vide ad x. 40. § 13. Tum *deberet* Voss. *deberent* Lov. 2. et Ber. Paullo ante *P. Æmili* Hearnii D. Verum, quum sine dubio consul Æmilius *Lucii* prænomen habuerit, an forte librarius scribere voluit *Paulle Æmili?*

Cape hunc equum: dum et tibi] Poëta Silius x. 274. 'cape, quæso, hunc, unice rerum Fessarum, cape cornipedem: languentia membra Ipse levabo humeris, et dorso tuta locabo.' *Modius.*

§ 8 *Etiam sine hoc lacrimarum satis luctusque est*] An non *sine hac*, morte consulis? *J. F. Gron.* Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit *luctusque erit.* Præterea *etiamsi hoc* Flor. Voss. Lov. 4. Ber. Hafn. et Hav. *etsi hoc* Lov. 2. et 5. *et sine hoc* Gaertn.

§ 9 *Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto*] Poëta Silius x. 278. 'Macte o virtute paterna, &c.' *Modius. Macte virtutis esto* Gaertn. Sed vide ad ii. 12. § 14. Mox *cave, ne frustra miserando* Lov. 3. Hav. et Hearnii N. a m. sec. At illud *ne* ortum est ex vocis præced. syllaba finali ob literarum similitudinem.

§ 10 *Urbem Romam muniant*] Pal. 2. *ut urbem R. statim muniant.* Gebh. *Urbem Ro. muniant* ambigue est in Lov. 2. et Gaertn. *urbem Romanam muniant* in Flor. Lov. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quomodo se etiam in Put. Pet. meliori, et tribus Flor. invenisse, Gronov. auctor est Obs. iv. 20. p. 324. Vide ad Epit. Liv. lib. xlix. Mox *victor hostis* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. τὸ *victor* deest in Hearnii N. Deinde *adoenit* in Put. invenit Crevier. idque elegantius judicavit. Tum *præsidiis firmetur*, pro *firment*, Hearnii D.

Privatimque Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus memorem exstitisse, et vixisse, et adhuc mori] Florebellus tollit vocem *exstitisse*, ut supervacaneam. *Sigon.* Contra omnes libros nescio quis Florebellus tollit *extitisse.* Ceterum Pal. 1. *et adhuc mori me.* Pal. 2. *extitisse et jussisse; ut adhuc mori.* Gebh. Dele auctoribus optimis τὸ *exstitisse*, ut faciendum conjecerat apud Sigonium Florebellus. *J. F. Gron.* Τὸ *exstitisse* etiam exsulat a Flor. et Lov. 4. ac 5. quod Gronov. etiam Obs. iv. 20. p. 324. in Put. optimo Pet. et tribus Flor. non reperiri auctor est. Præterea *privatimque Fabio Æmil.* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. et Hav. *privatim Q. Fabio Æmil.* Flor. Harl. et Gaertn. *privatimque Q. Fabio Æmil.* Hearnii Oxon. et edd. usque ad Moguntinam.

§ 11 *Tu me in hac strage*] Pal. 1. *et adhuc in hac strage.* Pal. 2. *me in hac strage.* Gebh. Quod pretium lateat in hac repentina voculæ primæ iteratione, vix capio. Sane ignorant eam Put. Pet. Cantabrig. Nec habent alii. *Jac. Gron.* Eadem particula exsulat etiam a codd. meis, et Hearnii Oxoniensibus, ut et illis quibus Crevierius usus est, qui et ex contextu ejecit, hoc usus argumento, oratiunculam Æmilii tribus partibus constare, quarum prima dirigitur ad Lentulum, secunda ad publicas de Roma et imperio curas, tertia Æmilium se respicere: inde vero consequens esse, ut postremæ hujus partis prima vox sit *Me*, quæ statim admoneat, jam de se consulem loqui incipere. Insuper

vero *Me et adhuc in hac strage* Voss. Lov. quinque, et Ber. *Me et in hac strage* Flor. et Gaertn. *Me adhuc in hac strage* Hearnii D. Voces *mori. Tu me* desunt in Harl. et Hav.

Ne ut reus inteream, caussaque consulatus accusator collegæ exsistam] Forte *ne aut reus int., caussave consulatus:* etsi suspectum est illud *consulatus.* Lipsius, Epist. Quæst. II. 1. *Accusatori* legendum existimo. Sic enim c. 35. 'L. Æmilium Paullum, qui cum M. Livio consul fuerat, et damnatione collegæ et sua prope ambustus evaserat.' Varro Livium Salinatorem et Æmilium reos fecerat: probata culpa ad populum Æmilius culpam in collegam transtulit. Ea res effecit, ut Varro consul fuerit; eandem denuo necessitatem impietatis recusat, mortemque præoptat. Quod si veterum librorum lectionem mavis, *alteri* aut simile quid addendum hoc modo: *caussaque alteri consulatus, accusator collegæ exsistam.* Schottus, Obs. III. 6. Pall. duo conceperunt hoc modo *ne tu ut reus intereas.* Gebh. Mera mapalia. Lege *ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegæ alieno crimine, &c.* Vide Obs. IV. 20. *J. F. Gron.* Ostendit ibi *e consulatu* esse post consulatum gestum. Leve est quod dicam, sed quid prohibet etiam levia adnotari? veteres in ea re magis uti præpositione *ex.* Sic Livius omnibus locis quæ ibi adfert. IV. 31. XXVII. 34. et XL. 25. 'ex consulatu' Cic. Bruto c. 32. 'ex quæstura' Livius XXXII. 7. Nec aliter Cæsar, Velleius, Valerius Max. et Suetonius. *Duk.* Omnino Gronov. in Obs. videndus est, ubi primo Lipsii et Schotti emendationem refellit, tum codicum suorum lectiones, ex quibus emendationem hic propositam exsculpserat, recenset. Quid mei præferant, enumerare nihil adtinet; nam vel his, vel illis Gronovii consentiunt. Optimi Gronov. Mss. Put. tres Flor. et melior Pet. legunt *ne aut reus interum e consulatu sim accusator collegæ exsistam,* nisi quod unus Flor. ostentet *iterum e consulatu aut accusator.* Jam autem ad eorum scripturam propius accedet, si Gron. vestigiis incedentes legamus *ne aut reus iterum e consulatu, aut acc. coll. exs., ut alieno,* vel *ne aut reus iterum e consulatu, sive acc. coll. exs., ut alieno.* Voces enim *exsistam ut,* quæ in omnibus optimis supersunt, delere non ausim. Τῷ *aut* subjungi potest *sive* eadem ratione qua *seu* τῷ *sive.* Vide ad X. 14. § 9.

Ut alieno crimine innocentiam meam protegam] Ant. Perizon. ad marginem Livii testatus est se, si membranæ addicerent, malle *innocentiam meam purgem.* Ita sane loquitur Liv. IX. 26. 'Adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa.' Verum codd. in receptam lectionem conspirant. Est autem 'protegere' tegendo defendere; quo verbo Livius utitur XLII. 15. 'Pantaleon constanter inpavidus mansit ad protegendum regem.' c. 29. 'Si fractæ essent opes Romanorum, quæ tum protegerent Karthaginienses.' c. 30. 'Protegente altero semper inopem ab alterius injuria.' Hinc 'defendere et protegere' Cic. jungit orat. pro Sull. c. 18. 'Ego jacentem et spoliatum defendo et protego.' Ut autem 'protegere innocentiam,' ita 'protegere pudicitiam' apud JCtum l. 39. in princ. ff. ad l. Jul. de Adult. 'Licet injuriam suam, protegendæ pudicitiæ caussa confestim marito renunciari prohibuit.'

§ 12 *Hæc exagentis prius turba*] Vos emendatis *Hæc exigenti.* Ego *Hæc exigentem,* id est postulantem a Lentulo consule. *Valla.* Cum legeretur *Hæc exagentis,* Valla emendavit *exigentem.* Malim ego *exequentem,* quo verbo utitur sæpe Livius. *Sigon.* Antiqua omnis lectio *Hæc exagentis.* Vulgata lectio a Valla est. Sigonius mavult *exequentem,* ego *satagentes:* et

sequentia distinguo, *oppressere*. *Consulem ignorantes quis esset, obruerunt telis: Lentulum, &c.* Lipsius, Epist. Quæst. II. 1. *Exigentem* habet disertim vetus ed. nostra Moguntinensis: et notat Saxo Hellenismum *exigentem τὸ ἐξηγούμενον*, id est, *commemorantem*. Modius. Reduxi scripturam Mss. veterum, quorum meminit Valla, nisi quod ibi antique *exagentis: exigentes* mutuo scilicet Æmilius et Lentulus: nisi forsan potius fuit *exsequentes*, quo verbo usus Noster xxxv. 15. et aliis locis. *Grut.* Vet. ed. *Hoc exigentem.* Pal. 3. *Hæc exagentem.* Pal. 1. vero *exagentis*. Pal. 2. *exagentes.* Gebh. *Hæc aggerantem* Hafn. *Hæc exaggerantem* Lov. 3. et Hav. *Hæc ex ingenti* Lov. 2. *Hæc agentem* Lov. 5. *Hæc eis agentibus* Gaertn. *Hæc exagentem* Ber. *Hæc exigentem* Hearnii L. 1. et N. *Hæc exagentis* Flor. Voss. et Harl. quod, vel *exigentis*, se in optimis invenisse testatur Gronov. Obs. IV. 20. p. 324. id autem accipiendum docet plurali numero, ut ad ambos, consulem puta Lentulumque, mutata distinctione, referatur. Ipsam vero locutionem inlustrat exemplis Cic. Fam. x. 34. Sen. Ep. 27. Plin. Ep. v. 12. et IX. 26.

Obrueruntque telis] *Obruerunt telis* Flor. Gronov. in Obs. d. l. in optimis *obruere telis* legi testatur, idque in contextum recepit.

Lentulum in tumulum abripuit equus] In Ms. tantum *Lent. abripuit equus.* Lipsius, Ep. Quæst. II. 1. *In tumulum* asserunt omnes libri nostri. Mox Pal. 1. *timide effuse fugiunt*. Pal. 3. *timide effusa fugiunt*. Gebh. *In tumulum* superest in Flor. Cant. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Omittunt eas voces Lov. 1. Voss. et ex edd. ultima Gruteri. *Lent. abripuit equus in tumulum*, transpositis vocibus, est in Ber. *in tumultu* legit Lov. 2. Gronovius in Obs. l. laud. *in tumulum*, quod omnes omnino Mss. suos habere testatur, mutat in *inter tumultum:* et locutionem inlustrat locis Livii ex XXIV. 15. et 16. Adde XXVII. 42. 'Pugnantesque inter tumultum ac terrorem instruxisset.' XXVIII. 19. 'Arx inter tumultum capta est:' et sæpe alibi. Insuper *timide effuse fugiunt* Voss. Harl. Gaertn. et Hav. *timide effuseque fugiunt* Lov. 3. *tunc effuse fugiunt* Lov. 4. et 5.

§ 13 *In vicum ipsum Cannas perfugerunt*] Pal. 2. *profugerunt*. Pal. 3. *effugerunt*. Paullo post Pall. tres *nullo munimento tegentes vicum*. Gebh. *Profugerunt* Ber. *profugere* Lov. 3. Vide ad XXXVII. 57. § 2. *Tegentes* autem præferunt etiam Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *tenentes* Lov. 3. et Hafn. qui posterior etiam legit *aliisque*, pro *atque equitibus*.

§ 14 *Nihil fugientium infestus agmini cum quinquaginta equitibus*] Polybius *septuaginta* edit, III. 117. 'Ἑβδομήκοντα μὲν εἰς Οὐενουσίαν μετὰ Γαΐου διέφυγον. *Sigon.* Pall. tres *nulli fugientium infestus agmini.* Gebh. Put. Pet. melior, Men. tres Pall. et Andreas *nulli*. Sed quid *infestus?* Vana quidem in tali tempore ducis ira. An *immistus?* ut nullum intelligas de tribus, quorum ante meminit. *Quinquaginta* equites bis hic cum Varrone mansisse dicuntur: at Polybius ἑβδομήκοντα, et eundem numerum XXV. 6. 6. exprimunt omnes scripti, ut et hic *LXX.* poni debere videatur. Etiam tres priores *Venusiam perfugit*, non *profugit*. J. F. Gronov. *Nulli* etiam omnes codd. mei, Hearnii Oxon. et edd. vett. pro quo primi Moguntini *nihil* dederunt, adsentiente deinde Frobenio, et hinc aliis. Pro *infestus*, quod omnes servant scripti, Ant. Periz. in margine Livii conjecit vel *infertus*, vel *comitatus*, vel *cinctus agmine*. Cœtierius *invectus*. Burm. literis ad me datis malebat *ingestus:* nam ita has voces etiam confundi apud

Lucan. VII. 785. ubi decem codd. ab Heinsio excussi pro *infestaque* legunt *ingestaque*, ipso Heinsio hanc lectionem probante ad Claud. de Rapt. Pros. III. 81. *septuaginta* autem legendum esse, monuit etiam Gron. ad Liv. XXV. 6. § 13. Mox *Venusiam fugit* Voss. et Lov. 1. *Venusiam perfugit* Flor. Lov. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. quod recepi. Recepit etiam Crevierius, qui optimos codd. id tenere, ac magis proprium esse monet. Vide modo ad § præc.

§ 15 *Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites*] Polybius III. 117. ad septuaginta millia cæsa tradit. Dionysius etiam Halicarnasseus ex octoginta millibus tria evasisse scribit lib. II. p. 89. Cæterum, si versu sequente quis tollat *civium* ac conjunctionem *que*, ratio numeri fere cum Polybio conveniet. Alioqui verborum Livii sensus est, tantum civium prope, quam sociorum, de XL. millibus cecidisse. Porro in captivorum etiam oratione c. 59. ac item T. Manlii c. 69. quinquaginta millia nominantur. Ex his lector judicet, quodnam verisimillimum. Nam ego plane hæsito. *Glar.* Polybius item ad septuaginta millia occisa ait. Quod sequitur *et tanta civium sociorumque pars*, expositionis vim habet; eum enim numerum civium sociorumque parem prope fuisse significat. *Sigon.* Pal. 2. *XLV. milia.* Gebh. Duo meliores unusque de Pall. *XXXXV. millia peditum:* quod videtur confirmari XXV. 6. 'Ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt.' *J. F. Gron.* *XXXV. pedites* Exc. Pithœi. *XLV. pedites* Flor. *XXXXV. D. pedites*, id est, quadraginta quinque millia quingentos pedites, ex Put. laudat Crevier. *quadraginta quinque millia Romanorum* hoc prœlio cæsa fuerunt, ut testatur auctor Epit. Liv. hoc lib. πεντακισμύριοι Ῥωμαίων secundum Plut. Fab. p. 183. 'militum quadraginta millia, equitum tria millia et quingenti' apud Eutrop. III. 10. 'quadraginta quatuor millia Romanorum' apud Oros. IV. 16.

Et tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur] H. Glareanus, ut numerum occisorum cum Polybio utcumque æquet, sic legit: *et tanta prope sociorum pars.* Sed Livius sibi in hoc numero constat. Postea enim ait c. 60. 'Quinquaginta millia civium sociorumque circa vos eo ipso die cæsa jacent.' Quare recte a Sigonio recepta lectio defenditur. *Schottus*, Obs. III. 6. Pal. 2. *et tanta pars civium sociorumque cæsi dicuntur.* Pal. 3. *et tota prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur.* Gebh. Utrum *tanta prope civium, quanta sociorum pars?* an *et æqua prope civium sociorumque pars?* J. F. Gron. Salmasius ad Florum II. 6. § 15. itidem, ut hic Sigonius, putat Livium significare æquam civium et sociorum partem. Et sic etiam Schottus. Relinquo aliis quærendum an Latine dicatur *tanta prope pars*, pro *æqua prope pars;* et Glareanum ac Gronovium id non probasse, ob eamque caussam etiam hunc locum suspectum habuisse credo. Illud satis apparet non esse hanc verborum sententiam: præter illos, qui cæsi dicuntur, totidem e sociis periisse. Nam c. 36. scribit Livius, in exercitu Romano septem et octoginta millia armatorum et ducentos fuisse. Ex his in prœlio cecidisse nunc ait duo et quadraginta millia septingentos; capta sunt tria millia trecenti, in fine hujus cap. effugerunt XIX. millia cum paucis equitibus, ut paullo ante hoc cap. quæ summa ferme est quinque et sexaginta M. *Duk.*

In his alter consulum, quæstores L. Atilius et L. Furius Bibaculus] Id haud dubie mendosum, et ex fide vetustiorum codicum ita mutandum: *in his amborum consulum quæstores L. Atilius, &c.* Schottus Obs. III. 6. Pal. 1. et prisca ed. *in his ambo consulum quæst. L. Atil. et L. Furius Bibaculus.*

Gebh. Put. Pet. Reg. Voss. Men. Pal. *in his ambo consulum quæst. L. Atil. et L. Fur. Bibaculus.* Nec opus erat hic de consule memorare, quod proxime ante factum, nec scribere *amborum consulum quæstores,* quod Schotto visum est. Lib. XXVII. c. 22. 'Duo consulum prioris anni exercitus.' *J. F. Gron. In his ambo quæst.* Lov. 2. *in his consul et ambo quæst.* Lov. 3. et Hafn. *in his consul et ambo consulum quæst.* Ber. *in his amborum consul quæst.* Lov. 4. *in his amborum consilium quæst.* Lov. 5. *in his ambo consules, quæst.* Voss. *in his ambo consulum quæst.* Flor. Lov. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Infra hoc lib. c. 54. 'Occidione occisos cum duobus exercitibus consules.' Quam adcurate cogitateque scripserit interpres Delphinicus, etiam ex hoc loco patet; ubi persuadere conatur Gronovium ex optimis libris maluisse *in his alter consulum. Quæstores:* quam deinde lectionem rejicit ob eamdem caussam, ob quam jam antea Gronovius ipsam illam rejecerat.

§ 16 *Unus et viginti tribuni militum*] Put. et antiquissimi *Bibaculus: et viginti unudecemtr.* Videntur velle *XXIX. tribuni militum:* quum bonus homo librarius notas *IX.* reddidisset *unus decem.* J. F. Gron. *Et viginti unus de tribunis milites quinquaginta* Lov. 2. et 3. *et XXI. de tribunis, militum quinquaginta millia* Gaertn. *et viginti unus de tribunis militum* Lov. 1. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Rom. princeps, cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *XXI. de tribunis mil.* Ber. et aliæ ex vett. edd. *XII. de tri. mil.* Hearnii D. *viginti una de CCte mil.* Exc. Pithœi. *et viginti decem tr. mil.* Flor. Mihi scribere voluisse videntur *unus et viginti de tribunis mil.*, ut in Voss. inveni. Idem usus præpositionis *de* infra est, XXXV. 29. 'Unum de auxiliaribus specie transfugæ mittit:' ubi plura vide.

Cn. Servilius et C. Minucius Numatius, qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat] Priore anno dictator creatus erat ad habenda comitia P. Veturius Philo, ejus magister equitum M. Pomponius Matho: cum Fabio autem M. Minutius Rufus: quare hoc nomen *Numatius* mihi suspectum. *Glar.* In veteribus libris est *M. Numacius:* mendose utrobique. Fuit autem magister equitum aliquot ante dies 'Manius Pomponius Matho,' is, ut reor, qui consul fuit an. DXVII. quemadmodum scriptum est in consulibus Capitolinis. Cum autem Livius *M'. Matho,* aut *Manius Matho* scripsisset, imperiti librarii *M. Numatius,* et *Minutius Numatius* fecerunt. Postremo imperitiores emendatores *C.* prænomen de suo addiderunt. *Sigon.* Admodum depravate legitur in vulgatis exemplaribus *C. Minucius Numatius;* diversis quippe codd. Mstorum lectionibus, ut sæpe fit, simul conflatis; cum in quibusdam *C. Minucius,* in aliis *M. Numatius* appelletur. At hunc M. Minucium Rufum fuisse, Livii verba indicant, consularem appellantis, et adjicientis ita: *qui mag. eq. priore anno aliquot diebus ante fuerat.* Et recte: nam consul ante fuerat, et hoc priore ante cladem anno magister equitum sub Q. Fabio dictatore. Sed verba hæc *aliquot diebus ante* mihi suspecta sunt, quæ moverunt Sigonium, ut censuerit prænominis notam C. temere a correctoribus adjectam auferri debere, et pro 'Minucio Numatio' reponendum ibi esse alterum posteriorem hujus anni magistrum equitum, comitiorum habendorum caussa creatum, 'Manium Mathonem.' Sed videant docti. Mihi quidem videtur, quod Cannensi anno sequenti M'. Matho prætor urbanus Romæ manserit. Quapropter verba illa *aliquot diebus ante,* ut dixi, mihi suspecta sunt. Si ex historica veritate conjicere liceret, mallem ita le-

gere *aliquotque diebus Imp. fuerat.* De Minucio enim hæc intelligenda sunt, qui magister equitum æquale imperium per aliquot dies cum dictatore habuerat. Et frequens facilisque lapsus imperitorum librariorum semper fuit in abbreviationibus illis antiquis; similique errore *imp.* in *ante* mutare potuerunt, et copulæ notam *q;* omittere. Sed lectori suum de his sit judicium. *Pighius* in Annal. ad a. DXXXVI. p. 154. Pall. tres *inter eos Cn.* (Pal. G.) *Servilius* (Pal. 1. *Minutius,* Pal. 2. *Minimus:* forte *Geminus*) *et M. Minutius numerantur.* Gebh. Quum vulgo legeretur *C. Minutius Numacius,* conjiciebat Sigonius *Manius Matho,* quemadmodum et edidit. Modius revocavit alterum. Gruterus τὸ *Numatius* delevit: longe aliter optimi codd. *inter eos Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui mag. equ. priore anno aliquod annis fuerat octoginta prat. aut sen.* Ergo scribendum, *inter eos Cn. Servilium Geminum, et M. Minucium numerant, qui mag. eq. priore, consul aliquot annis ante fuerat: octoginta præt. aut sen.* Nihil fere in his sumus ausi, nisi quod adjecimus τὸ *consul,* idque ratione evidentissima. Fuerat autem consul sexto ante a. DXXXII. collega P. Cornelio Asina, quicum bellum adversus Istros administravit. Pighius conjecerat *aliquot diebus imperator fuerat.* J. F. Gron. Omnino scriptura Puteanei codicis flagitat, *magister equitum priore anno, aliquot ante cos. fuerat.* Jac. Gronov. Pighius ad an. IↃXXXVII. p. 160. ex capp. 35. et 55. ostendit 'Manium Pomponium Mathonem,' quem hic pro 'M. Minucio' substituit Sigonius, hoc anno jurisdictionem urbanam sortitum, et post cladem ad Cannas in Urbe fuisse. *Duk.* *Gn. Servilius Minutius Numantius, qui* Hav. *Cn. Servilius et M. Minucius, qui* Lov. 4. *Cn. Servilius et M. Minutius numeratur, qui* Lov. 5. *Cn. Servilius Minucius numerantur, qui* Lov. 1. *Cn. Servilius et M. Minucius numerantur, qui* Hearnii L. 1. et N. *Cn. Servilius Numinus et M. Minucius numerantur, qui* Lov. 2. *Cn. Servilius Minucius et M. Minucius numerantur, qui* Lov. 3. *Cn. Servilius Miramus et M. Minucius numerantur, qui* Gaertn. *Cn. Servilius Minimus et M. Minucius numerantur, qui* Voss. Harl. Hearnii D. et Colbert. apud Doujatium. *Cn. Servilius Geminius et M. Minucius numeratur, qui* Ber. *Cn. Servilius Minimum et M. Minucius vero numerant, qui* Flor. a m. pr. *et M. Minucium numerant, qui* a m. sec. *Cn. Servilium Minimum et M. Minucium numerant, qui* Exc. Pithœi. Ex tot codd. vestigiis plus quam verisimilis redditur Gronovii emendatio; quare etiam Servilii cognomen *Geminum* in contextum recepi. In verbis seqq. reliqui quidem codd. nihil mutant, sed Flor. et Cant. *mag. eq. priore anno, aliquot annis ante fuerat* legunt. Jac. Gronovii conjecturam, tamquam optimorum codd. lectioni proximam, admisi. Ceterum Minucium, qui anno priore magister equitum fuerat, prœlio Cannensi interfectum fuisse constat etiam ex Silio Ital. IX. 563.

§ 17 *Octoginta praterea senatores, aut qui eos magistratus gessissent*] Eorum, qui in senatum veniebant, alii senatores erant, quippe qui lecti a censoribus essent; alii jure magistratus, quem aut tum gerebant, aut ante gesserant, jus quidem sententiæ dicendæ habebant, verum sententias non rogabantur; sed, quas senatores dixissent, in eas descendebant. Itaque de M. Livio dixit Livius XXVII. 34. 'Sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat.' Hinc cum senatores in curiam vocabantur, ita vocabantur; 'Senatores, quibusque sententiam dicere licet.' Seminarium autem senatus, id est, eorum, qui a censoribus legerentur, cum alii multi pro arbitrio censorum fuerunt, tum maxime

ii, qui curules magistratus gessissent. Hæc fere ex Livio et Gellio. *Sigon.* De Livio Salinatore rursus idem, quod hic, ad Liv. XXVII. 34. et de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 2. tradit Sigonius. Sed nihil in illo loco Livii est, unde ostendi possit Salinatorem tam non lectione censorum, sed jure magistratus, in senatum venisse. Fuerat ille consul triennio ante annum cladis Cannensis, et haud dubie ante consulatum alios magistratus curules gesserat. A censoribus autem maxime in senatum lectos fuisse, qui curuli magistratu functi fuerant, ostendit Manutius de Senatu Rom. c. 1. nec sine ratione existimat eos in senatu legendo non potuisse a censoribus præteriri, eo, quod Livius hic dicit 'qui eos honores gessissent, unde in senatum legi deberent.' Itaque longe probabilius est Livium Salinatorem, si non ante præturam, tamen anno, qui consulatum illius præcessit, et L. Æmilium, C. Flaminium censores habuit, ab his in senatum lectum fuisse. Si quis tamen contendere velit hoc incertum esse, is causam dicat oportet, cur ergo lectione Fabii Buteonis dictatoris, qui apud Livium XXIII. 23. 'in' senatorum 'demortuorum locum legit eos, qui post L. Æmilium, C. Flaminium censores curulem magistratum ceperant,' comprehensus non fuerit Salinator. Nec magni ponderis est id, quo præcipue nititur Sigonius, ex eo, quod Liv. XXVII. 34. dicit, eum in senatu 'verbo adsensum, aut pedibus in sententiam ivisse,' intelligi, eum illo tempore nondum a censoribus in senatum lectum fuisse. Nam nihil est, cur credamus, senatoribus, qui a censoribus lecti fuerant, non idem licuisse, quod pedariis, qui jure magistratus in senatum venerant. *Duk.* Vide ad l. d. Liv. § 6. *Aut senatores,* addita priori vocula, ut Gronov. ad § præc. legendum monet, tiam Flor. qui *eum mag̃ gessissent* a m. sec. exhibet: *eos magistratus gesserunt* Lov. 4. et 5. Mox *ut in senatum,* pro *unde*, Ber. a m. sec. et *facti fuissent*, pro *essent*, Lov. 4.

§ 18 *Capta eo prælio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur*] *Capta in eo prælio* Lov. 1. Quod dictum esse potest, ut 'in certamine vinci;' de quo vide ad x. 6. § 11. Reliqui tamen omnes præpositionem ignorant. Ant. Periz. autem in margine Livii scribendum censet *Capta prælio*, omisso medio pronomine, addita hac ratione, quia post prœlium multo plures sunt capti. Omnes tamen scripti τὸ *eo* defendunt. Præterea *et equites* ∞ *dicuntur* Exc. Pithœi, *et equites M. et dicuntur* Flor. in cujus margine *M. et D. dicuntur* manus altera emendat.

CAP. L. § 1 *Hæc pugna Alliensi cladi nobilitate par, cetera utilis, quæ post pugnam accidere leviora*] Ego sic emendo: *cæterum ut illis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est.* Hoc est, quia Annibal cessavit petere urbem, ut Galli petierunt, superatis ad Alliam Romanis. Præterea *namque*, una dictio, debet dividi in duas, ut sit relativum *quæ*: refertur enim ad illud *fugæ*. Ita tota emendatio erit, singulis dictionibus in binas separatis, *utilis* in *ut illis*, *namque* in *nam quæ*, et *leviora* mutato in *levior*. Valla. Placet prisca lectio: *Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par Aliensi. Ceterum ut hæc illa, &c.* Polybius III. 117. Ἡ μὲν οὖν περὶ Κάνναν γενομένη μάχη Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων ἐπετελέσθη τὸν τρόπον τοῦτον. *Sigon.* Pal. 1. *Hæc ex pugna Cannensi clade nobilitata par.* Pal. 2. *Hæc est pugna Alliensi cladi nobilitate par.* Insuper Pal. 1. *par, ceterum utilis et quæ post pugnam accidere leviora.* Pal. 3. *ceteris utilis quæ post pugnam accidere leviora.* Quæ omnia turpissime contaminata sunt. Ceterum sincerior hoc loco prisca ed. *Hæc est pugna Cannensi clade nobili-*

tata: par ceterum Alliensi; utque illa iis, q̄ post pugnam accidere, levior. Gebh. Et hic nihilo modestiores fuerunt Livii tortores. Put. *hæc ex pugna aliiensi clade nobilitate par cæterum utilis quæ post pugnam, &c. gravior fædiorque fuga namque ad alliam sicut urbem.* Manus secunda ad *aliiensi* adjecerat *s.* Prorsus eodem modo optimus Flor. nec differt Pet. nisi quod post lituram habet *Cannensi:* quemadmodum etiam Barberinus. Inde eduximus et genuinum putamus: *Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par: cæterum ut illis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est: sic strage exercitus gravior fædiorque. Fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, &c.* vel *cladis nobilitate.* J. F. Gron. Omnino cum Gronov. legendum *Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par.* Ex Mss. alterutra vocum *Cannensis* vel *Alliensi* propter similitudinem syllabarum finalium excidit; et quidem ex optimis posterior plerumque, ex reliquis prior: ita tamen, ut in illis *Cannensi* pro *Cannensis* datum sit, et *nobilitata* pro *nobilitate.* Recte etiam, quum pro *utque hæc illa iis, quæ,* (ita primus Ascens. 1513. edidit; priores enim pronomen *hæc* ignorabant) in plerisque cedd. reperisset tantum *utilis, quæ,* substituit *ut illis, quæ;* quod etiam Valla viderat, et præfert Lov. 5. Contrario errore *ut illi,* pro *utili,* præferebant plures codd. v. 18. § 3. ubi quædam vide. Similiter fere *utilia,* pro *ut alia,* dederant XXI. 52. § 7.

§ 2 *Sic strage exercitus gravior, fædiorque fuit fuga: namque ad Alliam fuga sicut*] Quomodo hic fædior fuga, quam in Alliensi pugna? cum illic miles sine ulla dimicatione fugerit; hic, tot millibus trucidatis, ut ipse statim dicit, fugientem consulem vix quinquaginta secuti sint? Quamobrem verba hæc *fuit fuga* delenda arbitror: certe in quibusdam exemplaribus altera eorum deest. *Schottus,* Observ. III. 6. Abest ab omnibus Pall. vocula *fuit.* Quia in Pall. 1. ac 2. post *ad Alliam* τὸ *fuga* defecit, nihil certius, quam legendum, *sic strage ex. fædior graviorque: fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit.* Comparat clades, quas Romani ad Alliam et Cannas acceperunt. Hanc sicut eventu illa ad Alliam, quia ab Annibale cessatum, et non illico exercitus ad Urbem ductus est, leviorem affirmat: ita strage graviorem et fœdiorem. Quippe ad Cannas non fœde fugerunt, omnibus fere trucidatis. XXV. 6. 'Cannensem vero quisquam exercitum fugæ aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt?' Sed in Alliensi pugna miles sine ulla dimicatione terga dedit. Liv. ibid. 'Ad Alliam prope omnis exercitus fugit.' Stabilit hanc lectionem meam prisca ed. *sic strage exercitus gravior fædiorque fuit fuga: nam quæ ad Alliam fuit, sicut urbem prodidit.* Similis fere locus cap. 59. 'Utraque non tam clade infamis, quam pavore et fuga pugna fuit.' *Gebh.* Similiter Gronov. hæc verba ad § præc. emendavit, eamque emendationem recte in contextum admisit.

§ 3 *Alterius morientis prope totus exercitus fugit*] Scribo *exercitus fuit.* Non aliud dicit, quam, Varronem fugientem pauci comitati: Æmilio morienti prope omnis exercitus commoritur. *Lipsius,* Epist. Quæst. II. 1. Hoc *exercitus fuit* a Lipsio: et sane sic optimi libri, non *fugit,* ut vulgo. Sed qua sententia? Non aliud dicit, inquit, quam Æmilio morienti prope omnis exercitus commoritur. Ego vero hoc acumen me non assequi fateor, nec videre, ut *morientis esse* Latine sit commori. Hoc ille frustra speravit nos sine teste credituros. Quin et sic obsidet morbus: et, nisi quis meliorem adferet, habe

mecum, *alterius mortem prope totus exercitus luit.* Hoc est illud ipsum, quod exprimi debuisse recte sentiebat Lipsius: sed cum aliqua invidia ipsius exercitus, in quo unus Paullus, qui recta suadebat, a nemine audiebatur. Unde Lentulus cap. præc. 'Quem unum insontem cladis hujus.' Illi Paullum monentem, prædicentem, deterrentem, Varroni vano creduli, traxerunt in id periculum, quo simul perirent: itaque mortem ejus, crimen suum, morte consimili luerunt. *J. F. Gron.* *Fuit* apud me superest in Flor. Lov. 4. 5. et paucis aliis; apud Hearnium in L. 1. quod cum τῷ *fugit* sæpe commutari solet in libris scriptis. Vide ad xxvii. 32. § 6. Plerique reliqui vel *fugit* tuentur, vel ejus loco aut *fugiit*, aut *fugerat* legunt. Donjatius, præfatus Gronovii conjecturam ingeniosam quidem, sed, nullo adstipulante aut eo ducente codice, non minus audacem esse, vulgatum *fugit*, quod Colbert. liber cum aliis pluribus servat, præferendum arbitratur: quum autem duo duorum consulum exercitus essent, si seorsim agerent, et in hac pugna suo quisque cornu vel potius dimidiæ copiarum parti præesset, Livium velle existimat, alterius consulis fugientis, nempe Varronis, exercitum pene totum cæsum esse; alterius vero in prœlio cæsi, nempe Paulli, copias pene universas fugisse. Id firmari posse videtur ex eo, quod 'septem et octoginta millia armatorum et ducentos' in castris Romanis fuisse, quum pugnatum ad Cannas est, quosdam auctores esse, Livius tradat c. 36. ex illo autem numero 'quadraginta millia peditum, duo millia septingentos equites' cæsos, 'tria millia peditum et equites trecentos' captos testetur c. 49. secundum hunc enim calculum evasisse debuerunt quadraginta et unum millia ac ducenti milites, qui post prœlium partim in majoribus minoribusque castris ac vico Cannarum ab Hannibale capti sunt, partim se Canusium Venusiamque receperunt. Restant tamen plura, quibus Donjatio adsentiri prohibeor: sed quæ per partes omnia recenseri ratio adnotationum non patitur. Eo tamen pertinet, quemque consulem in hac pugna non dimidiæ copiarum parti, sed cornu alterutri præfuisse, Servilium mediam aciem rexisse. Vide c. 45. Præterea non omnes, qui prœlio neque cæsi neque capti sunt, ad exercitum Paulli pertinuisse, sed magnam etiam partem eorum, quibus Varro præfuerat, mortem vel captivitatem tempore prœlii evasisse. Tandem etiam errores admissos videri in numeris interfectorum; quod intelligi poterit, partim si numeros eorum qui ceciderunt, capti sunt, et evaserunt colligamus; et conferamus cum numero eorum, qui in exercitu fuisse dicuntur; partim ex Polybio: unde dicendum videtur majorem militum numerum, quam vulgata Livii verba præferunt, occubuisse. Præstare igitur videtur, ut Lipsii conjecturam, optimorum codd. auctoritate stabilitam, probem: non quasi 'esse alicujus morientis' notet per se alicui commori, sed morienti favere, adhærere, sequi, imitari. Alia ejus locutionis hoc sensu exempla vide ad lib. iii. c. 38. § 11. Similiter locum cepit Crevier. qui hæc verba ita exponit: alterum morientem prope totus exercitus secutus est, comitatus est: id est, cum eo periit. In verbis præcedd. *vix septuaginta*, pro *vix quinquaginta*, scribendum esse, Gronov. conjecit ad c. 49. § 41. idque in contextum recepit. Alterum tamen hic servant omnes scripti et edd.

§ 4 *Qui in majoribus castris præerant*] Vet. lib. *qui maj. castris præerant.* Sigon. Pal. 2. *in maj. præerant.* Gebh. Edebatur *qui in majoribus.* Sigonius τὸ *in* sustulit. Meliores *qui in majoribus erant.* J. F. Gron. *Qui*

majoribus præerant Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo Aldus demum *qui in majoribus præerant* substituit, reliquis adprobantibus, usque dum Sigonius priorem lectionem revocaret. Id autem, quod scholio suo Sigonius præscripsit, in nullo scripto vel edito obvium fuit: *qui majoribus castris præerant* in uno inveni Lov. 2. *qui majoribus ex se præerant* in Lov. 3. At quomodo *præerant?* Præcessit enim binis in castris multitudinem 'sine ducibus' fuisse: recte igitur Gronov. *qui in majoribus erant*, adsentiente ex meis Flor.

Uno agmine Cannusium abituros] *Canusium* uno *n*, et veteres libri et Græci scribunt. [" Nam Canusi lapidosus: aquæ non ditior urna' Horatius Serm. Sat. I. 5. 91. quod adducere debebat pro fide Sigonius.'] In iisdem vett. libb. est *uno agmine inde Canusium ab.* Sic paulo post, *atque inde protinus Canusium pervenerunt.* Sigon. Non *Cannusium*, sed *Canusium*, ut recte Sigon. docet, scribendum esse, etiam ex Horat. Silio, Martial. constat, qui primam ejus vocis syllabam corripiunt. *Inde*, quod ex vet. lib. addidit Sigon. in uno apud me superest Hav. Superest tamen etiam in Lov. 2. et Ber. verum hi voces *uno agmine* ignorant: *una Canusium* legit Lov. 1.

§ 5 *Qui se arcessant*] Ita ex Pal. 1. pro *accersant* Gebh. legebat ad IX. 9. § 12. Et ita Flor. Vide quæ ibi notantur. Præterea *Cur enim, qui se* Lov. 3. *Cur illos, qui se* Lov. 4. 5. *Cur enim illos, qui ad se* edd. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm. Mox *ipsos* deficit in Lov. 4. *possunt*, pro *possent*, legit Lov. 2.

Aliorum, quam sua, corpora tanto periculo mallent objicere] Trajectis vocibus habent Pall. codd. *sua per. tanto corpora.* Gebh. *Quam sua* (*suo* habet Lov. 3.) *per. corpora tanto mallent objicere* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. vetustis. *Quam sua corpora per. tanto mallent objicere* Harl. *quam sua corpora objicere per. tanto mallent* Lov. 4.

§ 6 *Aliis non tam sententia displicere, quam animus deesse*] *Non tam sententiam displicere* Lov. 1. 2. Ber. et Hav. *non tam sententia hæc displicere* Lov. 5. *non tam sententia est displicere* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. et Harl. *non tam sententia visa est displicere* Gaertn. *non tam sententia est visa displicere* Hearnii N. Tum *quam animos deesse* Lov. 3.

Æstimarique capita vestra pretio, et exquiri] Pall. tres *æstimarique capita vestra et exquiri pretia.* Vet. ed. *exquiri pretio.* Gebh. Ita primus edidit Ascens. 1513. Priores præferunt *capita vestra, et exquiri pretio.* Gruterus deinde *capita vestra, et exquiri pretia* in ultima ed. vulgari curavit; quod omnes etiam mei præferunt, nisi quod vox *pretia* exsulet a Lov. 3. Paullo ante *ab amarissimo*, pro *ab avarissimo*, male Lov. 1. Sæpe ita turbant libri scripti. Vide Broekh. ad Prop. I. 8. 38. II. 18. 65. et Burm. ad Ovid. Trist. IV. 10. 51.

Romanus civis sis, an Latinus socius] Hæc interrogatio fiebat, ut in Romanos Annibal animadverteret, socios conciliandæ eorum sibi gratiæ caussa dimitteret. *Sigon.* Immo ut Romanos in vincula daret, qui postea redimerentur; Latinos socios sine pretio dimitteret, quemadmodum post prœlium ad Trasimenum fecerat hoc lib. c. 7. Mox voces *et miseria* exsulant a Voss.

§ 7 *Honos quæratur, non tibi? Non vos quidem L. Æmilii, qui se bene mori, &c. similes estis*] Optime liber vetus, *honos quæratur? non: siquidem L. Æmilii, qui se, &c.* Vide audaciam correctorum, qui reliquas illas voces ineptissime inseruerunt. *Lipsius*, Epist. Quæst. V. 4. Ἀπρόσδοτον est in hoc sensu. Negatur esse similis Æmilius cum suis; sed, quorum similes sint, non redditur: quod tamen maxime in exspectatione erat ob particulam

quidem, quæ sententiam suspendere solet ad contrariæ rei illationem, excusari potest per ἀποσιώπησιν seu reticentiam, qua sermo ipse inchoari solet, sed ita, ut abrumpatur. Virg. Æn. I. 139. 'Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.' Buslid. vetus exemplar post *sed* hypostigmon habet: *Non vos quidem L. Æmilii, &c.* Deinde *similes estis, sed. Antequam opprimat lux:* ut bilem stomachi jamjam se effundentem injecto silentio retineat. *Schottus,* Observ. III. 6. Pal. 1. *Non tua: siquidem L. Æmilii, qui se bene mori, &c. cives estis.* Pal. 2. *Non tu: siquidem L. Æmilii consulis, qui se bene mori, &c. cives estis.* Notat in hoc loco ἀπρόσδοτον Schottus. Sed non displicet mihi emendatio, quam Lipsius ex veteri libro eruit. *Gebh.* Scribendum *Non tu: siquidem L. Æmilii consulis, qui.* Docuimus Observ. IV. 20. *J. F. Gron.* Primo τὰ *non tibi* in nullo exstant cod. Deinde *Nec tua siquidem L. Æmilii, qui* Lov. 3. *Non tua, siquidem L. Æmilii, qui* Lov. 5. Harl. et Gaertn. *Non: siquidem L. Æmilii, qui* Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. *Non tu: siquidem L. Æmilii consulis, qui* Flor. et forte etiam Cant. ac Voss. ex quibus nihil notatum vidi. Tum *qui bene mori, quam turpiter vivere maluit,* omisso pronomine *se,* Lov. 5. In quo ejiciendo si reliqui omnes consentirent, non adversarer. Nunc contra unum testem reliquis præferre non considerati foret. Et ita loquitur Liv. III. 68. 'Malæ rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum, duces esse volunt.' Ita et alios locutos esse, docuerunt Geogr. Fabric. ad Ter. Eun. in Prol. vs. 2. et viri docti ad Sall. Catil. c. 1. Tandem *cives estis,* pro *similes estis,* jam Gruter. in ultima edit. proposuit, idque servant omnes mei.

Qui circa eum cumulati jacent] Pal. 2. *tumulati jacent.* Laudat hunc locum Schottus Observ. III. 6. legens *immolati jacent.* Gebh. Sed ita per errorem laudat, non quod ita legendum putaret. In nullo certe cod. lectio illa, vel ejus vestigium ullum, obcurrit. Contra *qui circa eum tumulati jacent* est in Lov. 5. eodem errore, quo 'cumulus' et 'tumulus' permutari vidimus ad X. 29. § 19. Insuper *qui circa tumulati jacent* Lov. 2. et Ber. *qui circa eum vulnerati jacent* Hav. *qui circa eum cumulate jacent* Gaertn.

§ 8 *Obprimat lux, majoraque hostium agmina obsepiant iter*] Meliores *opprimit lux, maj. hostium agm. obsepiunt iter.* J. F. Gron. Ita et Flor.

Incompositi obstrepunt portis, erumpamus] Vet. ed. *porta erumpamus.* Pall. tres *portas erumpamus.* Gebh. *Porta erumpamus* Lov. 2. Ber. Hafn. Hav. et edd. pleræque ante Aldum: *portas erumpamus* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. cum ed. Parm. de qua locutione vide Burm. ad Suet. Aug. c. 14. Vulgatum tamen, quod ab Aldo est, et reliquorum codd. fide firmatur, præferendum videtur.

§ 9 *Ferro atque audacia iter fit*] Pall. 1. ac 3. *audacia fiat.* Pal. 2. *audacia via fiat:* vet. ed. *audacia iter fiat.* Gebh. *Ferroque atque audacia fiant* Voss. *ferroque atque audacia iter fiat* Hav. et edd. usque ad Aldum: *ferro audacia fiat* Lov. 2. *ferro atque audacia fiat* Lov. 1. 4. 5. *ferro atque audacia fit* Cant. et Lov. 3. *ferro atque audacia ea fiat* Gaertn. *ferro atque audacia via fiat* Harl. Hafn. et Hearnii Oxon. *ferro atque audacia via fit* Flor. quod jam Gruteri ultima ἔκδοσις recte recepit. Passim apud Nostrum occurrit 'viam facere.' Supra II. 12. 'Cruento mucrone sibi ipse fecerat viam.' III. 48. 'Ille ferro, quacumque ibat, viam facere.' IV. 28. 'Ferro via facienda est.' c. 38. 'Quacumque incedunt, vi viam faciunt.' V. 19. 'In arcem viam facerent.' hoc lib. c. 5. 'Per medias acies ferro viam fieri.' Vide etiam Gronov. ad XXXVII. 11. § 20. In Put. optimo *ferro atque audacia vis fit* exstare, Jac. Gronov. mo-

nuit in Dissert. Epist. in Liv. quæd. loca Geogr. epist. II. p. 16. Sed solent hæ voces in scriptis confundi. Vide ad XXXII. 9. § 8.

Quamvis per confertos hostes] Id est, per quamvis confertos. *Sigon.* *Quamvis pro conferto hostium* Lov. 4. et 5. *quamvis per conferto hostium* Voss. et Harl. *quamvis per confertos hostium* Lov. 2. et Hafn. Vide ad XXVIII. 39. § 14. Optimi tamen stant pro vulgato.

Cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ac si nihil obstet, transibimus] Livii sententia comparet, vereor ut verba. Nam vetus illa ultima sic: *ac si nihil obstet, jus scias.* Intricata lectio, ex qua hoc tamen elicio, τὸ *transibimus* Livii verbum non esse. *Lipsius,* Ep. Quæst. v. 4. Pall. tres *transeamus.* Gebh. Ita et Lov. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii D. atque N. *transeat* Lov. 3. *vis scias* Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Hafn. Exc. Pithœi, et Hearnii L. 1. *vissecias* Flor. quomodo et omnes bonos suos præferre, Gronov. testatur Obs. IV. 20. p. 317. unde vel *transeas,* vel potius *disjicias* scribendum conjecit; *d* enim superius apertum facile pro *u* adparere; libros autem veteres ubique habere *dissicias,* pro *disjicias.* Ita sane Liv. l. XLIV. c. 41. ‘Turbarunt primo, deinde disjecerunt phalangem.’ Præterea edd. antiqq. vel *ut nihil obstet,* vel *ut si nihil obstet* dederunt; pro quo male Mogunt. *ac si nihil obstet* substituerunt. Nam, uno vel altero dissentiente, etiam omnes codd. mei *ut si* tuentur; quod et omnes bonos codd. habere, Gronov. d. l. testatur. Iisdem particulis junctis pro ‘tamquam,’ ‘quasi,’ etiam Cic. utitur de Opt. Gen. Orat. c. 4. ‘Si eodem modo putant, exercitu in foro, &c. conlocato, dici pro Milone decuisse, ut si de re privata ad unum judicem diceremus.’ De Off. I. 14. ‘In eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant.’ De Amic. c. 16. ‘Qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus.’ Eamdem formulam Livio restituere conatur Gronov. XXXII. 11. ‘Hæc ita crederet, ut si sua potius omnia, quam illius, potestatis essent.’

§ 10 *Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit*] Carmen sesquiheroicum, ut appareat verum esse historicos medios esse inter poëtas et oratores, quando etiam ab heroico versu cœpit Livius, ut author est Quintilianus Instit. IX. 4. quamquam ego credo, fortuitu hoc potius factum, quam ex proposito. *Glar.* Vide ad Præfat. Liv. § 1.

§ 11 *Translatis in dextram partem scutis*] Pall. tres *transl. in dextrum scutis.* Gebh. Iidem meliores *in dextrum scutis.* J. F. Gron. Non tantum meliores, sed et omnes mei atque Hearnii Oxon. hanc lectionem stabiliunt.

In majora castra ad sexcentos evaserunt] Quidam libri ‘tria millia’ præterea habebant, quum tamen in oratione T. Manlii de captivis redimendis c. 60. ‘sexcentorum’ duntaxat sit mentio. Porro quod rursus sequitur, ‘atque inde protinus alio magno agmine adjuncto Canusium incolumes perveniunt,’ puto eum loqui de quatuor millibus peditum ac ducentis equitibus ex majoribus castris, ut non ita longe post dicturus est Livius c. 52. *Glar.* Voss. *ad DC^ta^ hominum millia,* et aliter alii Mss. procul dubio innuentes per notas *ad DC,* primo scriptum fuisse, quum id Livius non edidisset *ad sexcentos,* sed *ad sexcenti,* ut passim, hoc est, ‘circiter.’ Sic XXIII. 37. Put. Pet. non habent *ad mille trecentos,* sed *ad mille CCC.* id quod ego pronunciarem *ad mille trecenti.* Jac. Gron. Vide ad X. 17. § 8. Ceterum *ad sex millia hominum,* vel *ad sex hominum millia* multi codd. *ad sexcenta hostium millia* Voss.

ad tria millia Ber. *ad tria millia DC. hominum* Harl. *ad tria millia DC.* Gaertn. *ad tria millia et sexcentos* priscæ edd. Sed vulgatum Aldus recte reposuit. Ita enim optimi codd. quorum scripturam firmat locus a Glareano laudatus, ubi in numero non dissentiunt scripti, aut editi. Mox *pervenerunt* Gaertn. quasi id tempus requireret præcedens *evaserunt.* Sed vide ad Liv. III. 46. § 9. et IX. 41. § 16.

§ 12 *Hæc apud strictos magis inpetu animorum, quem ingenium suum*] Scriptus cod. recte pro *strictos* habet *victos.* Schottus, Observ. III. 6. Pal. 2. *Hæc apud multos victos magis impetu an.* alii *strictos.* Gebh. Mss. *quod:* respicit enim relativum τὸ *Hæc:* quod nempe ex illis consiliis. Schottus ex nescio qua ed. citat *apud strictos,* corrigitque *victos.* Quos ego tractavi scriptos editosque, omnes *victos.* J. F. Gron. Putat Gronovius, orationem ita supplendam et ordinandam. Hæc consilia, quod ex illis consiliis ingenium suum cuique aut fors dabat, magis impetu animorum agebantur, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam. Mihi non valde concinne videtur dici *consilia magis impetu animorum, quam ex consilio agebantur,* nec adhuc satis liquet quo respiciat relativum *quod.* Alia hujus generis, in quibus tolerabiliora meo judicio sunt supplementa, habent Gronov. Obs. III. 2. Sanctius in Minerv. IV. 4. et ad eum Perizonius voce 'Negotium.' *Duk.* Pro *victos* Basil. 1539. per errorem operarum ediderat *stictos,* quod Curio mutavit in *strictos;* sed nullos habuit qui sequerentur: omnes etiam codd. *victos.* Deinde et plures et optimi codd. *quod ingenium.* Magis tamen vulgatum placet, quod servat Gaertn. Id etiam probavit, et ex Victor. cod. contextui reddidit Crevier. Mox *ex consilio aut imperio cujusque* Harl. *ex consilio eorum ipsorum, aut imperio cujusquam* Lov. 2. et Gaertn.

Cap. LI. § 1 *Et ipse sibi sumeret*] Vet. lib. *et ipse sibimet.* Sigon. Ita et Lov. 2. Hav. et Ber. a m. sec. quum a m. pr. *et ipsemet sumeret* præferat. Paullo ante *diei quod relictum esset* Lov. 2. Scriptum primo fuerat *relicum,* ut in Flor. adhuc superest a m. pr. literis *qu* et *c* commutatis, de quo vide ad IX. 2. § 15. ex *relicum* mox factum est *relictum:* quas voces et alibi librarii confundere soliti sunt. Vide ad XXI. 61. § 4.

§ 2 *Maharbal, præfectus equitum*] Hunc vocat Plutarchus in Fabio p. 184. Βάρκαν τὸν Καρχηδόνιον. *Sigon. Præfectus militum* Lov. 3. et Hafn. De hoc errore vide ad X. 29. § 10. *magistrum equitum* vocat Cato apud Gell. X. 24. Quem autem Livius 'Maharbalem,' Florus II. 6. § 19. 'Adherbalem Bomilcaris' vocavit: ubi vide viros doctos.

Die quinta, inquit, victor] Vet. lib. alii *die quinto* habent. Ego legendum puto *diequinti,* copulate pro adverbio. Nam ut Gellius X. 24. et Macrobius Sat. I. 4. tradiderunt, *diequarto* et *diequinto* de præterito dicitur, *diequarti* et *diequinti* de futuro. Accedit quod Cœlius et Cato apud Gell. d. l. cum hunc eundem locum tractarent, *diequinti* dixerunt, a quibus Livius hæc verba mutuatus est. Cato in Orig. 'Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum, diequinti in Capitolio tibi cœna cocta erit.' Cœlius Historiarum lib. II. 'Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum cetero exercitu me insequi, diequinti Romæ in Capitolio curabo, ut tibi cœna sit cocta.' Plutarchus in Fabio p. 184. Πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσειν. *Sigon.* Pall. duo, et vet. ed. *quinto.* Sigonius tamen autumat legendum *diequinti.* Gebh. *Die quinto* etiam omnes mei, Brancal. Latinii,

Hearnii Oxon. et vett. edd. Moguntini deinde ediderunt *diequinti*, pro quo Froben. 1535. *die quinta* substituit, ultima deinde Gruteri ἔκδοσις *die quinto*. Vide ad VIII. 11. § 15.

Epulaberis. Sequere cum equite, ut prius te venisse, quàm venturum, sciant. Præcedant, Annibal inquit, inimici, læta res et via major, quæ quam ut eam statim capere animo possem] Ita in ceteris fere exemplaribus: in Regio autem, quod Florentiæ emendatum est, sic: *præcedant, Annibal, læta res, et nulla major:* quod vos sic emendatis: *præcedat Annibal inimicus, læta res, et nulla major.* Scilicet vultis, ut hæc sit oratio Maharbalis, quæ est auctoris, ideoque sic emendanda: *præceperat*, sive *pertulerat*, sive *pervaserat Annibalem*, sive *incesserat Annibali nimia lætitia*, sive *nimia tantæ rei*, sive *rei talis*, sive *victoriæ lætitia, majorque quam ut eam statim capere animo posset.* Commuto autem *quæ* extensum in contractum: seu diphthongatum sive longum in non diphthongatum et breve. Hanc meam emendationem probat esse veram conclusio quæ sequitur: 'Itaque, voluntatem se laudare Maharbalis, ait.' *Valla.* Ego neque hanc lectionem, neque hunc sensum probare possum. In vet. lib. est, *præcedant Annibal inimici letales et via major, quam ut eam capere non possint.* Hinc ego hanc elicio et lectionem, et sententiam: *præcedant, Annibal inquit, nuncii letales: est via major, quam ut eam capere nunc possint*: respondet enim ad id quod Maharbal dixerat, *Sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum, sciant*, viam majorem esse, quam ut statim capere nunc equites prœlio defessi possint. *Sigon.* Si exemplaria suffragarentur, mallem *sequere cum pedite.* Primum, quia, ubi celeritate opus est, præcedit eques, pedes subsequitur: deinde quia Maharbal equitatui præerat, qui pro verbis istis functionem suam a se relegare absurde videtur. Certe apud M. Catonem in Orig. et Cœlium in II. Histor. Maharbal equitatum ab Annibale petit, ipsum cum peditatu subsequi jubet. *Schottus*, Observ. III. 6. Schotto nullus suffragatur vett. codd. Mox Pall. 1. ac 3. *præcedant, Annibal, inimici letales et via major, quæ quam ut eam statim capere animo possent.* Pal. 2. *præcedant, Annibal, inimicus: lætares: ut nulla major: quæ quam ut statim animo capere possent.* Vet. ed. *perceperat Hannibalem nimia tantæ rei lætitia, majorque, quam ut eam statim capere animo posset.* Joseph. Antiq. VI. 7. Εἶτε δὲ ὑπὸ τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ χαρᾶς γενομένης, συμβαίνει γὰρ μὴ κρατεῖν τοῦ λογισμοῦ οὕτως εὐτυχήσαντας. *Gebh.* Corruptissimus ad hoc usque locus. Quid turpius, quam attribuere Hannibali verba illa *læta res est, sed via major?* Quid? an via major erat a Cannis Romam, quam ex Africa per Hispaniam et Galliam in Italiam? Nihil hic de via Livius; nec ut Annibalis, sed sua hæc verba posuerat. Scribe: *victor in Capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius venisse, quam venturum sciant, præcedam.* Hactenus Maharbal: sequitur narratio ex persona historici: *Hannibali nimis læta res est visa, majorque quam ut eam statim capere animo posset. Itaque voluntatem, &c.* Distinctionem arbitratu nostro mutavimus: in verbis pœne nihil, nisi ex vett. codd. Oratio Maharbalis est, ut in subitis, artificiose abrupta et turbatior. Vulgo *te venisse:* sed pronomen non est in Mss. Dein Put. et optimi, *præcedant Annibal inimicis læta res et visa major quæ quam ut eam statim capite animo possent.* Eo cæteri alludunt omnes. Lib. XXI. cap. 36. 'Haud dubia res visa, quin per invia,' &c. IX. 9. 'Velut somnio lætiore, quam quod mentes eorum capessere possent.' XXVII. 51. 'Quum vix gaudium animis caperent.' XXXIII. 32. 'Majus gaudium

fuit, quam quod universum homines caperent.' *Sequere*, inquit Maharbal, nempe cum exercitu. Ipse ad præcedendum cum equite et præverten-dos ipsos adventus rumores se offert. Non Cælius aliter, non Cato, non Silius, rem narrant. Ille quidem, 'Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum cætero exercitu me sequi, die quinti Romæ in Capitolium curabo tibi cœna sit cocta.' Alter autem, 'Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolium tibi cœna cocta erit.' Quibus vulgata repugnat, quum ab iis hæc Livium mutuatum constet. Silius denique, Livii discipulus, x. 386. 'Mecum exsultet eques, juro hoc caput, accipe muros Iliacos.' Sequitur auctoris judicium de Annibalis animo, quo hoc consilium accepit. Nempe æstimanti virtutem Romanam, ex rebus olim gestis et proxime secum, cauto duci, et fortunam potius ex ipsius inconstantia, quam ex spe sua consideranti, visa est res magis optanda, quam præstanda, neque ita facilis, ut temere concipienda vel aggredienda esset. Confirmat Silius x. 379. apud quem nihil de majori via: 'Vulnera et exhaustas sævo certamine vires, Ac nimium lætis excusat fidere rebus.' *J. F. Gronov.* In prima parte horum verborum mendum latere primus Schottus deprehenderat: sed infeliciter emendabat *pedite* pro *equite*. An ideo secuturus cum pedite Hannibal esset, ut prius eum venisse, quam venturum, Romani scirent? At vero, ut ipse ait, ubi celeritate opus est, præcedit eques, pedes subsequitur. Neque prætexere potest Maharbalem jam cum equitatu præcessisse; ejus enim non meminit Livius. Palmaria igitur est Gronovii conjectura, qui mutanda tantum interpunctione præsentissimam loco male adfecto medicinam adtulit. Pronomen autem *te* exsulat etiam a Flor. In ultima parte Valla quoque sensum viderat; at verba Livii restituere non potuit, quod nimium conjecturis indulgeret: quæ gloria demum servata erat felicissimo ingenio Gronovii, pressius optimi Msti vestigiis insistentis. Huic autem Msto per omnia adsentitur Flor. nisi quod *et via*, pro *et visa*, præferat. Aliorum codd. qui eodem ducunt, lectiones non memoro, ne tædio sim.

§ 3 *Ad consilium prensandum, tempus opus esse*] *Prensandum* rectum non videtur: et Buslid. cod. *pensandum* habet, hoc est, expendendum. Jam enim apprehensum erat consilium a Maharbale, victis esse instandum: sed, an id utile sit, expendendum Annibali videtur, qua in re mora temporis opus est. *Schottus*, Observ. III. 6. Pall. tres *ad consilium pensandum temporis opus esse:* neque secus prisca ed. Quam lectionem probat et interpretatur A. Schottus: falso. Nam 'prensare consilium' est apprehendere et amplecti. *Gebh.* Optimi *temporis opus esse.* Plancus ad Ciceronem ad Fam. x. 8. 'Et magni laboris et multæ impensæ opus fuit.' Alfenus l. 30. ff. 3. Locati: 'Quoad in opus lapidis opus erit.' *J. F. Gron.* Adde Perizon. ad Sanctii Min. IV. 4. 95. et cap. 15. § 8. *Duker.* *Pensandum*, quod jam ultima Gruteri ed. recepit, præferunt omnes codd. uno Voss. excepto, qui *prensandum*, recte a Schotto rejectum, servat. 'Pensare' est sæpius perpendere, examinare. Infra XXX. 32. 'Quum oculis magis, quam ratione, pensarent vires.' Silius VII. 223. 'Stat pensata diu belli sententia, vincam Servare invitos.' Ita 'pensitare consilia' IV. 41. 'Ne ab se consularia consilia exquirerent, quæ pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent.' Deinde *temporis opus esse* omnes mei et Hearnii Oxon. codd. Vide ad XXIII. 21. § 5.

§ 4 *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere*] Sententiam hanc ex Eurip. in Rheso vs. 105. et Hom. Il. ψ. 670. unde etiam Livium accepisse putat, inlustravit Victor. Var. Lect. x. 4. Vox *nimirum*, quam servant omnes scripti, deerat in edd. Aldina prioribus.

Vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis] Plutarchus in Fabio p. 184. Σὺ νικᾷν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. *Sigon.* Plutarch. in Apophth. Τήμερον, εἶπεν, (Pompeius) ἡ νίκη παρὰ τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ τὸν εἰδότα νικᾷν οὐκ ἔχουσι. *Gebh.*

§ 5 *Fœdamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt*] Pal. 1. *fœdamque in host. spectandam in stragem insistunt*. Gebh. *Fœdamque in hostibus* et Flor. 3. Male: non simpliciter *fœdam stragem*, sed *fœdam etiam hostibus*. At *fœdamque etiam hostium* Lov. 4. Deinde *spectandam in stragem* Flor. a m. pr. *spectabant in stragem* Gaertn. Paullo ante *Postremo die* Rec. Vide ad IX. 7. § 11. Tum *ut illuxit*, pro *ubi*, Voss. et Lovel. 1. Vide ad XXIV. 15. § 1.

§ 6 *Tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique sors aut pugna junxerat*] Comparet in Pall. tribus *pedites et equites passim*. Gebh. Ita et Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. usque ad Aldum: *peditum equitumque passim* Ber. Tum *junxerant* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl.

Quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera] Lucan. IV. 652. 'Jam pectora pigro Stricta gelu.' Hinc 'stringor' apud Lucret. III. 693. 'gelidaï stringor aquaï.' Sed frequentius de frigore est 'adstringere.' Ovid. Ep. Her. XV. 112. 'Adstrictum gelido frigore pectus erat.' Met. I. 120. 'ventis glacies adstricta pependit.' Plinius Ep. V. 6. 'Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus adstringi, si pœniteat teporis.' Ammian. Marcell. XXVII. 2. ed. Gron. 'Calcando semineces et constrictos, quos vulneribus frigorum asperitate contractis dolorum absumpserat magnitudo.' Vide Vales. Præfat. in Ammian. *Duk.* *Matutino tempore* Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. pro quo Aldus primus dedit *matutino frigore*. Tum *excitaverunt* Rec. Paullo ante *e strage media* Ber. *ex media strage* Hav. *de strage media* Gaertn. Sed præpositio omittebatur in Harl.

§ 7 *Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt*] *Quosdam et vivos* Lov. 1. *Quosdam etiam jacentes vivos* Lov. 2. 5. et Gaertn. Hinc *femoribus* Lov. 3. 4. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii D. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXX. 18. § 13. Festus voce 'Suppernati:' 'Suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum.' De succisis poplitibus vide viros doctos ad Petron. Sat. c. 1.

Sanguinem invitantes haurire] *Libantes* Pall. tres. *Gebh.* *Liberantes* Hav. *libantes* Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Exc. Pithœi, et Hearnii L. 1. atque N. *libentes* Flor.

§ 8 *Quas sibi ipsos fecisse foveas*] Ita primus apud Elsev. edidit Dan. Heinsius, sed sine dubio operarum errore; quem tamen posteriores editores servarunt. Antea editum fuerat *quos*; neque aliter est in scriptis, nisi quod *que* præferat Lov. 5. *quod* Flor. et Lov. 4. Pristinam igitur lectionem, quam etiam Dukerus præferebat, revocavi. Sequens *sibi* deest in Lov. 2. 3. Harl. et Hav. Paullo ante *Inventi quidam sunt mersis* Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Inventi quidam submersis* Lov. 3. et 4. *Inventi sunt quidam submersis* Lov. 5.

Obruentesque ora subjecta super humo injecta interclusisse] Pal. 1. *ora subjecta super humero injecta interclusisse*: in Pall. 2. et 3. deficit τὸ *injecta*. Gebh. Quis non sentit, sermonem esse au-

gacem? Put. Pet. Men. Pal. uno abest τὸ *injecta*. Scribe *obruentesque ora superjecta humo, intercl.* J. F. Gron. *Obruentesque ora subjecta super humo intercl.* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. *obruentesque ora injecta super humo intercl.* Lov. 5. *obruentesque ora subjecta sub humo intercl.* Ber. *obruentes ora subjecta, superque humo injecta intercl.* edd. principes. Gronovii conjecturam unius e suis scriptis non spernendi anctoritate confirmari, testatur Crevier.

§ 9 *Substratus Numida mortuo superincumbenti Romano vivus*] Pall. tres, et vet. ed. *subtractus*. Quam lectionem confirmat locus XXIII. 15. 'Seminecem eum ad Cannas in acervo cæsorum corporum inventum:' et magis ibidem, 'Prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit oppressus.' Silius Italicus VI. 41. hanc rem uberius persequitur, qui canit Lævinum centurionem fuisse. *Gebh.* Meliores *incubanti.* J. F. Gron. *Substractus* Voss. et Berol. *subractus* Flor. *subtractus* Cant. Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Froben. 1531. Eodem modo codd. vel *stracti*, vel *tracti*, pro *strati*, supra dedisse, vidimus ad IX. 20. § 2. Deinde *superincubanti* Flor. Ceterum Silius poëtica licentia simile monstrum prœlio ad Trasimenum accidisse loco a Gebh. laudato refert: in eo tamen a Livio discedit, quod, secundum Silium, 'Exanimum Nasamona Tyren super ipse jacebat Exanimis.' At Livius Numidam 'vivum' fuisse refert.

In rabiem ira versus] Non male. Put. tamen *versas*. An *versa?* J. F. Gron. Ut Gronov. conjecit, inveni scriptum in Lov. 3. et Hafn. quæ lectio adstrui potest exemplis ex Curtio laudatis ad Livii VI. 33. § 4.

CAP. LII. § 1 *Spoliis ad multum delectis*] Opinor legendum *Spoliis ad multum diei*, vel *ad multam diem lectis*. Valla. Pal. 2. patrocinatur huic lectioni expresse *ad multum diei lectis*. Pal. 3. vero *ad multum deductis*. Gebh. *Ad multum delectis* perperam in meis omnibus superest, nisi quod *ad cultum dejectis* legat Lov. 5. Illud 'multum diei' inlustramus ad XXVII. 2. § 9. Mox *castra expugnanda* Lov. 4. 5. et Gaertn. Vide ad XXI. 57. § 6.

Et omnium primum brachio fluminis objecto eos excludit] Ego *objectus* malim legere: nam 'flumen' qui 'objicere' potuit Hannibal? Quin etiam in oratione captivorum postea c. 59. 'ab aqua coërciti' dicuntur. *Glar.* Malim *brachio flumini objecto*. Sensus est enim, Annibalem brachio objecto Romanis usum fluminis et aquationis eripuisse: sic enim captivi ipsi post aiunt c. 59. 'Cum, circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur.' IV. 9. 'Muro Ardeæ brachium injecerat.' Item cap. eod. 'Et mœnibus hostium vallum objecere.' *Sigon.* Pal. 1. *flumine objecto*. Pal. 2. *flumine adjecto*. N. L. *Gebh.* *Flumine* optimi libri. Ergo, duabus vocibus transpositis, liquidam sententiam redde: *primum brachio objecto, flumine eos excludit*. Cæsar Civil. I. 68. 'Si hostem Ibero intercludere et frumento prohibere posset.' Et ibidem cap. 72. 'Quod re frumentaria hostes interclusisset.' *Brachio*, ut Noster IV. 9. 'Consul muro Ardeæ brachium injunxerat.' Frontinus III. 17. § 5. 'Brachiis a latere ductis, fossa in fronte percussa.' Sueton. Claudio c. 20. 'Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio.' *J. F. Gron.* *Brachio flumine objecto* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Gronovio transpositis vocibus emendanti *brachio objecto, flumine* Oxon. N. consentire, auctor est Hearnius. 'Excludere flumine' pro a flumine arcere: ut XXV. 11. 'Urbs contra exclusa maritimis commeatibus.' XLV. 15. 'Non ubi censeatur finire, sed censu excludere.' Cæsar Gall. V. 23. 'Ne anni

tempestate navigatione excluderentur.' VII. 55. 'Si re frumentaria Romanos excludere possent.' Civ. III. 78. 'Se omni maritima ora excludere conarentur.' Hirt. Bell. Afr. 61. 'Ne jugo a Cæsare excluderetur.' *Brachia* autem vocantur munitiones ex reliquo opère procurrentes. Infra XXXI. 26. 'Inter angustias semiruti muri, qui brachiis duobus Piræeum Athenis jungit.' XXXVIII. 5. 'Superato brachio in urbem penetrat.' Hirt. Bell. Hisp. 5. 'Ut eum ab oppido commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere cœpit:' et c. 24. 'Nostri brachia ducere cœperunt.' Vide Lips. Poliorc. II. 2. Acidal. ad Vell. Pat. II. 19. § 5. Casaub. ad Polyb. p. 180. Tenull. ad Front. l. laud. et Burm. ad Rutil. Iter I. 535. Donjatius vulgatum servari posse existimat, si 'brachium' hic non pro aggere, sed pro alveo fluminis fossa deducto accipiatur, et ita minora hæc castra excludi dicantur non tam a flumine, quam ab omni auxilii aut eruptionis spe: utrumque enim insinuare Junium captivorum legatum c. 59. 'Quum, circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur, nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset.' Verum id spe successus tentari nequit. Junius enim duas, cur deditio facta sit, caussas memorat; alteram, quod ab aqua exclusi essent, ducto nimirum brachio, id est aggere, post quem latentes Karthaginienses Romanos a flumine arcebant; alteram, quod nulla jam per hostes erumpendi spes esset, non propter brachium fluminis circumductum, (ita enim ab aqua exclusi non fuissent,) sed quod hostes jam 'conferti' instarent.

§ 2 *Maturior ipsius spe deditio est facta*] Pal. 1. *dedicione facta*. Forte, *Maturius ipsius spe dedicione facta, pacti sunt*. Gebh. Similiter multi meorum codd. præferunt, sed omnino errore scribarum, qui per compendium datum *deditio ē* reddiderunt *deditione;* quod tanto ipsis pronius erat, quum omnia continua serie scriberentur. Alia exempla vide ad Liv. IX. 8. § 13. Nasutiores librarii, vitio hujus lectionis deprehenso, ita emendare conati sunt: *maturiore ipsorum spe deditione facta;* quæ scriptura in Lov. 5. obvia fuit. *Ipsorum spe* etiam edd. principes. Paullo ante *ab hominibus*, pro *ab omnibus*, legendum conjecit Crevier. de qua vocum commutatione vide ad III. 54. § 6.

Pacti, ut arma atque equos] Forte *pactos*. J. F. Gron. Si legas *pactos*, ea, quæ deinde dicit, 'in castra hostes acceperunt,' de castris Hannibalis accipienda sunt. Sed hoc potius dicit, hostes a Romanis in sua castra, quæ obsidebantur, acceptos. Sic paullo post 'castra tradita hosti.' c. 59. 'Tum demum pacti, &c. arma hosti tradidimus.' Ibid. 'Quum castra traderentur.' c. 60. 'Annibalem castra prodi et arma tradi jubentem.' Et, 'Castra, et arma, et vos ipsos traditis hosti.' *Duk.* Neque mihi Gronovii conjectura placet; vulgata enim lectio, pro qua omnes stant Mss. æque commode exponi potest.

In capita Romana tricenis nummis quadrigatis] *Tricenis* plerique habent codd. luculento scribarum errore, pro *trecenis*. Qui enim fieri potuit, ut caput civis Romani triplo minoris censeretur, quam caput servi? 'Triceni' autem a 'triginta' est; 'treceni' a 'trecentis.' Hujus nominis prima syllaba correpta est, illius vero producta. Similis error apud Horatium est Od. II. 14. 'Non si trecenis, quotquot eunt dies, Amice, places illachrymabilem Plutona tauris:' ubi omnes codices *tricenis* perperam legunt. Et quod hic *trecenis* distributive ait, postea Junius in oratione pro captivis c. 59. *trecentis* dicturus est. Quod item hoc loco 'nummum quadrigatum,' illic simpliciter 'nummum' vocat, fortassis commiseratio-

nis gratia. Nam quadrigati bigatique denarii erant, quaternis nummis valentes, ut clarum est ex Plinii lib. XXXIII. c. 3. Ipse Livius paulo post c. 58. summam variat, ubi Hannibalem de captivis loquentem introducit. Equitum enim precium adjicit, de quo antea nulla mentio: præterea socios sine precio dimissos, in quos hic ducenos quadrigatos constitutos ait. Gell. VII. 18. precium in captivos ait ab Hannibale constitutum argenti pondo libram ac selibram, nullam captivorum faciens discrimen: quæ summa dupla minor est trecenis quadrigatis, siquidem denarium per 'quadrigatum' intelligamus, authore Plinio. Quare et hæc summa hic nobis suspecta. *Glar.* Non tantum plures edd. quas codicum nomine intelligit Glareanus, sed et multi Mss. atque inter eos etiam optimæ notæ Flor. perperam *tricenis* legunt, errore sæpissime obvio. Vide ad XL. 34. § 8.

§ 3 *In castra hostes acceperunt*] Vet. lib. *receperunt.* Sigon. Omnes mei dissentiunt, ac constanter defendunt τὸ *acceperunt.* Innumeris locis hæc verba commutantur. Vide ad XXVI. 32. § 8.

In custodiam omnes sunt, sed seorsum cives] Put. *sunt seorum cives.* Voss. *sunt se eorum.* Dele adversativam, et scribe, *omnes sunt, seorsum cives sociique.* J. F. Gron. *Omnes sunt, sed eorum* Lov. 3. et Gaertn. *omnes sunt, se eorum* Flor. et Lov. 2. 4. nec aliter Lov. 1. nisi quod vocem *omnes* omittat: *omnes sunt, eorum* Harl. *omnes sunt, seorsum cives,* ut Gronov. conjecit, omissa adversativa, Ber. et Hav. Eam itaque ex contextu expunxi.

§ 4 *Et bis centum equites, alii agmine, alii palantes*] Habent omnes libri *alii palati passim per agros, &c. Canusium perfugissent.* Gebh. [Vide Var. Lectt.] Pari errore *bis mille,* pro *duo millia,* edebatur olim lib. XXXIII. c. 4. § 5. ubi vide. *Et ducenti jam equites* est in Flor. Deinde omnes etiam mei cum edd. principibus *palati.* Vide ad I. 11. § 1. Similiter quoque omnes *perfugissent,* exceptis tamen Lov. 3. et Ber. qui *profugissent* servant. Vide ad XXXVII. 57. § 2. et mox § 7.

Castra ipsa ab sauciis timidisque eadem conditione, qua altera, tradita hosti] Pal. 3. *ab sauciis et timidis eadem cond., qua altera, tradita sunt.* Gebh. *A* vel *ab sauciis et,* vel *ac timidis* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. et edd. ante Aldum: *a sauciis et timidis etiam eadem cond.* Gaertn.

§ 5 *Et aliquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat*] *Et si quid,* tum *ad vescendum,* non *vestiendum,* legi oportere, diximus de Pec. Vet. I. 7. *J. F. Gron.* *Et si quid argenti* non tantum omnes Mss. verum etiam typis excusi ante ultimam Gruteri ed. præferunt; quod cur mutatum sit, nullam caussam video. Paullo anté *Præterea ingens parta est præda* legit Rec. *Præda ingens parata est* Voss. et Lov. 2. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad V. 6. § 1. *Præda ingens aperta est* Lov. 1. Hinc vocula *et* deest in Gaertn. quam intercepit præcedens *est.* Vide ad XXIV. 15. § 6. Tum *viros equosque* Lov. 3. Sed vide ad XXI. 27. § 5.

Nam ad vestiendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur] *Vestiendum* habent vetustiores codd.: quidam emendarunt *vescendum,* quod ego non intelligo. *Facto* autem intelligit 'argento.' Nam quod de auro quidam marginibus notam apposuere, somnium est. *Glarean.* Legito cum libris *ad vescendum facto:* et notat Livius, iis temporibus et moribus rarum fuisse mensarium argentum, præsertim in castris. Scipionem sane edixisse ad Numantiam video, ἀργυροῦν ἔκπωμα (Polyæni verba VIII. 16.) μὴ ἔχειν πλέον δικοτύλου, καὶ λούεσθαι μηδένα· *Argenteum vas majus duabus cotylis neminem habere, itemque neminem lavare,* sive balneis uti. Pescen-

nius simile apud Spartianum c. 10. 'Cum milites quosdam in caveo argenteo, expeditionis tempore, bibere vidisset, jussit omne argentum submoveri de castris, addito eo, ut ligneis vasis uterentur.' Sed et Plinius de Spartaco XXXIII. 3. 'interdixisse castris suis, ne quis aurum haberet vel argentum:' additque, 'tanto plus animi fuit fugitivis nostris:' significant jam irrupisse, et a divitibus ac mollibus illis haberi. *Lipsius* de Mil. Rom. v. 16. Pal. 2. (*nam ad vescendum* (quæ lectio et paret in reliquis libris) *facto per., utique mil., utebantur omnes*) *cetera præda*. Gebh. *Ad vescendum* omnes non tantum codd. sed etiam excusi: *ad vestiendum* autem, quod vetustiores codd., id est edd., habere testatur Glareanus, demum adparuit in Ascens. ed. 1513. et paucis aliis ante Glareanum: quare recte viri docti, eo rejecto, alterum revocarunt. Deinde *frumento perexiguo* Lov. 3. In seqq. *diripienti data est* Lov. 2. *diripienda tradita est* Lov. 3.

§ 6 *Ad octo millia fuisse dicuntur*] *Ad VII. millia* Hearnii N. altera lectione margini adscripta: *ad VIIII. millia* Lov. 4. et 5. Minorem numerum militum a parte Hannibalis hoc prœlio interiisse, refert Polyb. III. 117.

Consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque, quidam auctores sunt] Pal. 2. *auctores ferunt*. Gebh. *Consulemque Romanum* Ber. Vide ad v. 27. § 2. *Consulisque Romani corpus* Hafn. *consulem Romanum conquisitum* edd. Rom. 1472. ac Parm. *consulem conquisitum* proximæ Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum, vulgatæ lectionis auctorem.

§ 7 *Mulier Paula nomine Busa genere clara divitiis*] Et ipse Livius paulo inferius 'Busam' vocat, et Valer. Max. IV. 8. Quapropter *Paula* quid hic sibi velit, si quidem *Busa* nomen est, non sane video. Itaque considerandum lectori, quo pacto distinguere hæc velit: *nomine Paula, Busa genere:* an *mulier nomine Busa, clara genere ac divitiis*, ut omittatur *Paula*, quod et alii omittunt. *Glar.* Nemo est, qui non quærat, quid sit *mulier Paula, nomine Busa, genere clara:* menda enim est in voce *Paula*. Nam de Busæ nomine satis constat. Ipse enim post ait c. 54. 'Sed Canusii gravius onus Busæ multitudo faciebat.' Et Valer. de Liberalitate, IV. 8. 2. 'Busa nomine, regionis Apuliæ ditissima.' Suspicor igitur legendum esse *muliercula Busa nomine:* ut 'mulierculam' appellet, eam comparans cum Canusinis. Id enim fecit muliercula, inquit, quod cuncta civitas non fecit, ut veste, frumento, et viatico Romanos juvaret. Qua de causa Valerius eandem etiam 'feminam' appellavit, et post Livius c. 54. 'Ne a muliere Canusina populus Venusinus beneficiis vinceretur.' Est autem hic mos Livii, ut primum appellationis nomen afferat, deinde proprium: ut XXIII. 18. 'Cum præfecto, nomine Isalca.' Item lib. hoc c. 6. 'Eques, Dicarie nomen erat.' *Sigon.* *Muliercula nomine Busa* a Sigonii conjectura manavit. Nam libri et scripti omnes, et vulgati, habent *mulier Paula, nomine Busa.* Glareanus hærere se fatetur. Nam 'Busam' huic mulieri nomen fuisse, non 'Paulam,' Livius infra, et Valerius item testantur. Sigonius ablegata voce scindit nodum, non solvit. At ego, transposita litera, rem extrico: *mulier Apula, nomine Busa.* Valerius lib. IV. 'Itaque ejusdem temporis femina, Busa nomine, regionis autem Apuliæ ditissima.' *Lipsius*, Ep. Quæst. I. 6. Admisi conjecturam Lipsii, sed certam: tanto quidem confidentius, quod prius eodem loco conspiceretur hariolatio Sigonii longius petita, *muliercula nomine Busa.* Nostra lectio minus recedit a Mss. et olim editis, in quibus omnibus *mulier Paula, nomine Busa*. Grut. Pall. 1. ac 3. *mulier Paula nomine, Busa genere, clara divitiis:* cujus scripturæ et vet.

ed. particeps est. *Gebh.* *Mulier Paula* etiam omnes nostri: cujus loco quin recte Lipsius *Apula* restituerit, dubitari nequit. Tum *nomine Birsa* Ber. *nomine Burtia* Lov. 5. *nomine Dusa* Gaertn. *nomine Busti* Hafn. Præterea *genere clara ac divitiis* primus edidit Aldus, cui Flor. et quidam alii consentiunt. Paullo ante *perfugerunt* Lov. 2. et Hearnii N. cujus tamen margo alteram lectionem servat. *Profugerunt* Ber. Vide hoc cap. § 4.

Cap. liii. § 2 *L. Publicius*] *L. Poblicius*, ex Capitolinis lapidibus et nummis argenteis. *Sigon.* Vide eumdem Sigonium ad xxvii. 20. § 11. Omnes tamen codd. hic servant *Publicius*, nisi quod *Publius*, ut edd. ante Aldum exhibuerunt, perperam sit in Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Et ita clivus, qui a Publicis fratribus nomen accepit, non *Poblicius*, sed *Publicius*, dictus est. Vide Gronov. ad Liv. xxvii. 37. § 15. Contra Val. Prob. de notis p. 1525. *Pob.* exponit *Poblicius*. Utroque igitur modo scripserunt *Poblicius* antiquiores, *Publicius* recentiores, ut 'Poplicola' et 'Publicola,' et similia alia.

Et de legione tertia Ap. Claudius Pulcher] Quomodo hic mentio fit 'legionis tertiæ,' quæ non ad alterutrius consulis exercitum pertinuit, sed sub M. Claudio Marcello in classe militavit? ut constat ex Livio hoc lib. c. 57. In verbis seqq. *maxime fuerat ædilis* Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 22. § 2. *Proximo ædilis fuerat* Lov. 3.

§ 3 *Ad P. Scipionem admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium*] Pal. 2. *et Ap. Claudium:* ut referatur ad præcedentem præpositionem. *Gebh.* Ita et Voss. Lov. quinque, Ber. et Hav. Sed, Livium præpositiones sæpe repetiisse, vidimus ad vi. 28. § 6. Voces *adolescentem et ad* desunt in Flor. vox *adolescentem* in Cant.

§ 4 *Nequidquam eos consultare, perditam spem fovere*] Plane abest a Pal. 1. *consultare.* Pal. 2. *nequiquam eos agere, perditam spem fovere.* Gebh. Optimi *nequidquam eos perditam spem fovere*, excluso τῷ *consultare.* J. F. Gron. Abest etiam a Voss. Lov. quinque, (nisi quod in tertio ad marginem adscribitur *consulere*,) et Harl. Suos etiam adsentiri, Hearnius testatur. Tum *perditam spem fore* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *spem perditam fore* edd. Aldo priores: *nequidquam per eos proditam spem fore* Lov. 2. Sæpius voces 'perditus' et 'proditus' confundi, vidimus ad x. 19. § 2.

Desperatam comploratamque rem esse publicam] *Destitutam comploratamque* usque ad Aldum edd. antiqq. invitis omnibus scriptis. *Desperatam deploratamque* Lov. 3. Tum *rempublicam esse* Harl. Ber. et Gaertn. Male. Vide hoc lib. c. 9. § 10.

§ 5 *Quorum principem L. Cæcilium Metellum*] Valerius v. 6. ubi de Scipione, *Quintum* vocat, non *Lucium*, si codex non errat, ut sane hujus authoris codex, qui xxiv. 18. 'M. Cæcilium' habebat, ubi censorum sedulitatem refert Livius. *Glar.* Omnes hic codd. *Lucii* prænomen Metello tribuunt. Sed idem memoratur non tantum loco quem Glareanus notavit, verum etiam eodem xxiv. 43. et xxvii. 11. ubi in quibusdam codd. partim *Publius*, partim *Marcus* vocatur. Vide etiam viros doctos ad Valer. Max. locum laud. et ad ii. 9. 8. *L. Cæcilius Metellus* vocatur Pighio in Ann. ad a. dxxxix. p. 172. Mox *ad regnum aliquod*, pro *ad regum aliquem*, Rec. Hav. et Hearnii N. in margine. Deinde *transfugiat* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Flor. cum quibusdam edd.

§ 6 *Quod malum, præterquam quod atrox*] Put. ignorat τὸ *quod.* Nec utique semper hæc particula post illam ponitur. Lib. xxvi. c. 13. 'Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, præterquam honesta, etiam leni possum.' *J. F. Gron.* Illud *quod* etiam in plerisque meorum desidera-

tur. Posset autem videri interceptum esse ob similitudinem præcedentis syllabæ. Vide ad XXXVII. 54. § 4. Verius tamen est recte etiam abesse posse. Supra IV. 17. 'Cum Veientibus Fidenatibusque, præterquam finitimis populis, ab caussa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.' X. 29. 'Samnitium agmen, præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione, turbatum erat.' XXX. 6. 'Quibus cæsis omnibus, præterquam hostili odio, etiam ne quis nuncius effugeret.' Celsus de Re Med. I. 9. 'Aqua vero frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest.' Vide Duker. ad Liv. VI. 24. § 7. Mox *trepidos*, pro *torpidos*, Lov. 3. 4. et 5. Eadem varietas erat VII. 36. § 3.

Concilium advocandum de eo censerent] *Consilium advocandum* Flor. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. qui iidem codd. cum Lov. 1. Voss. et edd. vett. etiam mox præferunt *consilii rem esse:* Froben. etiam 1535. utroque loco partim *consilium*, partim *consilii* edidit; id autem obtinuit usque ad Modium, qui iterum *concilium* et *concilii* dedit. Sed alterum verius, ideoque in contextum recepi. Intelliguntur enim tribuni ac primi ordines, quos duces in rebus gravioris momenti consultare solebant. Id autem *consilium*, non *concilium* esse, docuit Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Dukero eadem hæc lectio placuit: quam etiam utroque loco probavit et recepit Crevier.

Scipio, juvenis fatalis, dux hujusce belli] Distingue ex Pal. 1. *Scipio juvenis, fatalis dux hujusce belli.* Nam *dux fatalis* θεόπεμπτος. Gebh. Similiter ad oram Livii distinguendum monuit Jac. Perizonius.

§ 7 *Audendum atque agendum, non consultandum, ait, in tanto malo esse*] Quam contumaces sint editi in hac lectione procudenda, tam obfirmati Mss. omnes in apponendo post ultimam vocem *Scipio*, tanquam indicantes, vel in his verbis, vel in superioribus 'negat concilii rem esse Scipio,' aliquid esse supervacuum. Sed, ut quam lenissime pariter ac secure agamus, nihil, nisi voculam *ait*, expungimus: quæ procul dubio aliena est, et qui eam adjecit, idem repetivit τὸ *Scipio*. Lib. I. c. 57. 'Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri.' Vides illic non repeti, sed subaudiri τὸ *ait*. l. III. cap. 13. 'Tribunus supplicium negat sumpturum se de indemnato, servaturum tamen in vinculis esse.' VI. 27. 'Eam ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. Fugere senatum testes,' &c. Ita vides in mutatione orationis ex negativa in affirmativam non adeo solere a Livio apponi verbum affirmans, sed potius dissolvendo τὸ *negat* in *non ait* particulam negativam eum relinquere præcedenti membro, et verbum affirmans transferre ad sequentia. *Jac. Gron.* Quædam in hanc rem vide ad XXXIX. 15. § 11. Ceterum *non consult. esse ait in tanto malo* Ber. *non consult. esse ait in tanto malo Scipio* Lov. 2. *non consult. esse in tanto malo ait Scipio* Gaertn. et ita edd. ante Aldum, nisi quod ignorent vocem *Scipio*. *Non consult. ait in tanto malo esse Scipio* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. et Harl.

§ 8 *Qui rempublicam salvam vellent*] Quæ de hac formula illis, quæ ad § seq. notavit, subjecit Modius, delevi: videri enim possunt apud Brisson. de Formul. II. 213.

Nusquam verius, quam ubi] Pal. 2. *nullo in loco*. Gebh. Et optimi et mediocres complures *nullo verius*. Quorum consensu commotus *nullo* breviter dictum censeo pro 'nusquam,' vel 'nullo loco.' *J. F. Gron.* *Nullo loco verius* Lov. 4. et unus e scriptis Crevier. a m. sec. *nullo in loco verius* Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. Reliqui om-

nes *nullo serius*; ita ut vulgatum, quod tamen optimum visum est Crevierio, in nullo cod. supersit: *nullo serius* etiam legunt Oxonienses Hearnii. De ellipsi τοῦ *loco* vide Sanctium in Min. IV. 4. voce 'Locus.' Eodem refer 'tenere se in privato,' de quo vide Gronov. ad Livii XXIII. 7. § 10.

§ 9 *Pergit deinde ire*] Iidem cancellant τὸ *deinde*. J. F. Gron. Illud *deinde* etiam in nullo meorum superfuit. A suis quoque exsulare Hearnius monuit. Mox *et concilium*, omissa media voce *cum*, quæ a proxima prima syllaba elisa est. Vide ad III. 60. § 5. *Et cum consilium* Lov. 2. 3. et Gaertn. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Hic enim indicatur secretus congressus clanculum conspirantium, quod *concilium*, non *consilium*, dicitur, teste Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Stricto super capita consultantium gladio] Totum hunc locum elegantissime expressit Silius, cujus versus aliquam multos, sed emaculatos prope a mendis, quibus vulgo scatent, apponam; puta hos ex X. 432. 'Tum quatiens strictum cum voce ante ora mucronem,' &c. *Modius*. Locum Silii omisi, quia nihil novi continebat, nisi quod vs. 433. *Terpeie pater*, pro *Tarpeia*, et vers. 448. *Obstringuntque*, pro *Obstringunt*, præferebat: quorum prius omnino vitiosum est; posterius ferri posset, si ex Msto foret; de quo non sine caussa dubito. Certe in excerptis cod. Colon. quo Modius usus est, nullam ibi varietatem lectionis notatam invenio.

§ 10 *Ex mei animi sententia, inquit, juro, ut ego rempublicam non deseram*] Cum optimis, abolito τῷ *juro*, leges elegantius, *rempublicam populi Romani non deseram*. Vide Obs. IV. 14. *J. F. Gron.* Ita etiam Flor. ac forte Cant. ex quo nihil notatum video, exhibuerunt. Ellipsin τοῦ *juro* in hac similibusque sollemnibus formulis, præter loca quæ Gronov. in Obs. laudavit, confirmat lapis apud Fabrett. in Inscr. p. 673. EX. MEI. ANIMI. SENTENTIA. VT. EGO. IIS. INIMICVS. ERO. QVOS. C. CÆSARI. GERMANICO. INIMICOS. ESSE. COGNOVERO. De formula 'respublica populi Romani,' vel 'respublica populi Romani Quiritum' vide etiam ad hujus libri c. 10. § 2. De occasione autem, qua voces *populi Romani* ex plerisque Mss. exciderint, vide ad XXVIII. 28. § 12. Mox *non alium civem Romanum*, pro *neque alium*, Lov. 5.

§ 11 *Si sciens fallo, tum me, Jupiter opt. max. domum, familiam, remque meam pessimo leto adficias*] Opinor Livium dedisse *tu me Jupiter*. Lib. I. c. 24. 'Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito.' XXI. 45. 'Si falleret, Jovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent.' Ne hic quidem immixtam eam particulam vides. Itaque etiam I. 32. nullus hæreo, quin Livius scripserit *Si ego injuste, &c. exposco, tu patriæ compotem me numquam sinas esse*. Alias solent edere, *est tu*. Jac. Gronovius. Quemadmodum Jac. Gronovius legendum conjecit, etiam exaratum inveni in Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii N. ut ultima litera voci *tum* adhæserit ex initio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. In hac formula etiam uitatum est *et tu*, de quo vide ad I. 18. § 9. Vulgatum tamen adversus Gronov. defendunt Duker. ad I. 24. § 8. et Fabrett. in Inscript. p. 674. quorum hic pro sententia sua laudat inscriptionem hanc æri incisam: SI. SCIENS. FALLO. FEFELLEROVE. TVM. ME. LIBEROSQVE. MEOS. IVPITER. OPTIMVS. MAXIMVS. AC. DIVVS. AVGVSTVS. CAETERIQVE. OMNES. DI. IMMORTALES. : . : . : . : . EM. PATRIA. INCOLVMITATE. FORTVNISQVE. OMNIBVS. FAXINT. Lacunam autem explet EXPERTEM. Excipi posset, imprecationem, jurijurando additam, aliter hoc loco, aliter in inscriptione concipi:

hic enim jurantem Scipionem directe Jovem adloqui, ac secunda persona dicere *Jupiter optime maxime leto adficias:* in inscriptione autem tertia persona dici *omnes Dii immortales faxint,* ubi voci *tu* vel *vos* locus esse nequit; similiter ut nec apud Festum voc. 'Lapidem:' 'Si sciens fallo, tum me Diespiter bonis ejiciat.' Verum potius moneo, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Haverk. et edd. Ascensiana 1513. priores, constanter hic legere *afficiat*. Videndum itaque est, an non præstet, ut eadem forma, qua in inscriptione laudata obcurrit, etiam hic legamus, *tum me Jupiter optimus maximus, &c. adficiat.* Quod si placebit, in codd. illis qui *tu me Jupiter* præferunt, ultima litera τοῦ *tum* absorpta esse censeri debet a prima vocis seq. Vide ad XXII. 8. § 9.

§ 12 *In hæc verba, L. Cæcili, jures, postulo*] *L. Metelle* Ber. *L. Cæcili Metelle* Hafn. invitis reliquis, qui vel *L. Cæcili*, vel corrupte *L. Cæli*, aut *L. Teli*, eodem tamen ducentibus vestigiis, præferunt. Deinde *postulo*, pro *expostulo*, primus edidit J. F. Gronovius, et quidem optimorum codd. auctoritatem secutus, ut monuit in pr. ed. notarum. Neque aliter erat in Flor. et forte in Cant. ac Lov. 1. ex quibus duobus nihil notatum video, licet conlati sint cum ed. Gronov.

§ 13 *Custodiendosque semet ipsos contra Hannibalem Scipioni tradunt*] Vet. lib. *Annibalem contra*. Sic sæpe alias præpositio postponitur. *Sigon.* Sigonius *Annibalem contra:* sic enim sæpe præpositionem postponi. At tu ocius utrumque vocabulum jussu non nisi optimorum dele: sunt enim fatua et falsa: neque contra Pœnum, sed reipublicæ servabantur. *J. F. Gron.* *Hannibalem contra* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Sed desunt hæ voces in Flor. et Cant.

CAP. LIV. § 1 *Ad quatuor millia peditum equitumque*] Pal. 1. *ad quatuor millia pedites equitesque:* vitiose. *Gebh.* Ita etiam Lov. 3. et Gaertn. *ad quatuor millia, et pedites equitesque, qui* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Ber. et Hav. quasi quatuor illa millia a peditibus equitibusque, qui per agros fuga sparsi ad consulem pervenerunt, diversa fuissent: quod secus esse videtur. Præterea *ad duo millia* Hearnii L. 1. *ad quatuor millia et D. pedites equitesque* in Put. legi, nec longe abire cod. Victorinum, testatur Crevier.

§ 2 *Eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos*] Exhibet Pal. 3. *Eos omnes Ven. per fam. benigne acceptos curandosque cum divis., in singulos equites togas et tunicas, et quadr. numos quinos vicenos, et ped. denos, et arma, quibus deerant, ded.* Gebh.

Et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt] Omnia hæc verba desunt errore librarii in Hav. Præterea *et pediti* legit Flor. quod impense placeret, si aliorum codd. auctoritas accederet. Nam 'dederunt in equites et pediti' dictum est ut XLV. 34. 'Tantaque præda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.' Vide Gronov. ad XXXV. 40. § 6. Id si placeet, verba *et arma, quibus, &c.* acciperem de equitibus et peditibus simul; arma dedisse Venusinos, non tantum peditibus, sed etiam equitibus, quibus deerant.

§ 3 *Populus Venusinus officiis vinceretur*] *Beneficiis vinc.* Hearnii D. quod ex interpretis glossa marginali natum videretur. Voces *officiis vincere. tur.* *Sed gravius onus* desunt in Voss.

§ 4 *Sed Canusii gravius onus Busæ multitudo faciebat*] Abest a Pall. τὸ *Canusii:* neque agnoscit vet. ed. Pal. 3. *Set gravius onus Busæ in se mult. faciebat.* Gebh. Delent *Canusii*, ut et Aldina, Juntasque, Andreas, Bec. Mog. *Sed in se gravius.* Vulgatum in primo invenio Frobenio: neutrius

vestigium in optimis. *J. F. Gron.* Neutra etiam lectio in ullo apud me cod. superest. *Sed gravius onus Busæ in se multitudo faciebat* servant Rec. Gaertn. et Hearnii D. *Sed gravius multitudo faciebat* Hafn. quæ verba desunt in Lov. 1. Reliqui autem et mei et Hearnii Oxon. recte legunt *Sed gravius onus Busæ multitudo faciebat:* nisi quod *Birsæ* sit in Ber.

§ 5 *Appiusque et Scipio, postquam*] Vet. lib. *Appius et Scipio.* Sigon. *Appius Scipioque* Ber. *Appius vero et Scipio* Lov. 4. *Appius vero Scipio* Lov. 5. Reliqui omnes vulgatum servant. Mox τὸ *esse* deficit in Lov. 3. Deinde *quanta copia*, tribus vocabulis mediis exsulantibus, Hearnii N. Tum *sciscitatum simul* Ber. qui idem cum Lov. 2. ignorant vocem *exercitum.*

§ 6 *Mœnibusque se certe, etsi non armis, ab hoste videbantur defensuri*] Hoc recte ab aliis restitutum est, cum quidam *se tueri*, alii *secreti*, nonnulli *se teneri* legerunt, pro *se certe.* Glar. Probat hanc doctorum virorum emendationem apprime Glareanus. Pall. tres adhuc illis vitiis, quæ ille tangit, obnoxii sunt: quippe Pal. 1. *mœnibusque secerni et sine armis ab hoste videbantur defensuri.* Pal. 2. *mœnibusque se teneri, etsi non armis.* Pal. 3. *mœnibusque secerni, etsi non armis.* Gebh. Admodum variant codd. *mœnibusque se teneri etsi non armis* habent Rec. et Gaertn. *mœnibusque vel se tueri etsi non armis* Hav. et ita etiam Lov. 3. nisi quod voculam *vel* omittat. *Mœnibusque se tueri et sine armis* Ber. *mœnibusque se tueri, si non armis* Hafn. *mœnibusque securi etiam sine armis* Lov. 2. *mœnibusque secerni et sine armis* Voss. *mœnibusque secerni etsi non armis* Flor. et Harl. *mœnibusque secerni sine armis* Lov. 1. *mœnibusque secerni si non armis* Cant. et Lov. 4. *mœnibusque se certe cerni etsi armis* Lov. 5. Neque certius quid in priscis editis, quorum lectiones Glareanus recensuit. Primus Froben. 1531. id admisit, quod nunc vulgo exstat, et verissimum videtur. Elegans est usus particularum 'certe, si non,' cujus ignari librarii tot monstra lectionum excogitarunt. Inverso ordine occurrit apud Cic. ad Att. III. 15. 'Si non plus ingenio valebas, quam ego, certe timebas minus.' Phædr. V. 45. 'Si non ingenium, certe brevitatem adproba.' Pariter dixere 'si non, saltem.' Vide ad II. 43. § 8. *Etsi non armis* ex Put. legendum esse monuit Crevier.

§ 7 *Occidione occisum cum duobus exercitibus consulem*] Suspicor legi oportere *occisos cum duobus ex. consules.* Subdit enim: 'Consule exercituque ad Thrasimenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabantur, nec ulla jam castra Romana, nec ducem, nec militem esse.' Non enim, inquit, consul cum exercitu amissus, quod vulnus super vulnus fuisset, sed duo consules cum duobus exercitibus periisse: ideo multiplex clades accepta nunciabatur. *Sigon.* Suspicatur Sigonius, legi debere *occisos cum duobus ex. consules.* Ego vulgatam lectionem, nisi distinguas post *occisum*, et pro personaliter posito accipias, non assequor. Pall. 1. et 3. exemerunt τὸ *consules.* Pal. 2. vero *occidione occisas cum duobus ex. deletasque omnes copias.* Prisca ed. *sed occidione occisis cum duobus ex. consules, &c.* Gebh. Sigonius de suspicione *occisos consules.* Put. Pet. melior, tres Pall. non habent τὸ *consulem.* Scribe, *sed occidione occisum cum duobus consulibus exercitum, deletasque omnes copias.* Compendio scripta ea vox fuit *coss.* atque eo facilius deperdita. *J. F. Gron.* *Consulem* ignorant Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. sed diserte *occisos consules cum duobus ex.* præfert Ber. *occisas cum duobus ex. duos consules* Hav. At τὸ *duos* non

est necessarium. Vide hoc lib. ad c. 49. § 15. A Sigonii conjectura discedendi ea Gronovio caussa fuisse videtur, quod displiceret locutio 'consules cum duobus exercitibus occidione occisi.' Ita existimat etiam Crevier.

§ 8 *Quæ disserendo minora vero facio*] Put. Pet. melior *edissertando*. Repone *quæ edissertando minora fecero*. Plautus Casina v. 2. 36. 'Quid fit denique, edisserta.' *J. F. Gron.* *Edissertando* etiam Flor. quo verbo et alibi Plautus est usus. Ita in Amphitr. II. 1. 52. 'Ordine omne, uti quidque actum est, apud hostes dum sedimus, Edissertavit.' Et in Sticho II. 1. 30. 'Non enim possum, quin revortar, quin loquar, quin edissertem.' *Edisserere*, pro *disserere*, Livio ex conjectura restituere conatus est Gronov. XLI. 6. § 5. Ceterum idem Gronov. in priori ed. notarum vulgatam lectionem vix a solœcismo excusari posse pronunciavit, quod recte repetitis curis omisit. Nam 'aliquid disserere' in frequenti usu fuisse, docuit pluribus exemplis Burm. ad Phædr. Prolog. v. 12. et in fine addend.

§ 9 *Non vulnus super vulnus, sed multiplex clades*] Etiam *vulnus:* nisi clades ad Trasimenum isto nomine erat inferior. Quo deinde *sed?* Scribe, *Consule exercituque ad Tras. sup. anno am., nunc vulnus super vulnus, et mult. clades*. J. F. Gron. Ant. Perizonius inlustrandæ locutioni *vulnus super vulnus* Livio suo adscripsit locum ex XXV. 22. 'Hæ clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatæ, ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit.' Idem etiam Perizon. monuit ibidem, vulgatum servari posse; quod hoc modo exponebat: priore anno consule exercituque ad Trasimenum cæso, non jam alterum vulnus, priori simile, nec unum simplicemque, sed revera multiplicem cladem nunciatam omnes ad desperationem adegisse. Non itaque indicat cladem ad Trasimenum 'vulneris' nomine inferiorem fuisse; sed potius, damnum ad Cannas inlatum gravius fuisse, quam ut magnitudo ejus simplici 'vulneris' nomine exprimi potuerit. Et sane codd. nihil mutantibus caussam non video, cur vulgatum displiceret.

Sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus] Non est hoc contrarium illi, quod paulo ante dixit, 'consule exercituque ad Trasimenum priore anno amisso:' nam hic ita nunciatum ait. Cæterum unus duntaxat ceciderat L. Æmylius Paulus, duo autem cæsi nunciabantur. *Glar.* *Cum duobus consulibus modo consulares exercitus* Lov. 3. *cum duobus consulibus cum consulares exercitus* Flor. Lov. 1. 2. et Harl. Ita et omnes scriptos suos legere Crevier. testatur: hinc non dubitat quin legendum sit *cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi*. Cui adsentior, præsertim quum ita præferant Ber. et Hav. quorum fide etiam illam lectionem recepi.

Exercitus amissi annunciabantur] Vet. lib. *nunciabantur*. Sigon. *Annunciabantur* demum adparuit in ed. Froben. 1531. Omnes, non tantum typis descripti priores, sed et codd. mei, et Hearnii Oxon. uno ore probant *nunciabantur*, quod recte Sigonius revocavit.

§ 10 *Hannibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam*] Habitat, in Pall. tribus, *Annibalis Ap., Samn. esse, ac jam prope*. Gebh. *Ap., Samn. esse* etiam Voss. Lov. 4. 5. Harl. Rec. Gaertn. et Hav. *Apul. Samniumque esse* Lov. 2. *Apuliam esse* Ber. *Apuliam et Samnium esse* edd. Aldo priores. Sed illud *esse*, quod modo præcessit, hic incommode repeteretur.

§ 11 *Comparem cladem ad Ægates insulas*] Put. *Comparasset cladem*. Innuit *Compares et cladem:* id est, com-

parare forsan velis. *J. F. Gron.* Crevier. testatur, in Put. legi *Comparesset cladem:* in uno e Regiis *Compares cladem;* quæ ipsi vera Livii manus videtur. Eandem lectionem inveni in Flor. Verum in his media vocula *et* facile intercidere potuit ob ultimæ syllabæ vocis præced. similitudinem. Præterea Sigonius ediderat *ad Ægateis insulam*, ut est in quibusdam edd. Sed *insulas* omnes codd. et edd. vetustissimæ. Vide ad Epit. Liv. lib. XIX. et hoc lib. ad c. 56. § 7.

Pugnam adversam in Africa, cui postea hic ipse Hannibal subcubuit] *In Africam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et edd. nonnullæ antiqq. Sed scribarum error videtur, quamvis meminerim eorum, quæ dixi ad Epit. Liv. lib. XXI. Deinde voces *hic ipse* exsulant a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina prioribus. Sed emphasis est in pronominibus.

CAP. LV. § 1 *P. Furius Philus et M. Pomponius*] Horum alter urbanam, alter peregrinam jurisdictionem habebat. *Sigon.* Supra c. 35. § 5. ubi prætorum hujus anni comitia memorantur, recte Gruterum, Pighii sententiam secutum, in contextum ultimæ ed. *Manius Pomponius* recepisse vidimus. Mirum itaque accidit, neque ipsum, neque alios, qui postea Livio manus admoverunt, et supra emendationem ejus servarunt, non vidisse ita et hoc loco scribendum esse. Priscam ergo lectionem mutavi.

§ 2 *Ad obpugnandam Romam*] *Ad expugnandam Romam* Lov. 3. Vide ad XXI. 57. § 6. *Ad obpugnandum Romam* Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Paullo ante τὸ *enim* exsulat a Lov. 4. Ceterum observarunt viri docti, 'dubitare,' quum notat audere, jungi cum infinitivo; at, quum dubitationem significat, infinitivum respuere; sed, præcedente negatione, adsciscere *quin*, alioqui *an*, *utrum*, vel simile: inter singularia itaque Corn. Nep. referendum esse, quod posteriori sensu passim 'dubito' cum infinitivo construxerit. Vide Lambin. ad Nepot. Præf. in princ. et Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 56. Postea Gebhard. ad eundem loc. Nep. observavit eodem modo etiam Curtium et Tacitum locutos esse. His nunc seculi optimi scriptorem Livium jungo, qui similiter hoc loco dixit, 'neu dubitabant hostem venturum.' Nec aliter XXVIII. 24. 'Sub cujus vulgatam mox famam non dubitabant, totam Hispaniam arsuram bello.' Lib. XXXVI. c. 41. 'Magis mirari se, aiebat, quod non jam in Asia essent Romani, quam venturos dubitare.' Immo ipse Cic. ad Att. VII. 1. 'Pompeius non dubitat, (vere enim judicat,) ea, quæ de republica nunc sentiat, mihi valde probari.' Eodem modo 'dubium est' cum infinitivo obcurrit XXXVIII. 6. 'Haud dubium erat expugnari potuisse.'

§ 3 *Et nondum palam facti vivi mortuique, &c. complorarentur*] *Facto* legendum ex optimis, ad I. 41. § 6. monuimus. *J. F. Gron.* Jac. Perizon. potius pronomen excidisse, et *qui vivi mortuique* legendum esse, in ora Livii notarat. Malo tamen subscribere sententiæ Gronovii, cujus emendationem Flor. a m. pr. probavit. Præter illa quæ ad d. l. notata sunt, vide etiam ad XXVIII. 21. § 5. Paullo ante *Quum in aliis*, pro *in malis*, Lov. 1. 2. 4. et Harl. Sed literam initialem intercepit præcedens vocula *in*. Contra *Quum malis* omnes edd. usque ad Gronov. 1665. neque aliter est in Flor. et Ber. a m. pr. quod per ellipsin participii verbi substantivi accipi potest. Vide ad IV. 47. § 9. et alibi sæpe. Quum tamen *in*, a Gronov. additum, in reliquis codd. fere omnibus supersit, id in paucis illis elisum esse videtur vel a vocis præced. litera finali, vel a sequentis in-

itiali. Vide ad x. 18. § 8. et xxxvii. 1. § 2. Hinc *sicuti ingentibus* Flor. ut vulgo ultima litera prioris vocis intercepta sit a prima sequentis. Vide ad xxiii. 8. § 9. Insuper *nec consilium quidem* Cant. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. eædem. Male. Vide ad Liv. i. 10. § 3. Non probandum itaque factum nuperi editoris, qui id in textum Londinensem revocavit.

§ 4 *Tum Fabius Maximus censuit*] Put. *tum que Fabius.* Nec aliter Pet. ante lituram. Lege *tum Q. Fab. Max. censuit.* J. F. Gron. Sæpissime ita librarios aberrasse, ut prænominis Quinti notam Q. et conjunctionis *que* compendium *q;* confunderent, dictum est hoc lib. ad c. 31. § 7.

Qui obviam euntes percontarentur aliquos profectos ex fuga passim dissipatos, forte referant] Vet. lib. *si forte referant.* Sigon. Locus mihi mire suspectus, et cum eo quoque colluctatur Sigonius. Mea exemplaria pro *percunctarentur* habent *percunctando.* Schottus, Observ. iii. 6. Pal. 1. *fore referant.* Pal. 2. *qui obviam euntes percunctando al. prof. ex fuga passim diss. forte ref.* Vulgata lectio promanavit a censura Sigonii. Ego probo Pal. 2. lectionem: certe satius duco codicum veterum scripturam invehi editionibus, quam hujus vel illius conjecturam futilem. *Gebh.* Hæc et mire suspecta Schotto. Optimi *qui obvios percontando:* deinde ignorant τὸ *si*, male invectum ab Sigonio. Scribe igitur et distingue: *qui obvios percontando, al. prof. ex fuga, passim diss., forte referant.* J. F. Gron. Nihil eorum, quæ hic dicuntur, placet. Quid enim sapiunt illa *obvios aliquos profectos dissipatos?* Itaque suggerebat mihi Perizonius meus, *qui obvios percunctentur, si quos prof., ex fuga passim diss., forte reperiant, quæ fortuna, &c.* Qui sermo procurrit sane commodior. Sed induci non potui ad istam mutationem perferendam: quippe τὸ *referant* haud dubie verbum ab Livio esse, qui se ipsum ostendit xxii. 7. 'Matronæ, quæ repens clades illata, quæve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur ...et quanquam nihil certius auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domum referunt.' Tum qualis illa locutio *aliquos profectos ex fuga?* Ita videor tandem pervenisse, quo eundum erat, legendo, *qui obvios percontando* (*aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore*) *referant, quæ fortuna, &c.* Jac. Gron. Non injuria offendit virum clariss. *profectos ex fuga.* *Ex fuga* crebro dicit Livius. vi. 29. 'Ibi ex fuga dissipati locum capiunt.' viii. 10. 'Latini ex fuga se Minturnas contulerunt.' xxviii. 23. 'Mago ibi ex fuga substiterat.' xxx. 7. 'Asdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam petierat.' Et sæpe alibi; nec fortassis usquam ita, ut hoc loco, cum verbo 'proficisci.' *Profecto* mihi frigere, et aliud sub *profectos* latere videtur. *Duk.* Doujatius, qui Schotti *percunctando* recepit, et simul Sigonii *si forte* tuetur, hic nihil vidit. Quum enim priores viri docti verba ita in ordinem redegerint, *qui, percunctando obvios al. prof. ex fuga passim diss., forte referant, quæ fortuna, &c.* ipse ea ita componenda censet: *qui obvios percunctando, referant al. prof. ex fuga, et passim dissip., si forte,* scil. aliqui ex fuga profecti ac dissipati supersint. Verum vellem addidisset, quo ergo referenda forent verba seqq. *quæ fortuna.* Putavit *referant* hic poni pro 'secum in urbem adferant,' quum accipiendum sit pro 'renuncient.' Ita xxxiii. 45. 'Hæc quum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent majores.' Similiter fere 'referre legationem' inlustramus ad vii. 32. § 1. 'referre responsum' ad ix. 16. § 5. Novi nihil codd. mei adferunt. Optimis J. F. Gronovii con-

sentiens Flor. legit *qui obvios percunctando:* omnes etiam, præter Ber. et Hav. τὸ *si* a Sigonio invectum ignorant. Jac. Gronovii conjectura si non vera, certe admodum verisimilis est, et quam minime a scripta lectione discedit; quam, donec aliud verius aliunde oriatur, probandam puto.

§ 5 *Si quid Dii inmortales miseri imperii reliquum Romano nomini fecerint*] Enimvero οἰκτρὸν hoc *miserum* imperium. Put. *miseriti.* Scribe *si quid Dii im. miseriti, imp. rel. Rom. nom. fecerint.* J. F. Gron. *Miseriti* etiam Flor. a m. pr. in quo deinde manus altera interpolavit *miserti.* Ex interpunctione autem adscripta liquet Gronovium jungendum credidisse *si quid imperii:* quum mihi potius cohærere videatur *miseriti imperii.* Vide ad v. 45. § 4. Deinde *reliquum Romanum nomini* Lov. 1. et Gaertn. *reliquum Romano nominis* Flor. a m. pr. *reliquum Romani nominis* a m. sec. Sed hic nihil mutandum. *Reliquum Romano nomini,* ut VII. 35. 'Quum nihil vobis fortuna reliqui fecerit.' Jubebantur per viam Appiam et Latinam dimissi referre, num verum foret, quemadmodum adlatum erat, occidione occisos cum duobus consulibus exercitus, deletasque omnes copias, et nihil eorum nomini Romano seu Romanis reliquum factum. Mox *qua se Hannibal,* pro *quo,* Flor. Lov. 3. 4. et Harl. Male. Non enim quærendum erat qua via Hannibal profectus foret, sed in quem locum se contulisset. *Qua* et *quo* etiam alibi commutantur. Vide Pierium ad Virg. Æn. I. 401. et supra ad x. 14. § 4.

§ 6 *Ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant*] Pal. 1. *parum sit, tumultum, &c.* Gebh. Τὸ *ut* deest etiam in Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. Sed *parum sicut tumultum* præferunt Flor. et Cant. *parum sint, qui tumultum* Ber. Mox *unamquamque,* pro *quamque,* Ber. et Hav. Sed, puto, ex glossa. Vide ad XXXVIII. 21. § 6.

§ 7 *Suæ quisque fortunæ domi auctorem exspectet*] Diximus supra, legendum *exspectent.* J. F. Gron. Id dixerat in pr. ed. notarum ad v. 39. ubi optimos libros ita præferre testatur. Et sane ita legunt tantum non omnes, quos adhibui, codd. neque suos dissentire Hearnius monuit, licet ita etiam ediderit. Vide ad II. 22. § 7. Contra Crevierio edita olim lectio *exspectet,* quam in edd. Rom. principe, et Camp. superesse monet, magis placebat: hoc enim verbum non ad Patres, ut reliqua, sed ad quemque civem referri.

§ 8 *Custodes præterea ad portas ponant*] Jac. Gronovius inter errata, quæ operarum incuria irrepserunt, monuit legendum esse *custodesque,* quod mox Clericus adoptavit. Verum ita nulla antea prætulit ed. sed vir clariss. hoc modo auctoritate codicum suorum legendum censuit; quod etiam retinendum duxi, quia similiter præfert Flor. *præterea* perperam aberat ab Harl.

Ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam] Pall. tres, *ubi cont. recte tum.* Gebh. Put. *ubi cont. recte tum., tum in curiam.* J. F. Gron. Ita et Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Mox *revocandos ad consulendum de urbis custodia esse* Ber. a m. sec.

Cap. LVI. § 1 *Submotoque foro per magistratus turba, Patres diversi*] Pal. 1. *summotaque foro magistratibus turba.* Gebh. Τὸ *per* non modo optimi scriptorum, sed et Andreas, Beccar. et cæteri ante Ascensium ignorant. Pal. *foro magistratibus.* Forte *summotaque foro magistratibus turba:* id est, a magistratibus lictorum ministerio. Vel *magistratus turba et Patres diversi.* J. F. Gron. Illud *per* non adparet etiam in Flor. Lov. quinque, Harl. Berol. a m. pr. Hafn. Gaertn. et Hav. Vel prior Gronovii conjectura recipienda videtur; vel etiam altera,

modo transpositis vocibus cum Lov. 3. legas *summotaque foro turba, magistratus et Patres diversi.*

§ 2 *Canusiique se esse*] *Que* vacat in aliquot vett. libb. *Sigon.* Τὸ *que* rejecit Sigonius. Pall. 1. ac 3. *evasum se esse.* Pal. 2. *sese evasum esse:* ed. pr. *evasumque se esse.* Gebh. Τὸ *que* pellit etiam Sigonius. Put. *sese Canusii esse.* J. F. Gron. *Se esse,* ceteris omissis, Lov. 1. *evasum se* Ber. a m. pr. *evasum se esse* Voss. Lov. 4. Harl. Rec. et Gaertn. *evasum sese esse* Hav. *se evasum esse* Lov. 3. 5. *evasisse se* Lov. 2. Hafn. et Ber. a m. sec. *evasumque se esse* edd. priores usque ad Ascens. qui a. 1513. *Canusiique se esse* edidit. *Canusii se esse,* ut postea Sigonius dedit, vulgatum vidi Paris. 1529. *sese Canusii esse,* quod Gronov. ex Put. restituit, firmat Flor. Et ita ex optimis restituendum esse etiam monuit Gronov. Obs. IV. 11. 180. Paullo ante *P. Æmilium* perperam Hearnii D.

Ad decem millia militum ferme esse] Forte *ad quatuordecim millia:* nam decem millia jam ante Canusii erant, antequam Varro eo cum quatuor millibus venit. *J. F. Gron.*

§ 3 *Sed Hannibalem nunc sedere ad Cannas*] *Sed* vacat in aliquot vet. lib. *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *Se nunc sedere ad Cannas in capt. preciis prædaque alia nec vict. animo, nec magni ducis more nuntiantem.* Pal. 2. *Annibal nunc sedere ad Cannas, in capt. pretiis prædaque alia nec vict. animo nec magni ducis more morantem.* Gebh. Scribendum *Pœnum sedere ad Cannas, in capt. pretiis prædaque alia, nec vict. animo nec magni ducis more, nundinantem.* Vide Obs. IV. 11. *J. F. Gron.* Ante Gronov. edebatur *Sed Hannibalem nunc sedere ad Cannas in capt. pretiis prædaque alia: victoriam nec vict. animo nec magni ducis more metientem.* Ipse vero in Obs. notat pro *Sed Hannibalem nunc* Put. habere *menum,* ignorare vocem *victoriam,* et loco τοῦ *metientem* legere *nunciantem.* Similia superesse etiam in Petavianis, Barber. quinque Flor. Men. et duobus Pall. nisi quod, loco *menum,* alii *me nunc,* alii *se nunc* scribant: unde, mutatis *mœnum* in *Pœnum,* et *nuntiantem* in *nundinantem,* minima licentia eam lectionem eruit, quæ nunc in editis exstat. In omnibus etiam meis *victoriam* negligitur, et *nuntiantem* exaratur; at in primis verbis variatum video. Quod ante Sigon. exstitit, soli præferunt Ber. et Hav. *Hannibalem sedere ad Cannas* est in Lov. 2. *Hannibalem vero nunc sedere ad Cannas* in Hafn. *se nec sedere ad Cannas* in Lov. 1. *nunc sedere hostem ad Cannas* in Lov. 3. *se sedere ad Cannas* in Lov. 4. *sedere ad Cannas* Harl. *se nunc sedere ad Cannas* Voss. et Gaertn. *me nunc sedere ad Cannas* Flor. Omnia hæc docent conjecturam Gronovii verisimillimam esse.

§ 4 *Adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris, &c.*] Ea de re paratragœdiat Valer. Max. I. 1. 15. *Modius.* Videndus Festus. 'Minuitur,' inquit, 'populo luctus, &c. cum in casto Cereris est.' Item, 'Græca,' inquit, 'sacra festa Cereris ex Græcia translata, quæ ob inventionem Proserpinæ matronæ colebant. Quæ sacra, dum non essent matronæ, quæ facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur.' De Casto autem Cereris ita scribit Arnobius V. 167. 'Quid temperatus fabæ alimonio panis, cui rei dedistis nomen Castus? nonne illius temporis imitatio est, quo se numen Cereris a fruge violentia mœroris abstinuit?' *Ursin.* *Adeoque totam urbem complevit* Lov. 3. et edd. ante Aldum: *adeoque urbem opplevit* Lov. 4. Ceterum festum Cereris a lugentibus matronis celebrari non potuisse, quia atratæ erant, quum candidis vestibus indutæ esse deberent, docet Ovid. Fast. IV. 619. 'Al-

ba decent Cererem: vestes Cerealibus albas Sumite: nunc pulli velleris usus abest.' Liv. XXXIV. 6. 'Quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus jussit.'

§ 5 *Ne ob eamdem caussam alia quoque sacra publica aut privata desererentur*] *Ne ob eam caussam* Lov. 4. et Ber. Vide ad x. 10. § 3. Tum vox *sacra* deficit in Voss. et Gaertn. quasi sufficeret præcessisse 'sacrum anniversarium Cereris.' Sed reliqui omnes agnoscunt: at *publica sacra aut privata*, transpositis vocibus, legit Ber. Τὰ *aut privata* desunt in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus] Sic Plutarchus in Fab. Max. p. 184. Πένθους δὲ καὶ τόπον καὶ χρόνον ὥρισε, κατ' οἰκίαν ἀποθρηνεῖν κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον. *Sigon.* Adde locum Livii modo laudatum. Præterea *senatusconsultu* Voss. Sed vide ad v. 13. § 5.

§ 6 *Ex Sicilia literæ adlatæ sunt ab T. Octacilio proprætore*] *Otacilio* ex Græcis et Capitolinis monumentis. *Sigon.* *Literæ ex Sicilia* Lov. 4. 5. et Ber. In nomine autem proprio passim errant codd. *Octacilio*, *Octalicio*, *Octocilio*, vel *Otalicio* exhibentes. Male etiam *prætore* Ber. Vide hoc lib. ad c. 10. § 10.

§ 7 *Quum opem imploranti ferre vellet, nunciatum sibi esse*] *Ferri vellent* Lov. 2. *ferre vellent* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et primæ edd. usque ad Moguntinos. Tum *nunciatum his*, omisso τῷ *esse*, Lov. 2. *nunciatum his esse* Voss. Lov. 1. et Harl. *nunciatum his est* Flor. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. *nunciatum est his* Ber. et Hav. Mox *Ægates insulas* Hearnii N. et plures edd. Quod quum alibi editores receperint, hic quoque admittendum censui: idem recte etiam Crevier. fecit. Vide ad Epit. Liv. lib. XIX.

§ 8 *Ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram*] *Ubi se adversum iri ad tuendam* Lov. 5. et Ber. *ubi se adversum tuendam* Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *ubi se adversum tueri* Lov. 3. *ubi se adversus tuendam* Lov. 1.

CAP. LVII. § 1 *Literis consulis proprætorisque lectis, M. Claudium*] Hic locus in codice Aldino asterisco notatus est, et recte: quamquam si pro verbo *præesset* legamus *præerat*, et suppleamus *censuerunt*, sensus erit clarus. Est tamen notandus locus. *Glar.* Subaudienda sunt verba 'censuerunt Patres,' vel 'decreverunt.' Sic enim Plutarchus in Marcello p. 302. Δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Καπύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συλλελεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἁρμάτων. *Sigon.* Pal. sec. *perlectis Appium Claudium.* Pal. 1. *Literis consulis prætoris quem Appium Claudium qui classie ad Ostiam stantis esset.* Gebh. Locus fractus et depositus. Sigonius subaudienda notat verba 'censuerunt Patres,' vel 'decreverunt.' Sed neque hæc sic subaudiri solent, et gravius ulcus ostendunt scripti. Put. *Literis consulis prætorisque Marcium Claudium.* Pet. *prætoris quem apium Claudium.* Pet. alter, Men. Voss. Pal. *prætoris quem Appium Claudium.* Non multa tamen ad sententiam requiruntur: et licet observare, in hujusmodi scripturæ vitiis non sæpius deesse aliquid, quam superesse. Quid si legas, *aliis insuper ex Sicilia literis allatis ab T. Ot. proprætore, regnum Hieronis, &c. vellent: censuerunt prætorem M. Cl.* J. F. Gron. *Literis consulis prætorisque Appium Cl.* Lov. 2. 4. et Gaertn. *Literis consulis prætorisque Apium Cl.* Flor. *Literis consulis prætorisque perlectis Appium Cl.* Lov. 3. *Literis consulis prætorisque perlectis censent Appium Cl.* Lov. 5. *Literis consulis prætorisque lectis censuerunt Appium Cl.* Ber. *Literis consulis prætorisque lectis Appium Cl.* edd. ante Aldum. Sed τὸ *censuerunt* post vocem

mittendum inserit Hafn. Ulcus latere certum est, cujus curationem peritioribus medicis relinquo.

§ 2 *Quod duæ Vestales eo anno, Opimia atque Feronia*] Pal. 2. *duo Vestales*. Tum Pall. tres *Floronia*. Gebh. *Duo Vestales* etiam Harl. Vossius Gramm. IV. 6. post alios ex Paullo l. 10. § 17. ff. de Gradib. profert: 'Personas autem complectitur triginta duo.' Quin et eod. l. § 14. casu primo obcurrit, 'Personæ continentur triginta duo.' Verum et similia errantibus librariis, qui voces numerales per notas scriptas ita imperite literis extulerunt, adscribenda videntur. Deinde *eodem anno* Gaertn. Vide ad x. 10. § 6. *Feronia* autem, nescio cujus errore, editum vidi a Medio, quod primo Gruter. retinuit, sed in ultima ed. emendavit in *Floronia*, quomodo non modo omnes reliqui typis, sed et calamo descripti præferunt, nisi quod *Florania* sit in Voss. et Hav. quorum posterior itidem § seq. legit. Ceterum non ea, qua oportuit, cura Hearnius ad hunc locum monuit Opimiam Vestalem hic memoratam *Pompiliam* vocari apud Euseb. [Hieronym. in Chron. Euseb.] num. MDXXXII. *Popiliam* apud Oros. II. 8. *Oppiam* in codd. Livii, quibus usus est Scalig. et *Opimiam* apud Dionys. Halic. VIII. 556. et jussit, ut respiciantur, quæ Scalig. ad d. l. Euseb. notavit. Verum non adtendit vir clariss. se perperam confundere 'Oppiam' Vestalem, memoratam Livio II. 42. quo pertinent loca quæ ex Scaligero laudavit, cum 'Opimia,' cujus hic Livius meminit. Ad eam autem et Floroniam respicit Hieronym. in Chron. Euseb. p. 143. ubi ad a. MDCCCII. notat, 'Romæ virgines Vestæ ob stupri reatum terra obrutæ sunt.'

Altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat] Pall. tres *sub terra*. Gebh. Est satis insolitum genus loquendi *sub terram necari*; certe usitatius *sub terra*. Sed quia nihil varietatis e codd. scriptis adnotatur, puto concisam orationem esse, quæ ita expediri possit, *sub terram defossa ac necata fuerat*. Livius VIII. 15. 'Viva sub terram defossa.' Ovid. Fast. VI. 458. 'defodietur humo.' Simile compendium verborum ex sententia Casauboni in his Suetonii Cæs. c. 49. est, 'A satellitibus eum in cubiculum regium eductum:' et in iis quæ Gronovius ad Livii IX. 29. 'Præfecti Capuam creari cœpti,' habet. Ejusdem generis est hoc Xenophontis Hist. Græc. I. principio literæ ab Hippocrate missæ: 'Εάλωσαν εἰς Ἀθήνας· *interceptæ et Athenas missæ sunt*: et alia apud interpretes ad Act. Apost. VII. 9. Τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον. *Duk.* *Sub terra* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Neque dubito, quin et idem in aliorum codd. exstiterit. Præterea *ut est mos* Ber. Sed τὸ *est* non adparet in Flor. Mox *sibimet ipsum* Lov. 1. *semet ipsum* Hafn. *sibimet ipsi* Hearnii N. Male. Vide ad II. 19. § 5.

§ 3 *Scriba pontificis, quos nunc minores pontifices adpellant*] Quæ de pontificibus minoribus scripserunt Panvinius, Gutherius, et Rupertus, ac deinde recoxit Pitiscus, erudite refellit Norisius Dissert. ad Cenot. Pis. I. 5. Ex iis quæ ibi disputat, manifestum est, ætate Ciceronis ac Livii præter collegium illud pontificum, in quo post legem Oguiniam et a. CCCCLII. usque ad Sullam octo, post Sullam quindecim pontifices erant, etiam aliud collegium pontificum fuisse, qui 'pontifices minores' appellarentur. Hi quando, quo numero, et quam ob caussam, instituti fuerint, non scio usquam traditum. Sed quia Livius dicit *scriba pontificis* (non *pontificum*, ut festinatione, credo, lapsus Norisius) *quos nunc minores pontifices appellant*, verosimile est, hoc tempore tantum unum fuisse, ac, deinde aucto numero, omnes 'ponti-

fices minores' appellatos. Et jam ante tantum unum fuisse, significat his verbis Macrobius Saturn. I. 15. 'Priscis temporibus antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis Patribus in omnium notitiam proderentur, (id est, ante a. CCCCXLIX.) pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ lunæ primum observaret adspectum, visamque regi sacrificulo nunciaret.' Quo tempore auctus fuerit eorum numerus, itidem incertum est. Cicero de Arusp. Resp. c. 6. tres nominat: unde consequens est id eo intervallo, quod inter annum, cujus res hic exsequitur Livius, et inter orationem illam habitam fuit, quod ferme CLX. annorum est, factum. In loco Capitol. in Opil. Macrino cap. 7. 'Quum scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores vocant,' mihi suspectum est *hodie*, ut ex verbis Livii, in margine adscriptis, deinde in contextum inculcatum. Nam Capitolinus de appellatione, dudum ante id tempus recepta, non ita loqui potuit, ut Livius, cujus ætate ea multo recentior erat, quam Capitolini. Nova est, ut hoc addam, doctrina Ant. van Dalen Dissert. l. II. capp. 2. et 3. de Antiquit. et Marmor. regem sacrorum fuisse pontificem minorem. De hoc omne dubium auferre ait locum Macrobii Saturn. I. 15. 'Romæ quoque Kalendis omnibus, præter quod pontifex minor in Curia Calabra rem divinam Junoni facit, etiam regina sacrorum porcam vel agnam in regia Junoni immolat.' Acuta profecto et certa conclusio: Quia regina sacrorum, cujus maritus erat rex sacrificulus, et pontifex minor iisdem diebus rem divinam faciunt, ergo rex sacrificulus est pontifex minor. Quod addit, regem sacrorum a Cicerone de Arusp. Resp. cap. 6. inter pontifices minores nominari, non potuit scribi, nisi ab eo qui oculis usus non est. *Duk.* *Scriba pontificis* edd. Rom. 1472. ac Parm. *pontificum* iis proximæ Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et reliquæ usque ad Gronov. qui *pontificis* revocavit, concinentibus omnibus Mss.; neque Hearnius *pontificum* nisi in uno N. invenit. Tum *quos non minores*, pro *quos nunc minores*, Voss. Lov. 2. 4. et Harl. Vide ad IX. 7. § 3. Ceterum Crevierius in notis, verbis Livii subjectis, *quos* referebat ad *scriba* hoc sensu: scriba pontificis, ex eorum scribarum numero, quos nunc minores pontifices appellant. Addit autem alios referre ad *pontificis* hoc modo: scriba pontificis, qui quidem pontifex esset ex eorum numero, quos nunc minores pontifices appellant. In notis deinde posterioribus de hoc additamento scrupulum sibi movere testatur locum geminum Capitol. in vita Macrini, de quo etiam Duker. hic egit. Ex eo enim patere, pontificum minorum appellationem post Macrinum demum invaluisse. Id si verum est, certe Livii ævo notam esse non posse. Inde sibi oriri suspicionem, hoc additamentum ex altero scriptore in alterum esse translatum: utri autem adfictum sit a librariis, se dijudicandum aliis relinquere. Verum, si alterutri adfictum est, id Capitolino, quam Livio, accidisse, certissimum erit; quia *scribas pontificum* non modo ante Macrinum, sed etiam antequam Livius Historiam Romanam scriberet, jam *pontifices minores* vocatos fuisse, constat ex Cic. a Dukero laudato, et hinc, ut idem Dukerus docuit, de adpellatione dudum ante tempora Macrini recepta Capitol. ita loqui non potuit. Potius tamen Dukeri opinioni subscribo, soli voci *hodie* apud Capitol. controversiam moventi. Mox *in comitio virgis cæsus est* Berol. *est*, pro *erat*, legunt etiam Lov. 2. 3. et Hav.

§ 4 *In prodigium versum esset*] Deficit in Pal. 3. τὸ *in*. Gebh. *In prodigium quoque versum* præferunt Lov. 4. et 5. Mox *adire libros* Lov. 5. et Gaertn.

§ 5 *Et Q. Fabius Pictor Delphos*] Prænomen deest in Voss. Lov. quinque, Harl. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Insuper *Et prætor Delphos* Hearnius se in L. 1. invenisse testatur: sed *Et Q. Fabius prætor Delphos* præfert Brancal. Latinii. Verum illud *prætor* perperam natum est ex cognomine *Pictor*. Mox τὸ *est* exsulat ab editis usque ad Aldum.

Quibus precibus supplicationibusque] Vet. lib. *quibus precibus supplices Deos possent placare*. Sigon. Livius, qui apud me, *suppliciisque;* præclare. Confirmat et Sigonii codex, qui *supplices Deos* corrupte. 'Supplicium' pro supplicatione ex Sallustio vulgo notum. *Lipsius*, Epist. Quæst. I. 6. Pall. 1. et 3. *quibus precibus suppliciisque*. 'Supplicium' enim est hostia, sive sacrificia, aut potius supplicationes. Sallust. Catil. Orat. Caton. c. 52. § 29. ut notum est. Plaut. Rud. Prol. vs. 25. 'Nihil ei acceptum est a perjuris supplicii.' Eo modo intelligendus est Plautus Epid. v. 2. 59. 'Numquam, hercle, hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.' Liv. XXVII. 50. 'Per omnia delubra vagæ suppliciis votisque fatigavere Deos.' *Gebh*. Omnes etiam nostri et Crevierii codd. *suppliciisque:* pro varia autem lectione alterum in margine Voss. et Ber. adjectum est. Hearne quoque ex uno tantum L. 1. *supplicationibusque* profert, ut reliqui ejus codd. *suppliciisque* habuisse videantur. Eam autem vocem Livio hoc sensu in usu fuisse, Gebhardus docuit: de aliis vide Cortium ad Sall. Catil. c. 9. § 2. et Jug. c. 66. § 2. Mox *quinam futurus finis* Gaertn. Nihil invitis optimis mutandum. Vide ad IV. 2. § 4.

§ 6 *In foro boario sub terra vivi demissi sunt in locum*] 'Sub terra demittere' vix videtur pati ratio sermonis Latini: *sub terram* legi prohibet consensus librorum scriptorum, qui ex silentio editorum intelligitur: etsi litera *m* propter sequentes *ui* facile præteriri potuit. Superest ergo, ut hæc jungantur *in locum sub terra*, quæ tamen satis dura trajectio verborum est. *Duk*. *In foro bovario* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Harl. Vide ad XXXV. 40. § 8. *Sub terra* omnes mei servant. *Vivi* deest in Harl. Paullo ante *extraordinaria facta sunt*, addita ultima voce, est in Lov. 3. Hinc *gallus et gallina* in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Rec. et Gaertn. inepto, ut reor, scribarum errore. Similiter tamen etiam edd. vett. pro quo Ascens. demum *Gallus et Galla* 1513. substituit.

In locum saxo conseptum] Pall. tres *consectum*. Gebh. Consentiunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Rec. Gaertn. et edd. antiqq. cujus loco Froben. 1531. *conseptum* restituit. *Confectum* Lov. 5. Male. *Saxo conseptum*, ut 'cratibus conseptus' x. 37. 'auri magnum pondus saxo quadrato septum' memorat Liv. VII. 15. et 'Thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum' XXXIX. 50. De verbo 'consepire' vide Heins. ad Nason. Met. I. 69.

Ibi ante hostiis humanis minime Romano sacro imbutum] Scripti codd. habent, pro *ibi*, *ubi:* sed utrumque supervacaneum puto, et sententiæ officere. Quod si *ibi* retinere velis, verbum deest, quod sensum compleat. *Schottus*, Observ. III. 6. Luctatur hic A. Schottus, et certe subest aliquid vitii. Scripti quidam *ubi*, pro *ibi*. Sed Put. ille unicus *conseptumuiam ante*. Manus secunda supra *v* pinxerat *b;* unde ista. Sed demenda erat supervacua litera *v*, scribendumque *conseptum, jam ante*. Factum initio proximi belli Gallici, testibus Plutarcho in Marcello p. 299. Orosio IV. 13. Zonara VIII. 19. *J. F. Gron*. Idem Gronov. in prima ed. nott. transpositis vocibus, scribendum conjecit *ibi hostiis humanis, minime ante Romano sacro, imbutum:* et *ibi* accepit pro

'tunc,' vel 'tum temporis:' quam conjecturam recte in iterata ed. neglexit, quum, ut ipse notat, ante etiam in initio proximi belli Gallici Romani hostias humanas inmolaverint. Jac. Perizon. ad Livium notavit, Romanos simile hostiarum humanarum sacrificium, auctore Plut. l. laud. paullo antea etiam inmolasse tempore belli Gallici, quod inter primum et secundum Punicum medium fuit: forte igitur hic numerum annorum excidisse, et ex vestigiis lectionis in optimo Put. obviæ *conseptumuiam ante*, scribendum esse *conseptum*, *VII. an. ante*, sive *septem annis ante*. Verum huic sententiæ ratio temporum adversari videtur. Orosius enim l. laud. prius illud sacrificium inmolatum tradit anno tertio post Fulvii Postumiique consulatum; unde Pighius in Annal. id retulit ad a. DXXVII. Decimo autem anno postea Æmilius Paullus et Terentius Varro consules fuerunt. Verior itaque Gronovii conjectura videtur, quam in contextum recepi; quod etiam Crevier. facit. Ceterum omnes, paucis exceptis, mei, omnesque Hearnii *ubi*, pro *ibi*, præferunt.

§ 7 *Ab Ostia mille et quingentos milites*] *Ab Ostia et milites* Flor. a m. pr. Voss. a m. pr. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *ab Ostia et D. milites* Flor. a m. sec. *ab Ostia milites* Voss. a m. sec. quemadmodum etiam præferunt Lov. 1. 2. 5. Ber. Hav. Hearnii N. omnesque ante Aldum edd. Paullo ante *verebantur*, pro *ut rebantur*, Flor. Cant. Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *utebantur* Ber. et Hafn. *videbatur* Lovel. 1. *urebantur* Lov. 3. *venerabantur* Lov. 5. Sed verbum *rebantur* Livio in deliciis fuisse, videbimus ad XXVII. 25. § 11. id autem varie variis locis corruperunt scribæ librarii. Vide ad I. 26. § 7. VI. 3. § 5. c. 33. § 3. VIII. 25. § 7. X. 21. § 1. XXVII. 28. § 8. XXXVII. 39. § 11. et alibi sæpe. Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. c. 26.

§ 8 *Legione classis* (*ea tertia legio erat*)] 'Legiones ad classem' dicit XXIV. 11. *Duk.* Legionem tertiam prœlio Cannensi interfuisse, innuit c. 53. ubi Ap. Claudium Pulchrum 'de legione tertia' tribunum militum cum illis qui ex prœlio illo evaserant, fuisse, et ad eum ac P. Scipionem summam imperii delatam esse scribit. Quomodo ergo hic 'legio classis' vocatur, et paret M. Claudio Marcello prætori? An Livius eo loco et hic varios auctores secutus est? *Ea legio tertia erat* legunt Flor. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *ea legio trina erat* Lov. 2.

Cum tribunis militum Teanum Sidicinum præmisso] Et hic locus asterisco in eodem notatus codice Aldino. Ceterum si intelligamus, partem militum tertiæ legionis Romam missam, partem Teanum, et deinde secutam Marcellum, cum Canusinum peteret; classem autem P. Furio traditam, non, ut puto, omnino militibus vacuam, aliquo pacto sensus constabit. *Tribunis* autem ablativi casus integre scribendum: *Teanum* accusativi, ut contra vetustorum codicum fidem quidam mutarunt. *Glar.* Vet. lib. *cum tribunis militum Teanum Sidicinum:* recte. Hanc enim legionem ex classe Canusium adducturus, Teanum præmisit. *Sigon.* Mire discordant libri. Pal. 1. *ipse legionem classi, ea legio tertia erat, cum tr. mil. Theanum Sidicinum præmissum classe tradita P. Furio Philo collegæ.* Pal. 2. *ipse legionem classis, ea legio tertia erat, cum tr. mil. Theanum Sidicinum præmissam classe tradita P. Furio Filo collegæ.* Pal. 3. *ipse legionem classis, ea legio tertia erat, cum tribuno militum Theanum Sidicinum præmissam classe tr. P. Furio Filio collegæ.* Gebh. *Tribuno militum* Lov. 5. et Hav. *Theano Sidicino* Flor. a m. pr. Lov. 3. et Ber. utrumque etiam præferunt multæ edd.

Classe tradita P. Furio collega] Libri *P. Furio Philo collegæ:* alii *Filo*. J. F. Gron. Cognomen addunt etiam omnes mei, et Hearnii codd. nisi quod *filio* ejus loco sit in Lov. 4.

§ 9 *Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius*] In aliis codd. *D. Junius* scriptum erat, fortassis quod captivorum orator *M. Junius* dicebatur. Verum in iisdem libro sequenti *M.* prænomen est dictatoris: quare nihil mutavero. Fieri enim posset, ut duo hoc fuerint prænomine. *Glar.* Prænomen destituit Pall. Mss. Pal. 2. vero *dictus Junius Brutus*. Gebh. Deest etiam prænomen in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et ed. Rom. principe, Rom. 1472. ac Parm. At tres voces *dictus M. Junius* omittuntur in Gaertn. *ex auctoritate Patrum D. Junius* multæ edd. post memoratas. *Patrum dictus D. Junius* Mogunt. Primus Aldus *dictus M. Junius:* quomodo et vocatur XXIII. 14. Ceterum Put. legit *indictator*, ut auctor est Crevier. unde scribendum conjicit *inde dictator*.

T. Sempronius magister equitum] Hic est, qui post ab Annibale occisus est in Lucania, quem Valerius v. 1. 'Tiberium Gracchum' vocat. Quare *Ti. Sempronius* scribendum est. Est autem *Tiberii* prænomen Sempronio familiarissimum. *Sigon. L. Sempronius* Voss. Infra etiam memoratur XXIII. 19. et 24. ubi in plerisque codd. etiam ipso illo Voss. *Ti.* in paucis *T.* vocatur. Mox *minores annis* Dan. Heinsius apud Elzev. edidit, quod J. F. Gronov. servavit. Sed *ab annis* Jac. Gronov. restituit. Id Hearnio displicuit; qui, omissa iterum præpositione, Jac. Gronovium *ab annis* edidisse monuit, nihil addens de lectione codd. suorum; quum, eos similiter legisse, verisimile sit, quia in illam scripturam omnes mei, ut et editi ante Dan. Heinsium, consentiunt. Præterea *decem septem*, pro *septemdecim*, Lov. 3. 4. et Recan. *decem et VII.* Gaertn. Tum *quatuor ex his legionibus et mille equites* Voss. Harl. et Lov. 1.

§ 10 *Ad milites ex formula accipiendos*] De hac formula scribit lib. VIII. ubi de fœdere cum Latinis icto agit. *Sigon.*

Arma, tela, alia parari jubent] *Arma et tela alia* Hav. *arma, tecta, alia* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *armateta alia* Flor. *arma ceteraque alia* Lov. 2. Deinde *parare* Lov. 4. et 5. Mox *vetera spolia hostium* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *hostium spolia vetera* edd. quas vidi, ante Aldum.

§ 11 *Inopia liberorum capitum ac necessitas dedit*] Τὸ *ac* delendum. *Schottus*, Observ. III. 6. Unus Lov. 4. conjecturam Schotti probat. Cur tamen ei adversus reliquos omnes adsentiamur, caussa non est. Dukero etiam nihil mutandum videbatur. Deinde *ex servis*, pro *ex servitiis*, Harl. et Hearnii N. qui alterum in margine servat. Sed *servis* est ex glossa interpretis. 'Servitia' pro servis Livio frequens esse, vidimus ad III. 15. § 9. Præterea *armarunt* Lov. 1.

§ 12 *Quum pretio minore redimi quam captivorum copia fieret*] Ex hac lectione nihil sane elici potest, quod ex omni parte quadret. Ego sic reposui: *Quum pretio minore redimendorum capt. copia fieret.* Sabell. Conceptum est in Pall. 1. ac 2. *cum precio minore redimi captivos copia fieret*. Forte leg. *copia foret*. Gebh. *Redimi captivos* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vulgatum *redimendi captivos* demum vidi apud Ascens.

CAP. LVIII. § 2 *Segregatisque sociis, eos, sicut ante*] Voss. Gud. non agnoscunt τὸ *eos*. Forte *segregates socios*. J. F. Gron. Τὸ *eos* exsulat etiam a Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Ber. a m. pr. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. Mediol. 1480. Parm. Tarvis. utraque, et Aldi, qui tamen in erratis iterum id addendum monet. At

insuper *captivis productis segregatisque, socios, sicut ante* Lov. 3. quod verum videtur, ac recepi. *Separatisque* edd. usque ad Aldum; quæ lectio ex glossa in contextum irrepsisse videtur. Supra I. 25. 'Ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam.' Tum *advocatos*, pro *vocatos*, Lov. 4. et 5.

Quod numquam alias antea, satis miti sermone adloquitur] Intrusit Pal. 2. *quod numquam alias antea fecerat*. Pal. 3. *quod numquam antea, miti satis sermone*. Gebh. *Miti satis sermone* etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum. Vox *satis* deerat in Ber.

§ 3 *Non internecinum sibi esse cum Romanis bellum*] *Non interemtorum sibi esse* Lov. 4. *Non internecionem civium sibi esse* Lov. 3. *Non internectione civium sibi esse* Ber. et Hav. *Non internicione sibi esse* Lov. 2. *Non internetione civium sibi esse* Lov. 5. et Hafn. *Non internitione civium sibi esse* Voss. Harl. Gaertn. et edd. vett. *Non internecivum sibi esse* Exc. Pithœi et Aldus, pro quo Dan. Heinsius apud Elzevir. *internecinum* substituit. Vide ad IX. 25. § 9. ubi Gebhard. testatur se etiam hoc loco in tribus Pall. *internitione civium* reperisse.

Et se id adniti, ut suæ in vicem simul felicitati et virtuti cedatur] Pal. 2. *et ad id se anniti*. Pal. 3. *et ad id niti*. Gebh. *Ut suæ insimul virtuti* Harl. De voce *insimul* vide Duker. ad Flori Præf. § 3. Unum tamen cod. reliquis neglectis audire, temerarium puto. Neque etiam seculi Liviani vox est; qua neminem ante Statium usum fuisse, viri docti observant. Vide Borrich. in Voss. p. 200. et Cellar. in Antib. p. 127. et Cur. Poster. p. 164. *Ut invicem simul felicitati*, omisso pronomine, edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *cedant* Lov. 3. et Ber. a m. sec. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

§ 4 *Equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centum*] Vet. lib. *centenos*. Sigon. *Quingentos* et *CCCtos*, sive *trecentos*, Ber. *quingentos* etiam Lov. 2. Harl. et Gaertn. Vel horum codd. vel vet. lib. Sigonii lectio recipienda videtur, quia emendata loquendi ratio non permittit ut numeri distributivi et cardinales jungantur. Vide ad XXXII. 28. § 11. Vox *quadrigatos* deest in Lov. 4. quæ tamen abesse nequit. 'Nummus' enim simpliciter pro sestertio accipitur: at 'quadrigati' sunt denarii; quales intelligi patet ex c. 52. Insuper paullo ante *redimendis captivis copiam* Ber. *redimendis captivis se copiam* a m. sec.

§ 5 *Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant*] Melior *quo*. J. F. Gron. *Quo* etiam quidam libri Hearnii. XXI. 61. 'Viginti talentis argenti pacti.' *Duk.* Vulgatum non damno. Nam ita loquitur Liv. mox cap. seq. 'Tum demum pacti sumus pretium, quo redemti dimitteremur.' Aliud tamen volunt, non modo Gronovii melior, sive, ut prima not. ed. dixerat, meliores, (male enim Hearnius Gronovium ita ex conjectura scripsisse putat,) verum etiam Flor. a m. pr. Voss. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii N. atque L. 1. qui præferunt *quo*. Supra c. 52. 'Pacti in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis.' Vide ad XXIV. 49. § 7. Præterea *Quamquam enim aliq. adjiciebatur* Lov. 3. et Ber. *Quamquam et aliq. adjiciebatur* Lov. 4. *Quamquam in aliq. adjiciebatur* Harl. *adjiciebat* editi ante Aldum. Vide ad X. 10. § 1. Hinc *ad pretium*, neglecto medio pronomine, Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. pr. et Gaertn. Mox *lætus tamen quacumque conditione pac. acc.* Flor. et Lov. 4.

§ 6 *Placuit suffragio eorum decem deligi*] Tres Pall. *suffragio ipsorum*. Gebh. Optimi, nec nihil interest, *ipsorum*. J. F. Gron. Ita et Flor. Voss.

Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum *delegi* Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *eligi* edd. ante Aldum. Vide ad XXXIV. 29. § 10. Mox *fidei* deest in Ber. a m. pr.

§ 7 *Si forte ad pacem inclinarent animos*] *Inclinaret animos* Flor. Lov. 2. 3. et Harl. *inclinaret animus* Lov. 5. Ant. Perizon. ad oram Livii notavit, licet in his verbis commodus sensus sit, si subintelligas 'hostes,' aut 'Romani inclinarent;' se tamen, si vett. Mss. suffragarentur, legere malle *inclinarent animi:* ut ita 'inclinare' absolute sine casu ponatur, de quo dictum est ad III. 61. § 4. Sed nec vulgatum *inclinarent animos* displicet, modo subintelligatur, ut vir cl. volebat, 'hostes' vel 'Romani:' 'inclinare animos' enim Livio frequens est. Supra VIII. 21. 'In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos.' XXVI. 1. 'Urbs recepta rursus inclinatura animos videbatur ad veteris imperii respectum.' XXIX. 33. 'Hæc animum inclinant, ut credam.' XL. 5. 'Ad quæ jam sua sponte animum inclinasset.' Solet etiam Livius sæpe verbum plurale tertia persona sine nominativo ponere. Vide ad XXXIV. 56. § 11. Et ita hunc locum etiam intelligebat Jac. Perizon. ad Val. Max. II. 2. 1. Paullo ante *nobilis Carthaginiensium*, pro *Carthaginiensis*, Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. et Hav.

§ 8 *Velut aliquid oblitus*] Put. *velut illut aliquid oblitus.* An *illic?* J. F. Gron. *Velut illud aliquid* etiam Flor. et apud Crevierium fidissimus e Regiis. Gronovii conjecturam videtur firmare Hearnii N. in quo a m. sec. emendatur, *velut ibi aliquid oblitus.* Mox *rediisset* Ber. et Gaertn. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VIII. 26. § 6.

§ 9 *Ubi eos Romam venire nunciatum est*] *Romam venire eos* Flor. et Lov. 1. *eos venire Romam* Ber. qui mox etiam vocibus transpositis præfert *missus obviam lictor.* Lov. 2. *obviam missus lictor.* Deinde *dictatoris verba nunciaret*, pro *verbis*, Gaertn. Male. Vide ad VI. 17. § 8.

CAP. LIX. § 1 *Nemo vestrum ignorat*] Scribe *nemo nostrum ignorat.* J. F. Gron. Merito ita Gronov. mutasse, judicat Crevier. unumque ex suis codd. hanc lectionem firmare testatur. Similiter præfert Flor. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

Nulli umquam civitati viliores fuisse captivos] Pal. 2. ἀρχαϊκῶς *nullæ umquam civitati.* Gebh. *Nulli usquam* Ber. Vide ad XXXIX. 31. § 5.

§ 2 *Non alii umquam minus negligendi vobis, quam nos, in hostium*] *Minus negl. vobis, quam nos, qui in hostium* Hav. et Ber. a m. pr. qui insuper *negligendi erant vobis* præfert a m. sec; *minus neclegendi* Flor. a m. pr. *neglegendi* a m. sec. Vide ad II. 11. § 1. et c. 48. § 7. Insuper *quam alios, in hostium* idem Flor. Cant. Lov. 4. et Harl. *qui alias in hostium* Lov. 3. Voces *quam nos* desunt in Lov. 2. Mox in § seq. τὸ *enim* exsulat a Lov. 4.

§ 5 *Nec ulla alia jam per confertos hostes erumpendi spes esset*] Ut præcedens *cum* respuunt Pall. tres, ita hic quoque τὸ *alia.* Pal. 3. *Postero die circumsessi ab exercitu victore aqua arcemur, cum nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset.* Gebh. Put. Pet. Men. tres Pall. Voss. respuunt τὸ *alia.* J. F. Gron. Illud *alia* nullus codd. meorum vel Hearnii agnoscit. Præterea *quum* in verbis præcedd. exsulat a Lov. quinque, Ber. a m. sec. Harl. et Gaertn. Ex quibus Lov. 1. *sed cum*, Lov. 5. Harl. et Gaertn. *cum* ante voces *nec ulla jam* inserunt. Eamdem voculam *quum* non tantum ignorant edd. ante Ascens. 1513. verum etiam legunt *arcemur* et *erat.* Insuper *circumfusi*, pro *circumsessi*, Ber. Solent autem nonnumquam hæ voces confundi. Exemplum habuimus hoc lib. c. 47. § 10.

Ex acie nostra trucidatis] Pall. 1. et

3. *ex acie trucidatis nostra*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. Mox *militem Romanum restare* Lov. 4. *militem restare Romanum* Lov. 5.

§ 6 *Arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus*] *In quibus jam nihil aux. erat* Harl. et Ber. *in quibus jam aux. nihil erat* Lov. 3. *in quibus nihil aux. erat* Lov. 4. Vox autem *hosti* deest in Lov. 2. Harl. et Ber. Paullo ante *tunc demum*, pro *tum*, Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm. Vide ad II. 12. § 15. Vox etiam *redemti* omittitur in Hafn.

§ 7 *Majores nostros quoque acceperamus, &c. et patres nostros*] Exhibent Pall. 1. et 3. *Majores quoque accep.* Gebh. Malunt etiam *Majores quoque accep. se a Gallis redemisse, et patres vestros*. J. F. Gron. Vocem *nostros* priori loco nulli agnoscunt codd. nisi Hafn. Hav. et a m. sec. Ber. Posteriori autem loco *vestros* etiam est in Flor. sed *nostros*, quod in tribus e scriptis suis superest, servandum putat Crevier. nisi captivi illi se Romano jam nomine ipsi abdicare velint. Ea ratio procederet, si constaret M. Junium, qui hic loquitur, senatorem esse. Nunc vero, quum optimi in *vestros* consentiant, considerandum puto an non inde pateat, eum in senatum adlectum non fuisse, et *patres vestros* notet senatores, decessores vestros, qui tempore belli cum Pyrrho gesti vixerunt. Præterea *accipimus* legunt Lov. 4. et 5. Tum *se auro a Gallis redemisse* Lov. 3. *auro a Gallis se redemisse* Ber. Mox pronomen *illos* deest in Lov. 2. Hinc *ad conditiones pacis* legit Harl.

Captivorum redimendorum gratia] Pall. tres *ad captiv. redim. gratiam*. Gebh. Vulgatam lectionem Ascens. 1513. restituit, quum antea legeretur *ad capt. red. gratiam;* quod etiam præferunt Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Rec. et Gaertn.

§ 8 *Atqui in Italia cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho*] Plutarchus in Pyrrho p. 395. *Sigon*. Mira descriptio pugnæ cum Gallis *in Italia*. Ergo illa cum Pyrrho, aut modo Cannensis in Italia factæ non sunt? Put. *atqui et aliam*. Scribe *atqui et ad Alliam cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho*. Est assumtio argumenti, quo probat, redemptos aliquando captivos, etsi pavore potius ac fuga, quam vi ac virtute hostium, clades accepta esset. *J. F. Gron*. *Atque Italiam* Flor. *atque in Italiam* Hafn. et Rec. *atqui in Italiam* Lov. 4. Properanter notas Gronov. consuluit Doujatius, quum dicat, eum in Put. invenisse *atqui et Alliam*. Verum est tamen, rem eodem redire: codd. enim vocem *Allia* vel per unam, vel per duplicem *l* scribebant. Vide ad Epit. Liv. lib. v. Mox *pavore et fuga* est in plerisque scriptis et edd. usque ad Gronov. qui 1665. *ac fuga* substituit.

Nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt] Pal. 1. *et vires defecerunt*. Pal. 3. *hosti defecerunt*. Gebh. *Nisi quibus trucidandis* Hav. ubi præpositio, per compendium ĩ scripta, excidit ob vocis præced. literam ultimam. Vide ad XXXV. 8. § 9. Deinde *vires defecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii N. *vires hosti defecerunt* Lov. 5. Harl. Rec. Gaertn. Brancal. Latinii, et edd. quas vidi, Aldo priores, qui recte *hostem defecerunt* substituit. Vide hoc lib. ad c. 49. § 3. Paullo ante *nec supersunt*, pro *nec supersumus*, Ber. a m. sec. et Hav.

§ 9 *Qui nec in acie quidem refugerunt*] Lege *ne*. J. F. Gron. Vide ad I. 10. § 3. et VIII. 7. § 19. Ceterum Ant. Perizon. ad oram libri conjecit, vel scribendum esse *ne in castra quidem*, (ut cap. seq. 'Quum in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt:') vel *ne ex acie quidem*, ut mox hoc cap. 'Qui plerique inermes ex acie fugientes non prius, quam

Venusiæ aut Canusii, constiterunt.' In Lov. 3. erat *nec acie quidem:* illud *nec* autem ob soni similitudinem ex *ne ex* contractum videri potest. Sed an non et vulgatum *in acie* servari potest, ita ut ad verba illa per ellipsin intelligatur participium verbi substantivi?

§ 10 *Nec premendo alium me extulisse velim videri*] Duo optimi resecari jubent *videri.* J. F. Gron. Illud *videri* in nullo apud me cod. superest. At *videar*, pro *velim*, est in Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Rec. et Hav. quorum etiam quidam *ne premendo* exhibent. Alii utramque lectionem jungunt: nam *extulisse id velim videar* legit Lov. 5. *extulisse al' velim videar* Voss. et Lov. 1. Unus Flor. et forte Cant. ex quo nihil notatur, duobus optimis Gronovii consentiunt. Paullo ante *civis et commilitonis*, pro *civis aut comm.* Flor. quomodo etiam Jac. Gron. inter errata emendari jussit, et Clericus, monitis ejus obsecutus, edidit.

Non prius, quam Venusiæ aut Canusii, constiterunt] *Quam Venusia aut Canusium venissent, constiterunt* Lov. 5. *quam Venusium aut Canusium venere, steterunt* Ber. *quam Venusiam aut Canusiam venissent, constiterunt* Hafn. *quam Venusium aut Canusium venissent, constiterunt* Hav. In præcedentibus *ne illis quidem, nisi pernicitatis* Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *ne illi quidem, nisi velocitatis* edd. quas consului, ante Aldum, ex alterius glossa natum. Supra IX. 16. 'Præcipua pedum pernicitas inerat.' In sequentibus vero *prætulerunt gloriatique sunt* Voss. Lov. 1. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. ante Aldum: *prætulerunt* etiam Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Omnia male.

§ 11 *Sed illis ut bonis ac fortibus viris militibusque utemini, et nobis jam promtioribus*] Comparet in Pal. 1. *Sed illis ejus bonis ac fortunis ac fortibus viris militibusque utemini.* Gebh. Scribe, *Sed illis et bonis ac fortibus militibus utemini, et nobis etiam promtioribus.* Sic optimi: et sensus exposcit. J. F. Gron. Lectio, quæ capiti notæ hujus adscripta est, ab Aldo profluxit; eaque exstitit fere in Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Priores dederant, *Sed illis ut bonis et fortibus viris utemini, et nobis jam promtioribus.* Voss. Flor. et Lov. 1. præferunt *Sed illis ut bonis et fortibus militibus utemini.* Crevier. legendum conjicit *Sed et illis bonis ac fortibus.* Non est necesse, modo *et* pro *ut* recepto, revoces etiam ex pluribus scriptis et edd. vett. *et* pro *ac*, et hunc sensum statuas *Sed utemini illis et bonis et fortibus viris.* Præterea *et nobis etiam* solus Flor. Gronovius in pr. ed. nott. conjecerat *Sed illis et bonis ac fortibus viris militibusque utemini, et nobis etiam promtioribus.* Alibi sæpe *jam* et *etiam* a librariis commutantur. Vide ad v. 7. § 2. Mox *qui beneficio vestro redemti* Harl. et Gaertn. *quod bono vestro redemti* Lov. 1. *quod beneficio modo redemti* Lov. 3.

§ 12 *Octo millia servorum audio armari*] Transpositis verbis Pall. tres *octo millia armari servorum audio.* Gebh. Ita et Voss. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores: *servorum armari audio* Harl. et Ber. Paullo ante *Dilectum* Flor. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Nec minor numerus noster est, nec majori pretio redimi possumus, quam hi emuntur] Supra c. 57. 'Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.' A Pal. 2. abesse vidi τὸ *possumus.* Pal. 3. præfert *redimi præsumus.* Gebh. Jac. Perizon. ad oram Livii scribendum conjecit *nec multo minor;* ex cap. enim seq. constare fuisse septem millia captivorum. Potuit tamen hæc Junius per invidiam sponte auxisse. Præterea *majore pretio* Jac. Gronov. in erratis scribendum monuit, quod Clericus recepit. Neque aliter est in

omnibus meis.

§ 13 *Sed tam duriores esse velitis*] Opinor *jam* legendum esse, etiamsi *tam* scribitur. Siquidem Quintilianus ait, usu receptum, ut sic *jam*, ut *tam*, scribatur. *Valla*. Vet. lib. *si duriores esse velitis.* Sigon. Sigonius annotat legi in aliis exemplaribus, *si duriores esse velitis;* quod rectum puto: non enim improbitatem frontis, sed sæviorem sententiam deprecatur. Gelricum exemplar habet *si tamen duriores esse velitis*, unde alii *tam* fecerunt. Cæterum illud *tamen* mirificam hic vim habet retrahendi a duritie, quasi id fieri non debeat. *Schottus*, Observ. III. 6. Sigonius nimium obsequentibus usus est codd. *tam duriores* tuentur Pall. tres. *Gebh.* Primæ edd. obferunt *si tam duriores;* et ita fere est in Mss. Ascens. postea 1513. vulgavit *si tam duri oris esse;* quam lectionem Sigonius et Schottus refellunt, quorum hic unius cod. fide *si tamen duriores* egregie restituit; quod etiam Gronov. recepit. Nihil in libris scriptis frequentius est, quam *tam* et *tamen*, quod per compendium *tam* scribitur, in codd. antiqq. confundi. Exempla vide ad I. 26. § 5. II. 24. § 12. c. 44. § 7. c. 45. § 11. IV. 10. § 3. c. 60. § 3. VI. 17. § 8. c. 36. § 3. VII. 1. § 8. c. 33. § 7. VIII. 27. § 10. c. 29. § 12. IX. 3. § 5. c. 23. § 9. X. 4. § 6. XXI. 32. § 3. XXVII. 17. § 11. c. 20. § 12. XXXVII. 28. § 2. et alibi sæpe. Mox Jac. Perizon. in margine Livii emendabat *facietis;* quomodo etiam emendationi Vallæ præscriptum erat.

14 *Qui nos hospitum numero habuit captivos*] Non credo quemquam, qui tum captivi erant apud Annibalem. *Nos* ergo pro nostros, vel Romanos. *Duk.* *Qui vos hospitum numero* Flor. Gaertn. et Hav. Eamdem lectionem ex Put. profert Crevier. et inde scribendum conjicit *qui suos.*

Vix existimari potest] Vet. libri *æstimari.* Sigon. Reposui ex Pal. 1. *vix æstimari potest.* Neque desciscit vet. ed. *Gebh.* *Extimari* Lovel. 2. 3. *æstimari* Gaertn. et edd. ante Ascens. 1513. Sed vulgatum tuentur reliqui codd. et recte. Vide ad Livii XXXIV. 2. § 5.

§ 15 *Squalorem, deformitatemque civium*] Ms. Cantabrig. *squalorem, deformitatem civium.* Et quum idem ex Put. videam annotatum Salmasio, reor hic quoque, ut sæpe alias, auctori asyndeton placuisse. *Jac. Gron.* Copula etiam deest a Flor. et Exc. Pithœi; quorum jam auctoritate ex contextu expunxi. Idem etiam fecit Crevier. ex auctoritate trium vel optimorum Mss. præfatus vividius hoc videri per asyndeton prolatum. Vide ad III. 68. § 4. Mox *ea vos species*, trajectis vocibus, Lovel. 2. Ber. et Hav. τὸ *vos* deest in Lov. 3.

§ 17 *In nos mitis Hannibal contra naturam suam*] *In nobis mitis* Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. et Hafn. de quo vide ad XXVIII. 43. § 8. Optimæ tamen notæ codd. vulgatum stabiliunt; quibus consentio.

Quum indigni, ut a vobis redimeremur, visi sumus] Melius *simus*. Et ita Muretus. *J. F. Gron.* *Redimeremur a vobis* Lovel. 1. 2. 4. 5. Flor. Harl. Gaertn. et Hav. *redimamur a vobis* Lov. 3. et Ber.

§ 19 *Ne a vobis damnati ac repulsi habeamur: neque enim vos pretio pepercisse*] Vet. ed. cum triga codd. Pall. *damnati ac repulsi abeam.* Paullo ante tres Pall. ignorant τὸ *habet*: sed defendit vet. ed. *Gebh.* *Repulsi habeamus* Flor. a m. pr. et Cant. *abeamus* Flor. a m. sec. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Ascensio priores. Perperam addita vel detracta adspiratione sæpissime hæc verba inter se commutantur in Mss. Vide exempla apud viros doctos ad Liv. I. 32. § 2. cap. 50. § 6. cap. 53. § 10. II. 2. § 7. cap. 64. § 8. III. 16. § 5. cap. 20. § 8. c. 28. § 10. IV. 10. § 2. V. 9. § 3. VI. 6. § 13. VIII. 30. § 7. IX. 5. § 7. cap.

21. § 13. c. 12. § 7. c. 26. § 14. pluribusque locis. Vide insuper viros doctos ad Ter. Eun. v. 2. 13. Val. Max. I. 7. 3. et Val. Flacc. VIII. 423. Hic *abeamus* tot codicum fide recepi. Confirmat me, quod eamdem lectionem ex aliquot scriptis receperit Crevier. testatus eo adludere Put. qui *habeamus* præfert; vulgatum vero *habeamur* in nullo sibi scripto obcurrisse: quod nec mihi obvium fuit, nisi forte in Rec. Tum *nil enim vos pretio* Lov. 4. *non enim vos pretio* Lov. 5. *neque enim pretio vos* Lovel. 2. et Ber. *neque enim vos homines pretio pepercisse credent* edd. antiqq. Paullo ante τὸ *habet* exsulat a Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. An igitur hæc per defectum verbi extulit Livius? ut Cic. illa ad Att. lib. XIV. ep. 20. 'Sine, quæso, sibi quemque scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum.' Verum ibi *sine* suppleri poterit ex præcedenti, vel aliud ejusdem potestatis subintelligi. Tum *vitam, corpus meum* sine copula Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. pr. et Gaertn.

CAP. LX. § 1 *Ab ea turba, quæ in comitio erat*] Pal. 3. *quæ a comitio erat*. Gebh.

§ 2 *Necessitas turbæ huic virorum in foro inmiscuerat*] Turbata lectio in Pall. codd. quorum Pal. 1. *necessitas turbæ ac in foro virorum immiscuerat*. Pal. 2. *necessitas in foro ac turbæ virorum miscuerat*. Justin. v. 7. 'Non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus imbecillitas domi tenet.' *Gebh.* Pal. 1. Gebhardi consentiunt Voss. Lov. quinque, Harl. et Gaertn. *turbæ necessitas in foro huic virorum immiscuerat* Ber. *necessitas in foro ac turbæ virorum inmiscuerat* Flor. Eo ordine, quo nunc circumferuntur, voces digessit Gronov. in ed. 1665.

§ 3 *Nullam publicam inpensam faciendam*] Pall. tres *publice*. Gebh. *Publice* edidit Gronov. 1665. quum ad Livii IV. 13. § 8. ex optimi libri *publicæ* exhibentis vestigiis ita scribendum docuisset. *Publicæ* etiam præfert Flor. sed distincte *publice* plerique reliqui codd.

§ 4 *Si quibus argentum in præsentia deesset*] *Sed* vel *set quibus* Lovel. 2. 3. et Hav. Vide ad XXI. 13. § 5. Mox *ædibus ac prædiis* Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *ædibus ac præliis* Hafn. *prædio ac prædiis* Gaertn. *prædibus ac prædiis* Voss. et Lov. 5. *prædiis prædibusque* edd. usque ad Aldum. Vox *prædibusque* deest in Lovel. 4. Nihil mutandum. Cic. in Verr. I. 54. 'Ubi illa consuetudo in bonis, prædibus prædiisque, vendendis:' et mox, 'Prædibus et prædiis populo cautum est:' ubi vide viros doctos. Mox § seq. *rogatus sententiam*, pro *interrogatus*, Rec. Utrumque dici, patet ex illis quæ notavit Gronov. ad XXXII. 23. § 1. Potius igitur reliquos omnes codd. quam unum hunc, sequor.

§ 6 *Sine ullius insectatione eorum brevi sententiam peregissem*] Illud *eorum* quid sibi velit, haud equidem intelligo. Suspicor deesse aliquid. *Glar.* Pall. tres *sententia:* et Pal. 1. cum 3. carent præpositione *sine*. Vet. ed. *ullius sine insectatione eorum, brevi sententiam peregissem:* qua distinctione eluditur opinio Loriti, existimantis hic aliquid deficere. *Gebh.* Gronovius etiam pr. ed. nott. *sine ullius insectatione eorum, brevi* distinguendum docet, quum in proximis edd. hoc modo interpungeretur *sine ullius insectatione, eorum brevi*. Ante Gronov. ita etiam distinxerat Aldus. Pronomen autem *sine* deficit in Voss. Lov. quinque, Ber. et Hav. Sed Voss. in margine, et Lovel. 2. 4. 5. Ber. et Hav. simul legunt *nullius insectatione eorum*. Verum optimi stant pro vulgato. Crevier. vel *ullius*, vel *eorum* redundare putabat: posterius vero delere malebat. Deinde *brevi sententia peregissem* Flor. Lov. 4.

Harl. et Gaertn. Fontem hujus erroris aperui ad VI. 3. § 8. De locutione 'peragere sententiam' vide ad XXXIV. 31. § 19.

§ 7 *Quod se hostibus dediderint*] Pall. *dederint*. Mox exhibetur in primo ἀρχαϊκῶς *quæ illi acta sunt*. Gebh. *Dederint* etiam Flor. Lovel. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 50. § 9. Mox *atque ipsi cum Terentio consule* Lov. 1. *atque ipsi C. Terentio Varroni consuli* Hearnii D. Deinde *illi*, pro *illic*, etiam Harl. *ibi* Lov. 3. *illis* Lov. 4. et 5.

§ 8 *Unus hic saltem adesset P. Sempronius*] Pall. tres *P. C. Sempronius*. Gebh. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hearnii D. N. et edd. Aldina priores, quod Hearnius exponit *adesset, Patres conscripti, Sempronius;* quomodo præfert Lov. 3. et eo ducit etiam Hearnii L. 1. *adesset Patres C. Sempronius* exhibens. Prænomen omittitur in Lovel. 4. *Adesset P. Sempronius Tuditanus* legit Ber. quod ex verbis seqq. mutuatum puto. Vulgatum verius videtur. Livium in similibus prænomine et nomine uti malle, vidimus ad VI. 12. § 10. Tum *saltem* deest in Lov. 2. Paullo ante *apud exercitum* Ber. a m. pr. *apud Romanum exercitum* a m. sec. cum Hav.

Secuti essent milites, hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate] Magnam oppositioni huic integritatem momentumque addideris, si mecum reposueris *in castris Romani*, deleta litera *s*. Quippe captivi non censentur Romani, ut sequitur. Ovidius de Polyxena Met. XIII. 470. 'Priami vos filia regis, Non captiva, rogo.' *Jac. Gron.* Conjecturam Gronovii probat Crevier. Verum eamdem, quam Gronov. captavit, si non fortiorem, obpositionem habebimus, si cum plerisque antiquioribus edd. distinguamus *secuti essent, milites hodie*. Modius primo ediderat *secuti essent, milites, hodie*. Gruterus deinde in postrema ed. *secuti essent milites, hodie*. At si priorem mecum interpunctionem reducis, obponuntur *milites* et *captivi*, tum *Romani* et *hostes*, denique priorum *castra* et posteriorum *potestas*. Præterea *Romanis* omnes codd. servant. Errat autem Hafn. qui τὸ *captivi* omisit. Tum *in potestate hostium* Voss. Lovel. 2. et Gaertn. *in potestatem hostium* Lov. 1. Sed vide ad II. 14. § 4.

§ 9 *Et septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *et septa arm. hom. etiam inter conf. hostes possent*. Pal. 2. *et septa arm. hom. etiam inter conf. possent*. Gebh. Libri optimi *septem* et *possent*, tum carent τῷ *inter:* omnes omnino scripti etiam τῷ *enim*, quod statim sequitur. Suspicor, *non captivi in host. pot. essent. Sed quum fessis pugn. host., tum vict. lætis et ipsis pl. regr. in castra sua, noctem ad er. lib. hab., et septem arm. millia perrumpere etiam conf. hostes possent; neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi vol.* Schottus Obs. III. 6. τὸ *neque* abundare ait, et abesse a Gelrico exemplari. Sed calamum ejus peccasse puto, cum in mente esset τὸ *enim:* quod nec in editis ante Ascensium reperio. *J. F. Gron.* *Septa arm. hom. erumpere etiam inter conf. hostes possent* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. non dissentiunt vel Flor. vel vett. edd. nisi quod ab illo exsulet τὸ *inter*, in his sit *confertos homines potuissent*, vel *habuissent*. Sed *possent*, pro *potuissent*, etiam in reliquis superest scriptis. Primus Ascens. 1510. *septem armatorum*, pro *septa*, triennio post *confertos hostes* dedit, et mox Mogunt. *septena armatorum*. Gronovii interpunctionem et emendationem verissimam puto, licet tamen omnes, quos consului, codd. servent *et quum fessis*. Verum sæpius scribæ voculas *sed* atque *et* commutarunt. Vide ad XXI. 26. § 6. Crevier. ex Gronov. conjectura *septem*

probat: cetera, quæ servant pleríque e suis Mss. præstare putat, uti intacta maneant.

Neque enim per se ipsi id facere conati sunt] Τὸ *neque* abundat, et abest a Gelrico exemplari. *Schottus*, Obs. III. 6. Pal. 1. *neque* (Pal. 3. et vet. ed. *nec*) *per se ipsi hoc facere conati sunt*. Pal. 2. *nec per se ipsi facere conati sunt*. Ex quibus apparet salva sententia τὸ *nec* abesse non posse. *Gebh.* Unus meorum Harl. *nec*, reliqui *neque* constanter servant; at *enim* in nullo Msto adparet. Neque in ullo exstat typis descripto ante Ascens. 1513. quamvis autem interim Aldus iterum expunxerit, eum tamen recentiores audire neglexerunt. Vide Gronov. ad verba proxime præcc. Tum *hoc facere* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. Hinc *alium insequi* Hav. Vide ad VII. 34. § 9. Puto tamen hic primam syllabam τοῦ *insequi* natam esse ex ultima litera vocis præced. Vide ad V. 52. § 2.

§ 10 *Non destitit admonere adhortarique eos*] Pal. 1. *non destitit amonere adhortare eos*. Pal. 2. *admonere et adhortari*. Pal. 3. *ammonere et adhortari eos*. Gebh. Antiquissimi *monere*. Dein forte *perveniri*. J. F. Gron. Ms. Cantabr. *monere, adhortari eos*. Sic et in Gudiano reperit pater. Et sic Livius scripsit XXI. 10. 'Per Deos monuisse, prædixisse se.' II. 54. 'Suadent, monent, honoribus abstineant:' et alibi. *Jac. Gron.* *Monere* etiam Flor. Deinde *et hortari* Lov. 4. *hortare* Flor. et Harl. *hortari* Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. quorum fide copulam delevi. Eamdem etiam delevit Crevier. et auctor est scriptos quam plurimos particulam illam abjicere. Vide ad IX. 22. § 6. Pronomen etiam *eos* non exstat in Lov. 5. Mox *inceptum tegere posset*, pro *tegeret*, Flor. Cant. et Exc. Pithœi. 'Perveniri' forma passiva est XXV. 14. 'Ad vallum ac fossas perventum est.' XLII. 15. 'Priusquam perveniretur ad frequentia ædificiis loca.' Sed *pervenire*, in cujus defensionem omnes libri conspirant, mutari nihil adtinet.

§ 11 *Nobis adolescentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamma*] *Calphurnium* quidam scribunt: at id leviculum. Id magis mirandum, tam varium apud authores ejus esse nomen, ut A. Gell. III. 7. annotavit. Quidam enim *Q. Cæditium*, quidam *Laberium*, Livius et Florus *Calpurnium Flammam* vocatum scripserunt. *Glar.* Livius lib. XVII. ut est scriptum in Epitoma. *Sigon.* Front. IV. 5. 10. 'Idem fecit sub Atilio Calatino consule is, cujus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Cædicium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripserunt.' Qui autem *Calpurnium Flammam* vocant, ei *Marci* prænomen tribuunt. Vide Epit. Liv. lib. XVII. et Plin. Hist. Nat. XXII. 6. Ceterum *adulescentibus* Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Tum *Calpurnius Flamina* Lov. 3. *Calpurnius Flamia* Ber. Præterea *priori Punico bello* typis exarati ante Aldum. In seqq. *eripiamus obsidione*, omissa præpositione, Lov. 1. Sed Livium præpositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetiisse, sæpius dictum est. Vide ad XXXVII. 30. § 9. Ipsam locutionem 'ex obsidione eripere' inlustravi ad VIII. 33. § 14.

§ 12 *Nec viros quidem, nec Romanos vos duceret*] Forte *ne viros quidem, nedum Rom.* J. F. Gron. *Nec viros quidem duceret, nec Rom.* Hav. *nec viros ratio vos duceret* Voss. nec aliter Lov. 1. nisi quod *ne viros* legat: *nec viros Romanos duceret* Lov. 3. Male. Vide ad VII. 35. § 8.

Virtutis existeret comes] Antiquissimi *exstitisset*. J. F. Gron. Ita est sane in Flor.

§ 13 *Viam, &c. ad salutem ferentem demonstrat: ducem se in patriam*] Liber meus *demonstraret duces in patr.* Legendum *demonstrat: reduces in pa-*

triam. Lipsius, Epist. Quæst. v. 4. Habet sane etiam ed. Moguntina *demonstraret*, quo æquior Lipsii conjecturæ sis. *Modius.* Pal. 1. *demonstraret, ducens in patriam.* Pal. 2. *demonstraret ducem se.* Pal. 3. *demonstraret duces in patriam.* Ex quibus vestigiis talem deducit cl. Lipsius lectionem: *demonstrat: reduces in patriam.* Sed quomodo reduces fecit, qui demonstrantem viam ad salutem sequi noluerunt? Vide c. 50. ut discas, non opus viri summi hoc in loco conjectura. *Gebh.* *Demonstrando ducem se in patriam* Hafn. Berol. et Hav. *demonstraret, ducem se in patriam* Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *demonstrat* in erratis reposuit: *demonstraret duces in patriam* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. Quod autem Gebhard. Lipsio, ex his vestigiis *demonstrat: reduces in patriam* scribendum conjicienti, objiciat, eum sequi nolentes non reduces fecisse, exigui est momenti: nam *facit reduces* ponitur pro 'reduces facturus erat.' Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Præterea *ferentem* omittit Hav. ut *via ad gloriam, ad salutem* eodem modo dicatur, quo 'via,' 'aditus,' 'iter ad honores,' 'ad consulatum,' 'ad dictaturam' in exemplis quæ laudavi ad VI. 35. § 4. Sed, reliquis dissentientibus, nihil muto. Vide ad XXXIX. 27. § 10. Mox *ad conjuges, ad liberos*, pro *ac liberos*, Lov. 5. Vide ad XXXVIII. 18. § 15. Verum hic etiam unius codicis fidem sequi temerarium judico. Sæpius enim *ad* et *ac* commutari solent. Vide ad XXI. 32. § 2.

§ 14 *Si tanta clades vobis vilem vitam non fecit*] Pall. tres destituuntur pro vocabulo *vobis*. Gebh. Abolent τὸ *vobis*. J. F. Gronov. Idem abolent etiam omnes mei, nisi quod in Ber. exstet a m. sec. Præterea *clades in vilem vitam* legunt Flor. Voss. et Lov. 1. sed in eorum priori id emendatur *clades his vilem vitam.* Mira lectio *si tanta clades virilem vitam non fecit, nullam facient* exstat in Gaertn. Paullo ante *circa vos ea die cæsa jacent* est in Lov. 2.

§ 15 *Liberi atque incolumes desiderate patriam*] Pall. tres *Et liberi atque incolumes.* Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. Sed recte voculam *et* ejecit Froben. 1531. Nata enim fuisse videtur ex ultimis proximæ vocis literis. Vide alia exempla ad XXXIX. 18. § 8. et mox hoc cap. § 18. Præterea *desiderantes patriam* Lov. 1. 4. et Voss.

Immo desiderate, dum patria est, dum cives ejus estis] Ita Jac. Gronov. edidit, eumque Clericus, qui se Livium ad J. F. Gronovii mentem quam accuratissime editurum promiserat, secutus est. Antea edebatur *dum cives ejus estis*, quod servant omnes codd. et ideo revocavi. Vide ad v. 35. § 4. Præterea *desideranda patria est* Lov. 4. et 5.

Diminuti capite] Hoc est, amissa civitate et libertate. Sic enim post ait, 'abalienati jure civium, servi Carthaginiensium facti.' *Sigon.* *Deminutis* est in Flor. *deminuti* in plerisque codd. et edd. Rom. 1472. ac Parm. et ita Gronov. 1665. edi curavit. Vide ad XXI. 17. § 8.

§ 16 *Arma capere ac se jubentem sequi: Hannibalem paullo post audistis*] Pall. 1. et 3. *ac sequi se jubentem.* Pal. 2. *atque sequi se jubentem.* Gebh. Meliores *ac sequi se jubentem: Hannibalem post paullo audistis.* Gaudent eo ordine harum particularum. Sallustius Jugurth. c. 106. 'Turpi fuga incertæ ac forsitan post paullo morbo interituræ vitæ parceret.' Quod nollem mutasse Gruterum, multo minus testatum, elegantius ad aures suas *paullo post* accidere. Qui non rasit igitur aures et c. 71. 'Nabdalsa post paullo experrectus.' Cæsar de Gall. VII. 60. 'Ipse post paullo silentio egressus cum tribus legionibus:' et de Civ. I. 20. 'Post paullo tamen, in-

ternnuciis ultro citroque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga, cognoscunt.' Noster v. 55. 'Quod quum senatus post paullo de his rebus in curia Hostilia haberetur.' XXXIII. 28. 'Torti post paullo insontes quum scirent.' Quintilianus Inst. Orat. II. 5. 'Sed de ratione declamandi post paullo.' *J. F. Gron.* *Ac sequi se jubentem* etiam omnes mei, nisi quod primam voculam ignorent Lov. 5. et Harl. atque *et sequi se jubentem* legant Lov. 4. Gaertn. et Hav. Præterea *post paullo audistis* iterum omnes codd. Lov. 5. et Ber. exceptis. Livius XXXII. 25. 'Post paullo ubi Argivos quoque armatos viderunt:' ubi perperam etiam nonnulli codd. ordinem vocabulorum mutare conantur. Vide Gifan. Observ. in Ling. Lat. voce 'Post paullo.' Jac. Gronov. ad Livii XXVIII. 24. § 13. Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. II. 5. et Cortium ad Sall. Jug. capp. 56. et 106. Similiter 'post aliquanto' Liv. II. 31. 'Cum Æquis post aliquanto pugnatum est:' ubi alia vide: 'ante annis octo' XL. 52. 'ante multo' Cic. de Sen. c. 2. et similia alia passim.

§ 17 *Sed subsistere ac retinere*] Put. ac melior Pet. *sed obsistere ac retinere:* etsi alibi hoc Livio usitatum non diverso sensu. *J. F. Gron.* De verbo *subsistere* simili sensu vide ad XXVII. 7. § 3. Hic vero recte Gronov. *obsistere* in contextum revocavit. Ita enim præferunt non tantum omnes mei et Hearnii codd. verum etiam omnes typis descripti usque ad Gruter. qui in ultima demum ed. *subsistere* dedit. Ceterum Periz. in Animadv. Hist. c. 4. p. 167. Livium neglegentiæ accusat, quod supra c. 50. ubi de hac eruptione egit, non monuerit Sempronium a reliquis, qui erumpere non audebant, retentum fuisse; sed demum id hic narraverit. Paullo ante *non enim sequi modo* alio verborum ordine Ber. *non modo enim sequi* Flor. In seqq. *per civium agmen, quam hostium*, pro *quam per hostium*, Lov. 4. Male. Vide ad IV. 58. § 4.

§ 18 *Quorum si ceteri similes*] *Et quorum* Flor. Sed particula *et* nata est ex repetitis ultimis literis vocis præced. Vide paullo ante hoc cap. ad § 15. Mox *civem haberent* idem Flor. cum Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *civem haberetis* Ber.

§ 19 *Sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent*] Supra c. 50. 'Tria millia et sexcentos' erupisse dixit. Quare vide né *tria millia* reponenda sint. *Sabell.* Ita quidem olim ibi editum exstitit. Sed Aldus recte τὰ *tria millia* ejecit, ut ad eum locum dictum est. Neque hic in numero variant codd. ulli.

Neque his sexcenta millia hostium obstitere] Ego *quadraginta millia* potius legam: at qui hunc numerum notatum invenerant per duo elementa *XL.* mox præpostere notatis reddiderunt numerum longe majorem. Quod *quadraginta* sit legendum, ea ratione adducor, quod Hannibal cum quinquaginta millibus in aciem ad Cannas processerat: ex his circiter X. millia in prœlio occubuerant: quo factum, ut per hunc hostium numerum Romani noctu evaserint. Sed error, ut dicitur, errorem peperit, ut ex *XL. millibus, LX.* primo librariorum incuria fecerit; mox ex *sexaginta, sexcenta* scribi contigerit. Scio esse qui *sexcentis* scribant, referentes ad numerum erumpentium. Sed ille major omnino fuit. *Sabell.* Supra c. 46. 'quinquaginta millia' edidit. In vett. autem libris est hoc loco *sexcenta millia*, ut videantur opponi 'sexcentis armatis,' ita: Ex millibus septem armatorum sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent, neque iis sexcenta millia hostium obstitere. Est autem hic numerus usitatus etiam Ciceroni pro magno quodam et immenso numero. *Sigon.* Pall. *sexaginta millia.* Gebh. *Neque his VI[ta] millia hostium* Ber. *neque his sexcenta millia*

hostium Cant. Rec. Gaertn. et Hearnii Oxon. *neque his sexcenta millia hostes* Flor. Voss. (ambo a m. pr.) et Lov. 3. *neque his sexaginta millia hostium* Lov. 1. *neque his sexcentis millia hostium* Lov. 2. Hafn. et Hav. *neque his sexcentis millia hostes* Lov. 4. Flor. a m. sec. et Harl. *neque his sexcentis militibus hostes* Voss. a m. sec. *neque his sexcentis tot millia hostium* Lov. 5. Verum, licet nullus codd. adsentiatur, Sabellici tamen conjecturam probandam censeo.

§ 20 *Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia*] Fortasse *fortium, fidelium*. Vel *fortes, fideles*. J. F. Gron. *Fortium fideliumque* Lov. 3. *fortium et fidelium* Lov. 4. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit forte voculam *prope* excidisse, ac scribendum esse *haberetis hodie prope viginti millia armatorum*. Sed male. Livius enim narrat c. 54. Venusiam ad Varronem ad quatuor millia peditum equitumque pervenisse; Canusii ad decem millia hominum fuisse. Varro autem, cum suis Canusium profectus, senatui scribit, secum ad quatuordecim ferme millia militum esse, ut Gronovius recte emendavit: non igitur plane quatuordecim: quibus si addantur septem millia, qui in castra minora ex prœlio perfugerunt, et inde erumpere non ausi se postridie hosti tradiderunt, sive potius tantum sex millia et quadringenti, (nam sexcenti eruperunt,) si non plures, certe non pauciores, quam viginti millia erunt, ut τὸ *prope* addendum non esse pateat. Et hinc neque probandus est Hav. qui *triginta millia* præfert. Paullo ante *agminis*, pro *agmini*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. pr. Hafn. et Hav. Sed ultima litera nata est ex similitudine initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10.

Boni fidelesque] Quæ de hac formula Modius ad hunc locum notarat, omisi. Videri enim possunt apud Brisson. de Formul. VIII. 240.

§ 21 *Nisi quis credere potest fuisse, qui erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt, aut non invidere*] Vide locum totum, nec dubitabis quin legendum sit, *fuisse, ut erump., quin er., obs. conati sint; at non inv.* Omnia ita vetus, nisi quod *at* restitui pro *aut*. Verbi *fuisse* elegans usus latuit correctores. *Lipsius*, Epist. Quæst. v. 4. In scriptis exemplaribus *ut erump., qui ne er. obs. conati sunt*. Quid si legas, translatis tantummodo verbis, *ut qui erump., ne er., obs. conati sunt?* Quamquam vulgata lectio defendi potest, si *quin*, pro 'quo minus,' accipias. *Schottus*, Observ. III. 6. Pal. 1. *ut erump., qui er.* et ita fere Pal. 3. nam *quin* expresse habet. Vet. ed. nihil demutat a vulgato, nisi quod *sint* variet, pro *sunt*. Lectio Pal. 2. *fuisse, ut erump., ne er., obsistere conati sint*, nihil habet obscuritatis. *Gebh.* Non perceperunt viri laude dignissimi Lipsius et Schottus. Optimi libri *ut erumpentibus*. Membrum prius disjuncti præteritum tempus respicit; posterius futurum. Sententia hæc: Nisi quis credere potest, aut tum fuisse bonos fidelesque socios, cum viros fortes, ne fortes essent, impedire voluerunt, aut passuram in posterum invidiam, ut fideles bonique cives sint erga illos, quorum incolumitatem et gloriam sibi vident esse ignominiæ, et quotidie ignaviam exprobrare. Illam ipsam invidiam significat effecturam, ut iis infidi sint, et in discrimen secum deductos deserant, atque ita aut mori misere, aut parem culpam captivitatis vel turpis fugæ contrahere cogant. *J. F. Gron.* *Ubi credere quis potuisset, ut erump., quin ne er., &c.* Lov. 2. *ut erump. qui nec er.* Flor. *ut erump. qui ne er.* Lov. 5. *ut erump. qui er.* Harl. *ut erump. ne er.* Lov. 3. *ut erump. quin er.* plerique reliqui codd. Hearnius etiam ex uno tantum N. profert *qui erumpentibus:*

ut alii, quibus usus est, similiter *ut erumpentibus* habuisse videantur. Deinde *conati sint* Lov. 1. et edd. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm.

§ 22 *At enim ad erumpendum*] Voculæ duæ principes *At enim* præcisæ sunt Pall. tribus et vet. ed. *Gebh.* Τὰ *At enim* nec Put. nec Voss. nec Gud. agnoscunt. *J. F. Gron.* Non agnoscunt etiam Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. antiqq. Sed excidisse videntur ob similitudinem sequentium *ad erum.* Recte itaque Ascens. 1513. voces illas restituit. De usu autem earum vide ad VI. 15. § 11.

§ 23 *Dies noctesque aliquot obsessi*] Pall. tres et vet. ed. ingerunt *Dies ac noctes obsessi.* Gebh. *Dies ac noctes aliquot obsessi* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores.

Obsessi, armati se ipsi tutati vallo sunt] Put. *aliquot obsessi ballum arma se ipsi.* Hinc auream fecimus lectionem, *dies noctesque aliquot obsessi, vallum armis, se ipsi tutati vallo sunt.* Sic Livius, ut videas non ignarum suæ ipsum elegantiæ fuisse, VI. 2. 'Tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent.' X. 45. 'Non enim muris magis se Samnites, quam armis ac viris mœnia tutabantur.' XXVIII. 2. 'Exercitum omnem passim in civitates dimisit, ut et muris se ipsi, et armis muros tutarentur.' XXXIII. 17. 'Prœlia impigre inire, et armis magis muros, quam se ipsos mœnibus tutari.' XXXVIII. 22. Et Galli, 'ne parum se munimenta sua tegerent, armati pro vallo constiterant.' Silius XII. 165. 'Qui non turribus arma Defendenda daret, verum ultro mœnia dextra Protegeret.' Alii membranacei, non quidem τὸ *vallum*, sed tamen *arma* habent, non *armati.* J. F. Gron. Ex membranaceorum illorum numero sunt Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *obsessi armis* legunt Ber. et Brancal. Latinii: *obsessi se ipsi*, mediis omissis, Hav. Donjatius, testatus Put. *obsessi, bellum, arma, se ipsi* præferre, negligenter consuluit Gronovium. Interdum autem *bellum* et *vallum* commutantur. Vide ad VIII. 38. § 2. Præterea *se ipsos tutati vallo sunt* Brancal. Latinii, Lov. 5. et Ber. a m. pr. *se ipso tutati vallo sunt* a m. sec. Sed recte *se ipsi* ceteri codd. defendunt. Vide ad II. 19. § 5.

Quum omnia subsidia vitæ abessent] Promiscui libri, ut et Andreas atque Aldus, *desunt.* Vulgo *deessent.* J. F. Gron. *Deessent* soli ex meis Cant. et Berol. quod primum Ascens. 1513. recepisse video. Priores omnes *desunt.* Et ita est in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. et Gaertn. *desint* Hav. Gronovius substituit *abessent* auctoritate, ut in prima notarum ed. professus est, optimi Put. Solet autem 'abesse' pro deficere, deesse usurpari. Cic. de Orat. I. 11. 'Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia.' Pro Balbo c. 4. 'Quid enim abest huic homini, quod si adesset, jure hoc tribui et concedi putaremus.' De Legib. I. 2. 'Abest enim historia literis nostris, ut et ipse intelligo, et ex te persæpe audio.'

§ 24 *Orto sole hostis ad vallum accessit*] Exemplaria scripta, *Orto sole ab hostibus ad vallum accessum*, impersonaliter, quod magnificentius videtur. *Schottus*, Obs. III. 6. Ejusdem scripturæ non levia vestigia comparent in Pal. 1. *Gebh.* Forte hi codd. exhibuerunt *ab hostibus ad vallum accessit*, quemadmodum est in Flor. Cant. Lov. 1. 4. et Voss. Sed Schotti scriptis consentit Lov. 3. Mox *castra*, pro *arma*, præfert Hav.

§ 25 *Quum in acie stare ac pugnare decuerat*] *Acie stare* sine præpositione Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. quam recte Froben. 1531. restituit. Vide-

tur enim intercepta fuisse a præced. vocis syllaba finali. Vide ad x. 13. § 3. Supra III. 47. 'Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare.' XXIII. 16. 'Ad multum diei in acie stanti miraculo esse.' XXVII. 2. 'In multum diei stetere in acie.' Præterea *decrevit* Gaertn. *decreverit* Lov. 4. *decuerit* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. vett. Ascensius demum *decuerat* 1513. in contextum recepit, altera lectione *decuerit* in marginem rejecta. Præterea *tunc castra tradiderunt*, addita priori vocula, Lov. 4. et 5. Hinc *utiles sunt* Ber.

§ 26 *Vos redimam? quum erumpere castris*] *Quos redimam* Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. *Vos* substituit. Tum *erumpere e castris* Hav. Supra hoc cap. 'Ad erumpendum e castris defuit animus:' et infra hoc cap. 'Per medios hostes e castris erupe-runt.' Vide ad XXXVII. 30. § 9. Et quidem præpositio in reliquis Mss. intercepta videri potest a vocis præced. litera finali. Vide ad VIII. 4. § 12. Verum omnes alii codd. vulgatum tuentur. Mox *pavetis*, pro *manetis*, Lov. 4. Easdem voces librarii etiam supra confuderunt. Vide VII. 37. § 10. Deinde *munire castra et tutari* Ber. *manere castraque tutari* Lov. 3. *manere ac castra tutari* Lov. 2. *manere, castra tutari* Voss. *manere, castra tutare* Flor. et Harl. Ita et plures codd. errant XXIII. 42. § 2. Verum, Livium deponentia numquam activa forma extulisse, dictum est ad VIII. 38. § 13. Ceterum hinc nata est suspicio, copulam iterum expungendam esse, quam confirmavit postea Crevier. qui eamdem etiam in Put. deesse testatus est, et ex contextu ejecit. Mox *tradidistis*, pro *traditis*, perperam repetita syllaba, Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXVIII. 30. § 4.

§ 27 *Quam illos dedendos Hannibali*] *Reddendos* Lov. 2. Rec. et Gaertn. Ultimæ septem voces hujus cap. neglegentia scribæ omissæ sunt in eodem Gaertn.

CAP. LXI. § 2 *Quia nec ærarium exhaurire*] *Quem nec ærarium* Lov. 3. *quam nec ærarium* Harl. et Lov. 2. *quam nec ad ærarium* Cant. *qua nec ærarium* Lov. 1. 5. Harl. Ber. et Hav. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *ad militiam* non agnoscit Lov. 2. Hinc *hujus æris egentem* perperam Exc. Pithœi. At § præc. *homines* non adparet in Hearnii L. 1.

§ 3 *Novusque super veterem luctus tot jactura civium adjectus esset*] Pal. 2. *adductus esset*. Ubi forte 'adductus luctus' est intensus. *Gebh.* Omnia hæc verba frustra omittuntur in Gaertn. scribæ socordia. Vocula sola *tot* non adparet in edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 4 *Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset*] Hæc Polybii sententia fuit, ut ait Cicero de Offic. III. 32. 'Polybius bonus auctor inprimis scribit, ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata; unum ex decem, qui paullo post, quam egressus erat a castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, remansisse.' Polybii liber ille, ubi hoc tradebat, intercidit. Eadem historia est apud Gellium l. VII. c. 18. *Sigon.* Infra mox, 'Regressi religione sese exsolvissent.' Pal. tamen 3. hic *jurejurando se absolvisset*. Plautus Amphitr. II. 2. ex emendatione Mureti, 'Si obsequare, una te absolvas plaga:' quamquam malim *una resolvas plaga*. Gebh. Integer quidem liber Polybii, ubi historiam hanc narrat, nobis periit: eadem tamen superest in fragmentis lib. VI. circa finem. Exstat eadem narratio apud Cic. de Off. I. 13. si tamen ipsius Cic. ea verba sunt; de eo enim disputatur. Ceterum *jure-*

jurando se exui voluisset Flor. Male. Infra XXIV. 18. 'Citati nimis callidi exsolvendi jurisjurandi interpretes.' Et ita 'exsolvere se religione' sæpius apud Liv. obcurrit. Vide ad VII. 3. § 9. Polyb. loco laud. Νομίζων διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τετηρηκέναι τὴν πίστιν, καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον.

Quod ubi innotuit, relatum ad senatum est: omnes censuerunt] Ita demum ultima Gruteri ed. dedit. Priores cum omnibus codd. meis, et Hearnii N. *Quod ubi inn., relatumque ad sen. est, omnes censuerunt*: nisi quod typis inpressi ante Aldum alio ordine *relatumque est ad sen.* præferant. Eam igitur scripturam restitui, consentiente etiam Crevier. et omnibus ejus scriptis. Mox *et a custodibus* Lov. 1. Tum *esse* exsulat ab edd. ante Aldum.

§ 5 *Est et alia de captivis fama, decem primos venisse, &c.*] Acilii hæc opinio fuit, eodem Cicerone teste de Offic. III. 32. 'Acilius autem' ille, 'qui Græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur.' *Sigon.* Ipse etiam Liv. hanc sententiam secutus videtur XXIV. 18. 'callidos jurisjurandi exsolvendi interpretes' numero plurium memorans, et Val. Max. II. 9. 8. Mox *nec tamen iis*, pro *ne*, Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav.

§ 6 *Et L. Manlium*] *Et L. Manilium* Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et Exc. Pithœi. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Paullo ante *alios insuper tres legatos venisse* Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et typis descripti Aldo priores: *alios insuper tres venisse legatos* Ber.

§ 7 *Tum demum ab cognato Scribonii tribuni plebis*] Legendum *tribuno plebis*, id est, ab Scribonio tribuno pl. L. Scribonii captivi legati cognato relatum esse. *Sigon.* Ita legendum esse, res ipsa docet. Quomodo enim Scribonius tribunus plebis, qui per integram noctem ab Urbe abesse non poterat, in castris ad Cannas fuisset, et ita in manus Hannibalis pervenisset? Scriptum per compendium fuerat *tr. pl.* vel *trib. pleb.* Id autem quomodo efferri deberet alii ignorantes, in hunc errorem inciderunt. Vide ad VI. 33. § 8. et VII. 16. § 1. Similium errorum in aliis vocibus exempla vide ad X. 10. § 2. Hic tamen in nullo vel cod. vel ed., nisi in Sigonianis, *tribuni* inveni. Ceterum tribunus plebis, L. Scribonii captivorum legati cognatus, etiam L. Scribonius Libo dicebatur, et hoc eodem anno, quo tribunus plebis erat, etiam triumvir mensarius factus est. Vide XXIII. 21. Insuper *tum deinde* Hearnii D. et N. quorum tamen hic *demum* in margine adscriptum præfert. Vide ad XL. 22. § 1.

§ 8 *Ad Hannibalem ex itinere regressi, religione sese exsolvissent*] *Ab Hannibale* Flor. Tum *religione se liberassent* Ber. quæ lectio ex glossa interpretis esse videtur.

§ 9 *Omnibus notis ignominiisque confectos esse*] Vet. lib. *affectos*. Cicero de Offic. III. 32. eosdem 'a censoribus omnibus ignominiis notatos' esse scribit. Et Gellius VII. 18. de iisdem, 'Omnium notarum eos damnis et ignominiis affecerunt.' *Sigon.* Non secus omnes libri Mss. Nihilominus tamen Sigonius pestilenti corrigendi prurigine præfert *affectos esse*. Male: quippe verbum 'conficere' hoc loco aptius efficaciusque consistit. *Gebh.* Omnes etiam mei vulgatum servant; quod vet. lib. Sigonii præfero. Si quid mutandum foret, quod tamen vix videtur, posses forte *confixos esse*. Ita Cic. Phil. XII. 7. 'Meminerunt ejus sententiis confixum Antonium.'

Sibi ipsi extemplo] Vox ultima non agnoscitur a Mss. *J. F. Gron.* Non agnoscitur etiam a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hear-

nii Oxon. et edd. Aldo vetustioribus.

Ceteri non foro solum omni deinde vita, sed prope luce] Pal. 2. *ceteri vero non foro solum, deinde omni vita.* Gebh.

§ 10 *Adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, discernere queas*] Pal. 3. *quid verius sit.* Gebh. Lege *decernere.* J. F. Gron. *Quid verius sit* etiam Harl. De differentia τῶν *decernere* et *discernere* vide ad VII. 9. § 7. Insuper *adeo discrepari* Hav. Sed necesse non est. Vide ad III. 31. § 8.

Quanto ante major hæc clades superioribus cladibus fuerit] Sincerior lectio erit, si quis *autem*, pro *ante*, reposuerit. *Sabell.* Voss. et Gud. destituuntur τῷ *hæc.* Sed Put. *major ea clades.* J. F. Gron. Τῷ *hæc* destituuntur etiam Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Sed integerrimo Put. consentit Flor. Quare eam lectionem restitui.

Vel ea res indicio est, quod, qui sociorum] Pal. 2. *indicio fuerit.* In reliquis Pall. duobus talem invenies scripturam: *vel ea res indiciorum que eadem die firma steterat, cum laborare ceperat:* corruptissime. XXXII. 30. 'Suberat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum.' *Gebh.* Manum correctorum arguunt optimi libri. Put. *vel de ea res indiciorum quæ eadem diem firma steterat, tum laborare cœpit, nulla p. a. d. re, quam quod speraverant de imperio.* Probabilius certe videtur, *vel declaret fides sociorum, quæ eam ad diem firma steterat, tum labare cœpit, nulla profecto alia de re, quam quod desperaverunt de imperio.* Noster II. 39. 'Postquam apparuit labare plebis animos.' XXXII. 30. 'Suberat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum.' Tacitus Hist. I. 26. 'Postquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem.' Pet. melior prorsus ut Put. Menardi, duo Pall. Voss. *vel ea res indiciorumque eadem die firma steterat, cum labore.* Salmasius, 'vel fides indicat sociorum, quæ ad eum diem firma steterat, tum laborare cœpit,' &c. *J. F. Gron.* Lectio hæc, quæ vulgo exstat, in nullo vel cod. vel ed. vet. exstat ante Ascens. priores typis descripti omnes omittunt τὸ *quod:* in scriptis autem admodum turbatur; quorum tamen lectiones aperte mendosas recensere longum foret. Eorum alii aliter, at Flor. præfert *vel ea res indiciorum, quæ eadem die firma steterat, tum laborare cœpit.* Multi etiam ex editis *laborare* præferunt. Gronovius pr. ed. notar. conjecit *vel det ea res indicium, quod fides sociorum, quæ ad eam diem firma steterat, tum labare cœpit.* Verius tamen puto, quod iteratis curis probavit. Inprimis recte *labare* servavit, licet plerique codd. et quædam ex antiquioribus edd. *laborare* præferant. XXXVI. 9. 'Quum multi caderent aut vulnerarentur, labare animi cœpere.' XL. 54. 'Ut primum labare animum regis sensit.' Vide ad XXXII. 30. § 8. Recte etiam *desperaverant*, vel in iteratis curis *desperaverunt*, pro 'desperare cœperant.' Certe Flor. etiam *speraverant* a m. pr. *desperaverant* a m. sec. Vulgatum enim minus placet, tum quod optimorum codd. auctoritas adversetur, tum quod præcessit 'labare cœperunt,' vel 'cœpit.'

§ 11 *Defecere autem ad Pœnos hi populi*] Non subito defecere omnes, quos hic enumerat, populi: sed quidam statim, quidam post annum, ut Croton ac Locri. Tarentum vero, Metapontus ac Thurium quarto post anno, Ap. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III. consulibus. Nec omnes Brutii defecere. Rhegini enim ejus regionis et in fide erga Romanos, et potestatis suæ ad ultimum manserunt, ut ipse Livius libro sequenti c. 30. quamquam Petellinos eodem libro paullo ante c. 20. unos ex Brutiis in amicitia Romana man-

sisse dixerat. Sed temere hæc mixta sunt Livio, ut in sequentibus libris luce clarius ostendi potest. *Glar.*

Apulorum pars] Ἀργυριππανοὺς defecisse ex Apulis, scribit Polybius III. 118. *Sigon.*

Samnites præter Petellinos] Nec 'Petellini' inter Samnites, nec iidem hoc tempore ad Annibalem defecerunt, cum sequenti libro c. 20. uni in Bruttiis in amicitia Romana mansisse dicantur. Quid ergo? obloquimur sæpe bonis auctoribus, eosque aut inconstantiæ, aut imprudentiæ, aut negligentiæ arguimus: sed sine causa, ut hoc loco Glareanus Livio, quem iccirco temerariæ confusionis arguit. [' Glareanus dicit, Livio multa commixta, quod satis notum est. Sententia itaque, in alios a Sigonio contorta, in ejus caput recidit.'] Quam juste ipse viderit. Non enim hoc loco *Petellinos* legendum est, sed *Pentros:* quod ille didicisset, si accuratius Mss. libros, quos ne adisse quidem videtur, legisset. 'Pentrorum' Samnitium meminit in l. IX. c. 31. 'Inde victor exercitus Bovianum ductus: caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum.' Possis etiam legere *præter Petellinos Bruttii omnes.* Sigon. *Præter Pentros* et Pal. 1. Male antea impressum *Petellinos:* certe contra edd. primarias, in quibus *Pennos.* Nam Pal. 2. *præter Prentos.* Pal. 3. *præter Petros.* Samnitium gentem, vel adeo urbem fuisse *Pentrorum,* habuimus IX. 31. *Grut. Præter Pentros* omnes mei, nisi quod *præter paucos* præferat Lov. 4.

§ 12 *Præter hos Surrentini*] Legendum *Sallentini.* Isti enim nominari debuissent post Calatinos. Camillus Peregrinus de Capua Diss. II. XXV. 245. *J. F. Gron. Surretini* Lov. 5. Reliqui codd. nihil mutant.

Et Græcorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini] Polyb. III. 118. Καρχηδόνιοι παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιᾶς σχεδὸν πάσης, καὶ μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς. Ταραντῖνοί τε γὰρ εὐθέως ἐνεχείριζον αὑτούς. Polybius statim hos populos defecisse ait: quod tamen non ita esse, infra apparebit, nisi *statim* intelligamus, ut primum potuerunt. Ceterum quatuor hi populi Græci vocabantur, quod Græcorum coloniæ essent. *Sigon.*

Crotonenses] *Croto Crotoniensis* edit, at *Cortona Cortonensis.* Priscianus. Accedit quod *Croto Crotoniatas* quoque edit, ut omnino *Crotoniensis* videatur esse legendum. *Sigon.* Vide Gronov. ad Livii XXVIII. 26. § 1. viros doctos ad Frontin. Strat. III. 6. 4. et quæ dicta sunt ad Livii I. 18. § 2.

§ 13 *Neque ante consulis Romani adventum*] Ex vet. lib. *neque ante consulis adventum Romam.* In iis enim est *ante consulis adventum Romani.* Sigon. *Consulis Romam adventum* ex optimis scribendum esse, Gronov. in pr. ed. notarum ad hunc loc. monuerat: quem etiam vide ad XXXI. 40. § 10. Et ita erat in Flor. ac nonnullis aliis, ut et in uno Crevierii. Paullo ante *hec clades* Harl. Ber. a m. sec. et Hav. *hee clades* Lov. 2. et Gaertn. *eæ clades* Flor. et Voss. Deinde vox *umquam* deficit in Lov. 2. et Ber. a m. pr. ejus loco *usquam* est in Flor. Vide ad XXXIX. 31. § 5.

§ 14 *Ut consuli, ex tanta clade, &c.*] Quæ de more senatus Romani, ut gratias agendas decernerent de republica bene meritis, pluribus ad hunc locum notavit Modius, ex Brisson. de Form. II. 224. petita sunt: quare hic omittenda duxi. *E tanta clade* Ber. in præcedentibus *quo in tempore ipsorum adeo magno animo civitas fuit* legit Flor.

Cujus ipse magna caussa fuisset] Put. Pet. melior, Men. tres Pall. Voss. *cujus ipse caussa maxima fuisset.* J. F. Gron. Lectio hæc orta est ex Basil.

ed. 1532. cui consentit Gaertn. *caussa magna* habet Harl. *maxima caussa* Ber. et Hav. cum edd. vetustioribus: *caussa maxima* Flor. Voss. Lov. quinque, et Cant.

Obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit] Plut. in Fab. p. 184. ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ τὰς πύλας ἥτε βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀσπαζόμενοι. *Sigon.*

§ 15 *Qui si Karthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum*] Opinor legendum *cui, si Karthag. ductor fuisset, nihil recusandum*; vel, *qui si Karthag. ductor fuisset, nihil ei recusandum.* Valla. *Qui si Karthag.* Lov. 4. 5. Ber. Hafn. Hav. Brancal. Latinii, et multæ ex vett. edd. *quin uti Karthag.* Lov. 2. *qui Karthag.* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Prior Vallæ conjectura, quam primi Moguntini receperunt, et reliqui servarunt, posteriori præferenda videtur. *Qui* et *cui* sæpius in Mss. commutari, vidimus ad IX. 34. § 14. Præterea Oudend. ad Front. II. 1. 4. scribendum conjecit *Karthaginiensium dictator*, et, nomine ex republica Romana desumto, summos Karthaginiensium imperatores a scriptoribus Latinis 'dictatores' dictos docet, de quo vide etiam Tennul. ad eumdem locum. Quum tamen omnes libri in vulgatum conspirent, Dukero adsensus id mutari nolim; præsertim quum 'ductor' pro summo duce non tantum apud alios scriptores, sed etiam Livium obcurrat. Ita x. 21. 'Consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur.'

